XXI.
J.
1.

PETRI ET FRANCISCI

PITHŒI

JURISCONSULTORUM

OBSERVATIONES

AD

CODICEM ET NOVELLAS

JUSTINIANI IMPERATORIS

PER JULIANUM TRANSLATAS.

ACCEDIT

LEGUM ROMANARUM ET MOSAÏCARUM

COLLATIO NOTIS ILLUSTRATA.

Ex Bibliotheca Illuſtriſſimi D. D. CLAUDII LE PELETIER *Regni Adminiſtri, Regii Ærarii Præfecti, & Supremi Galliarum Senatus Præſidis Inſulati.*

Cura FRANCISCI DESMARE'S, DOMINI DE PALIS, ET DE LUYE'RES in Curia Patroni, & Facultatis Jurium in Univerſitate Pariſienſi Doctoris Honorarii.



PARISIIS,

E TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DC. LXXXIX.

HIERONYMO

BIGNON

COMITI CONSISTORIANO,

CLAUDIUS LE PELETIER.

INTER *graviſſimas Reipublicæ curas, non deſtiti conquirendis Pithœorum Operibus, & edendis operam dare, ut literatorum votis ſimul & memoriæ Atavi conſulerem. Leges Imperatorum Sacris Canonibus, & ſelectis hiſtoriæ Eccleſiaſticæ locis illuſtratas, opus hactenus abditum, Typis Regiis excuſum, tuo nomine,* VIR ILLUSTRISSIME,

inſcribendum duxi; ratus, domeſticas has opes, hereditario quodam jure, communes inter nos eſſe debere, tum propter ſtudiorum inter Doctiſſimum Bignonium Pithœoſque Fratres communionem, tum propter arctiſſimam inter nos a Parentibus tranſmiſſam, & ad liberos tranſmittendam neceſſitudinem. Erit hoc obſervantiæ meæ monumentum in Clariſſimum Virum Parentem Tuum, in quo nondum mihi ſatis conſtat quid maxime ſuſpiciam, ſanctitatem morum, juſtitiæ retinendæ conſtantiam, diſciplinarum omnium concentum admirabilem, modeſtiam, humanitatemque ſingularem. Tu vero Tanti Viri exemplis præceptiſque inſtitutus, eruditas Pithœorum reliquias, & mei erga te animi teſtimonium accipe.

FRANCISCUS DESMARÉS
IN CURIA PATRONUS, ET FACULTATIS JURIUM DOCTOR HONORARIUS,

LECTORI.

VETEREM Canonum Eccleſiæ Romanæ Codicem Typis Regiis, & Juris Canonici Corpus Typis Thierrianis cum Reſtitutionibus & Notis Petri & Franciſci Pithœi anno 1687. edi curavimus. Succedunt ex Bibliotheca Peleteriana Pithœorum Obſervationes ad Leges Imperatorum, eas præſertim, quæ libro primo Juſtinianei Codicis inſertæ ſunt ; quarum Obſervationum ope cuique promptum erit earumdem Legum hiſtoriam diſcere. Continent enim ipſarum collationem cum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ locis, quæ eis occaſionem præbuerunt ; Canonibus Conciliorum Generalium ex quibus deſumptæ ſunt, & qui ſimiles diſpoſitiones continent ; ſententiis & auctoritatibus Sanctorum Patrum, nec non Scriptorum Eccleſiaſticorum & profanorum, qui de his meminere. En totius operis argumentum, & partus vigiliarum Pithœorum Fratrum, qui, acri optimarum artium deſiderio, literis elegantioribus ſemper operam dedere ; & ut antiquus ſplendor & Regni Francorum gloria in

ſtudiis illarum conſervaretur, omnes ingenii ſui nervos contendere, quo ſcientiam Legum Eccleſiaſticarum & Politicarum cum illis conjungerent; ita ut ex eorum Obſervationibus Theologiam Juriſconſultorum ſimul, & Juriſprudentiam Theologorum perſpicere cuique facillimum ſit. Quo fit ut ſperem, quod quemadmodum ſtudioſi antiquitatum in deliciis habent ſtatuarum fragmenta præſtantis alicujus artificiis e ruinis eruta, ita qui politioribus literis operam dant, Pithœorum Obſervationes non ſolum caras habebunt, verum etiam ſummâ cum reverentia ſuſpicient: eorum enim fatum illud erat, ut bono publico nati Rempublicam literariam exornarent & adaugerent, quippe qui difficilius a tam præclaro bene merendi ſtudio, quam ſol a curſu, averti poterant, & Muſas, etiam fugientes, morabantur. Unde jure merito de iis hæc habuit Bignonius: * PITHOEI FRATRES CLARISSIMA LUMINA. Ipſis namque debemus egregia veterum monumenta, nec nos ſolum, ſed ipſimet etiam veteres ſe fere totos ipſis debent; quos, niſi ſingularis Pithœorum diligentia e ſepulchris in vitam reduxiſſet, illi qui vixerant nunquam vixiſſent. Si quid ad perfectionem hujus operis deeſt, Petri Pithœi fato imputandum, quod ipſe mature extinctus eſt, qui non ſolum hæc quæ inſtituerat abſolvere & expolire potuit, verum etiam alia majora multo & grandiora conficere, quod ipſe tota mente cogitabat, & magna hujus

* *In Præfat. ad Marculf. Formul.*

Eximii Operis conficiendi cupiditate ardebat. Fuit enim tali præditus ingenio, ut ſi diutius vixiſſet, gloriam omnium qui inferiore hac ætate vixerunt, omni genere ſuorum Scriptorum, non ſolum adæquaturus, verum etiam ſuperaturus eſſet. Manuſcriptus Liber Pithœanarum Obſervationum varias Legum lectiones continet ex quinque antiquiſſimis Codicibus excerptas, quas edere viſum non eſt, poſt Dionyſii Gothofredi Reſtitutiones: ideoque licet Pithœi ſuas Lucubrationes Editioni Antverpianæ anni 1575. accommodarint, tamen Editionis Vitreanæ anni 1627. textu, ut puriori & reſtituto uſi ſumus. Obſervationibus ad Codicem ſubjunximus Juſtiniani Imperatoris Novellas, a Juliano Anteceſſore Conſtantinopolitano in Epitomem redactas, & Latinitate donatas; appoſitis ad marginem Antonii Auguſtini Lectionibus variis, ejuſque ad ſingulorum capitulorum calcem Scholiis, nec non Petri & Franciſci Pithœi auctioribus Gloſſariis ex Bibliotheca Peleteriana: eundem ordinem ſecuti in Notis ad Legum Romanarum & Moſaicarum Collationem, quo promptius a Lectoribus obſcuriora & difficiliora verba intelligantur. Quod ſi doctrina, & rerum experientia impares fuere tanto oneri ſuſtinendo, ſtudium certe & diligentia in hoc noſtro labore deſiderari non poſſunt.

DE
PETRO ET FRANCISCO PITHOEO
TESTIMONIA
CLARISSIMORUM VIRORUM.

EX PRÆFATIONE NICOLAI FABRI JAC. AUG. THUANO ad Fragmenta ex opere Hiſtorico B. Hilarii Pictavenſis Epiſcopi.

PETRUS Pithœus, Petri filius, Auguſtobonæ Tricaſſium natus, Vir doctrina, prudentia, morumque integritate maximus, ſic vitam inſtituit, ut commoda publica ubique propriis negotiis præverterit: aſſidue exquirendo, perſcrutando Bibliothecas, antiquorum Autorum ſcripta vel a mendis, vel ab interitu vindicata provulgando, vel alios, quos in ea re aliquid poſſe judicabat, exhortando, impellendo, atque etiam juvando, nullo tempore non aliquid movit ac promovit. Et quamvis illa ſtudia in noſtro Pithœo ſumma fuerint, doctrinæ laude præcipue innotuit; ut qui ex primo, quem juvenis dedit, publicatis quibuſdam ſui ingenii experimentis, eruditionis abſtruſæ atque reconditæ guſtu inter Literatorum Principes, vel ſuffragante invidia, ab iis, qui tum in Literis regnabant, recenſitus fuerit: quam de ſe conceptam opinionem ad ultimum uſque vitæ diem adauxit, ſuſtinebitque quamdiu literæ durabunt. Quantula tamen hæc laudis & gloriæ tanti viri eſt portio? Licet enim nemo melius unum quempiam Autorem noverit, quam ipſe omnes antiquos utriuſque Linguæ Scriptores, quos ad unum legerat, ad vetera contulerat exemplaria, & concoxerat; licet nemo privata & domeſtica negotia exactius tenuerit, quam ipſe Gallicam, externamque Hiſtoriam, origines populorum, deſcriptiones temporum, ſucceſſiones familiarum, bella, fœdera, conventiones, vel exterorum inter ſe vel nobiſcum geſta: ad hæc etiam leges, mores, conſuetudines provinciarum ſingularumve urbium, quarum omnium a teneris annis indefeſſo ac plane Herculeo labore ſibi perfectam notitiam, cum ex vulgatis libris, tum etiam ex Bibliothecis antiquis, Archivis Regiis, Senatus, Rationalium, Urbium, Monaſteriorumque comparaverat, inſtrumentorum ipſorum atque actorum bonam partem ſua manu deſcripſerat. In Jure autem Civili Romanorum licet ad eum gradum pertigerit, ut de eo celeberrimoque ejus præceptore Cujacio dici jure poſſit, quod de magnis olim Oratoribus dictum eſt, hunc diſcipulo præripuiſſe ne primus Juriſconſultus eſſet; illum vero præceptori, ne ſolus; licet, inquam, ea omnia, quæ in quovis homine ſingula magnum virum, & cum cura dicendum efficiunt, in noſtro Pithœo cumulata atque coacervata eumdem ad ſummam laudem & commendationem evehant; quantum tamen abſunt ab illa ſapientia, quam, ingenii judiciique felicitate ex cognitione rerum aſſidua lectione atque uſu comparata, velut ex omnium Antiquorum inventis, qui ſapientiæ commendatione floruerunt, conflatam ſibi quæſierat? Quantum ab illa Civili prudentia, qua præditus velut ἀριστοτέχνας, ut cum Pindaro loquar, καὶ δημιουργὸς εὐνομίας καὶ δίκης, non ſolum de rebus privatis & fori maxima cum facilitate atque æquitate reſpondere ac ſtatuere; ſed etiam de iis, quæ ad ſummam Rempublicam ſpectant, ſapienter deliberare, conſiliorum exitus prævidere, dubiiſque ac periculoſis eventis provide occurrere noverat. Quamvis enim naturali quadam propenſione corroborata, ſordidiſſimi inquinatiſſimique apud nos moris odio, Magiſtratus non niſi per ſordes ineundi, ab omni ambitione, vitæque fulgore, niſi quem Virtus emitteret, alieniſſimus vixerit, ita ut honores & Magiſtratus, vel ultro delatos reſpuerit; juvandæ tamen pa-

men patriæ deſiderio, cujus amore mirum in modum exarſit, eos quos ſua ſors clavo Reipublicæ admoverat excitando, commonendo, ſuggerendo quæ vel ab Antiquis, patibus in negotiis, probata fuerant, vel ipſe, ut erat peracri ſolidiſſimoque judicio, quæ facienda judicabat. Toto vitæ ſuæ curriculo privatus negotium publicum, & abſque chlamyde vel prætexta perpetuum Magiſtratum geſſit. Quantum denique ab illa morum integritate atque innocentia, indeflexoque per omnes vitæ partes probitatis tenore: quibus virtutibus conſecutus eſt, ut, non ſolum Togatorum doctiſſimus, ſed & prudentiſſimus Juriſconſultus, Civis optimus, ac plane Vir bonus audiret, qualem vel Fimbria noverat vel Socrates. Atque hæc etſi notiſſima ſint, eo tamen libentius commemoro, ut, cum non niſi jucundiſſima virtutum amici Viri recordatio eſſe queat, tum etiam in primis qui in ſupremum ejus elogium inciderint, quod inter defuncti ſchedia repertum amici publicarunt, perſuaſum ſibi habeant pari modeſtia & veritate ſcriptum illud eſſe, qua Vir modeſtiſſimus ab omni fuco ac vanitate quam maxime alienus: ἀρχὴν μεγάλης ἀρετῆς ἀληθείαν duceret; in reliquis rebus tota vita uſus eſt: in qua certo illi hoc feliciſſime contigit, ut in publicandis Beati Hilarii Pictavenſis Provinciæ Aquitaniæ Epiſcopi ex opere Hiſtorico fragmentis, eximiis Antiquitatis monumentis fato interceptus, præclare actam vitæ fabulam illuſtriore fine veluti Cygnea cantione concluſerit. Quamvis ſane difficillimum fuerit Virum ingenii animique bonis omnibus ornatiſſimum, qui ſemper illud antiqui Poëtæ ſibi occinens, καὶ μήπω παυσαίμεθα εὐφραίνοντες βροτούς, omne ſtudium, laborem, induſtriam, omneſque cogitationes ſuas *publicis* utilitatibus devoverat atque impendebat, non in opere præclaro morte deprehendi. Providentiæ opus eſſe mihi perſuadeo, ut hæc fragmenta turbulentiſſimis temporibus maxime lucem recuperarint, per quæ ad ejuſmodi conſiderationem Hiſtoriæ excitati, ſpem certam ex ejus cognitione concipiamus, quotieſcumque ſcelerum noſtrorum nos bene atque ex animo pœnituerit, Divinam manum non mutilam aut decurtatam experturos, eumdemque Dominum periclitanti Apoſtolorum naviculæ tranquillitatem ſolidam ac firmam redditurum. Quapropter, ut Divinæ Majeſtati pro hac eximia ſui numinis in nos benignitate nunquam pro meritis dignas agere gratias vel animo concipere poſſumus, ita etiam piis optimi Viri & de genere humano bene meriti Pithœi noſtri Manibus, cui nos præclara Antiquitatis moonumenta debere ſumma illa Majeſtas voluit, parem gratiam referre vix ac ne vix quidem valemus.

EX LIBRO CXVI. HISTOR. V. C. JAC. AUG. THUANI.

AMICO [FLORENTI CHRISTIANO] arcta mecum neceſſitudine conjuncto, qui inſcripta mihi ipſius quædam ad æternitatem victura monumenta teſtantur, alterum uberibus lachrymis deflendum cogor adjungere Petrum Pithœum, Auguſtobonæ Tricaſſium natum, familia nobili ex inferiore Neuſtria oriundum, virum noſtra ætate maximum, ſive probitatem morum, & veram nec fucatam pietatem, ſive ingenium excellens, exactamque & omnium rerum, quas perſpectas habuit, habuit autem pluſquam alius quiſquam multis retro ſeculis, reconditam cognitionem, & tum in ſuis, tum in alienis cernendis acre & ab omni livore purum judicium ſpectes. Cum enim ſic vitam inſtituiſſet, ut commoda publica ubique propriis negotiis præverteret, toto laudatiſſimæ ejus vitæ decurſo ſpatio in literarum ſtudiis ſic verſatus eſt, ut aſſidue exquirendo & ſcrutando Bibliothecas, Antiquorum ſcripta vel à mendis, vel ab interitu vindicaret, vel alios, quos in ea re aliquid poſſe judicabat, exhortando, impellendo atque juvando nullo tempore non aliquid moveret, ac promoveret; ſub ipſum vitæ exitum B. Hilarii fragmentis Hiſtoricis & Phædri famoſi illius ſub Tiberio liberti Fabulis publicatis. Et ut alia in illum merito a Nicolao Fabro individuo vitæ & ſtudiorum Pithœi comite cumulata elogia non ſileam, nemo melius uoumquempiam Autorem novit, quam ipſe omnes antiquos utriuſque linguæ Scriprores, quos ad unum legerat, ad vetera contulerat exemplaria, & concoxerat. Nemo privata & domeſtica negotia exactius tenuit, quam ipſe Gallicam externamque

CIↃ. IↃ. XCVI.

hiſtoriam, origines populorum, deſcriptiones temporum, ſucceſſiones familiarum, bella, fœdera, conventiones, vel exterorum inter ſe vel nobiſcum geſta; leges, mores, conſuetudines provinciarum ſingularumve urbium: quarum omnium rerum a teneris annis indefeſſo labore ſibi perfectam notitiam tum ex vulgaris libris, tum etiam ex Bibliothecis antiquis, Archivis Regiis, Senatus, Rationalium, Urbium, Monaſteriorum comparaverat, inſtrumentorumque ipſorum atque actorum bonam partem propria manu deſcripſerat. In jure autem Civili Romanorum ad illud faſtigium pervenerat, ut de eo celeberrimoque ejus præceptore Jacobo Cujacio dici jure potueris, hunc diſcipulo præripuiſſe ne primus Juriſconſultus eſſet; illum præceptori, ne ſolus. Verum hæc omnia, quæ in quovis homine ſingula magnum Virum & cum cura dicendum efficiunt, in Pithœo coacervata eumdem ad ſummum laudis culmen evehebant. Quantula portio ſunt il ius ſapientiæ, quam ingenii judiciique felicitate ex rerum cognitione, aſſidua lectione atque uſu comparata, velut ex Antiquorum omnium inventis, qui ſapientiæ commendatione floruerunt, conflatam ſibi quæſiverat? Quantum a Civili prudentia abſunt, qua præditus ille non ſolum de privatis rebus & fori maxima cum felicitate & æquitate reſpondere ac ſtatuere, ſed etiam de iis, quæ ad ſummam Rempublicam ſpectant, ſapienter deliberare, conſiliorum exitus proſpicere, dubiis ac periculoſis eventis provide occurrere noverat? Nam quamvis ab omni ambitione vitæque fulgore, niſi quem Virtus emitteret, alieniſſimus vixerit, & honores ac Magiſtratus vel ultro delatos ſemper reſpuerit; tamen patriæ juvandæ deſiderio, quo ultra modum flagrabat, eos, quos ſua ſors clavo admoverat, aſſidue excitabat, aut commonefaciebat, ſuggerebatque quæ vel ab Antiquis, paribus in negotiis, probata fuerant, vel ipſe ut erat peracri ac ſolidiſſimo judicio, facienda exiſtimabat. Nec illi temere quidquam magni momenti aggrediebantur, de quo non ante Pithœum conſuluiſſent, ita ut privatus publicum negotium & abſque chlamyde ac prætexta perpetuum Magiſtratum geſſiſſe videatur; innocentia atque indeflexo per omnes vitæ partes probitatis tenore id præterea conſecutus, ut non ſolum Togatorum doctiſſimus, ſed & prudentiſſimus Juriſconſultus, Civis optimus ac plane Vir bonus audiret. Præter innumera Veterum ſcripta e tenebris, dum inter nos degeret, primum eruta, aut meliora publico data, moriens reliquit Conciliorum Gallicorum diligenter conquiſitorum ac digeſtorum Collectionem, Franciſci fratris viri doctiſſimi fidei, ut ederet, commiſſam: quod ut faciat, aſſiduis precibus quotidie efflagitatur, & vero facturum eum propediem ſperamus. Vixit annos LVII. ad æternam beatitudinem evolavit Nogenti ad Sequanam, quo ſe, graſſante Auguſtobonæ Tricaſſium per illum Autumnum populari morbo, contulerat, Kal. Novembribus natali ſuo; quo eodem die parens meus ante XLV. annos obiit, quem Pithœus & vivum coluit, & mortuum in me porro colere non deſiit; ita ut incomparabilis amici morte, qui cum partiri curas, & non ſolum de ſtudiis, ſed etiam de Rep. conſilia communicare conſueveram, cœptæ Hiſtoriæ penſum protinus e manibus excuſſerim, abjeciſſemque prorſus, niſi tanti Viri, & de me ac patria tam bene meriti memoriæ hoc debere exiſtimaſſem; ut quod illo autore inchoaveram ad publicam utilitatem, cui noſtram in ea parte induſtriam prodeſſe olim poſſe judicabat, quamvis tanto adjutore deſtitutus, aliis undecumque, quæ ab illo ſolo ab initio ſperaveram, conquiſitis ſubſidiis ad exitum tandem perducerem.

EX VITA NICOLAI FABRI A FRANCISCO BALBO.

ITAQUE arctiſſimam cum magno illo P. Pithœo vitæ ſocietatem iniit, ab eoque peramanter exceptus, gemini dein Muſarum ocelli, quaſi Fratres, ſub eodem tecto complures annos tranſegerunt.

EX LIBRO IV. ELOGIORUM SCÆVOLÆ SAMMARTHANI.

PETRUS PITHOEUS.

IN urbe Tricaſſium nati ſunt patre nobili & erudito Pithœi duo Fratres omnibus diſciplinis ornatiſſimi, nec immerito geminis Tyndaridis a compluribus hujus ævi Scriptoribus adæquati. Quod enim illi ſuo ſidere nautis in mari ſulcando, id iſti literarum ſtudioſis in antiquitate perveſtiganda Divino doctrinæ ſuæ lumine præclariſſime præſtitere. Nec id ipſum porro præſtare deſinit Franciſcus natu minor, quem hodieque videmus inter inſignes Pariſienſis fori Juriſconſultos merita multiplicis eruditionis fama celeberrime perfruentem. Te vero, Petre doctiſſime, quem iniqua nobis nequedum ſatis matura mors eripuit, lugemus omnes Muſarum amantes viri: & eo lugemus acerbius, quo pauciores tui ſimiles reliqueris in hæc ultima rei literariæ tempora reſervatos. Quantum vero in his ſtudiis eminetes unus & excelleres docuere ſuis certatim elogiis, cum alii fere omnes hujus ætatis eruditi, tum illa potiſſimum duo Galliæ noſtræ ſidera Turnebus & Cujacius præceptores quondam tui: quorum cum uterque ſuis in libris frequentem & honorificam de te mentionem fecerit, hic inſuper te juvenem ſenex, diſcipulum magiſter, in dirimendis cum æmulo controverſiis arbitrum ſibi optare minime dubitavit. Quanquam aliena tibi commendatione quid opus eſt, cum & tuis ipſe Scriptis, quibus Hiſtorici, Critici, Juriſconſulti, Philoſophi laudem es meritus, & plurimis Veterum monumentis, quæ ſuppreſſa in tenebris latebant, per te primum excitatis ac publicatis nomen abunde illuſtraveris tuum, & memoriæ mandaveris hominum ſempiternæ? Sed neque tibi dum hic ageres dulciſſimus ille defuit, qui vivos & ſentientes magis afficit præſentis gloriæ fructus, dum incredibili clientium concurſu divina Themidis oracula quotidie depromis, ea doctrinæ pariter & ſanctitatis admiratione, ut Henricus III. miſſis in Aquitaniam aliquot Patribus qui Jus dicerent, his te ſimul & Oiſelum tuum doctiſſimum quoque virum legationis comites addiderit, qui ſua & Reipublicæ graviſſima negotia ſuſciperetis in illo Senatu pro ſingulari veſtra diligentia & fide, procuranda. Quid loquar de incomparabili morum ſuavitate, facilitate, candore, modeſtia, & indefeſſo illo, quo mortales omnes anteibas, de bonis omnibus bene merendi ſtudio? Itaque dum tui memoriam Boni omnes viciſſim colunt, aliique lugubribus tibi parentant næniis, alii vitam tuam & honeſtiſſimas actiones pedeſtri facundia deſcribunt; accipe has etiam inferias & ſuprema veteris amici munera, quæ & nos tibi offerimus, ne ſoli tanto e numero ſimus in eum ingrati, quo nemo vixit omnibus gratior, nemo in omnes benignior. Fato functus eſt Petrus Pithœus Nogenti ad Sequanam ex febre, ſeptem & quinquaginta natus annos, Kalend. Novemb. die ſuo natali, biennio poſtquam ejus magna ex parte conſilio & opera deluſis Ibericæ factionis artibus Lutetia regni caput in legitimi Regis poteſtatem pervenit.

EX EPISTOLA JACOBI CUJACII
præfixa Codici Theodoſiano ad Joannem Redingerum Sileſium.

PETRUS Pithœus monumentis ſuis, ita ſe palam oſtendit Literatis, legumque Conſultis omnibus; ut digitum ego tantum ad eum intendiſſe, non totum hominem, quantus erat, hominibus patefeciſſe videar. Nec erit quid ſecus de Fratre, Franciſco Pithœo, in quo efflorescunt jam ingenii & doctrinæ laudes maximæ; ut plane memoria repetens & illas, quibus excelluit in omni genere bonarum literarum Pater, vir clariſſimus & filiis talibus digniſſimus, eam familiam ſeminarium eſſe doctorum Virorum mihi liquido argumento perſuadere poſſim.

EX EJUSDEM LIB. XIII. OBSERVAT. Cap. 10.

LICINIUS Rufinus in eo Libro, quo contulit Leges Dei cum Legibus Populi Romani, invento a Petro Pithœo, ſummo librorum antiquorum & veritatis puriorisque doctrinæ Inveſtigatore, &c. Debemus Rufinum Petro Pithœo, debemus & alia innumera: hoc agente, hoc perquirente, inſtigante, docente diſcimus ſemper & adinvenimus aliquid. Nec mihi laudis, quam totam deſiderat tanta Pithœi ſedulitas, partem ullam attribui volui: & ſi quid eſt laudis, hoc ſatis eſſe reor, quod omnem in eum conferendam eſſe cognoſcam.

EX EJUSDEM LIB. X. OBSERVAT. Cap. 18.

PLACET valde opinio Franciſci Pithœi, Viri non minore eruditione, quam probitate præditi, mihique perfamiliaris.

EX EJUSDEM LIB. XXIII. OBSERVAT. Cap. 3.

NON intellexiſſem niſi me docuiſſet Franciſcus Pithœus virorum emendatiſſimus & eruditiſſimus.

EX PRÆFATIONE HIERONYMI BIGNONII *ad Marculfi Formulas.*

PITHOEOS fratres clariſſima lumina.

EX NOTIS EJUSDEM AD CAP. VIII. LIB. I.

HANC formulam jam edidit eruditiſſimus vir Petrus Pithœus, flos literatorum, literarumque vere parens.

EX HIERONYMI ALEXAND. J. C. IN COMMENTARIO *Cap. 14. Inſtitut. Caii de Inteſtator. hereditatib.*

PRÆCLARUM hoc fragmentum ſumpſimus ex Collatione Legum Moſaïcarum & Romanarum *tit. ult.* quam edidit eruditiſſimus Petrus Pithœus, cui profecto tantum debet Reſpublica literaria, quantum bene merenti homini deberi par eſt.

CASAUBONUS AD CAPITOLINUM IN MAXIMINIS. *Pag. 188. 2. Edit.*

IMMORTALE illud Galliæ decus Petrus Pithœus, quo viro digniorem omni laude alium ne hiſtoriæ quidem continent.

IDEM AD SUETONIUM IN JULIO. Cap. 1.

PETRUS Pithœus Juriſconſultus clariſſimus, qui fugientes Muſas, cum paucis, moratur.

FRANCISCUS HOTOMANUS ANTIQUITAT. ROMAN. *Lib. 4. Diſputat. de Aureo Juſtinianico pag. 698. & 699.*

HANC Novellam e tenebris in lucem edidit Petrus Pithœus, Vir cum ingenio, tum etiam doctrina excellens. Eum ego vel ſolum, vel, ſi volet, una cum Franciſco Fratre pari ingenii elegantia prædito Judicem fero.

ARNALDUS PONTACUS EPISCOPUS VASATENSIS in Apparatu ad Chronicon Euſebii edit. 1604. pag. 29.

PITHOEANUM Manuſcriptum cum Chronicis Euſebii & Hieronymi, ſine Proſpero nobis liberaliter communicatum a Franciſco Pithœo J.C. Actore cauſarum celebri in Suprema Curia Parlamenti, diligentiſſimo conſervatore antiquitatis, Viro multis nominibus commendando; atque inter cætera, non ſolum quod habuerit fratrem literatiſſimum, illum quondam Petrum Pithœum Juriſconſultum, antiquitatis indagatorem ſagaciſſimum, quem non minus ſanguinis propinquitate, quam morum & doctrinæ ſimilitudine attingit: ſed quod, prò ſumma ſua eruditione, ſolùs a Rege Chriſtianiſſimo ſelectus fuerit ex immenſo illo fonte totius doctrinæ & eruditionis choro Advocatorum Pariſienſium, qui Collationis Fontis Eblaudi, inter Epiſcopum Ebroïcenſem & Mornæum Pleſſeum, Arbiter ſederet cum Regni Cancellario, & aliis Primariis Viris.

EXTRAIT

D'UNE LETTRE ECRITE A MONSIEUR PITHOU Seigneur de Bierne, le 2. Septembre 1619. par Monſieur de Thumery Seigneur de Boyſſize, Conſeiller d'Eſtat, Ambaſſadeur en Angleterre.

MONSIEUR,

Si l'amitié des gens de bien eſtoit ſujette à la loy des temps qui emporte & conſume tout, je craindrois d'eſtre déchû de la voſtre par le long-temps qui a interrompu noſtre communication: mais la vieilleſſe n'ayant rien de meilleur que de pouvoir recueillir noſtre vie paſſée, & rememorer nos amis, j'eſpere que vous m'aurez toûjours tenu de ce nombre. Quant à moy j'y ſuis parvenu errant par le monde, & n'ay laiſſé pourtant de me ſouvenir de vous, ainſi que vos amis vous auront témoigné, entre autres Monſieur du Puy. Je ne vous puis celer le dommage que le Public receuroit, ſi vous ne luy donniez enfin ce qu'il attend il y a long-temps de vos études. Les Conciles de France, l'Arnobe, & ce que vous avez remarqué ſur le Code, & infinies autres choſes excellentes que vous nous cachez viendront en lumiere, ſi vous m'en croyez: car les Arts & Sciences ne ſont pas bien privez, & ne valent rien plus que la ſocieté humaine en tire de profit. J'attendray de vos nouvelles pour entrer en quelque joüiſſance de ce bien.

PETRI PITHOEI TUMULUS.

PETRO. PITHOEO. P. F. TRICASS. SAVODIÆ. DOMINO. NOBILITATE. ACTIBUSQUE. AD. EXEMPLUM. PRÆCIPUO. ADVOCATO. JURISC. UNDECUMQ. DOCTISS. EA. ÆQUITATE. ARBITRO. UT. INTER. OMNES. QUI. AD. EUM. ANIMO. LITIGANTIS. INTRASSENT. PARENTEM. SE. MAGIS. HIS. QUAM. JUDICEM. PRÆBUERIT. PETITU. BONORUM. TESTIMONIO. SENATUS. JUDICIO. REGUM. PER. PROVINCIAM. AQUITANIC. ET. ITERUM. LUTETIÆ. PARISIOR. DIFFICILLIMIS. TEMPORIBUS. PERFUNCTO. PROCURATORIS. GENERALIS. OFFICIO. LICET. EGREGIA. EJUS. IN. REM. PUBLICAM. MERITA. ET. IPSIUS. SCRIPTA. VETERUMVE. AUTORUM. MONUMENTA. AB. ILLO. IN. LUCEM. PRIMUM. DATA. AUT. RESTITUTA. ATQUE. DOCTORUM. OMNIUM. PERVULGATA. DE. EODEM. TESTIMONIA. AD. MEMORIAM. SEMPITERNAM. SUFFICIANT. ATTAMEN. FIDELISSIMÆ. DEVOTIONIS. GRATIA. ET. PRO. SINGULARI. CIRCA. EUM. AMORE.

FRATRI. PIISSIMO. ATQUE. INCOMPARABILI. FRANCISCUS. PITHOEUS. BONA. PIAQ. MENTE.

M. P.

VIXIT. ANNOS. LVII.

OBIIT. NATALI. SUO. MAGNORUM. VIRORUM. FATO. KAL. NOVEMB. CIↃ IↃ XCVI.

R. I. P.

ANAGRAMMA.

PETRUS PITHOEUS.

PERPETUO JUSTUS.

FRANCISCI PITHOEI
TUMULUS.

FRANCISCO PITHOEO, PETRI FILIO, PETRI FRATRI; JURISCONSULTO, ET IN REGIA NAVARRÆ SUPPLICUM LIBELLORUM MAGISTRO; COLLEGII TRECENSIS FUNDATORI: VIRO OMNIBUS INGENII ANIMIQUE DOTIBUS PRÆCLARO: SUMMO ANTIQUITATIS OMNIS SACRÆ, PROFANÆ, GALLICÆ, EXOTICÆ ADMIRATORI, INDAGATORI, VINDICI; AD QUAM ETIAM ET RECTE MORES FORMARI, ET ANIMOS TUTISSIME DIRIGI NON VANE SIBI PERSUASERAT ET FECERAT: OB QUAS VIRTUTES A CHRISTIANISSIMO FORTISSIMOQUE REGE HENRICO QUARTO, CUM EXTRA ORDINEM IN DEPECULATORES JUDICIA EXERCERENTUR, PROCURATOR GENERALIS, ET IN COLLATIONE INTER DAVIDEM PERRONIUM EPISCOPUM EBROICENSEM, ET MORNÆUM PLESSEUM COGNITOR ELECTUS. DEINDE, CUM DE REGNI FINIBUS, CUM ARCHIDUCE BELGA REGUNDIS, AGERETUR, INTER DELEGATOS REGIOS, QUI CUM ARCHIDUCIS DELEGATIS IN REM PRÆSENTEM VENIRENT, ET ANTIQUOS LIMITES RECOGNOSCERENT, ADSCRIPTUS EST. HUIC LICET AD SEMPITERNAM MEMORIAM DOCTISSIMA SCRIPTA, QUÆ PUBLICA FECIT, SUFFICIANT; EJUSQUE MODESTIAM, QUOD IN ILLIS NOMEN SUUM INSCRIBI NON PASSUS EST, PRÆDICENT: AMICUS TAMEN SINGULARIS, ET SUPREMÆ VOLUNTATIS VINDEX, ANTONIUS ALLENUS IN PRÆFECTURA TRICASSINA CONSILIARIUS REGIUS HANC TESTIMONII FIDEM VIRO MAXIMO, BENE DE STUDIIS, BENE DE REPUBLICA MERITO, DEBITAM AD POSTEROS TRANSMITTI, PROPAGARIQUE HOC MONUMENTO CURAVIT.

VIXIT ANNOS LXXVII. MENSES IV. DIES XVII.
OBIIT VII. KAL. FEB. ANNI M. DC. XXI.

IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR

PETRI ET FRANCISCI PITHOEI *Juriſconſultorum Commentaria ad Codicem Juſtiniani Imperatoris.*

JULIANI *Anteceſſoris Conſtantinopolitani Novellarum Juſtiniani Epitome, cum Notis & Lectionibus variis Antonii Auguſtini, Petri & Franciſci Pithœi.*

EJUSDEM *Juliani Dictatum de Conſiliariis.*

EJUSDEM *Collectio de Contutoribus.*

IMPERATORIS *Juſtiniani Edictum Fidei confeſſionem continens, & refutationes Hæreſeon ex lib. manuſcript.*

EJUSDEM *Juſtiniani Imperatoris Pragmatica Sanctio ad petitionem Vigilii Papæ, continens varia Capitula.*

EJUSDEM *Juſtiniani Conſtitutiones tres.*

JUSTINI *Imperatoris Conſtitutiones tres.*

PRAGMATICUM *Tiberii Imperatoris de Confirmatione Pragmatici Juſtini Imperatoris.*

JUSTINIANI *Imperatoris Novella de Adjutoribus Quæſtoris.*

EJUSDEM *Imperatoris Novella de Succeſſoribus eorum qui in Africa degunt.*

EJUSDEM *Imperatoris Novella de Eccleſiis conſtitutis in Africa.*

EJUSDEM *Imperatoris Novellæ V. & CXXIII. de Monachis, ex vetuſtiſſimo Codice Canonum Eccleſiæ Belvacenſis, poſt Gregorii II. Decreta, litteris Angloſaxonicis ad finem ejuſdem Codicis adjectæ.*

EJUSDEM *Imperatoris Novella de Alienatione rerum Eccleſiæ Mſiæ relictarum pro Captivorum redemptione & alimentis Pauperum.*

IMPERATORUM *Theodoſii, Valentiniani, Majoriani, & Anthemii Novellæ Conſtitutiones XLII.*

INDEX *accuratus, in quo ſingula quæque capita Novellarum ad Librum Codicis competentem referuntur.*

AUTHENTICARUM *Conſtitutionum quæ inſeruntur Codici Juſtiniani Index ad interpretationem Juliani relatus.*

CAPITA *Novellarum quæ ex ejuſdem interpretatione in Jure Pontificio referuntur.*

INDEX *Novellarum Theodoſii, Valentiniani, Majoriani & Anthemii.*

D. JUSTINIANI



D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS
LIBER PRIMUS.

DE SUMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA, ET UT NEMO DE EA PUBLICE CONTENDERE AUDEAT.

TITULUS PRIMUS.

De una Deitate & Trinitate. 1. De nomine eorum, qui veram fidem ampleℓtuntur, & de pœnis Hæreticorum.

I. IMPERATORUM GRATIAN. VALENT. ET THEOD. AAA. Edictum ad populum urbis Conſtantinopolitanæ.

CUNCTOS populos[1], quos Clementiæ noſtræ regit imperium, in tali volumus religione verſari, quam divum Petrum Apoſtolum tradidiſſe[2] Romanis[3], religio uſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat[4]: quamque Pontificem Damaſum ſequi claret[5], & Petrum Alexandriæ Epiſcopum, virum Apoſtolicæ ſanctitatis[6], hoc eſt, ut ſecundum Apoſtolicam diſciplinam Evangelicamque doctrinam[7], Patris & Filii & Spiritus Sancti unam Deitatem[8] ſub pari Majeſtate & ſub pia Trinitate credamus.

§. 1. Hanc legem ſequentes, Chriſtianorum Catholicorum nomen ju-

bemus amplecti[9]: reliquos vero dementes veſanoſque judicantes[10], hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere: divina primum vindicta, poſt etiam motus [animi] noſtri, quem ex cœleſti arbitrio ſumpſerimus, ultione plectendos[11]. Dat. III. Kal. Mart. Theſſ. GRATIANO A. V. & THEODOSIO A. CONSS. 380.

[1] *Cunctos populos*] *Rufinus lib. 1. cap. 9.* Vel quia etiam hic noſtri ſunt populi qui iſtis communicare nolunt. *Auguſtinus Homil. de Paſtorib.* Cum fieret ut Oriens atque Occidens communionis ſibi vinculo necterentur; quid loquar de Hæreticis, qui licet foris ſint, tamen ſe nominant Chriſtianos? *Victor. Uticenſ. lib. 3. de perſecut. Wandal. in edict. Hunnerici.* Cunctis populis fecimus innoteſcere. *Et iterum in fin. ejuſd. edict. Martianus allocutione ad Synod. Chalced.* Noſtræ autem tranquillitati operæ pretium eſt unam eandemque circa Divinitatem ſtabiliri ſententiam, veram religionem colere. *Hanc Martiani allocutionem inveniet eruditus lector tom. 4. Concil. general. col. 576. Labbean. edit. qua in citandis locis utemur.*

[2] *Quam divum Petrum Apoſtolum tradidiſſe*] Antiquitas a Primicerio Apoſtolorum. Unde *Tertull. de præſcript. cap. 21.* Quid prædicaverint Apoſtoli, quid illis Chriſtus revelaverit non aliter probari debere niſi per eaſdem Eccleſias quas ipſi Apoſtoli condiderunt, ipſi eis prædicando tam viva, quod aiunt, voce, quam per Epiſtolas. Si hæc ita ſunt, conſtat proinde omnem doctrinam quæ cum illis Eccleſiis Apoſtolicis & matricibus & originalibus conſpirat, veritati deputandam, id ſine dubio tenentem quod Eccleſiæ ab Apoſtolis, Apoſtoli a Chriſto, Chriſtus a Deo ſuſcepit: reliquam vero omnem doctrinam de mendacio præjudicandam quæ ſapiat contra veritatem Eccleſiarum & Apoſtolorum & Chriſti & Dei. *S. Iren. lib. 3. cap. 3.* Etenim ſi recondita myſteria ſciſſent Apoſtoli quæ ſeorſim & latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea quibus etiam ipſas Eccleſias committebant. *Et Paulo infra.* Maximæ & antiquiſſimæ & ab omnibus cognitæ a glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ eam quam habet ab Apoſtolis traditionem & annuntiatam hominibus fidem per ſucceſſionem Epiſcoporum pervenientem uſque ad nos indicantes confundimus omnes eos qui quoquomodo vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam ſententiam præterquam oportet colligunt; ad hanc enim Eccleſiam propter potentiorem principalitatem neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt eos qui ſunt undique fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt undique conſervata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio. *Origenes περὶ ἀρχῶν lib. 4. cap. 2.* Nobis videntur recta via intelligentiæ obſervantibus demonſtrare illam regulam & diſciplinam quam ab Jeſu Chriſto traditam ſibi Apoſtoli per ſucceſſionem poſteris quoque ſuis ſanctam Eccleſiam docentibus tradiderunt.

[3] *Romanis*] *Victor Uticenſ. lib. 2. de perſecut. African. ubi B. Eugenius ſic loquitur.* Scribam & ego fratribus meis ut veniant Coepiſcopi mei qui vobis nobiſcum communem fidem valeant demonſtrare, & præcipue Eccleſia Romana. *Theodoſius Imperator.* Vos probatos Romanæ religionis Sacerdotes eſſe manifeſte declarate.

[4] *Religio uſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat*] *Irenæus lib. 3. cap. 4.* Tantæ igitur oſtenſiones cum ſint non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facile eſt ab Eccleſia ſumere: cum Apoſtoli quaſi in depoſitorium pleniſſime in ea contulerint omnia quæ ſint veritatis, uti omnis quicunque velit ſumat ex ea potum vitæ.

[5] *Quamque Pontificem Damaſum ſequi claret*] Formulam enim ediderat Damaſus ut qui ſe Chriſtianum profitebatur illud diceret quod ab Apoſtolis traditum erat. *Damaſus in Epiſt. ad Epiſcop. Oriental. quæ extat tom. 2. Concil. General. columm. 866. D. Hieronymus Epiſt. ad Theophil.* Sed tu ſcito nobis nihil eſſe antiquius quam Chriſti jura ſervare, nec Patrum tranſire terminos, ſemperque meminiſſe Romanam fidem Apoſtolico ore laudatam, cujus ſe eſſe participem Alexandrina Eccleſia gloriatur, &c. *D. Ambroſius in Epiſt. 1. ad Timotheum cap 3. verſ. 15.* Scribo tibi ut ſcias quomodo Eccleſiam ordines, quæ eſt Domus Dei, ut cum totus mundus Dei ſit, Ec-

cleſia tamen domus ejus dicatur cujus ſedis Rector eſt Damaſus. *Sigebertus ann. 688. pag. 540.* Damaſus Papa inſtituit, *Credo in unum Deum*, ſolemnibus diebus cantari ex Decreto Univerſalis Synodi Conſtantinopolitanæ.

[6] *Petrum Alexandriæ Epiſcopum virum Apoſtolicæ ſanctitatis*] *Tertullianus de præſcript.* Virum Apoſtolicum, ſic Romanus Epiſcopus Domnus Apoſtolicus. *D. Hieronymus Epiſt. ad Theodoram 29.* Irenæum virum Apoſtolicorum temporum.

[7] *Secundum Apoſtolicam diſciplinam Evangelicamque doctrinam*] *Can. 69. Concil. African.* Placuit ut ſecundum Evangelium & Apoſtolicam diſciplinam. *Innocentius I. Epiſt. 1.* quæ extat *tom. 2. Concil. General. col. 1245. qua Decentii conſultationibus reſpondet.* Qui dum neſciunt traditiones antiquas humana præſumptione corruptas putant ſibi aut Eccleſiæ non convenire, aut ab Apoſtolis vel ab Apoſtolicis viris contrarietatem inductam. Quis enim neſciat aut non advertat id quod a Principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc uſque cuſtoditur ab omnibus debere ſervari cathedris.

[8] *Unam Deitatem*] *D. Auguſtinus lib. 7. de Civit. Dei cap. 1.* Hanc Divinitatem, vel, ſic dixerim Deitatem: nam & hoc verbo, ut jam noſtros non piget, ut e Græco expreſſius transferant id quod illi θεότητα appellant.

[9] *Chriſtianorum Catholicarum nomen jubemus amplecti*] *D. Auguſtinus in Pſalm. 56.* Nos autem Catholici in omni terra ſumus. *Idem lib. de unitat. Eccleſ. cont. Petilian. cap. 1.* Quæ Eccleſia una eſt quam majores noſtri Catholicam nominarunt. *Idem in Homil. de Paſtorib. cap. 13.* Puta ovem de Oriente veniſſe in Africam, quærit gregem ſuum, incurrit in Baſilicam tuam. At quæris Paganus ſit an Chriſtianus? Reſpondet Chriſtianus. Et quæris ne forte Catechumenus ſit & irruat in Eccleſiæ ſacramentum? Reſpondet fidelis. Quæris cujus communionis ſit? Reſpondet Catholicus. Chriſtianum fidelem Catholicum reprobas. Unde *Pacianus Epiſt. 1. in fin. pag. 51. tom. 3. Biblioth. SS. Patr. edit. Pariſ. ann. 1644.* Chriſtianus mihi nomen eſt, Catholicus cognomen. Illud me nuncupat, iſtud oſtendit. *Idem ibid. paulo ante.* Ego forte ingreſſus populoſam urbem hodie cum Marcionitas, cum Apollinariacos, Cataphygas, Novatianos, & cæteros ejuſmodi comperiſſem qui ſe Chriſtianos vocarent. *D. Auguſtinus cap. 4. contra Epiſt. fundament.* Cum omnes Hæretici ſe Catholicos dici velint. *Idem lib. 32. cont. Fauſtum cap. 17.* Numquid enim eſt Hæreſis quæ non veritatem ſe nominet? *D. Hilarius lib. cont. Conſtantium pag. 310.* Memento tamen neminem Hæreticorum eſſe qui ſe nunc non ſecundum ſcripturas prædicare ea quibus blaſphemat, mentiatur. *Lactantius lib. 4. cap. ult. de ver. relig.* Chriſtiani eſſe deſunt qui, Chriſti nomine amiſſo, humana & externa vocabula inducunt. Sola igitur Catholica Eccleſia eſt quæ verum cultum retinet.

[10] *Veſanoſque judicantes*] *Lucifer Calaritanus lib. 1. tom. 9. Biblioth. SS. Patrum column. 954.* Ut jam non Epiſcopi, ſed mereantur nuncupari veſani atque carnifices.

[11] *Divina primum vindicta, &c. plectendos*] *In libello Luciferanorum nomine oblato Valentiniano, Theodoſio & Arcadio Imperatoribus pag. 20.* Ut vero intenta prudentia veſtra animadvertat quam venerabilis fides ſit conſcripta apud Nicænum adverſus Arrium, cui & Deus non ſolum per auctoritatem Scripturarum Divinarum, ſed etiam per ſacratiſſimam orationem, ſancti quoque Alexandri teſtimonium dedit; & quam execrabilis eſt impia doctrina Arrii, quam in ipſo Arrio novo genere ſupplicii ſententia Divina damnavit, non expectans in illo diem judicii, ut & exemplo pœnæ ejus cæteri perterriti præcaverent. Quo utique exemplo nec illud dubitandum eſt etiam hos apud Deum eſſe damnatos qui Arrii impiam doctrinam renovandam vel ſuſcipiendam eſſe crediderunt, &c. ſed & illud ambigi non poteſt, hos eſſe vere Catholicos, qui per exilia, per genera ſuppliciorum, per atrocitatem mortis illam fidem ſine dolo vindicant, quæ apud Nicæam Evangelica atque Apoſtolica ratione conſcripta eſt, quam Deus apertiſſime probavit ſupplicio Arrii impugnantis eam.

De Hæreticorum & Fidelium congregationibus. 1. Summa Concilii Niceni. 2. De Hæreticis ejiciendis & Catholicis Epiſcopis Eccleſiæ reſtituendis.

II. Iidem AA. Eutropio Præfecto Prætorio.

NULLUS Hæreticis miniſteriorum locus, nulla ad exercendam animi obſtinatioris dementiam [1] pateat occaſio. Sciant omnes, etiamſi quid ſpeciali quolibet reſcripto per fraudem elicito ab hujuſmodi hominum genere impetratum ſit, non valere. Arceantur cunctorum Hæreticorum ab illicitis congregationibus turbæ: unius & ſummi Dei nomen ubique celebretur. Nicænæ fidei dudum a majoribus traditæ, & divinæ religionis teſtimonio, atque adſertione firmatæ, obſervantia ſempermanſura teneat.

§. 1. Is autem Nicænæ adſertor fidei & Catholicæ religionis verus cultor accipiendus eſt: qui omnipotentem Deum & Chriſtum Filium Dei uno nomine confitetur: Deum de Deo, lumen de lumine: qui Spiritum Sanctum, quem ex ſummo rerum parente & ſperamus & accipimus, negando non violat: apud quem intemeratæ fidei ſenſus viget, & incorruptæ Trinitatis indiviſa ſubſtantia, quæ Græco verbo ὁμοούσια [2] recte credentibus dicitur. Hæc profecto nobis magis probanda, hæc veneranda ſunt.

§. 2. Qui vero non iiſdem inſerviunt; deſinant affectatis dolis alienum veræ religionis nomen aſſumere: & ſuis apertis criminibus denotentur, atque ab omni ſubmoti Eccleſiarum limine penitus arceantur: cum omnes Hæreticos illicitas agere inter oppida congregationes vetemus. At ſi quid eruptio factioſa tentaverit, ab ipſis etiam urbium mœnibus exterminato furore propelli jubemus: ut cunctis Orthodoxis Epiſcopis, qui Nicænam fidem tenent, Catholicæ Eccleſiæ toto orbe reddantur. Dat. IIII. Id. Jan. CP. FL. EUCH. & FL. SYAGRIO CC. COSS. 381.

[1] *Animi obſtinatioris dementiam*] *D. Cyprianus epiſt. 42. Cornel.* Hoc enim vel maxime, frater, & laboramus & laborare debemus, ut unitatem a Domino & per Apoſtolos nobis ſucceſſoribus traditam, quantum poſſumus obtinere curemus: & quod in nobis eſt palabundas & errantes oves, quas quorumdam pervicax factio & hæretica tentatio a matre ſecernit, in Eccleſiam colligamus; illis remanentibus qui in obſtinatione ſua vel furore perſeveraverint, & ad nos redire noluerint, diſcretionis & ſeparationis a ſe factæ & Eccleſiæ derelictæ ipſi rationem Domino reddituri. *D. Auguſtinus epiſt. 162.* Sed qui ſententiam ſuam, quamvis falſam atque perverſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt, præſertim quam non audacia præſumptionis ſuæ pepererunt, ſed a ſeductis atque in errorem lapſis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta ſollicitudine veritatem, nequaquam ſunt inter Hæreticos deputandi. Vide *Can.* Dixit Apoſtolus *quæſt. 24.*

Nicenæ fidei, &c. obſervantia ſemper manſura] *Leo epiſt. 78. ad Leonem Imperatorem.* Non eſſe omnino inter Catholicos computandos qui definitiones venerabilis Synodi Nicenæ, vel ſancti Chalcedonenſis Concilii regulas non ſequuntur: cum utrorumque ſancta Decreta & Evangelico & Apoſtolico ſit manifeſtum fonte prodire.

[2] *Ὁμοούσια*] *D. Ambroſius lib. 3. de fide ad Gratianum cap. ult.* Nam quid eſt aliud quod Homouſion Patri nolint filium dici, niſi quia nolunt verum Dei filium confite-

… ipſorum Euſebius Nicomedienſis epiſtola ſua prodidit dicens: Si verum, inquit, Dei … & increatum dicimus Homouſion cum Patre incipimus confiteri. Hæc cum … eſſet Epiſtola in Concilio Nicæno, hoc verbum in tractatu fidei poſuerunt Pa… quod id viderunt adverſariis eſſe formidinis: ut tanquam evaginato ab ipſis gladio, ipſorum nefandæ caput hæreſis amputarent. *D. Hilarius ad Conſtantium 308.* Jam vero proximi anni fides quid jam de immutatione in ſe habet? primum quæ Homouſion decernit taceri: ſequens rurſum quæ Homouſion decernit & prædicat. tertium deinceps quæ Uſiam ſimpliciter a Patribus præſumptam per indulgentiam excuſat, &c. Fatemini ergo Homouſion cum dicitis lumen de lumine, Deum de Deo: cur repugnatis, &c. Quia recte dicimus Deum de Deo, lumen de lumine, quod verum erit & plenum Homouſion. *Marius Victorinus de Homouſio recipiendo tom. 4. Bibloth. S. S. Patr. col. 255.* Quid autem eſt iſtud eſſe? lumen eſſe, Spiritum eſſe, Deum eſſe, λόγον eſſe: fatemur ergo hæc; nemo negat hæc eſſe. Græci οὐσίαν vel ὑπόστασιν dicunt; nos vero uno nomine latine ſubſtantiam dicimus, &c. οὐσίαν græci pauci & raro: ὑπόστασιν omnes. Diſtat quidem. Verum nunc omittamus: & hoc omnes vere dicimus Chriſtum verum lumen de vero lumine, Deum de Deo. Recte ergo dicitur ejuſdem eſſe ſubſtantiæ, hoc eſt ὁμοούσιον.

3 *Alienum veræ religionis nomen aſſumere*] *D. Hieronymus in dialogo cont. Luciferian.* Sicubi audietis eos qui dicuntur Chriſtiani non a Domino Jeſu Chriſto, ſed a quoquo alio nuncupari, ut Marcionitas, Valentinianos, Montenſes ſive Campales, ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe Synagogam. *D. Auguſtinus Enchirid. cap. 5. ad Laurent.* Si enim diligenter quæ ad Chriſtum pertinent cogitentur, nomine tenus invenitur Chriſtus apud quoſdam Hæreticos qui ſe Chriſtianos vocari volunt. *Juſtinus in Triphone edit. Pariſ. ann. 1636. pag. 253.* ſunt eorum quidam qui vocantur Marcionitæ, quidam vero Valentiniani, Baſilidiani, Saturniani, & alii alio prædici nomine a principe ſententiæ quiſque nomen obtinens: non aliter quam eorum quilibet qui ſapientiæ operam dare putantur.

Præfatio. 1. De libris Porphyrii contra Chriſtianam religionem. 2. De Neſtorianis puniendis. 3. De libris Neſtorii & ſimilibus comburendis. De ſynodo Nicæna & Epheſina. 4. De Irenæo. 5. Epilogus.

γ'. Αὐτοκ. Θεοδόσ. καὶ ὁ Βαλεντ. Α Α. Ὁρμ. Ἐπάρχῳ Πραι[a].

ΠΡΕΠΕΙΝ ἡγούμεθα τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ, τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους περὶ τῆς εὐσεβείας ὑπομιμνήσκειν· οὕτω γὰρ καὶ πλείονα κτήσασθαι τὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐμένειαν δυνατὸν εἶναι νομίζομεν ὅταν καὶ ἡμεῖς, τὰ κατὰ δύναμιν, αὐτῷ ἀρέσκειν σπουδάζομεν, καὶ τοὺς ἡμῶν ὑπαρχομένους εἰς τοῦτο προτρέπομεν.

§. α'. Θεσπίζομεν [τοίνυν,] ὥστε πάντα, ὅσα Πορφύριος ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ μανίας ἐλαυνόμενος [ἢ ἕτερός τις] κατὰ τῆς εὐσεβοῦς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας συνέγραψε, παρ' οἱῳδήποτε εὑρισκόμενα, πυρὶ παραδίδο-

III. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Hormiſdæ PP.

DECERE arbitramur noſtrum Imperium, ſubditos noſtros de Religione commonefacere: Ita enim & pleniorem adquiri Dei, ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti benignitatem poſſibile eſſe exiſtimamus, ſi quando & nos pro viribus ipſi placere ſtuduerimus, & noſtros ſubditos ad eam rem inſtituerimus.

§. 1. Sancimus [igitur,] ut omnia, quæcunque PORPHYRIUS ſua pulſus inſania [aut quivis alius] contra religioſum Chriſtianorum cultum conſcripſit, apud quemcunque inventa fuerint, igni man-

cipentur. Omnia enim provocantia Deum ad iracundiam ſcripta, & pias mentes offendentia, ne ad aures quidem hominum venire volumus.

§. 2. Præterea ſancimus, ut qui adfectant impiam NESTORII opinionem, vel nefariam ejus doctrinam ſectantur; ſi Epiſcopi aut Clerici ſint, ab Eccleſiis ejiciantur: ſi Laici, anathematizentur, [ſecundum ea, quæ jam a noſtra Divinitate' ſunt conſtituta:] licentiam habituris Orthodoxis, quicunque voluerint, ſecundum noſtram legiſlationem, abſque metu, & damno ipſos propalare & accuſare*.

§. 3. Quoniam vero pervenit ad pias noſtras aures, quod quidam doctrinas quaſdam conſcripſerunt, & ediderunt ambiguas, & non per omnia ac præciſe congruentes expoſitæ Orthodoxæ fidei a Sancta Synodo eorum ſanctorum Patrum, qui Nicææ, & Epheſi' convenerunt, & a Cyrillo' piæ memoriæ, qui fuerat magnæ Alexandriæ civitatis Epiſcopus: jubemus, facta hujuſmodi ſcripta, ſive antea, ſive nunc, [potiſſimum autem ea, quæ Neſtorii ſunt,] comburi', & perfectiſſimo interitui mancipari: ita ut in nullius cognitionem venire poſſint: his qui talia ſcripta, aut tales libros habere, aut legere ſuſtinuerint, ultimum ſupplicium experturis. De cætero nulli patente licentia, præter expoſitam fidem (ut diximus) tam Nicææ quam Epheſi, aliud quid vel dicere, vel docere: tranſgreſſoribus nimirum hujus noſtri divini præcepti, ei pœnæ, quæ continetur lata adverſus impiam Neſtorii fidem, lege ſubjiciendis.

θαι· πάντα γὰρ τὰ κινοῦντα τὸν Θεὸν πρὸς ὀργὴν συγγράμματα, καὶ τὰς ψυχὰς ἀδικοῦντα, οὐδὲ εἰς ἀκοὰς ἀνθρώπων ἐλθεῖν βουλόμεθα.

§. β'. Ἔτι θεσπίζομεν[b], ὥστε τοὺς ζηλοῦντας τὴν ἀσεβῆ Νεστορίου δόξαν, ἢ τῇ ἀθεμίτῳ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ ἀκολουθοῦντας· εἰ μὲν Ἐπίσκοποι εἶεν ἢ Κληρικοὶ, τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν ἐκβάλλεσθαι. εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀναθεματίζεσθαι, [κατὰ τὰ ἤδη νομοθετηθέντα παρὰ τῆς ἡμετέρας Θειότητος] ἐξουσίαν ἐχόντων τῶν βουλομένων ὀρθοδόξων τῶν ἑπομένων τῇ εὐσεβεῖ ἡμῶν νομοθεσίᾳ, δίχα φόβου καὶ βλάβης δημοσιεύειν αὐτοὺς καὶ ἐλέγχειν.

§. γ'. Ἐπειδὴ δὲ[c] ἦλθεν εἰς τὰς εὐσεβεῖς ἡμῶν ἀκοὰς ὥς τινες διδασκαλίας τινὰς συνέγραψαν, καὶ ἐξέθεντο ἀμφιβόλους, καὶ οὐκ ἀκριβῶς συμφωνούσας τῇ ἐκτεθείσῃ ὀρθοδόξῳ πίστει παρὰ τῆς ἁγίας Συνόδου τῶν συνελθόντων ἐν Νικαίᾳ καὶ ἐν Ἐφέσῳ ἁγίων πατέρων, καὶ Κυρίλλου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης τοῦ γενομένου τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρέων πόλεως Ἐπισκόπου· κελεύομεν, τὰ μὲν γενόμενα τοιαῦτα συγγράμματα, ἢ καὶ πρὸ τούτου, ἢ καὶ νῦν, ἐμπίπρασθαι, καὶ [διαφερόντως τὰ Νεστορίου[d],] καὶ τελείῳ ἀφανισμῷ παραδοθῆναι, ὥστε μήτε εἰς ἀνάγνωσίν τινος ἐλθεῖν· τῶν τὰ τοιαῦτα συγγράμματα ἤτοι βιβλία ἔχειν καὶ ἀναγινώσκειν ἀνεχομένων, τὴν ἐσχάτην τιμωρίαν ὑφορωμένων. τοῦ λοιποῦ μηδενὶ ἐξεῖναι, παρὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν (καθάπερ εἰρήκαμεν) ἔν τε Νικαίᾳ καὶ ἐν Ἐφέσῳ, λέγειν τι ἢ διδάσκειν· δηλαδὴ τῶν παραβαινόντων τοῦτο ἡμῶν τὸ θεῖον θέσπισμα τῇ εἰσηγμένῃ τιμωρίᾳ τοῖς ἐκπεμφθεῖσι περὶ τῆς ἀσεβοῦς πίστεως Νεστορίου νόμῳ ὑποβαλλομένων.

§. δ'. Ὥστε δὲ πάντας τῇ πείρᾳ μαθεῖν, ὡς ἡ ἡμετέρα θειότης ἀποστρέφεται τοὺς ζηλοῦντας τὴν ἀσεβῆ Νεστορίου πίστιν θεσπίζομεν, Εἰρηναῖον· τὸν πάλαι διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην παρ' ἡμῶν ἀγανακτήσει ὑποβληθέντα, καὶ μετὰ τοῦτο (οὐκ ἴσμεν ὅπως) μετὰ δύο γάμους (ὡς μεμαθήκαμεν) παρὰ τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας τῆς Τυρίων πόλεως Ἐπίσκοπον γεγονότα, τῆς μὲν ἐν Τύρῳ ἁγίας Ἐκκλησίας ἐκβληθῆναι, ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ μόνῃ πατρίδι διάγειν ἡσυχάζοντα, παντελῶς τοῦ σχήματος καὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἱερέως ἐστερημένον.

§. ε'. Ταῦτα τοίνυν ἡ σὴ Μεγαλοπρέπεια ἀκολουθοῦσα τῷ σκοπῷ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας, παραφυλάξαι καὶ πέρατι παραδοῦναι σπουδάσει. Dat. XIII. Kal. Mart.

§. 4. Ut autem omnes te ipſi diſcant, quantum noſtra Divinitas averſetur eos, qui impiam Neſtorii fidem adfectant: præcipimus, IRENÆUM dudum ob hancce cauſam noſtræ indignationi ſuppoſitum, & poſtea (neſcimus quomodo) poſt binas nuptias (ut didicimus) præter Apoſtolicos Canones [1], Tyriorum civitatis Epiſcopum factum, ex Tyriorum quidem Eccleſia dejici, in ſua autem duntaxat patria degere quieſcentem omnimodo, & ſchemate atque nomine ſacerdotis exutum.

§. 5. Hæc igitur tua Magnificentia, ſequens noſtræ Religionis ſcopum, obſervare & effectui dare ſtudebit. Datum XIII. Kalend. Mart. 449.

[a] Hæc Græca conſtitutio inventa eſt in quadam collectione Eccleſiaſticarum conſtitutionum cujus multa exempla vidimus. In ea totus hic titulus & aliquot alii relati ſunt & partim Græca verba conſtitutionum referuntur, partim in epitomem rediguntur tam Latinæ quam Græcæ conſtitutiones. Eſt etiam tota integra hæc lex in Epheſina Synodo Græca: pars vero ejuſdem refertur ab Evagrio *lib. I. hiſtor. Eccleſ. cap. 12.*

[b] Ἐν θεσπίζομεν] *Synod. Epheſin. prioris Can. VI.* Si quis dicit Deum eſſe Chriſti Dei Patris verbum, & non magis eundem ipſe confitetur Deum ſimul & hominem, propterea quod verbum caro factum eſt, ſecundum ſcripturas, anathema ſit. *Baſiliſcus in Encyclio.*

[c] Ἐπειδὴ δὲ] *Liberatus de cauſa Neſtoriana.*

[d] Τὰ Νεστορίου] *Libellus Monachor. ad Synod. Conſtantinopol.* Ubicumque inveniantur igni tradi. Hoc enim de immaniſſimis & impiis Neſtorii conſtitutionibus fieri piæ ordinationes ſanciunt. Ex relatione Synod. Epheſinæ prioris ad Theodoſium & Valentinianum Impp. meminit Nov. XLII.

[e] Εἰρηναῖον] *Evagr. lib. I. cap. X.* Ab-

[1] Epitome hujus conſtitutionis refertur a Photio Patriarcha Conſtantinopolitano *tit. 12. cap. 3.* his verbis. Porphyrii aliorumque Hæreticorum adverſus Chriſtianos libri comburuntor: Neſtorii etiam & quicunque Nicæno Epheſinoque Conciliis & Cyrillo Epiſcopo Alexandrino, quorum fidem excedere non licet, non conſonant. Qui vero dictos libros habent & legunt, ultimo ſupplicio afficiuntor.

[2] *Subditos*] Adminiſtros.

[3] *A noſtra divinitate*] *In vet. cod. manuſcript.* A noſtra poteſtate quam deſuper habemus.

[4] *Licentiam habituris, &c. ipſos propalare & accuſare*] *In reſcripto Honorii & Theodoſii ad Palladium Præfectum Prætorio adverſus Pelagium & Cœleſtium quod extat tom. 2. Concil. General. col. 1607.* Qui hujus de cætero ſacrilegii ſectatores quibuſcumque locis potuerint reperiri, aut de pravitate damnata aliquem proferre ſermonem, a quocunque correpti ad competentem judicem pertrahantur, quos ſive Clericus, ſive Laicus fuerit deferendi habeat poteſtatem.

[5] *Nicæa & Epheſi*] Ote confitebantur conſtitutiones Synodi Epheſinæ.

[6] *A Cyrillo*] Nam duodecim capi-

nula Cyrilli habita ſunt tanquam Concilii Epheſini in Concilio Romano ſub Martino, & in epiſtola Orientalium relata a Cyrillo, Cyrillus capitula quæ Orientales explodebant aſſerebat. dicatus præterea Daniel Epiſcopus Carrorum, & Irenæus Tyri.

7 *Comburi*] *Synodus Epheſina epiſtola ad Imperatores quæ habetur tom. 3. Concil. General. col. 572.* Veſtram ergo Majeſtatem iterum atque iterum rogatam cupimus ut univerſam illius doctrinam e ſanctiſſimis Eccleſiis ſubmoveri, ejuſdemque libros ubicumque locorum repertos flammis tradi jubeat, per quos Dei gratiam, propter ſuam in nos benignitatem homines facti, abolere contendit: quam ille non benignitatem, ſed Divinitatis ignominiam cenſuit.

8 *Præter Apoſtolicos Canones*] Canon eſt 17. Apoſtolorum quem refert Ivo Carnotenſis *part. 8. Decret. cap. 287.* Si quis poſt baptiſma ſecundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam habuerit, non Epiſcopus, non Preſbyter poteſt eſſe aut Diaconus, non prorſus ex eorum numero qui miniſterio ſacto deſerviunt.

Ne quis de fide publice contendat.

IV. Imp. MARCIANUS [1]A. Palladio Præfect. præt.

NEMO Clericus [2], vel militaris [3], vel alterius cujuſlibet conditionis, de fide Chriſtiana, publice turbis coadunatis [4], & audientibus, tractare conetur [5] in poſterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occaſionem [6] requirens. Nam & injuriam facit judicio reverendiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel judicata ac recte diſpoſita revolvere & publice diſputare contenderit: cum ea quæ nunc de Chriſtiana fide a ſacerdotibus, qui Chalcedone convenerunt, per noſtra præcepta ſtatuta ſunt, juxta Apoſtolicas expoſitiones, & inſtituta [7] ſanctorum Patrum trecentorum decem & octo [in Nicæa [8],] & centum quinquaginta [in hac Regia Urbe] definita eſſe noſcantur. Nam in contemptores hujus legis pœna non deerit: quia non ſolum contra fidem vere expoſitam veniunt, ſed etiam Judæis & Paganis ex hujuſmodi certamine prophanant veneranda myſteria [9]. Igitur ſi Clericus erit, qui publice tractare de religione auſus fuerit, [a] conſortio clericorum removebitur: ſi vero militia prædirus ſit, cingulo ſpoliabitur. Cæteri autem hujus criminis rei, ſiquidem liberi ſint, de hac Sacratiſſima Urbe expellentur: pro vigore judiciario etiam competentibus ſuppliciis ſubjugandi; [ſi vero ſervi, ſeveriſſimis animadverſionibus plectentur.] Dat. VIII. Id. Feb. Conſtant. PATRICIO & RICHIMER. CONSS. 459.

1 *Imperator Marcianus*] Vide *tom. 4. Concil. General. col. 841.* Eſſet igitur jam profana contentio, &c. Ut nulla in poſterum dubiratio relinqueretur ſacro edicto Chalcedonenſem Synodum confirmavit Marcianus, & admonuit univerſos ut de Religione diſputare deſinerent. *In epiſtola Epiſcoporum Epyri ad Leonem Imperatorem eod. tom. col. 973.* Cum præcipue Imperator piæ memoriæ Marcianos deponendos eſſe ſanciverit etiam recte factos Epiſcopos ſi quid mutilare aut commovere ex his quæ Chalcedone a ſancto & univerſali Concilio ſunt definita tentaverint. *Ivo Carnot. part. 4. Decret. cap. 75.*

2 *Nemo Clericus*] *Synodus ſexta in Trullo tom. 6. Concil. General. col. 587. & ſequentibus.*

3 *Militaris*] Militans *in vet. cod. Ambroſ. in 2. epiſt. Paul. ad Corinth. cap. 11. verſ. 8.* ſtipendium eſt quod militaris accipit. *D. Hieronym. Damaſo.* Solent militantes ha-

tes habere lineam quam Camiſiam vocant. *Idem cap. 2. Michææ.* Sed militantes & accinctos gladio & judices, excubantibus ante fores ſuas Centurionibus & turmis militum, Christi Sacerdos invitat ad prandium. *D. Auguſtinus de bon. viduit. cap. 22.* Illa enim merces tanquam ſtipendium eſt militantium per arma juſtitiæ.

4 *Publice turbis coadunatis*] *D. Auguſtinus lib. quæſt. Evangel. ſecund. Math. quæſt. 11.* Multos tales portat Eccleſia quia non ita defendunt falſitatem ſententiæ ſuæ ut intentam multitudinem faciant; quod ſi fecerint, tunc pellantur.

5 *Tractare conetur*] *D. Auguſtinus lib. 2. contra Gaudent. cap. 28.* Si ſacrificium non obtulerint, neque ſermonem in populo fecerint. *Iſidorus Peluſiota epiſt. 214.* Modò Divinitati conſentaneo & excellenti, atque adeo natura præſtantiori mentem de Divina eſſentia & auctoritate conſiderationem ineuntem pie ac fructuoſe & quatenus facultas fert, ea quæ ægre inveſtigari atque exponi, vel, ut rectius loquar, nullo modo exponi queunt apud auditores per linguam, ſi ita opus ſit, eloqui oportet quod Deus ſit ex operibus aſſerentem, quid autem ſit minime perſcrutantem. *Fulgentius de fid. ad Petrum.* Gaudeo quidem quod pro fide nemo ſine ullo perfidiæ vitio cuſtodiatur, niſi ſollicitudinem geſſerit. *Synodus Chalcedonenſis act. 5.* Si quis igitur Idiota, vel Militaris, vel Clericus publice turbam congregans ſub obtentu diſputationis tumultum fecerit, ſciat, ſi quidem Idiota eſt, ab urbe regia expelletur; Militaris vero & Clericus gradus ſui periculum ſuſtinebunt, & pœnis aliis ſubjacebunt. Quæ etiam poſt lectionem definitionis & voces gratulatorias ad ſanctam Synodum dixit pia & Catholica fide a ſancta Univerſali Synodo ſecundum Patrum expoſitionem declarata juſtum ſimul & expediens eſt: noſtra tranquillitas approbavit omnem de cætero contentionis occaſionem de ſanctæ fidei religione penitus amputari.

6 *Perfidiæ occaſionem*] *D. Cyprianus epiſt. 57. ad Cornelium.* Fidei coronam non eſſe, ſed pœnam potius perfidiæ. *Idem epiſt. 55. ad eundem Cornelium.* Nec cogitare eos eſſe Romanos quorum fides Apoſtolo prædicante laudata eſt, ad quos perfidia habere non poſſet acceſſum. *Rufinus lib. 10. hiſtor. Euſeb.* Abjurato errore perfidiæ ad fidem Patrum ſtatutaque converſi Pagani objiciebant Chriſtianis diſſenſiones inter ſe. *D. Hilarius ad Conſtant.* Jam quidquid apud te, præter fidem unam, eſt, perfidia, non fides eſt. *Phebadius tom. 4. Biblioth. S. S. Patr. col. 169.* Incipientes igitur ab ipſo capite perfidiæ, non fidei, &c. *Vincentius Lirinenſis commonitor. 4. cap. 6.* Antiquam fidem novellæ perfidiæ præferendo Judicem paverim. *D. Chryſologus ſerm. 19.* Fidei ſiluit ad domum perfidiæ cur rediret. *Idem ſerm. 144.* Sed nos iſta, fratres, audiamus, non ut perfidi, ſed ut fideles. *Idem ſerm. 152.* De fide perfidiæ ſumit arma. Vide *Pamelium ad Tertullianum de diverſ. religion. non admittend. cap. 9. 10. 11. 12.*

7 *Inſtituta*] Actum eſt enim Concilii Nicæni Symbolum & optatum.

8 *Sanctorum Patrum* CCCXVIII. *in Nicæa*] *Zenon Imperator in Enotico.* Symbolum Trecentorum decem & octo Epiſcoporum quod centum quinquaginta Patres confirmaverunt. *D. Athanaſius epiſt. ad Epictetum.* Nullam in Catholica Eccleſia Synodum nominari voluerunt niſi ſolum quæ in Nicæa facta eſt, quæ eſt Trophæum adverſus omnes Hæreſes. *D. Ambroſius in prolog. lib. 1. de fid.* De Conciliis id potiſſimum ſequitur quod trecenti decem & octo Sacerdotes tanquam Abrahæ lecti judicio, conſonæ fidei veritate, velut Trophæum toto orbe ſub actis perfectis extulerunt. *In actib. Concil. Chalcedon.* Concilii fides bene diſceptata eſt a trecentis decem & octo ſanctis Patribus & firmata ab Anaſtaſio & Cyrillo. *In epiſt. Epiſc. Armen. ad Leon. Imperat. quæ extat tom. 4. Concil. General. col. 950.* Igitur quaſi paternæ ſuccedentes hereditati, ſacratiſſimi Principes qui ſceptra illius ſuſceperunt in Synodo centum quinquaginta Patrum, & fides trecentorum decem & octo Patrum piis ſanctionibus firmaverunt. Vide *Evagrium lib. 3. hiſt. Eccleſ. cap. 14. Liberius Epiſcop. Roman. epiſt. 13. directa Hypatio, Cyrillo, Hyparchio & omnibus in Oriente Orthodoxis quæ habetur tom. 2. Concil. General. col. 757.* Semper hanc fidem ſervaſſe, & ad extremum vitæ diem ſervaturos eſſe, videlicet quæ fuerit: neque enim tam ingens Epiſcoporum numerus fortuito, ſed Dei nutu atque voluntate fuit coactus; imo vero eodem numero beatus Abraham tot hominum millia per fidem profligavit. *Petrus Fullo epiſt. ad Acacium quæ refertur ab Evagrio lib. 3. hiſt. Eccleſ. cap. 18.*

Symbolum a trecentis decem & octo ſanctis Patribus compoſitum animadvertimus, & idem quod ſymbolum baptiſati credimus, quod etiam centum quinquaginta Patres qui Conſtantinopoli conveniunt in unum ratum fecerint. *In libello Epiſcoporum Aſiæ ad Acatium quem refert idem Evagrius lib. eod. cap. 9.* Credimus non aliter quam a trecentis illis decem & octo orbis terræ luminibus & centum quinquaginta Patribus accepimus.

v Sed etiam Judæis & Paganis ex hujuſmodi certamine prophanant veneranda myſteria] *Euſeb. lib. 2. de vit. Conſtantini cap. 17.* Attentius expendamus id quod jam dixi: æquumne ſit ut ob levium & inanium verborum inter vos contentiones fratres fratribus velut in acie oppoſiti ſtent. *D. Athanaſius Apolog. 2. pag. 733. edit. Pariſ.* Sacrorum igitur Miniſtris excluſis coram Ethnicis hominibus quæſtiones de Eccleſia, de calice, de menſa Domini, de Sanctis Sanctorum habuere: & quod gravius eſt Ethnicos in quæſtione de myſtico poculo in teſtes citaverunt. *Et Julius epiſtola relata ab ipſo Athanaſio pag. 750. quæ inſerta tom. 2. Concil. General. pag. 507.* Jam quis non execretur ſub externo Judice præſentibus Catechumenis, & quod pejus eſt Ethnicis & Judæis Chriſtianiſmum blaſphemantibus quæſtionem de ſanguine & corpore Chriſti haberi? Non enim fas eſt myſteria gentibus prodere, ne per imperitiam ea ſubſannent, aut Catechumeni per curioſitatem ſcandaliſentur. *D. Baſilius de Spirit. Sanct. cap. 27.* Neque enim omnino myſterium eſt quod ad populares ac vulgares aures effertur. *D. Hilarius contra Conſtant.* Clerici fuſtibus cæſi, Diacones plumbo eliſi & in ipſum, ut ſanctiſſimi mecum intelligunt, Chriſtum manus miſſæ. *Gregorius in oration. 1. de Theolog. pag. 532.* Si inimicitias atque odia extinguere non poſſumus, illud ſaltem inter nos conveniat ut myſtica myſtice, ut ſancta ſancte proloquamur; nec in profanas aures, quæ in vulgus efferre nefas eſt, projiciamus: ne alioqui conſtet eos qui ſermones oderunt, & turpium fabularum ac rerum cultum profitentur nobis gravitate ſuperiores eſſe: quippe qui, iis qui non iiſdem ſacris initiati ſunt, morem potius ſuum quam ſermones quoſdam impertirent. *Gregorius Niſſenus de Deitat. Fil. & Spirit. Sanct. pag. 898. edit. Pariſ. ann. 1615.* omnia namque loca urbis talibus repleta ſunt, angiporta, bivia, fora, plateæ, veſtimentorum inſtitores, menſis argentariis præfecti, qui eſculenta nobis vendunt, ſi quem eorum de obolis interroges, ille tibi de geniti & non geniti natura philoſophatur. Quod ſi de pretio & æſtimatione panis ſciſciteris, Pater major eſt, inquit, & Filius ſubjectus. Quod ſi lavacrum commodum eſſe dixeris, ille ex non entibus filium eſſe cenſet. Neſcio quo nomine hoc malum oporteat appellare: phreneſin, an furorem, aut aliquod ejuſmodi malum quod in populo graſſetur, quod efficiat mentis perverſionem. Quapropter Apoſtoli hiſtoriam ad hoc dico pertinere, non quæ de Athenienſibus narrat ſcriptura, hæc nunc in his licet videre: imo vero, ſi oportet vera dicere, horum peccatum minore, quam illorum error venia dignum eſt. *Ammianus Marcellinus lib. 28.* Et videre licet per fora & compita & plateas & conventicula circulos multos collectos in ſe controverſiis, jurgiis ferri: aliis aliud ut fit defendentibus.

Præfatio. 1. Summa Catholicæ Fidei. 2. Anathematizantur Neſtorius, Eutyches, Apollinaris, & ſectatores.

V. Imp. JUSTINIANUS. A*.

CUM recta atque irreprehenſibilis fides, quam prædicat ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia, nullo modo innovationem recipiat: nos ſequentes ſan-

ε'. Αὐτοκράτωρ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ. Α**.

ΤΗΣ ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως, ἥνπερ κηρύττει ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Καθολικὴ καὶ Ἀποστολικὴ Ἐκκλησία, κατ' οὐδένα τρόπον καινισμὸν δεχομένης· ἀκολουθοῦντες ἡμεῖς τοῖς

τὴν μετ' ἐκείνους διαπρεψάντων ἐν ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις διδάγμασι, δίκαιον ᾠήθημεν, ἅπασι ποιῆσαι φανερὸν, ὅπως ἔχομεν περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος, ἀκολουθοῦντες τῇ παραδόσει, καὶ ὁμολογίᾳ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Καθολικῆς Ἐκκλησίας.

§. α. Πιστεύοντες γὰρ εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, μίαν οὐσίαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, προσκυνοῦμεν μίαν Θεότητα, μίαν δύναμιν, Τριάδα ὁμοούσιον. Ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ὁμολογοῦμεν τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα τὸν συναΐδιον τῷ Πατρὶ, τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, σαρκωθῆναι ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, σταυρὸν ὑπομεῖναι, ταφῆναί τε, καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκὶ γινώσκοντες. Οὐ γὰρ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν ἐπιστάμεθα· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν Θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Ἔμεινε γὰρ Τριὰς ἡ Τριὰς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος Θεοῦ Λόγου· οὔτε γὰρ τετάρτου προσώπου προσθήκην ἐπιδέχεται ἡ ἁγία Τριάς.

§. β'. Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων, ἀναθεματίζομεν πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ Νεστόριον τὸν ἀνθρωπολάτρην, τὸν διαιροῦντα ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸν ἡμῶν καὶ μὴ ὁμο-

ctorum Apoſtolorum, & eorum qui poſt eos in ſanctis Dei Eccleſiis converſati ſunt, dogmata, juſtum fore exiſtimavimus, cunctis manifeſtum facere, qualiter de fide, quæ in nobis eſt, ſentiamus, inſiſtentes & adhærentes traditioni & confeſſioni ſanctæ Dei Eccleſiæ Catholicæ.

§. 1. Credentes enim in Patrem & Filium, & Sanctum Spiritum, unam eſſentiam in tribus hypoſtaſibus ', ſeu ſubſiſtentibus perſonis, adoramus unam Deitatem, unam Poteſtatem, Trinitatem conſubſtantialem. In ultimis autem diebus confitemur unigenitum Dei Filium, Deum de Deo, Filium ex Deo, ante ſæcula & ſine tempore ex Patre natum, coæternum Patri, ex quo omnia, & per quem omnia, deſcendiſſe de cœlis, incarnatum eſſe ex Spiritu Sancto, & ſancta glorioſa, & ſemper Virgine Maria, hominem factum eſſe, crucem pertuliſſe, ſepultum fuiſſe, & reſurrexiſſe tertia die, unius & ejuſdem miracula & paſſiones, quas ſponte carne ſuſtinuit, agnoſcentes. Neque enim alium Deum Verbum novimus, alium Chriſtum: ſed unum & eundem conſubſtantialem Patri ſecundum Divinitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum Humanitatem. Manſit namque Trinitas etiam poſt incarnatum unum ex Trinitate Dei Verbum: Neque enim quartæ perſonæ adjectionem recipit Sancta Trinitas.

§. 2. Hæc igitur cum ita ſe habeant, anathematizamus omnem hæreſin, præſertim vero NESTORIUM Anthropolatram, dividentem unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei, & Deum

noſtrum; nec diſerte & ſecundum veritatem confitentem ſanctam glorioſam ſemper Virginem Mariam Theotocon[2] eſſe, hoc eſt, Deiparam: ſed alium eſſe dicentem Deum ex Deo Patre, alium, qui ex ſancta ſemper Virgine Maria natus eſt: hunc autem gratia, & proximitate, quam habuit cum Deo Verbo, Deum factum eſſe.

λογισάμενα κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν Θεοτόκον· ἀλλ᾽ ἄλλον μὲν τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς Θεὸν Λόγον λέγοντα, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου Μαρίας· χάριτι δὲ καὶ οἰκειώσει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον Θεὸν αὐτὸν γεγενῆσθαι.

§. 3. Neque vero Neſtorium ſolum, ſed & EUTYCHEM mente captum, phantaſiam inducentem[3], negantem autem veram ex ſancta ſemper Virgine, & Deipara Maria incarnationem, hoc eſt noſtram ſalutem: neque confitentem per omnia conſubſtantialem Patri ſecundum Divinitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum Humanitatem.

§. γ΄. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ Εὐτυχῆ τὸν φρενοβλαβῆ, τὸν φαντασίαν εἰσάγοντα, ἀρνούμενον τε τὴν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν σάρκωσιν, τουτέστι τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, μὴ ὁμολογοῦντα κατὰ πάντα ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν Θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

§. 4. Simili modo & APOLLINAREM[4] animicidam ſeu pſychophthoron[5], dicentem, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei, & Deum noſtrum inanimem eſſe[6], & confuſionem ſeu perturbationem ſuperducentem inhumanationi unigeniti Filii Dei[7]. Sed & omnes, qui idem cum eis ſentiunt. Si enim aliqui poſt hanc noſtram præmonitionem, certo & liquido id cognoſcentibus & comperientibus locorum Epiſcopis Deo amantiſſimis, inventi fuerint poſthac in contraria his opinione eſſe: hi nullius indulgentiæ expectent veniam: Jubemus enim tales tanquam confeſſos Hæreticos competenti animadverſioni ſubjugari. Dat. 528.

§. δ΄. Τὸν αὐτὸν τρόπον δὲ καὶ Ἀπολλινάριον τὸν ψυχοφθόρον, τὸν λέγοντα τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν ἄνουν, καὶ σύγχυσιν ἤτοι φυρμὸν εἰσάγοντα τῇ ἐνανθρωπήσει τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· καὶ πάντας τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας. Εἰ γάρ τινες μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν προσαγόρευσιν καὶ τὴν τῶν κατὰ τόπον ἡμῶν θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων πληροφορίαν εὑρεθῶσιν τῆς λοιποῦ γνώμης ἐναντίας ὄντες, μὴ προσδοκήσωσι συγγνώμης ἀξιωθῆναι· κελεύομεν γὰρ τοὺς τοιούτους, ὡς ὁμολογουμένους αἱρετικούς, τῇ προσηκούσῃ ὑποβάλλεσθαι τιμωρίᾳ. Dat.*

[1] *Unam eſſentiam in tribus hypoſtaſibus*] *Auctor ſermon. 38. de tempore in operib. beati Auguſtini.* Cum enim perſonaliter alius ſit Pater, alius Filius, a-

* Ex eadem collectione Græca conſtitutionum Eccleſiaſticarum de quibus ſuperius ad conſtitut. 111. ſumpta eſt hæc conſtitutio. In quibuſdam libris di-

citur missam eſſe ad Romanum Pontificem quod non videtur verum eſſe, ſed ſumptum, id eſt, ex ultima conſtitutione.

lius Spiritus Sanctus, his tamen unum eſt naturæ nomen quod dicitur Deus; vel ſubſtantia, vel eſſentia, vel omnipotentia, vel alia multa, quæ ſubſtantialiter non relative de Deo dicuntur. *D. Fulgentius de fid. ad Petr. Diacon.* Teneamus igitur Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, unum eſſe naturaliter Deum, neque tamen ipſum Patrem eſſe qui Filius eſt, neque Filium eſſe qui Pater eſt, nec Spiritum Sanctum eſſe qui Pater aut Filius eſt: una enim eſt Patris & Filii & Spiritus Sancti eſſentia quam Græci *οὐσίαν* vocant, in qua non eſt aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus Sanctus, quamvis perſonaliter ſit alius Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus: quod nobis maxime in ipſo ſanctarum Scripturarum initio demonſtratur, ubi Deus dicit, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. *D. Hieronymus in cap. 4. ad Epheſ.* Non baptiſamur in nominibus Patris & Filii & Spiritus Sancti, ſed in uno nomine quod intelligitur Deus. *D. Ambroſius lib. 2. de Sacram cap. 7.* In uno nomine baptiſari nos oportet, hoc eſt in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Noli mirari quia dixi unum nomen: ubi eſt una ſubſtantia, una Divinitas, una majeſtas. *In epiſt. Epiſcop. Synod. Sardicenſ. quæ habetur tom. 2. Conc. General. col. 694.* Hanc habemus Catholicam Apoſtolicamque traditionem & fidem & confeſſionem: unam eſſe ſubſtantiam Patris & Filii & Spiritus Sancti.

[2] *Theotocon*] *Joannes 2. PP. epiſt. 3. tom. 4. Concil. General. col. 1753.* Et ne Dominus Jeſus per honorificentiam vel gratiam Dei nomen accepiſſe credatur, ſicut Neſtorius ſentit inſulſus. Veraciter autem ideo ne per phantaſma aut aliquo modo non veram ſumpſiſſe carnem credatur ex Virgine, ſicut aſſeruit impius Eutyches. *Cyrillus epiſt. 2. ad Neſtorium circ. fin.* Hoc exactæ fidei doctrina ubique prædicat: hoc ſanctos Patres ſenſiſſe reperiemus: ita non dubitarunt ſacram Virginem Deiparam appellare.

[3] *Eutychem phantaſiam inducentem*] *In epiſt. Hormiſd. PP. ad Anaſtaſ.* Euticheтis quoque ignorantia Divinorum bonorum omnium & ipſo cum ſociis denotando jam nomine abdicetur hebetudo qui Deum, Dominumque noſtrum Jeſum Chriſtum figuram tantum carnis habuiſſe teſtatus eſt, & noſtræ veritatem non habuiſſe ſubſtantiæ.

[4] *Apollinarem*] Seu Apollinarium animi infitiatorem, animarum corruptorem. Utroque nomine a pleriſque appellatur. Apud Sophronium Hieroſolymitanum relatum *actione 11. Synodi 6. tom 6. Concil. General. col. 858.* Reperio Apollinarium Apollinaris Laodiceni filium fuiſſe, & utrumque Hæreticum. In ſcriptoribus Eccleſiaſticis numeratur Apollonius Laodicenus a beato Hieronymo. Tamen ab eodem ut Hæreticus vituperatur aliis locis.

[5] *Animicidam ſeu Pſychophthoron*] *Theophilus Alexandrinus epiſt. Paſchal. in Bibliothec. Patr. tom. 3. col. 83. circ. fin.* Neque enim inanimem carnem Chriſtus habuit, & pro anima rationali ipſe in ea Deus verbum non fuit ſicut dormientis Apollinarii phantaſia ſuſpicatur.

[6] *Inanimem eſſe*] Nam ſecundum eundem Apollinarem irrationabilis & abſque mente & ſenſu fuit anima Salvatoris. *Damaſus epiſt. ad Paulin. Antiochen. quæ extat tom. 2. Concil. General. col. 865.* Contra ſi quis autem dixerit verbum pro humano ſenſu in Domini carne verſatum, hunc Catholica Eccleſia anathematiſat.

[7] *Et confuſionem ſeu perturbationem ſuperducentem inhumanationi unigeniti Filii Dei*] *In edicto Imperatoris Juſtiniani, quod edidimus ad finem novellarum ejuſdem, quæ de Græco in Latinum a Juliano Anteceſſore Conſtantinopolitano fuerunt tranſlatæ.* Ejuſdem ipſius miracula & paſſiones, quas carne voluntarie ſuſtinuit, confitemur. *D. Fulgentius lib. 3. ad Reg. Tranſimund. cap. 15.* Unus atque idem Chriſtus infirmitate humana paſſionem pertulit, & miracula beneficiorum omnipotentia virtutis Divinæ perfecit. *Hormiſda epiſt. 1. ad Cæſarium Arelatenſem Epiſcopum.* Eutyches carnis negans veritatem & duas naturas in una perſona non prædicans, ut Manichæam Phantaſiam Eccleſiis Chriſti, quemadmodum putavit, inferret ſimili ratione damnatur. *Habetur hæc Hormiſdæ epiſtola tom. 4. Concil. General. col. 1475.*

Præfatio. 1. Summa Catholicæ Fidei. 2. Neſtorius. 3. Eutyches. 4. Apollinaris, & eorum ſectatores anathematiZantur.

VI. Idem Imp. Conſtantinopolitis.

CUM Salvatorem, & Dominum omnium Jeſum Chriſtum verum Deum noſtrum colamus per omnia, ſtudemus etiam (quatenus datum eſt humanæ menti aſſequi) imitari ejus condeſcenſionem ſeu demiſſionem. Etenim cum quoſdam invenerimus, morbo atque inſania detentos impiorum Neſtorii, & Eutychetis, Dei & ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ hoſtium, nempe qui detrectabant ſanctam glorioſam ſemper Virginem Mariam Theotocon ſive Deiparam appellare proprie, & ſecundum veritatem: illos feſtinavimus, quæ ſit recta Chriſtianorum fides edocere. Nam hi incurabiles cum ſint, celantes errorem ſuum paſſim circumeunt, (ſicut didicimus) & ſimpliciorum animos exturbant & ſcandalizant, ea aſſeruentes, quæ ſunt ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ contraria. Neceſſarium igitur eſſe putavimus, tam Hæreticorum vaniloquia & mendacia diſſipare, quam omnibus inſinuare, quomodo aut ſentiat ſancta Dei & Catholica & Apoſtolica Eccleſia, aut prædicent ſanctiſſimi ejus Sacerdotes: quos & nos ſequuti, manifeſta conſtituimus ea, quæ fidei noſtræ ſunt: non quidem innovantes fidem (quod abſit) ſed coarguentes eorum inſaniam, qui eadem cum impiis Hæreticis ſentiunt. Quod quidem & nos in noſtri imperii primordiis pridem ſatagentes cunctis fecimus manifeſtum'.

ϛʹ. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Κωνσταντινοπολίταις.

ΤΟΝ σωτῆρα καὶ δεσπότην τῶν ὅλων Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν θεραπεύοντες, διὰ πάντων σπουδάζομεν (ὅσον ἐνδέχεται νοῦν καταλαμβάνειν ἀνθρώπινον) μιμεῖσθαι τὴν αὐτοῦ συγκατάβασιν. Καὶ εὑρόντες τινὰς * τῇ νόσῳ καὶ μανίᾳ κρατουμένους τῶν ἀσεβῶν Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς, τῶν ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἁγίας Καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, ἀρνουμένους τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν θεοτόκον εἶναι κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν· ἐσπεύσαμεν τούτοις τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν διδαχθῆναι πίστιν. Οἱ δὲ ἀνιάτως ἔχοντες, κρύπτοντες τὴν ἑαυτῶν πλάνην, περιέρχονται (καθὰ μεμαθήκαμεν) τὰς τῶν ἁπλουστέρων ψυχὰς ἐκταράσσοντες καὶ σκανδαλίζοντες, καὶ ἐναντία τῆς ἁγίας Καθολικῆς Ἐκκλησίας λέγοντες. Ἀναγκαῖον τοίνυν ἐνομίσαμεν, καταλῦσαι μὲν τὰς τῶν αἱρετικῶν ψευδολογίας, σαφηνίσαι δὲ πᾶσιν, ὅπως τε δοξάζει ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καὶ Καθολικὴ καὶ Ἀποστολικὴ Ἐκκλησία, κηρύττουσι δὲ οἱ ταύτης ὁσιώτατοι ἱερεῖς· οἷς καὶ ἡμεῖς ἑπόμενοι, φανερὰ καθιστῶμεν τὰ περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος, οὐ καινίζοντες πίστιν, (μὴ γένοιτο) ἀλλ' ἐλέγχοντες τὴν μανίαν τῶν φρονούντων τὰ τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν. ὅπερ ἤδη καὶ ἐν προοιμίοις τῆς ἡμετέρας βασιλείας πράξαντες, πᾶσι κατάδηλον ἐποιησάμεθα.

§. α'. Πιστεύομεν γὰρ εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μίαν οὐσίαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι προσκυνοῦντες, μίαν Θεότητα, μίαν δύναμιν, Τριάδα ὁμοούσιον. Ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ὁμολογοῦμεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ Θεὸν ἀληθινόν, τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, τὸν συναΐδιον τῷ Πατρὶ τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, σταυρὸν δὲ ὑπομείναντα ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ταφῆναί τε καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε πάθη καὶ τὰ θαύματα ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινεν ἐν σαρκὶ, γινώσκοντες· οὐ γὰρ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν ἐπιστάμεθα, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν Θεότητα,* καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Ὡς γὰρ ἐστὶν ἐν Θεότητι τέλειος, οὕτως ὁ αὐτὸς καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος· τὴν γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν δεχόμεθα καὶ ὁμολογοῦμεν. Ἔμεινε γὰρ Τριὰς ἡ Τριὰς καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος Θεοῦ Λόγου· οὔτε γὰρ τέταρτον προσώπου προσθήκην ἐπιδέχεται ἡ ἁγία Τριάς.

§. β'. Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων, ἀναθεματίζομεν πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ Νεστόριον τὸν ἀνθρωπολάτρην, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντάς τε ἢ φρονοῦντας, τοὺς διαιροῦντας τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν

§. 1. Credimus itaque in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei, & in Spiritum Sanctum, unam eſſentiam in tribus hypoſtaſibus ſive ſubſiſtentibus perſonis, adorantes unam Deitatem, unam poteſtatem, Trinitatem conſubſtantialem. In ultimis autem diebus confitemur dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum Dei Filium * ex Deo vero Deum verum, ante ſecula, & ſine tempore ex Patre natum: coæternum Patri, ex quo omnia, & per quem omnia, qui deſcendit de cœlis, incarnatus de Spiritu Sancto, & ſancta glorioſa & ſemper Virgine Maria, & inhumanatus, ſive homo factus eſt, & paſſus crucem pro nobis ſub Pontio Pilato, ſepultus eſt, & reſurrexit tertio die. Unius ac ejuſdem paſſiones & miracula, quæ ſponte pertulit in carne, agnoſcentes. Non enim alium Deum Verbum, & alium Chriſtum novimus, ſed unum & eundem, conſubſtantialem Patri ſecundum Deitatem, & conſubſtanrialem nobis ſecundum Humanitatem. Ut enim eſt in Divinitate perfectus, ita idem ipſe & perfectus eſt in Humanitate. Nam ejus ſecundum hypoſtaſim ſeu ſecundum perſonam unitatem ſuſcipimus, & confitemur: manſit enim Trinitas, & poſt incarnatum unum ex Trinitate Dei verbum; neque enim quartæ perſonæ adjectionem admittit ſancta Trinitas.

§. 2. His ita ſe habentibus, anathematizamus omnem Hæreſin, præcipue vero NESTORIUM anthropolatram, & qui eadem cum ipſo ſentiunt, vel ſenſerunt, qui dividunt unum Dominum noſtrum

Jeſum Chriſtum Filium Dei, & Deum noſtrum: & qui non confitentur proprie, & ſecundum veritatem ſanctam glorioſam, & ſemper Virginem Mariam Theotocon ſeu Deiparam, id eſt, Dei matrem: ſed qui duos filios dicunt, unum ex Deo Patre Deum verbum, alterum ex ſancta ſemper Virgine Deipara Maria, gratia & habitudine, & propinquitate, quam cum Deo Verbo habet, natum eſſe: & qui negant, nec confitentur Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei, & Deum noſtrum incarnatum, & hominem factum & crucifixum, unum eſſe ex ſancta, & conſubſtantiali Trinitate. Ipſe enim ſolus eſt coadorandus & conglorificandus Patri & Sancto Spiritui.

§. 3. Anathematizamus inſuper, & EUTYCHETEM mente captum, & qui cum eo ſentiunt, aut ſenſerunt, qui phantaſiam introducunt, negantque veram nativitatem, ſeu generationem Domini, & Salvatoris noſtri JeſuChriſti ex ſancta Virgine & Deipara, hoc eſt, noſtram ſalutem; & qui non confitentur ipſum conſubſtantialem Patri ſecundum Deitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum Humanitatem.

§. 4. Similiter autem anathematizamus, & APOLLINARIUM pſychophthoron, ſive animicidam, & qui cum eo ſentiunt, vel ſenſerunt, qui dicunt inanimem, hoc eſt animæ humanæ expertem eſſe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei, & Deum noſtrum: & qui confuſionem, aut conturbationem introducunt, & invehunt in unigeniti Dei Filii inhumanationem ſive humanitatem: & omnes

Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸν ἡμῶν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας κυρίως καὶ κατ' ἀλήθειαν τὴν ἁγίαν ἔνδοξον καὶ ἀειπάρθενον Μαρίαν Θεοτόκον, τουτέστι μητέρα Θεοῦ, ἀλλὰ δύο υἱοὺς λέγοντας, ἄλλον μὲν τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς Θεὸν Λόγον, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου Θεοτόκου Μαρίας, χάριτι δὲ καὶ σχέσει καὶ οἰκειώσει[b] τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον αὐτὸν γεγενῆσθαι, καὶ ἀρνουμένους καὶ μὴ ὁμολογοῦντας τὸν Δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸν ἡμῶν, τὸν σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ σταυρωθέντα, ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος. οὗτος γὰρ μόνος ἐστὶν ὁ συμπροσκυνούμενος καὶ συνδοξαζόμενος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι.

§. γ'. Ἀναθεματίζομεν δὲ καὶ Εὐτυχῆ τὸν φρενοβλαβῆ, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντάς τε καὶ φρονοῦντας, τοὺς φαντασίαν εἰσάγοντας[c], ἀρνουμένους τε τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ Θεοτόκου ἀληθινὴν γένεσιν τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τουτέστι τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν Θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

§. δ'. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Ἀπολλινάριον[d] τὸν ψυχοφθόρον, καὶ τοὺς τὰ αὐτὰ φρονήσαντας, ἢ φρονοῦντας, τοὺς ἄνουν λέγοντας τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν, καὶ σύγχυσιν ἤτοι φυρμὸν[e] εἰσάγοντας τῇ ἐνανθρωπήσει τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντας τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντάς τε καὶ φρονοῦντας. DAT. ID. MART. DN. JUSTIN. PP. A. III. COSS.

poſtremo, qui eadem cum ipſo ſenſerunt, aut ſentiunt. Dat. Id. Martii, Conſtant. D. N. JUSTINIAN. PP. A. III. CONS. 533.

Τὸ αὐτὸ Ἐφεσίοις, τὸ αὐτὸ Καισαρεῦσι, τὸ αὐτὸ Κυζικηνοῖς, τὸ αὐτὸ Ἀμιδηνοῖς, Τραπεζουντίοις, Ἱεροσολυμίταις, Ἀπαμεῦσιν, Ἰουστινιανοπολίταις, Θεοπολίταις, Σεβαστηνοῖς, Ταρσεῦσιν, Ἀγκυρανοῖς.

Scriptum eſt ſuperius Edictum eodem exemplo Epheſiis, item Cæſarienſibus, item Cyzicenis, Amidenis, Trapezuntiis, Hieroſolymitanis, Apameis, Juſtinianopolitanis, Theopolitanis, Auguſtanis, Tarſenſibus, Ancyrenis.

[a] Εὐρόντες τινὰς] Procop. περὶ τῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ κτισμάτων. Πλανωμένην δ' ἐφευρὼν τὴν ἀμφὶ τοῦ Θεοῦ δόξαν τὰ πρότερα ἐς πολλά τε ἀναγκαζομένην ἰέναι, συντρίψας πάσας τὰς ἐπὶ τὰς πλάνας φερούσας ὁδοὺς, διεπράξατο ἐν τῷ βεβαίῳ τῆς πίστεως ἐπὶ μιᾶς ἑστάναι κρηπῖδος.

[b] Σχέσιν καὶ οἰκείωσιν] Secundum gratiam, affectum & habitationem, uti Vigilius & Maxentius Latine exprimunt. Δύο φύσεις ἰδιοπροσώπους ἐπὶ Χριστοῦ χέουσι, καὶ μόνον ἀλλήλαις φυλαττομένας.

[c] Φαντασίαν εἰσάγοντας] φύσεως ἡμῶν, Κύριε. Phantaſma, Phantaſiam fictum corpus vertit Tertullian. τοὺς Ῥωμαίων νόμους ὑπερβληκὼς ἀνὴρ, id eſt, ὡς ἐν φαντασίᾳ τὴν σάρκα φορέσαι τὸν Κύριον. Cedrenus.

[d] Ἀπολιναρίου] Qui primo damnatus fuit in urbe Roma a Damaſo, & Petro Alexandrino Epiſcopo, Concilio congregato: dein a Gratiano Valentiniano & Theodoſio AAA. L I C. *de ſumm. Trinit. Ruffin. lib. 11. cap. xx.* Eodem nomine fuere Pater & Filius. *Sozom. lib. VI. Socrates lib. II.* Apollinaris ſectam Eutyches, Dioſcorus, Severus ſequuti ſunt. *L. VIII. C. de Hæretic. Flavianus Leoni Nov. CIX.* Tria enim fuere Apollinaris dogmata. *Leo Romanus Epiſcopus Paleſtinis Monachis, & Leoni Imp. Gregorius Nazianzenus* πρὸς Κληδόνιον.

[e] Σύγχυσιν ἤτοι φυρμὸν] Ὅτι κρᾶσις ἢ σύγχυσις ἢ φυρμὸς ἐγένετο τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς τὴν σάρκα. Apud Cyrillum. *Quia confuſio aut fermentatio facta eſt Dei ad carnem. Ruſticus Diaconus contra Acephalos cap. IX.*

[f] *In noſtri Imperii primordiis, &c. fecimus manifeſtum*] Aut conſtitutione quinta Græca, aut edicto, de quo in ſequenti conſtitutione.

[g] *Unigenitum Dei Filium*] Mos cantandi in Eccleſia unigenitum Filium eſſe verbum Dei, fuit juſſu Juſtiniani Imperatoris introductus. *Nicephor. Caliſt. hiſtor. Eccleſ. lib. 17. cap. 28.* Poſt Synodum Imperator Troparium, ſeu Canticum, cujus initium eſt, *Unigenitus Filius & Verbum Dei*, compoſuit atque eam Eccleſiæ inter pſallendum uſurpandam tradidit.

Præfatio. 1. Hæreticorum opinio, & anathema. 2. Confeſſio Catholica. 3. De edicto Juſtiniani. 4. De quatuor Conciliis. 5. Epilogus.

ζ. Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως καὶ Οἰκουμενικῷ Πατριάρχῃ [a].

ΓΙΝΩΣΚΕΙΝ βουλόμενοι τὴν σὴν ἁγιωσύνην πάντα τὰ εἰς

VII. Idem Imp. EPIPHANIO ſanctiſſimo, & beatiſſimo Archiepiſcopo Regiæ hujus urbis, & Oecumenico Patriarchæ [a].

COGNOSCERE volentes tuam ſanctitatem ea omnia

quæ ad Eccleſiaſticum ſpectant ſtatum, neceſſarium duximus, hiſce ad eam uti divinis compendiis, ac per ea manifeſta eidem facere, quæ jam moveri cœpta ſunt: quanquam & illa eandem cognoſcere ſumus perſuaſi. Cum itaque comperiſſemus quoſdam alienos a Sancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia, impiorum Neſtorii & Eutychetis ſequutos deceptionem, divinum antehac promulgavimus Edictum (quod & tua novit Sanctitas) per quod Hæreticorum furores reprehendimus, ita ut nullo quovis omnino modo immutaverimus, immutemus, aut prætergreſſi ſimus eum, qui nunc uſque, coadjuvante Deo, ſervatus eſt, Eccleſiaſticum ſtatum (quemadmodum & tua novit Sanctitas) ſed in omnibus ſervato ſtatu unitatis ſanctiſſimarum Eccleſiarum cum ipſo SS. Papa veteris Romæ, ad quem ſimilia hiſce perſcripſimus [b]. Nec enim patimur ut quicquam eorum, quæ ad Eccleſiaſticum ſpectant ſtatum, non etiam ad ejuſdem referatur Beatitudinem: quum ea ſit caput omnium [c] ſanctiſſimorum Dei Sacerdotum [d], vel eo maxime quod, quoties in eis locis Hæretici pullularunt, & ſententia, & recto judicio illius venerabilis ſedis coërciti ſunt. Ideoque ex præſentibus divinis noſtris breviculis ſciet tua Sanctitas quæ a nobis propoſita ſunt quam & quibus ſtudio eſt, peſſime interpretari, quæ a nobis ſtatuta ſunt, comprehendetur.

§. 1. Pauci quidam infideles [e] & alieni a Sancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia contradicere Judaice auſi ſunt adverſus ea, quæ ab omnibus Sacerdotibus recte obſer-

Ἐκκλησιαστικὴν ὁρῶντα κατάστασιν, ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα ταύταις πρὸς αὐτὴν χρήσασθαι ταῖς θείαις συλλαβαῖς, καὶ δι' αὐτῶν δῆλα αὐτῇ καταστῆσαι τὰ κινηθέντα, ἅπερ καὶ αὐτὴν εἰδέναι πεπείσμεθα. Εὑρόντες γάρ τινας ἀλλοτρίους τῆς ἁγίας Καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, τῇ τῶν ἀσεβῶν Νεστορίου καὶ Εὐτυχέως ἀκολουθοῦντας πλάνῃ, καὶ ταῖς τούτων βλασφημίαις κεχρημένους, θεῖον προτεθείκαμεν ἤδικτον, (ὅπερ καὶ ἡ σὴ γινώσκει Ἁγιωσύνη) δι' οὗ τὴν τῶν αἱρετικῶν μανίαν ἠλέγξαμεν, οὐδὲν παντελῶς ἐναλλάξαντες, ἢ ἐναλλάττοντες, ἢ παρεξελθόντες τῆς μέχρι νῦν σὺν Θεῷ κρατούσης Ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, (καθὰ καὶ ἡ σὴ γινώσκει Μακαριότης) ἀλλὰ διὰ πάντων φυλάττοντες τὴν κατάστασιν τῆς ἑνώσεως [b] τῶν ἁγιωτάτων Ἐκκλησιῶν τῆς πρὸς τὸν ἁγιώτατον Πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ Πατριάρχην, πρὸς ὃν καὶ τὰ ὅμοια τούτοις γεγράφαμεν [c]. Οὔτε γὰρ ἀνεχόμεθά τι τῶν εἰς Ἐκκλησιαστικὴν ὁρώντων κατάστασιν, μὴ καὶ τῇ αὐτῆς ἀναφέρεσθαι Μακαριότητι, ὡς κεφαλῇ οὔσῃ πάντων τῶν ὁσιωτάτων τοῦ Θεοῦ ἱερέων [d]. καὶ ὅτι ὁσάκις ἐν τούτοις τοῖς μέρεσιν αἱρετικοὶ ἀνεφύησαν, τῇ γνώμῃ καὶ ὀρθῇ κρίσει τοῦ ἐκείνου σεβασμίου θρόνου κατηργήθησαν. ἐκ γὰρ παρουσῶν θείων ἡμῶν συλλαβῶν μαθήσεται ἡ σὴ Ἁγιωσύνη τὰ παρ' ἡμῶν προτεθέντα, ἐφ' ᾧ τινὲς ἐπιχειροῦντες πονηρῶς νοεῖν ἑρμηνεύειν τὰ παρ' ἡμῶν ὀρθῶς ἐν τῷ ἠδίκτῳ [e] λεχθέντα συλλαβῶν.

§. α'. Ὀλίγοι τινὲς ἄπιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, ἀντειπεῖν Ἰουδαϊκῶς [f] ἐθάρρησαν πρὸς τὰ παρὰ πάντων τῶν ἱερέων ὀρθῶς κρα-

τούμεθα καὶ δοξάζομεν καὶ κηρύττομεν, ἀρνούμενοι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν, τὸν σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ σταυρωθέντα, ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητὸν σαρκὶ, τὸν αὐτὸν ἀπαθῆ θεότητι. Παραιτούμενοι δὲ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν ὁμολογεῖν ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, δῆλοι εἰσὶ καὶ ἐλέγχονται τῇ τοῦ ἀσεβοῦς Νεστορίου ἀκολουθοῦντες πονηρᾷ διδασκαλίᾳ, κατὰ χάριν οὐ αὐτὸν λέγοντες υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν λέγοντες, οὓς ἀναθεματίζομεν, τὰ αὐτοῦ δόγματα, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, ὡς ἀλλοτρίους ὄντας τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας.

§. ϛ'. Καὶ οἱ εὐλαβέστατοι τῶν ἁγίων Μοναστηρίων Ἀρχιμανδρῖται ἀκολουθοῦντες τῇ τῶν ἁγίων Πατέρων παραδόσει, καὶ μηδὲν παντελῶς ἐναλλάξαντες ἢ ἐναλλάττοντες τῆς μέχρι νῦν (καθὰ εἴρηται) Ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως συμφώνως, ὁμολογοῦσι καὶ δοξάζουσι, κηρύττοντες τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μα-

vantur, probantur & annunciantur: negantes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum Filium Dei, & Deum noſtrum incarnatum ex Spiritu Sancto, & ſancta, glorioſa ſemper Virgine, & Deipara, & hominem factum & crucifixum, unum eſſe ſanctæ, & conſubſtantialis Trinitatis, & coadorandum & conglorificandum Patri, & Sancto Spiritui, conſubſtantialem Patri ſecundum Deitatem, conſubſtantialem nobis eundem ſecundum Humanitatem: paſſibilem carne, eundem impaſſibilem Deitate. Recuſantes autem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum Filium Dei, & Deum noſtrum fateri, unum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis, manifeſte deprehenduntur impii NESTORII ſequi pravam doctrinam, ſecundum gratiam eum dicentes Filium Dei, & alium Deum Verbum, & alium Chriſtum dicentes, quos anathemate damnamus: eorum etiam dogmata, eos etiam, qui eadem cum ipſis ſenſerunt, aut ſentiunt, ut alienos a ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia.

§. 2. Et reverendiſſimi ſacrorum Monaſteriorum Archimandritæ ſequentes Sanctorum Patrum traditionem (ea ſcilicet fide, ut nihil omnino antehac immutaverint aut hodie immutent, ab eo qui nunc uſque, ſicuti dictum fuit, obtinet Eccleſiaſtico ſtatu[c]) unanimiter fatentur, & cum gloria annunciant Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum Filium eſſe, & ſine tempore ex Patre genitum & in noviſſimis diebus deſcendiſſe ex cœlis, & incarnatum ex Spiritu Sancto, & ſancta, glorioſa ſem-

per Virgine, Deipara Maria, & hominem factum, & crucifixum, unum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis; conſubſtantialem enim ipſum ſcimus Patri ſecundum Deitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ſecundum Humanitatem, paſſibilem carne, eundem impaſſibilem Deitate. Quemadmodum enim eſt in Deitate perfectus, ſic idem in Humanitate perfectus. Ideoque eam, quæ eſt ſecundum hypoſtaſin, unionem amplectimur, & confitemur: quemadmodum etiam unigenitus Filius Verbum Dei ante ſecula & ſine tempore ex Patre genitus. Idem quoque in noviſſimis diebus deſcendit e cœlis, & carnem aſſumpſit ex Spiritu Sancto, & ſancta, glorioſa, & Deipara Maria, & homo factus, id eſt, Dominus noſter Jeſus Chriſtus proprie & ſecundum veritatem Deus eſt, ita & ſanctam, ſemper Virginem Mariam proprie & ſecundum veritatem Matrem Dei dicimus, non quod Dei verbum principium ex ipſa ſumpſit, ſed quia in noviſſimis diebus deſcendit ex cælis, & ex ipſa incarnatus, & natus, & homo factus eſt, quem confitemur, quemadmodum dictum eſt, conſubſtantialem Patri ſecundum Divinitatem, & conſubſtantialem eundem nobis ſecundum Humanitatem, ejuſdem miracula & paſſiones quas ultro ſuſtinuit carne confitentes.

εἰας, καὶ ἐνανθρωπήσαντα καὶ σταυρωθέντα, ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος. Ὁμοούσιον γὰρ αὐτὸν ἴσμεν τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητὸν σαρκὶ, τὸν αὐτὸν ἀπαθῆ θεότητι. Ὡς γὰρ ἔστιν ἐν θεότητι τέλειος, οὕτως ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος· τὴν γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν [h] δεχόμεθα καὶ ὁμολογοῦμεν. Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ ὁ πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθεὶς, αὐτὸς καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθεὶς ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπήσας, τουτέστιν [i] ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεός ἐστι. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἁγίαν ἀειπάρθενον Μαρίαν κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν μητέρα Θεοῦ λέγομεν, οὐχ' ὡς τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν ἀρχὴν ἐξ αὐτῆς λαβόντος, ἀλλ' ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόντος ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος, καὶ τεχθέντος, καὶ ἐνανθρωπήσαντος. ὃν ὁμολογοῦμεν (καθὰ εἴρηται) ὁμοούσιον εἶναι τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· τοῦ αὐτοῦ τὰ θαύματα, καὶ τὰ πάθη [k], ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκὶ, γινώσκοντες.

§. 3. Hæc igitur ſunt in quibus per divinum noſtrum Edictum Hæreticos coarguimus: qui divino Edicto vel omnes reperti hic veriſſimi Epiſcopi & reverendiſſimi Archimandritæ cum tua Sanctitate ſubſcripſerunt.

§. γ'. Ταῦτα τοίνυν ἐστὶν, ἅπερ διὰ τοῦ θείου ἡμῶν εἰρηκότες ἰδίκτου τοὺς αἱρετικοὺς ἠλέγξαμεν· ᾧ τινι θείῳ ἰδίκτῳ καὶ πάντες οἱ εὑρεθέντες ἐνταῦθα ὁσιώτατοι Ἐπίσκοποι καὶ εὐλαβέστατοι Ἀρχιμανδρῖται, ἅμα τῇ σῇ Ἁγιωσύνῃ καθυπέγραψαν.

§. δ'. Ἀκολουθοῦντες διὰ πάντων ταῖς ἁγίαις τέσσαρσι Συνόδοις, καὶ τοῖς παρ' ἑκάστης αὐτῶν διατυπωθεῖσι (τουτέστι τῆς τε ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη. καὶ τῆς ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει τῶν ρν. καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ τῆς προτέρας, καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι) δήλου πᾶσι τοῖς ἅμα ἡμῖν πιστοῖς τῆς ἁγίας Καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας παραδοθέντα ὅρον τῆς πίστεως, τουτέστι τὸ ἅγιον μάθημα, ἤτοι σύμβολον, κρατοῦμέν τε καὶ φυλάττομεν, τὸ παρὰ τῶν τιη. ἁγίων Πατέρων ἐκτεθέν. ὅπερ καὶ οἱ ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει ρν. ἅγιοι Πατέρες σαφηνίσαντες ἐτράνωσαν· οὐχ ὡς ἐλλιπῶς ἔχοντος αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπειδήπερ οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροί, οἱ μὲν ἀθετεῖν ἐπεχείρησαν τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος θεότητα, οἱ δὲ τὴν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου Θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν σάρκωσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου ἠρνήσαντο· διὰ τοῦτο γραφικαῖς μαρτυρίαις τὸ αὐτὸ μάθημα οἱ εἰρημένοι ρν. ἅγιοι πατέρες σαφηνίσαντες ἐτράνωσαν· τοῦτο καὶ αἱ ἄλλαι ἅπασαι ἅγιαι σύνοδοι, τουτέστιν ἡ ἐν Ἐφέσῳ προτέρα, καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι τῇ αὐτῇ πίστει ἀκολουθήσασαι ἐδέξαντο καὶ ἐφύλαξαν, τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπαρθένον Μαρίαν Θεοτόκον ἐκήρυξαν, καὶ τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὴν Θεοτόκον ἀναθεμάτισαν· ὁμοίως δὲ ἀναθεμάτισαν καὶ τοὺς ἕτερον σύμβολον ἢ ἄλλο μάθημα παραδιδόντας παρὰ τὸ ὑπὸ μὲν τῶν τιη. ἁγίων Πατέρων ἐκτεθέν, σαφηνισθὲν δὲ καὶ τρανωθὲν παρὰ τῶν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει ρν. ἁγίων Πατέρων, καὶ ἡ μὲν ἐν Ἐφέσῳ προτέρα τόν τε ἀσεβῆ Νεστόριον καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα καθεῖλέ τε καὶ ἀναθεμάτισε, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, καὶ τοὺς συναιρεσάμενους αὐτῷ ἢ συναιροῦντας ἀναθεματι-

§. 4. Sequentes in omnibus ſancta quatuor Concilia, & quæ ab unoquoque eorum conſtituta, id eſt Nicænum CCCXVIII. Patrum, & hujus Regiæ CL. & Epheſinum prius [1], & Chalcedonenſe manifeſte omnibus (qui una nobiſcum ſentiunt) fidelibus ſanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ traditam regulam fidei, hoc eſt, ſanctam formulam, ſeu ſymbolum [2] tenemus, & cuſtodimus a CCCXVIII. ſanctis patribus expoſitam, & illud quod in hac Regia urbe CL. ſancti Patres apertius expoſuerunt: non quod defectuoſum eſſet prius, ſed quoniam veritatis hoſtes partim ſubvertere cœperant Sancti Spiritus Deitatem, partim ex ſancta ſemper Virgine Maria Deipara, veram incarnationem Dei Verbi negaverant. Propterea ſcripturæ teſtimoniis idem ſymbolum ſupradicti CL. ſancti Patres apertius expoſuerunt, idque & aliæ omnes ſanctæ Synodi, id eſt, Epheſina prior, & Chalcedonenſis eandem fidem ſequentes ſuſceperunt & cuſtodierunt, ſanctam, glorioſam, ſemper Virginem Mariam Deiparam publicarunt, & non confitentes eam Deiparam anathemate percelluerunt: ſimiliter anathematizarunt eos, qui aliud ſymbolum, aliamve ſanctam formulam traderent, præter eam quæ a CCCXVIII. ſanctis Patribus expoſita eſſet & explicata, & corroborata a CL. ſanctis Patribus in hac regia urbe congregatis. Et quidem Epheſinum prius impium NESTORIUM, & ejus dogma ſuſtulit, & anathematizavit. Ad hæc eos qui cum eo ſenſerunt & ſentiunt, & qui conſenſerunt, &

conſentiunt. Chalcedonenſe vero Sanctum Concilium damnavit & ejecit e ſanctis Dei Eccleſiis, & anathematizavit impium EUTYCHEM ejuſque dogmata, & qui eadem cum illo ſenſerunt & ſentiunt, & qui conſenſerunt eidem, & conſentiunt, & omnes Hæreticos eorumque dogmata, & qui cum illis ſenſerunt, & ſentiunt anathematizavit. Pariter anathematizavit Neſtorium, ſcilicet ejuſque dogmata: & eos qui cum eo ſenſerunt & ſentiunt, eoſque qui cum eo conſenſerunt, & conſentiunt. Chalcedonenſe vero ſanctum Concilium, Magni Procli ad Armenios conſcriptam Epiſtolam[1], (quod oporteat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei, & Deum noſtrum unum ſanctæ Trinitatis per propriam relationem,) ſuſcepit & confirmavit. Quæ ſupradicta quatuor ſancta Concilia, ſi negligimus, aut ea quæ his conſtituta, damus licentiam damnatis ab iis Hæreticis eorumque dogmatibus ſuam peſtem rurſus in ſanctis Dei Eccleſiis oſtendere. Optandum itaque ut quod nondum contigit fieri, hoc aliquando contingat. Idque eo magis quod ſupra dicta quatuor ſancta Concilia ſpeciali confeſſione Hæreticos, eorumque dogmata damnarunt. Ideoque ſi quis ab uno ſupradictorum ſanctorum Conciliorum diſſentiat, palam eſt, eum amplecti dogmata a Sanctis illis Patribus damnata, & anathematizata.

σιν. Η δὲ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία Σύνοδος καθεῖλέ τε καὶ ἐξέβαλε τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν καὶ ἀνεθεμάτισεν καὶ τὸν ἀσεβῆ Εὐτυχέα, καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, καὶ τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας, καὶ πάντας τοὺς αἱρετικοὺς, καὶ τὰ αὐτῶν δόγματα, καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ἀναθεμάτισεν. Ὁμοίως δὲ ἀναθεμάτισε καὶ Νεστόριον, καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, καὶ τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας. Η αὐτὴ δὲ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία Σύνοδος καὶ τὴν τοῦ μεγάλου Πρόκλου πρὸς Ἀρμενίους συγγραφεῖσαν Ἐπιστολὴν περὶ τοῦ χρῆναι λέγειν τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν, ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος διὰ τῆς οἰκείας ἀναφορᾶς[1], ἐδέξατό τε, καὶ ἐβεβαίωσεν. Εἰ γὰρ τὰς εἰρημένας τέσσαρας ἁγίας Συνόδους παρεξέλθομεν, ἢ τὰ παρ' αὐτῶν διατυπωθέντα· δίδομεν ἄδειαν τοῖς καθαιρεθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν αἱρετικοῖς καὶ τοῖς αὐτῶν δόγμασι, τὴν ἑαυτῶν λύμην πάλιν εἰς τὰς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἐνδείκνυσθαι. Ὅπερ οὐχ ἐνδέχεται παραχθῆναι. ποτὲ μὴ γένοιτο. Ἐπειδὴ αἱ εἰρημέναι δ. ἅγιαι Σύνοδοι διὰ τῶν οἰκείων δογμάτων τοὺς αἱρετικοὺς καὶ τὰ τούτων δόγματα ἐξέβαλον. Καὶ εἴτις πρὸς μίαν τῶν εἰρημένων ἁγίων Συνόδων ἀμφιβάλλοι, πρόδηλός ἐστιν ἐκεῖνα φρονῶν τὰ δόγματα τὰ παρ' αὐτῶν ἐκβληθέντα τε καὶ ἀναθεματισθέντα.

§. 5. Nullus itaque fruſtra nos turbet ſpe vana innixus, quaſi nos contrarium a ſupradictis quatuor Conciliis fecerimus, aut faciamus, aut fieri a quibuſdam permittamus,

§ ε΄. Μηδεὶς τοίνυν μάτην ἡμᾶς ταραξάτω ἐλπίδι ματαίᾳ κρατούμενος, ὅτι ἡμεῖς ἐναντίον τῶν εἰρημένων δ. Συνόδων ἐπράξαμεν, ἢ πράξομεν, ἢ παραχθῆναι παρά τινα

συγχωρήσομεν, ἢ περιαιρεθῆναι τὴν αὐτῶν ἁγίων δ. Συνόδων ὁσίαν μνήμην ἐκ τῶν εἰρημένων τῆς Ἐκκλησίας διπτύχων ἀνεξόμεθα ᵐ. Πάντας γὰρ τοὺς ὑπ' αὐτῶν καθαιρεθέντας καὶ ἀναθεματισθέντας, καὶ τὰ τῶν καθαιρεθέντων δόγματα, καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ἀναθεματίζομεν.

§ ϛ'. Οὐκ εὐχέσθω ἡμῖν τε καὶ τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ ἡ Μακαριότης σου, πάντας περὶ τοῦ ἡμετέρου σκοποῦ καὶ τῆς περὶ τὴν ἀμώμητον πίστιν σπουδῆς, διδασκοῦσα καὶ πληροφοροῦσα. DAT. VII. KAL. APR. CP. DN. JUSTINIAN. PP. A. III. CONS.

aut aboleri eorundem ſanctorum quatuor Conciliorum piam memoriam ex dictis Ecclesiæ diptychis [m] ſuſtineamus. Omnes enim, qui ab iis damnati & anathematizati ſunt, & damnatorum dogmata, eoſque, qui eadem ac ipſi ſenſerunt aut ſentiunt, anathematizamus.

§. 6. Itaque bene precetur nobis, & noſtro imperio Beatitas tua, omnes de noſtra intentione, & noſtro erga irreprehenſibilem fidem ſtudio, docens & certiores faciens. DAT. VII. KAL. APR. CP. DN. JUSTINIAN. PP. A. III. CONS. 533.

[a] Οἰκουμενικοῦ Πατριάρχῃ] Qui acta Chalcedonenſis Concilii Latina fecit Oecumenicum univerſalem convertit, illo loco quo Epheſina ſecunda, Dioſcorus univerſalis Archiepiſcopus, Leo univerſalis Patriarcha nuncupantur: & ita Paulus Aquilegienſ. Diacon. interpretatur, uti & Leo I. & IX. ad Michael. Conſtantinop. & Leonem Acridan. Epiſcop. & Gregorius IV. VI. VIII. epiſtolarum, qui propterea primis, rejecto Pontificis vocabulo, ſe Servum ſervorum in epiſtolis ſuis ſcripſit. *Joannes Diacon. in vita ejuſd. lib. II. cap. I.* Oecumenici vero titulum etiam everſo Orientis Imperio, & rebus prope depoſitis conſervant Patriarchæ Conſtantinopolitani.

[b] Τὰς ἑνώσεις] *Nicephor. Calliſt. lib. XVI. cap. XXXII. Evagr. lib. IIII. cap. XI. Juſtinus Aug. Hormiſda.*

[c] Πρὸς ὃν καὶ τὰ ὅμοια τούτοις γεγράφαμεν] *Liberat. de cauſa Neſtoriana.* Joannes cognomento Mercurius, Sedis Apoſtolicæ ſuſcepit Præſulatum, ad quem miſſi ſunt ab Imperatore Juſtiniano Hypatius Epheſiorum Epiſcopus, & Demetrius a Philippis, conſulere Sedem Apoſtolicam contra Legatos Acumitorum, Cyrum & Eulogium, negantes eſſe confitendam beatam Mariam vere & proprie Dei genitricem, & unum de Trinitate incarnatum, & carne paſſum. Sed Papa Joannes, nobis ibi poſitis, hoc confitendum epiſtola ſua firmavit & Imperatori direxit. Quis igitur in epiſtola

[a] *Oecumenico Patriarcha*] Joannes Epiſcopus Conſtantinopolitanus primus Oecumenicus. *D. Gregorius lib. 4. epiſt. 32.* Petrus ipſe etiamſi totius Eccleſiæ curam accepit, non tamen univerſalis Apoſtolus vocatur. *Lib. 6. epiſt. 30.* Ego fideliter dico, quiſquis ſe univerſalem Sacerdotem, vocat vel vocari deſiderat, in elatione ſua Antichriſtus. *Epiſt. 38.* Perverſum & nomen erroris. *Epiſt. 39.* Vanitatis, hypocriſeos, blaſphemiæ, ſceleſtum. *Lib. 7. epiſt. 30.* Ecce in præfatione epiſtolæ quam ad meipſum, qui prohibui, direxiſtis, ſuperbæ appellationis verbum, univerſalem me Papam dicendo, imprimere curaſtis: quod peto dulciſſima mihi ſanctitas veſtra non faciat, quia nobis ſubtrahitur quod alteri pluſquam ratio exigit præbetur. *Antonius Auguſtinus in paratitlis ſeu ſcholiis Græcarum conſtitutionum Imperatoris Juſtiniani in interpretatione hujuſce legis utitur verbo generali pro æcumenico, & rationem reddit his verbis.* Malo ita dicere quam œcumenico vel univerſali: nam & Concilia œcumenica generalia appellantur. Sed mirum eſt cum Juſtinianus agnoſcat hac conſtitutione Pontificem Romanum caput eſſe omnium Sacerdotum ſive Epiſcoporum, cur appellet hunc œcumenicum Patriarcham. Quamobrem putarem addita eſſe hæc verba a poſterioribus niſi viderem eadem verba in Novellis Juſtiniani & in actis 5. 6. & 7. Synodi, & niſi ſcirem Pe-

lagium II. & Beatum Gregorium alioſque Pontifices maximos invehi in Conſtantinopolitanos qui id nomen uſurparent. Intellige itaque generalem, hoc eſt non unius Provinciæ Patriarcham, ſed multarum, quæ in Orientis partibus aliis Patriarchis non ſubjicerentur: ut in Africa fuerunt qui primas ſedes obtinerent in quibuſdam Provinciis, quibus prohibitum fuit ut ſe ſummos Sacerdotes appellarent, aut Principes Sacerdotum. Vide *diſtinct. 99. Can. 3. 4. & 5.*

b *Ad quem ſimilia hiſce perſcripſimus*] Extat Juſtiniani Epiſtola ad Joannem Romanum Pontificem quæ eſt hujus tituli, quam miramur quoſdam negare veram eſſe, cum in omnibus Græcis & Latinis libris ejus mentionem fieri videamus.

3 *Cum ea ſit caput omnium*] *Philippus Presbyter Legatus Apoſtolicæ Sedis in Concilio Epheſino actione 2. qua extat tom. 3. Concil. General. col. 619.* Non ignorat veſtra Beatitudo totius cæterorumque omnium Apoſtolorum Principem & caput Beatum Petrum extitiſſe. *Optatus lib. 2.* Igitur negare non potes ſcire te in urbe Roma Petro primo Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam in qua ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus, unde Cephas appellatus eſt: in qua una Cathedra unitas ab omnibus ſervaretur, ne cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi defenderent.

4 *Sanctiſſimorum Sacerdotum*] Sacerdotum appellatione hoc loco & aliis hujus legis & aliarum intellige Antiſtites vel Epiſcopos. Is uſus olim fuit non ſolum nominis, ſed etiam rei ipſius, ut Epiſcopi frequentius ſacrificium pro populo offerrent quam alii Preſbyteri vel Chorepiſcopi. Inter Monachos quoque rari Preſbyteri fuerunt, ut Beatus Hieronymus affirmat. Vide *Gratianum cauſ. 16. quæſt. 1. Can. 39. hinc eſt in fin.* Ubi de Monachis ſcetis vel ſcetios ſcribendum eſt, non Scythiæ *ex Sozomeno lib. 6. cap. 30. & 31.* Adde *Epiphanium epiſt. 60. ad Joann. Hieroſolymitan.* quam Latinam fecit B. Hieronymus. Totus hic locus maxime confundit inſaniam adverſariorum Apoſtolicæ & Catholicæ Eccleſiæ. Papa primus omnium Sacerdotum quod prior ſedeat.

5 *Pauci quidam infideles, &c.*] Sunt Joannis non videt legendum? Nos enim Cyrum cum ſequacibus ſuis in Romana invenimus civitate, qui de Acumitenſi Monaſterio fuit. Quomodo & in Liberato emendandum eſt caput XVIII. Per quendam Monachum Acumitenſem. *Ex Evagr. lib. III. cap. XVIII. X. X. XX.* Publicavit & edictum de religionis ſuæ fide Juſtinianus. Conſtantinopolitanis, Epheſiis, Cæſarienſibus, Cyzicenis, Amidenis, Trapezuntiis, Hieroſolymitanis, Apamenſibus, Juſtinianopolitanis, Theopolitanis, Sebaſtenſibus, Tarcenſ. & Ancyran. Sicut & Juſtinus τοῖς ἑκασταχοῦ Χριστιανοῖς. *Evag. lib. V. cap. IV.* Sed & dignatus eſt Epiſcopos in Africanis partibus commanentes literis admonere qualem fidem teneret & defenderet, uti Pontianus Epiſcopus ſcribit. Quam tanta in turba tantaque in confuſione religionum cæteri etiam Imperatores edictis ex more propoſitis profeſſi ſunt.

d Κεφαλὴ οὖσα τῶν ὁσιωτάτων τοῦ Θεοῦ ἱερέων] Totus hic locus corruptus eſt, ſi quidem integre *Phot. Nomocan. tit. 1. cap. V.* Περὶ τῆς τάξεως τῶν Πατριαρχῶν καὶ τῶν παρ' αὐτῶν καὶ τῶν λοιπῶν Ἐπισκόπων ὑπὲρ τῆς αὐτῶν χειροτονίας διδομένων, καὶ ὅτι πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν κεφαλή ἐστιν ἡ Κωνσταντινούπολις, ἀνάγνωθι βιβλίον α. τοῦ κώδικος τίτ. α. διάταξιν ζ'. καὶ τίτ. β'. διάταξιν ς'. καὶ κ'. καὶ κδ'. καὶ τίτ. α. τῶν Νεαρῶν διάταξιν β'. καὶ τίτ. β'. διάταξιν γ'. ἡ δὲ ις'. διάταξις τοῦ β'. τίτ. τοῦ α'. βιβλίου φησὶν ὅτι ἡ Κωνσταντινουπόλεως ἔχει τῶν ἄλλων προεδρίαν.

e Ἐν τῷ ἰδίκτῳ] *Sic Evagrius* τὸ καλούμενον πρὸς Ῥωμαίων ἴδικτον γράφει. Nec vero illud eſt quod extat volumine II. Concilior. Epitome Synodi Conſtantinopolitanæ V. quæ habita eſt, mortuo Joanne Papa, & poſteriore legum codice promulgato. Et ſane in veteribus exemplaribus vulgata epigraphe abeſt, uti viri docti monuerunt. Vide *Liberat. c. XXIIII.*

f Ἰουδαϊκῶς] *Suidas.* Νεστόριος καὶ πρῶτος προεστὼς γεγονὼς τῆς Ἰουδαϊκῆς ταύτης αἱρέσεως. *Proclus* πρὸς Ἀρμενίους.

g Κατὰ χάριν] Videntur Neſtorii ſequi doctrinam, ſecundum gratiam dicentis illum Filium Dei, & alium dicentis Deum verbum, & alium Chriſtum. Sic lego *in Juſt. epiſt. ad Joannem Papam, & apud Cedrenum.*

h Καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν] Sic primus Cyrillus loquutus eſt adverſus Neſtorium,

rium, & ita in Juſtiniani ad Joannem Epiſtola vetera exemplaria habent, uti alii docuerunt. Errot ductus eſt ex præcedentibus ambiguis, vel potius non integris. Nos enim qui Deum & Hominem Chriſtum confitemut unam naturam ſive ſubſtantiam ipſius dicere impium eſt. Sed in una ſubſiſtentia Deitatem & Humanitatem ſuſcipimus. Incorruptæ vero Trinitatis indiviſam ſubſtantiam confitemur, quæ Græco verbo *ὁμοούσιος* recte credentibus dicitur. Nec aliter uſque loquutus eſt Juſtinianus.

[k] *Τοῦ αὐτοῦ τὰ θαύματα*] *ἑ* Ejuſdem ipſius miracula & paſſiones, quas carne ſponte ſuſtinuit. Superiore edicto *ἑνὸς* additur ut in Zenonis Unitivo, & Juſtini confeſſione, apud Evagrium.

[l] *Διὰ τῆς οἰκείας διαφορᾶς*] Unitatem ſecundum relationem conſtituunt Neſtoriani. Comprehenſio orationis hujus clauſa & terminata eſſe debet ita: *καὶ Θεὸν ἡμῶν ἕνα τῆς ἁγίας τριάδος*. Sequitur: *Διὰ τῆς οἰκείας διαφορᾶς ἰδίξατό τε καὶ ἐβεβαίωσεν*. *Liberatus cap. x.* Proclus accipiens Armeniæ Epiſcoporum libellos, & illud Theodori volumen, diligentius utraque examinans, tomum Armeniis ſcripſit & deſtinavit, in quo poſuit ad interimendas Neſtorianorum verſutias, qui duas in Chriſto inducunt perſonas, UNUM DE TRINITATE INCARNATUM. Hunc & Chalcedonenſis Synodus per relationem ſuam quam Martiano Imperatori direxit, inter Sanctorum Patrum Epiſtolas ſuſcepit & confirmavit. Extat relatio in Synodo.

[m] *Ἡ φιλευσεβὴς ... τὰς ἁγίας δ'. Συνόδους ... ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις τῆς Ἐκκλησίας ... ἀνεξάλειπτον*] Nam & ſanctas quatuor Synodos Majeſtas ipſius ſacris Eccleſiæ diptychis inſeri & prædicari fecit: quod ante imperium divinitus ei datum in Sancta Eccleſia non procedebat. Quamvis Juſtinus edixiſſet *Zonaras. Seſſ. 11. Concil. Conſtantinopol. v. & Seſſ. 1.* Quatuor Synodos dyptichis, Leonem Epiſcopum dyptichis, Sancta Maria Dei genitrix eſt. Hoc Synodus dixit. Dypticha amboni, & cætera quæ cum Zonara, Evagrio *lib. iv. cap. xi.* Cedreno ſummum ac difficillimum Eccleſiæ tempus teſtantur. Sed & verba edicti cujus meminimus *ad l. 6. hujus tituli.*

[6] *Ab eo qui nunc uſque fuit Eccleſiaſtico ſtatu*] *B. Hieronymus adverſus Luciferianos.* In illa Eccleſia permanendum quæ ab Apoſtolis inſtituta uſque ad diem hanc durat. *Idem Apolog. contra Ruffin.* Si Romanam fidem ſuam eſſe dixit, ergo Catholici ſumus. *Idem epiſt. 1. ad Theophil.* Scito nobis nihil antiquius quam leges & jura ſervare, nec Patrum tranſire terminos, ſemperque meminiſſe communem fidem Apoſtolico ore laudatam, cujus ſe eſſe participem Alexandrina Eccleſia gloriatur.

[7] *Epheſinum primum*] Poſt Epheſinam Synodum generalem in qua Neſtorius damnatus eſt, fuit Pſeudoſynodus Epheſi celebrata, quæ poſterior dicta eſt. Ea de cauſa illa prior dicta eſt.

[8] *Sanctam formulam ſeu ſymbolum*] *Joannes Maxentius in confeſſione fidei ſua qua locum habet in prima parte quarti tomi Bibliotheca S. S. Patrum circa finem pag. 433.* Quia Synodus alteram fidem aut Mathema præter Sanctorum Patrum tradere his qui ad Catholicam fidem confugiunt prohibuit, &c. *In libell. Imperat. Juſtin. quem dedit Agapeto inter epiſt. Roman. Pontific. tom. 4. Concil. General. col. 1790. in fin.* De qua ſpe & fide minime ſeparari cupientes, & Patrum ſequentes conſtituta, anathematiſamus omnes qui contra ſanctam Romanam & Apoſtolicam Eccleſiam ſuperbiendo ſuas erigunt cervices. *Eutychius Patriarcha Conſtantinopolitanus epiſt. ad Vigil. Roman. Pontif. qua habetur tom. 5. Concil. General. col. 425.* Et ſanctum Symbolum ſeu Mathema fidei expoſuerunt. Ut ſuſcipiamus autem & centum quinquaginta Sanctos Patres Conſtantinopoli congregatos qui idem ſanctum Mathema explanaverunt in exemplum libelli quod Juſtinianus dedit Agapeto Papæ, & ſanctum Mathema ſive ſymbolum fidei expoſuerunt.

[9] *Magni Procli ad Armenios conſcriptam epiſtolam*] Extat hæc epiſtola in libro qui inſcribitur Antidotum.

[10] *Eccleſiæ diptychis*] Diptycha tabulæ quædam fuerunt in quibus & nomina Synodorum, & vivorum ac mortuorum Catholicorum Antiſtitum nomina quorum in ſacris myſteriis mentio fieret ſcribebantur. Multæque contentiones de

his ortæ fuerunt, ſcribendumne eſſet an delendum illius aut illius Antiſtitis aut Synodi nomen. *Joannes Epiſcopus Conſtantinopolitanus epiſtola Hormiſda qua extat tom. 4. Concil. General. column. 1487. ſcribit his verbis.* Promittentes in ſequenti tempore ſequeſtratos a communione Eccleſiæ Catholicæ, id eſt, in omnibus non conſentientes Sedi Apoſtolicæ eorum nomina inter ſacra non recitanda eſſe myſteria. *Idem eidem column.* Tantum ad ſatisfaciendum ſcripſimus, ut & venerabile nomen ſanctæ recordationis Leonis quondam urbis Romæ Archiepiſcopi a ſacris diptychis tempore conſecrationis propter concordiam affigetur, & veſtrum benedictum nomen in dyptycho quod a Chimeliarcha aſſervabatur Imperatorum Catholicorum & Epiſcoporum vocabula continebantur, quæ tempore ſacrorum myſteriorum ſecundum ſacras regulas relegi mos erat, hoc modo pro Protegene Zozimo Olympio, &c. Vide *Synod. Conſtantinopol. act. v.* Epiſcop. Ægypt. Diœceſeos Anatalio Conſtantin. Archiepiſc. ἱεραὶ δέλτοι dicuntur, & ἱερὰ δίπτυχα, ſive δίπτυχα, quaſi δύο πτύχας ἔχοντα, ὧν τὸ μὲν ὑπεσημαίνετο τὸ δὲ ἕτερον ὑπεβέβλητο. Sud. Itaque Ambroſius dyptichum Oſtra dixit. *Baſilius* τοὺς δίπτυχας. *Nov. cxv.* Καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἱστᾶσαι ἢ ζωῆς ἀναφέρειν κωλύοντας. similiter in diptychis prædicetur. *Epiphanius Joannis ſucceſſor epiſtola ad eundem Hormiſdam ſcripta qua habetur col. 1535.* Nomina eorum inter ſacra non ſunt recitata myſteria quæ ſedi veſtræ profana cognovimus; ſed quatuor Conciliorum quæ recta fide conſonantia prædicantur: at hoc ipſum omnibus ſacrorum diptychorum recitatione manifeſtum eſt. *D. Dionyſius Hierarchiæ cap. 3.* Cum omnes inter ſe ſalutaverint Miniſtri ſacrorum diptychorum fit mentio: latere uno continebant nomina mortuorum, altero nomina viventium. *Anaſtaſius ex Theophan. in Hiſtor. pag. 56. editionis regia.* Epiſcopi & Clerici Romam venientes auctoritate ab Hormiſda Romano Epiſcopo ſtudio Vitulliani percepta cum adhuc viveret Joannes Cappadox Epiſcopus Conſtantinopolitanus ſanctam Chalcedonenſem Synodum in diptychis ordinaverat una cum aliis ſacris tribus Conciliis. *Nicephorus lib. 14. cap. 25.* Conſuetudo erat tum Occidentalis, tum maxime Orientalis Eccleſiæ, ut in ſuis diptychis nullius Epiſcopi nomen deſcriberet quouſque Synodicum ipſius ſuſcepiſſet. Vide *Cyrillum Hieroſolymitanum Catecheſ. Miſtagogica 1. pag. 241. edit. Pariſ. ann. 1640.* ubi non nominis diptychorum, ſed rei ipſius meminit his verbis. Obſecramus Deum pro communi Eccleſiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro Regibus, pro militibus, pro ſociis, pro ægrotis, pro afflictis, & in ſumma pro his omnibus qui egent auxilio, &c. *Durandus de ritib. Eccleſ. lib. 2. cap. 43. Pamel. ad lib. Tertull. de martyr. adnotat. 22. & ad epiſtol. Cyprian. 10. Gregor. lib. 6. epiſt. 64. Theodoret. lib. 5. cap. 34. Cedrenus* δίπτυχα, melius δίπτυχα. *In epiſtola Juſtini Hormiſda Papa cap. 1. Decret. ejuſd. Hormiſda in vet. Cod. Can. Eccleſ. Roman. edition. Reg. pag. 292.* Omni intentione ordinabimus ut venerabilis Eccleſia Conſtantinopolitana nec non complures aliæ vota ſuſcipiant veſtra non ſolum in cæteris, ſed in auferendis etiam nominibus ex ſacris diptychis, quæ removenda maxime poſtulatis.

Epiſtola Joannis Archiepiſcopi & ſanctiſſimi Patriarchæ urbis Romæ.

Glorioſiſſimo, & clementiſſimo filio Juſtiniano Auguſto, Joannes Epiſcopus urbis Romæ.

INTER claras ſapientiæ ac manſuetudinis veſtræ laudes, Chriſtianiſſime Principum, puriore luce tanquam aliquod ſydus irradiat, quod amore fidei, quod charitatis ſtudio edocti Eccleſiaſticis diſciplinis, Romanæ ſedis reverentiam conſervatis, & ei cuncta ſubjicitis, & ad ejus deducitis unitatem, ad cujus auctorem, hoc eſt, Apoſtolorum primum, Domino loquente præceptum eſt, *Paſce oves meas:* Quam eſſe

omnium vere Eccleſiarum caput [2], & Patrum regulæ & Principum ſtatuta declarant, & pietatis veſtræ reverendiſſimi teſtantur affatus. Patet igitur, in vobis impletum fore, quod Scripturæ loquuntur: *Per me Reges regnant, & potentes ſcribunt juſtitiam:* Nihil eſt enim, quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in Principe: nihil eſt, quod ita nequeat occaſui ſubjacere, quam vera religio; nam cum auctorem vitæ, vel luminis utraque reſpiciant, recte & tenebras reſpuunt, & neſciunt ſubjacere defectui. Quamob rem, Glorioſiſſime Principum, votis omnibus exorabitur Divina potentia, ut pietatem veſtram in hoc ardore fidei, in hac devotione mentis, in hoc integræ religionis ſtudio, ſine defectu ſui in longiora tempora conſervet: hoc enim & ſanctis credimus Eccleſiis expedire. Scriptum eſt enim, *Labiis regit Rex:* & iterum, *Cor Regis in manu Dei eſt, & ubi voluerit, inclinabit illud.* Hoc eſt enim, quod veſtrum firmat imperium. hoc quod veſtra regna conſervat. Nam pax Eccleſiæ, religionis unitas, auctorem facti in ſublime provectum grata ſibi tranquillitate cuſtodit. Neque enim parva ei viciſſitudo a potentia Divina tribuitur, per quem nullis rugis Eccleſia diviſa ſecernitur, nullis inſertis maculis variatur. Scriptum eſt enim: *Quia cum Rex juſtus ſederit ſupra ſedem, non adverſabitur ei quicquam malignum.* Proinde Sereniratis veſtræ apices, per Hypatium atque Demetrium ſanctiſſimos viros, fratres & Coëpiſcopos meos, reverentia conſueta ſuſcepimus: quorum etiam relatione comperimus, quod fidelibus populis propoſuiſtis Edictum amore fidei pro ſubmovenda Hæreticorum intentione, ſecundum Apoſtolicam doctrinam, fratrum & Coëpiſcoporum noſtrorum intervenienie conſenſu. Quod, quia Apoſtolicæ doctrinæ convenit, noſtra auctoritate confirmamus.

Ad ejus deducitis unitatem] *Enoticum Zenonis.* Anaſtaſius Imperator noluit ab Anaſtaſio Papa recipi ſicut & ſequentes Imperatores. *Vigner. part. 2. Biblioth. pag. 118.* Fuit hæc controverſia inter Romanum & Conſtantinopolitannm Epiſcopos, utroque ſibi Oecumenitatem Patriarchalem vindicante: nam nec Vigilius adeſſe voluit Concilio Conſtantinopolitano quod aſſidere Eutychio nollet qui Concilio præſidebat, teſte Nicephoro *lib. 17. cap. 27.* *D. Cyprianus epiſt. 55.* Et ad Petri Cathedram atque ad Eccleſiam principalem unde unitas Sacerdotalis exorta eſt a Schiſmaticis & prophanis literas ferre. *D. Irenæus lib. 3. cap. 3.* Ad hanc enim Eccleſiam propter potentiorem principalitatem neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt eos qui ſunt undique fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt undique conſervata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio. *Procopius hiſtor. cap. 11.* Sunt in univerſo Imperio complures Chriſtianorum ſectæ minime probatæ, quas Hæreſes vulgo dicunt, Montaniſtarum, Sabatianorum, aliorumque complurium quæ mentes hominum tranſverſas agunt. Hos omnes priori ſententia decedere juſſit.

[2] *Quam eſſe omnium vere Eccleſiarum caput*] *D. Auguſtinus epiſt. 162.* In Eccleſia Romana ſemper Apoſtolicæ Sedis viguit principatus. *Auctor quæſt. ex vet. & nov. Teſtam. inter opera D. Auguſt. quæſt. 101.* Sed quia Romæ miniſtri ſunt, ideo favorabiliores putantur apud cæteras Eccleſias propter magnificentiam urbis Romæ quæ caput eſſe videtur omnium Eccleſiarum. Theodoret. *lib. 5. cap. 9.* refert epiſtolam Synodicam ad Damaſum & alios Epiſcopos, in qua Eccleſia Hieroſolymitana omnium vocatur Eccleſiarum mater. *Victor Uticenſis de perſecut. Wandal.* At Princeps Romana Eccleſia quæ caput eſt omnium Eccleſiarum. *In action. 1. Synod.*

[illegible] Beatiſſimi atque Apoſtolici Viri Papæ urbis Romæ quæ eſt caput omnium Eccleſiarum.

Textus autem Epiſtolæ Imperatoris talis eſt.

Præfatio. 1. De Hæreticorum opinione. 2. Catholica confeſſio. 3. De quatuor Conciliis. 4. De Legatis ad Papam miſſis. 5. Petitio. 6. Subſcriptio.

Victor JUSTINIANUS, pius, felix, inclytus, triumphator, ſemper Auguſtus, Joanni ſanctiſſimo Archiepiſcopo almæ urbis Rom. & Patriarchæ.

REDDENTES honorem Apoſtolicæ Sedi, & veſtræ ſanctitati (quod ſemper nobis in voto & fuit, & eſt) & ut decet Patrem, honorantes veſtram Beatitudinem, omnia quæ ad Eccleſiarum ſtatum pertinent, feſtinavimus ad notitiam deferre veſtræ Sanctitatis: quoniam ſemper nobis fuit magnum ſtudium unitatem veſtræ Apoſtolicæ Sedis, & ſtatum Sanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodire, qui hactenus obtinet, & incommote permanet, nulla intercedente contrarietate. Ideoque omnes Sacerdotes univerſi Orientalis tractus, & ſubjicere, & unire Sedi veſtræ Sanctitatis properavimus. In præſenti ergo, quæ commota ſunt (quamvis manifeſta & indubitata ſint, & ſecundum Apoſtolicæ veſtræ Sedis doctrinam ab omnibus ſemper Sacerdotibus firme cuſtodita & prædicata) neceſſarium duximus, ut ad notitiam veſtræ Sanctitatis perveniant. Nec enim patimur quicquam, quod ad Eccleſiarum ſtatum pertinet, quamvis manifeſtum & indubitatum ſit, quod movetur, ut non etiam veſtræ innoteſcat Sanctitati, quæ caput eſt omnium ſanctarum Eccleſiarum. Per omnia enim (ut dictum eſt) properamus honorem, & auctoritatem creſcere veſtræ Sedis.

§. 1. Manifeſtum igitur facimus veſtræ Sanctitati, quod pauci quidam infideles, & alieni ſanctæ Dei Catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ, contradicere Judaice atque Apoſtatice auſi ſunt adverſus ea, quæ ab omnibus Sacerdotibus ſecundum veſtram doctrinam recte tenentur, & glorificantur, atque prædicantur, denegantes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum Filium Dei, Deum & Dominum noſtrum incarnatum de Sancto Spiritu, & ex ſancta atque gl[illegible]ſſima ſemper Virgine Dei genitrice Maria Ho[illegible]m factum, [illegible] crucifixum, unum e[illegible] ſanctæ & conſubſtan[illegible] Tri[illegible], & co[illegible] & conglorificandum Patri & Spiritui Sancto, conſubſtantia[illegible] Patri [illegible]dum Divinitatem, & conſubſtantialem nobis eunde[illegible] ipſum ſec[illegible]um Humanitatem, paſſibilem carne, eundemque ipſ[illegible] impaſſibilem Deitate. Recuſantes enim Dominum noſtrum J[illegible] Chriſtum uni[illegible]tum Filium Dei, & Dominum noſtrum fa[illegible] eſſe ſanctæ, & conſubſtantialis Trinitatis, videntur Neſtorii [illegible] doctrinam, ſecundum gratiam dicentis unum F[illegible]m Dei, & [illegible]um di[illegible]tis Dei verbum, & alium Chriſtum.

§. 2. Omnes vero Sacerdotes ſ[illegible]ctæ Catholicæ atq[illegible]e Apo[illegible] Ec-

[illegible]liæ, & reverendiſſimi Archimandritæ ſanctorum Monaſteriorum, ſequentes Sanctitatem veſtram, & cuſtodientes ſtatum, & unitatem ſanctarum Dei Eccleſiarum, quam habent ab Apoſtolica veſtræ Sanctitatis Sede, nihil penitus immutantes de Eccleſiaſtico ſtatu, qui hactenus obtinuit atque obtinet, uno conſenſu confitentur & glorificant, prædicantes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum Filium, & Verbum Dei, & Dominum noſtrum ante ſæcula, & ſine tempore de Patre natum, in ultimis diebus deſcendiſſe de cœlis, & incarnatum de Spiritu Sancto, & ex ſancta atque glorioſa Virgine, & Dei genitrice Maria natum, & hominem factum, & crucifixum, unum eſſe ſanctæ, & conſubſtantialis Trinitatis, & coadorandum, & conglorificandum Patri & Sancto Spiritui: nec enim alium Deum Verbum, & alium Chriſtum cognoſcimus, ſed unum atque eundem ipſum conſubſtantialem Patri ſecundum Divinitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundum Humanitatem, paſſibilem carne, eundem ipſum impaſſibilem Deitate. Ut enim eſt in Divinitate perfectus, ita idem ipſe, & in Humanitate perfectus eſt: [illegible] una enim ſubſtantia Deitatem ſuſcipimus, & confitemur: quod dicunt Græci, τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν. Id eſt, *eam, quæ ſecundum perſonam eſt, unitatem confitemur.* Et quoniam unigenitus Filius & Verbum Dei ante ſæcula, & ſine tempore de Patre natus, idem ipſe, & in ultimis diebus deſcendens de cœlis incarnatus de Spiritu Sancto, & ex ſancta atque glorioſa ſemper Virgine, & Dei genitrice Maria, homo factus, Dominus noſter Jeſus Chriſtus, proprie & vere Deus eſt: ideo & ſanctam atque glorioſam Virginem Mariam proprie & vere Dei Matrem eſſe dicimus: non quia Deus Verbum principium ex ipſa ſumpſerit, ſed quia in ultimis diebus deſcendit de cœlis, & ex ipſa incarnatus, & homo factus, & natus eſt. Quem confitemur & credimus, (ſicut dictum eſt,) conſubſtantialem eſſe Patri ſecundum Deitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundum Humanitatem: ejuſdem miracula & paſſiones, quas ſponte in carne ſuſtinuit agnoſcentes.

§. 3. Suſcipimus autem ſancta quatuor Concilia, id eſt, trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum, qui in Nicæna urbe congregati ſunt: & centum quinquaginta ſanctorum Patrum, qui in hac Regia urbe convenerunt: & ſanctorum Patrum, qui in Epheſo primo congregati ſunt, & ſanctorum Patrum, qui in Chalcedone convenerunt: ſicut veſtra Apoſtolica Sedes docet, atque prædicat. Omnes ergo Sacerdotes ſequentes doctrinam Apoſtolicæ Sedis veſtræ ita credunt, & confitentur & prædicant.

§. 4. Unde properavimus hoc ad notitiam deferre veſtræ Sanctitatis per Hypatium, & Demetrium [a] beatiſſimos Epiſcopos, ut nec veſtram Sanctitatem lateat, quæ & a quibuſdam paucis Monachis male & Judaïce ſecundum Neſtorii perfidiam denegata ſunt.

§. 5. Petimus ergo veſtrum paternum affectum, ut veſtris ad nos deſtinatis literis, & ad ſanctiſſimum Epiſcopum hujus almæ urbis, & Patriarcham veſtrum fratrem, (quoniam & ipſe per eoſdem ſcripſit ad veſtram

Sanctitatem, feſtinans in omnibus Sedem ſequi Apoſtolicam Beatitudinis veſtræ) manifeſtum nobis faciatis, quod omnes, qui prædicta recte confitentur, ſuſcipit veſtra Sanctitas; & eorum qui Judaice auſi ſint rectam denegare fidem, condemnat perfidiam. Plus enim ita circa vos omnium amor, & veſtræ Sedis creſcet auctoritas; & quæ ad vos eſt unitas ſanctarum Eccleſiarum inturbata ſervabitur, quando per vos didicerint omnes beatiſſimi Epiſcopi eorum, quæ ad vos relata ſunt, ſinceram veſtræ Sanctitatis doctrinam. Petimus autem veſtram Beatitudinem orare pro nobis, & Dei nobis adquirere providentiam.

Item ſubſcriptio talis fuit.

§. 6. Deitas te conſervet per multos annos ſancte ac religioſiſſime Pater.

[a] *Omnes Sacerdotes univerſi Orientalis tractus & ſubjicere & unire*] *Hormiſda epiſt. ad Epiphan. Epiſcop. Conſtantinop.* Nam concordia Eccleſiæ Romanæ & Conſtantinopolitanæ concluſa fuerat. Itaque ergo æquale ſtudium & curam ſuſcipiamus quibus una eſt in communione & fide amicitia, ut quemadmodum de Eccleſia Conſtantinopolitana Apoſtolicæ Sedi unita æqualiter in Domino exultamus, ſic & de aliorum reſtitutione, ſicut affectuoſe admones, curamus primum ut fidem ac perfectionem noſtram immaculatam ab omni communicatione ſervemus. *Joannes Conſtantinopolitanus Hormiſd. Roman. Epiſcop. tom. 4. Concil. General. col. 1486.* Lætatus ſum de ſpirituali charitatis veſtræ ſanctitate, quod unitatem ſanctiſſimarum Dei Eccleſiarum, ſecundum veterum Patrum traditionem requiris, &c. Ecego pacem diligens ſanctiſſimas Dei Eccleſias, id eſt, ſuperioris veſtræ, & novellæ iſtius Romæ unam eſſe accipio. *Liberatus cap. 23. Breviar.* Nam poſt varias diſtractiones, quæ diſtinctas narrationes deſiderant, unitas facta eſt Eccleſiarum anno decimo Imperii glorioſi Juſtiniani.

[b] *Hypatium & Demetrium*] *Liberatus Breviar. cap. 20.* Dum hæc Alexandriæ aguntur, defuncto Bonifacio P. P. Romano, Joannes cognomento Mercurius Sedis Apoſtolicæ ſuſcepit Præſulatum, ad quem miſſi ſunt ab Imperatore Juſtiniano Hypatius Epheſiorum Epiſcopus & Demetrius a Philippis conſulere Sedem Apoſtolicam contra Legatos Acumitorum Cyrum & Eulogium negantes eſſe confitendum Beatam Mariam vere & proprie Dei genitricem, & unum de Trinitate Incarnatum & carne paſſum. Sed Papa Joannes, nobis ibi poſitis, hoc confitendum epiſtola ſua firmavit, & Imperatori direxit.

Sequitur reſiduum epiſtolæ Papæ.

LIQUET igitur, Imperator Glorioſiſſime (ut lectionis tenor, & Legatorum veſtrorum relatio patefecit) vos Apoſtolicis eruditionibus ſtudere, cum de religione Catholicæ fidei ea ſapitis, ea ſcripſiſtis, ea protuliſtis, ea populis fidelibus publicaſtis, quæ (ſicut diximus) & Sedis Apoſtolicæ doctrina, & ſanctorum Patrum veneranda decrevit auctoritas, & nos confirmavimus in omnibus. Opportunum eſt ergo voce exclamare Prophetica: *Jucundetur tibi, & abundet cœlum deſuper, & effundant montes jucunditatem, & colles lætitia lætabuntur.* Hæc igitur in tabulis cordis fideliter ſcribere, hæc ut pupillas oculorum convenit obſervare. Neque enim quiſquam eſt, in quo Chriſti charitas fervet, qui tam rectæ, tam veræ confeſſionis veſtræ fidei refragator exiſtat: cum evidenter impietatem Neſtorii, Eutycheriſque & omnium Hæreticorum dam-

nantes, unam veram Catholicam fidem Domini & Dei noſtri Salvatoris Jeſu Chriſti magiſterio inſtitutam, & Propheticis Apoſtolicisque prædicationibus ubique diffuſam, & ſanctorum per totum orbem confeſſionibus roboratam, Patrum atque doctorum ſententiis adunatam, & noſtræ doctrinæ conſentaneam, inconcuſſe atque inviolabiliter devota Deo & pia mente ſervatis. Soli etenim profeſſionibus veſtris adverſantur, de quibus divina Scriptura loquitur, dicens: *Poſuerunt mendacium ſpem ſuam, & mendacio operiri ſperaverunt*: & iterum qui ſecundum Prophetam dicunt Domino: *Recede a nobis; vias tuas ſcire nolumus*: propter quod Salomon dicit: *Per ſemitas propriæ culturæ erraverunt: colligunt autem manibus infructuoſa.* Hæc eſt igitur vera veſtra fides, hæc certa religio: hoc beatæ recordationis, ut diximus, Patres omnes, Præſuleſque Romanæ Eccleſiæ, quos in omnibus ſequimur: hoc Sedes Apoſtolica prædicavit hactenus, & inconcuſſe cuſtodivit: huic confeſſioni, huic fidei quiſquis contradictor extiterit, alienum ſe ipſe a ſancta communione, alienum ab Eccleſia judicabit eſſe Catholica.

§. 1. Nos enim Cyrum cum ſequacibus ſuis in Romana invenimus civitate, qui de Cumitenſi Monaſterio fuit': quos Apoſtolicis ſuaſionibus ad rectam fidem, & velut oves quæ perierant errantes, ad ovile contendimus revocare Dominicum, ut agnoſcant ſecundum Prophetam linguæ balbutientes loqui, quæ ad pacem ſunt. Ad non credentes autem per nos primus Apoſtolorum Eſaïæ Prophetæ verbum dicit, *Ambulate in lumine ignis veſtri & flamma quam ſuccendiſtis.* Sed obduratum eſt cor eorum, ut ſcriptum eſt, ut non intelligerent: & paſtoris vocem oves, quæ meæ non erant, audire minime voluerunt: in quibus obſervantes ea, quæ ab ipſorum ſunt ſtatuta Pontifice, eos minime in noſtra communione recipimus, & ab omni Eccleſia Catholica eſſe juſſimus alienos: niſi, errore damnato, doctrinam noſtram quantocyus ſequi, habita regulari profeſſione ſignaverint. Æquum quippe eſt, ut qui noſtris minime obedientiam accommodant Statutis, ab Eccleſiis habeantur extorres.

§. 2. Sed quia gremium ſuum nunquam redeuntibus claudit Eccleſia: obſecro Clementiam veſtram, ut ſi proprio depoſito errore, & prava intentione depulſa, ad unitatem Eccleſiæ reverti voluerint: in veſtram communionem recepris, indignationis veſtræ removeatis aculeos, & nobis intercedentibus benigni animi gratiam condonetis.

§. 3. Deum autem & Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum exoramus, quatenus longævis & pacificis vos dignetur cuſtodire temporibus in hac vera religione & unitate, & veneratione Apoſtolicæ Sedis, cujus principatum, ut Chriſtianiſſimi, & Pii conſervatis in omnibus.

§. 4. Præterea Sereniſſime Principum laudamus Legatorum veſtrum perſonas Hypatii & Demetrii fratrum & Coëpiſcoporum noſtrorum, quos Clementiæ veſtræ gratos fore ipſa manifeſtavit electio. Nam tantæ cauſæ pondus non niſi perfectis in Chriſto potuiſſet injungi: tantæ vero pietatis, tantæ reverentiæ plenos affatus, niſi per amantes minime dignaremini deſtinare.

§. 5. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti & charitas Dei Patris & communicatio Sancti Spiritus ſit ſemper vobiſcum, Piiſſime fili, Amen.

Item ſubſcriptio.

Omnipotens Deus regnum veſtrum & ſalutem veſtram perpetua protectione cuſtodiat Glorioſiſſime & Clementiſſime Fili Imp. Auguſte. D. *Rom.* VIII. Kal. Apr. D.N. JUSTINIANO PP. A. IV. & PAULINO V. C. CONSS. 534.

[1] *Cyrum qui de Cumitenſi Monaſterio fuit*] *In vet. cod.* Acyemitenſi *alias* Accemitenſi. *Liberatus Breviar. cap. 20.* A cujus communione diſcedentes Romæ quidam Monachi Acumitorum Legatos ſecuti ſunt, & uſque nunc hanc de Chriſto confeſſionem non ſuſcipiunt.

TITULUS SECUNDUS.

DE SACROSANCTIS ECCLESIIS & de rebus, & privilegiis earum.

De relictis Eccleſiæ.

I. Imp. CONSTANTINUS Auguſt. ad Populum.

HABEAT unuſquiſque licentiam ſanctiſſimo Catholico, venerabilique Concilio[1] decedens bonorum, quod optaverit relinquere: & non ſint caſſa judicia ejus[2]. Nihil enim eſt quod magis hominibus debeatur[3], quam ut ſupremæ voluntatis, poſtquam jam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum quod iterum non redit arbitrium[4]. PP. V. Non. Jul. *Romæ*, CRISPO II. & CONSTANTINO II. CONSS. 321.

[1] *Sanctiſſimo Catholico venerabilique Concilio*] Pro Martyribus, ſive loco in quo Martyres ſepulti. *Uſuardus in Martyrolog. 23. Januar.* Eodem die Sancti Joannis Preſbyteri quem Julianus inauditum, via ſalaria veteri ante ſimulacrum ſolis, decollari præcipit. Ejus corpus a Beato Concordio Preſbytero collectum & ſepultum eſt juxta Concilia Martyrum. *Gaudentius in ſermone dedicationis Baſilicæ Concilii Sanctorum tom. 2. Biblioth. S. S. Patr. col. 63.* Habemus ergo & hos quadraginta & prædictos decem Sanctos ex diverſis terrarum partibus congregatos: unde hanc ipſam Bazilicam eorum meritis dedicatam Concilium Sanctorum nuncupari oportere decernimus: dignum enim eſt ut ad tantorum Martyrum venerandas reliquias proceſſuri ad Concilium Sanctorum nos procedere fateamur. *D Hieronymus in epitaph. Nepotiani.* Bazilicas Eccleſiæ & Martyrum conciliabula diverſis floribus & arborum comis vitiumque pampinis adumbravit. *Pontific. in Damas.* Nemeſus cito circuibat Cryptas & Concilia Martyrum, ut ubicumque inveniſſet Chriſtianum egentem de facultatibus ſuis miniſtraret.

[2] *Non ſint caſſa judicia ejus*] *In epiſtol. 5. Symmach. tom. 4. Concil. General. col. 1295.* Ubi ſummus Pontifex vetat ne quæ relicta ſunt Eccleſiis alienentur.

[3] *Nihil enim eſt quod magis hominibus debeatur, &c.*] *D. Ambroſius lib. 3. de offic. cap. 9.* In ſupremo fine vitæ poſitos ſuum habere judicium ut libere teſtentur quod

ſentiunt

ſentiunt qui poſtea non ſunt emendaturi. *Quintilianus declamat. 274.* Intereſt tamen ſupremæ hominis voluntati lege favere, ut quod de bonis ſuis conſtituit in ſupremis Dominus fecerit jure. *Seneca lib. 4. de Benefic. cap. 11. & 32. Plinius lib. 4. epiſt. 10.* Confido acceſſurum te ſententiæ meæ, cum religiſſime ſoleas cuſtodire defunctorum voluntatem quam bonis heredibus intellexiſſe propere eſt.

4 *Liber ſit ſtylus & licitum quod iterum non redit arbitrium*] *D. Chryſoſtomus Homil. 27. in 1. epiſt. Paul. ad Corinth.* Quomodo enim illorum verborum maxime meminimus, quæ audivimus ultima ab iis qui excedunt; & illorum Hæredibus, ſi mandata tranſgredi auſi fuerint, eis pudorem incutientes dicimus: cogitate quod poſtremam hanc vocem apud vos emiſit Pater, & ad veſperam uſque qua erat expiraturus hæc mandavit. Ita etiam hic quoque Paulus volens terribilem reddere orationem, Recordemini, inquit, quod hanc vobis dedit poſtremam myſterii inſtitutionem, & in ipſa nocte qua pro vobis erat occidendus hæc mandavit, & tradens nobis illam cœnam, nihil poſtea addidit. *D. Auguſtinus in epiſtol. ad Galat. cap. 3.* Tamen hominis confirmatum teſtamentum, inquit, nemo irritum facit, aut ſuperordinat, quia cum teſtator mutat teſtamentum, non confirmatum mutat: teſtatoris enim morte confirmatur.

De Sede Apoſtolorum & Martyrum.

II. Impp. GRATIAN. VALENTIN. & THEOD. AAA. Pancratio Præfect. urbi.

NEMO Apoſtolorum[1] vel Martyrum[2] ſedem humanis corporibus exiſtimet eſſe conceſſam[3]. Dat. III. Kal. Aug. *Heracleæ*, EUCHARIO & SYAGRIO CONSS. 381.

1 *Nemo Apoſtolorum*] *Optatus lib. 3.* Quando nec ſepultura in domo Dei eſt. Imperatores pro foribus & in veſtibulo porticu ſepeliebantur Apoſtolorum. *Evagrius lib. 4. cap. 30.* Sed id poſtea Imperatoribus indultum ut in templis ſepelirentur.

2 *Vel Martyrum*] *Eumenius in Panegerico Conſtantini Conſtantii filii.* Ut enim ipſos immortales Deos quamquam univerſos animo colamus, interdum tamen in ſuo quemque templo ac ſede veneramur. *Sidonius lib. 10. de Abraham cap. 9.* Hoc autem ideo Abraham fecit quia nondum erant hujuſmodi Dei templa in quibus fidelium in Domino reliquiæ conderentur. *D. Auguſtinus de operib. Monach. cap. 28.* Alii membra Martyrum, alii fimbrias & philacteria ſua magnificant. *Idem de cur. pro mort. agend.* Credebant enim prodeſſe cuique poſt mortem quod corpus ejus apud ſancti alicujus memoriam ſepeliretur.

3 *Humanis corporibus exiſtimet eſſe conceſſam*] *Tertullian. de Coron. milit. cap. 11.* Mortuus etiam tuba inquietabitur æneatoris & cremabitur ex diſciplina Caſtrenſi Chriſtianus cui cremare non liceat, cui Chriſtus merita ignis indulſit. *Vide Pamel. ad eund. Tertull. de reſurrect. carn. D. Chryſoſtomus ſerm. de fid. & leg.* Eapropter Deus ubique ſepulchra fieri voluit, ut illis noſtræ ipſorum infirmitatis memores fieremus. Ideo omnis civitas, omne caſtellum ante ingreſſum ſepulchra habet, ut contendens intrare in civitatem quæ imperat & floret divitiis & potentatu aliiſque dignitatibus priuſquam videt quod ſecum concipit, videat primum quod fere ante portas ſunt ſepulchra, ante agros ſunt ſepulchra: ubique ante oculos eſt noſtræ humiliratis ſchola, & docemur in quid deſinamus tandem. Cadavera loco ſacro non facile ſepeliebantur. *Dio Caſſius lib. 44. pag. 243.* Sepulchrum ei juxta mœnia uti fieret permiſerunt. *Nazianſenus orat. 10. pag. 169.* At nunc nobis magnus ille Cæſarius ſervatus eſt, cinis pretioſus, mortuus laudatus, ex hymnis ad hymnos tranſmiſſus, ad Martyrum ſacraria cum pompa ductus. *Concilium Carthaginenſe 1. Can. 2. tom. 2. Concil. General. col. 714.* Martyrum dignitatem nemo profanus infamet, &c. *Concilium Carthaginenſe 5. Can. 14. eod. tom. col. 1217.* Item placuit ut altaria quæ paſſim per agros aut vias, tanquam memoriæ Martyrum conſtituuntur,

in quibus nullum corpus aut reliquiæ Martyrum conditæ probantur, ab Epiſcopis qui eiſdem locis præſunt, ſi fieri poteſt evertantur, &c. *Concilium Bracarenſe 2. Can. 18. tom. 5. Concil. Gener. pag. 842.* Item placuit ut corpora defunctorum nullo modo in Baſilica Sanctorum ſepeliantur. *Concilium Triburienſe Can. 17. tom. 9. Conc. General. col. 450.* Secundum ſtatuta Sanctorum Patrum & experimenta miraculorum prohibemus & præcipimus ut deinceps nullus Laïcus in Eccleſia ſepeliatur. *Concilium Moguntinum Can. 52. tom. 7. Conc. General. col. 1252.* Nullus mortuus infra Eccleſiam ſepeliatur, niſi Epiſcopi aut Abbatis aut digni Preſbyteri vel fidelis Laïci. *Concilium Meldenſe Can. 72. tom. eod. col. 1841.* Nemo quemlibet mortuum in Eccleſia quaſi hæreditario jure, niſi quem Epiſcopus aut Preſbyter pro qualitate converſationis & vitæ dignum duxerit ſepelire præſumat, &c.

De Reliquiis Martyrum.

III. Impp. HONOR. & THEOD. A A.

NEMO Martyres diſtrahat, nemo mercetur. Dat. III. Kal. Mar. CP. HONOR. N. P. & EVODIO CONSS. 386.

De Decanis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.

IV. Iidem A A. Nicæno P P.

NON plures, quam nongenti quinquaginta Decani Sacroſanctæ hujus ampliſſimæ urbis deputentur Eccleſiæ: nullique his addendi, vel mutandi, vel in defuncti locum ſubſtituendi pateat copia: nulli alii corporatorum præter dictum numerum per patrocinia immunitate conceſſa, negataque omni novationis facultate ſimilia vindicandi, his quæ in honorem vel neceſſaria obſequia Sacroſanctæ Eccleſiæ indulta ſunt. Dat. VII. Kalend. Sep. *Eudoxiopoli.* HONOR. A. VIII. & THEOD. Juniore A. VIII. CONSS. 409.

De Immunitatibus Eccleſiarum.

V. Iidem A A. Militio P P.

PLACET, rationabilis conſilii tenore perpenſo, diſtricta moderatione præſcribere, a quibus ſpecialiter neceſſitatibus ſingularum urbium [1] Eccleſiæ habeantur immunes. Prima quippe illius uſurpationis contumelia depellenda eſt; ne prædia uſibus cœleſtium ſecretorum dedicata, ſordidorum munerum fæce vexentur: nil extraordinarium abhinc ſuperindictumve flagitetur: nulla tranſlationum ſollicitudo ſignetur: poſtremo nihil præter canonicam illationem, quam adventitiæ neceſſitatis ſarcina repentina popoſcerit, ejus functionibus adſcribatur. Si quis contravenerit, poſt debitæ ulrionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos jure promenda eſt, exilio deportarionis perpetuo ſubdatur. Dat. VIII. Kal. Jul. Rav. HONORIO IX. & THEODOSIO V. AA. CONSS. 412.

[1] *Neceſſitatibus ſingularum urbium*] Lipſius *lib. 5. annal.* Neceſſitates vocat jura publica.

De Obſervatione & Interpretatione Canonum Eccleſiaſticorum.

VI. Iidem A A. Philippo Præfecto Prætorio Illyrici.

OMNI innovatione ceſſante vetuſtatem & Canones priſtinos Eccleſiaſticos, qui uſque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici Provincias [1] ſervari præcipimus: ut, ſi quid dubietatis emerſerit [2], id oporteat (non abſque ſcientia viri reverendiſſimi Sacroſanctæ legis Antiſtitis Eccleſiæ urbis Conſtantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogativa lætatur [3]) conventui Sacerdotali ſanctoque judicio reſervari. D. pridie Id. Jul. EUSTATIO & AGRICOLA CONSS. 421.

[1] *Illyrici Provincias*] Sub Conſtantinopolitano Patriarcha. *Vigner. hiſtor. Eccleſ. 114. Ammianus Marcellinus lib. 16. pag. 453. poſtrem. edit.* Et Orientem quidem regebat poteſtate Præfecti Salluſtius, Italiam vero cum Africa & Illyrico Mamertinus.

[2] *Si quid dubietatis emerſerit*] Dubietas reſervatur conventui Sacerdotali ſanctoque judicio, non abſque ſcientia Epiſcopi Conſtantinopolitani.

[3] *Urbis Conſtantinopolitanæ quæ Romæ veteris prærogativa lætatur*] Non inde ſequitur, nam quod antiquiſſima Sedes & Apoſtolica eſſet conſulebatur Romana Eccleſia, ne quid de Petri Sede dicatur. *Bellarminus lib. 2. de Roman. Ponificib. cap. 14.* Quia ſucceſſionem habent ab Apoſtolis. Leo *epiſt. 53. 54. & 55.* Impugnat Canonem vigeſimum octavum Synodi Conſtantinopolitanæ, & innuit nunquam viſum Romæ.

De Inſtructionibus Itinerum & Pontium.

VII. Iidem A A. Aſclepiodoto PP.

AD inſtructiones itinerum pontiumque [1], etiam Divinas domos & venerabiles Eccleſias tam laudabili titulo libenter adſcribimus: quia non eſt inter ſordida munera numeratum. Dat. XV. Kal. Mart. CP. ASCLEPIODOTO & MARINIANO CONSS. 423.

[1] *Ad inſtructiones itinerum, &c.*] *Caſſiodorus lib. 5. epiſt. 9.* Nullus ab his oneribus excuſetur.

De Capitatione.

VIII. Imp. CARUS Præſidoro PP.

SACROSANCTA Theſſalonicenſis civitatis Eccleſia [1] aperte ſciat, propriæ tantummodo capitationis modum beneficio noſtri numinis ſublevandum: nec extraneorum gravamine tributorum Rempublicam Eccleſiaſtici nominis abuſione lædendam. Dat. VI. Id. Oct. CP. VICTORE V.C. CONSS. 424.

[1] *Theſſalonicenſis civitatis Eccleſia*] Theſſalonia totius minoris Aſiæ Metropolis. *Leo epiſt. 84. & 445.*

De Decanis ſeu Collegiatis titulo tenus.

IX. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro Præfecto Urbi.

QUI ſub prætextu Decanorum ſeu Collegiatorum, cum id munus non impleant, aliis ſe muneribus conantur ſubtrahere, eorum fraudibus credimus eſſe obviandum: ne quis ſub ſpecie muneris, quod minus exequitur, alterius muneris oneribus relevetur: ne argentariorum vel nummulariorum munera declinentur ab his, qui dici tantummodo Collegiati vel Decani feſtinant: ideoque ſi quis eorum ſub nudæ appellationis velamine Collegiatum ſeu Decanum ſe appellat; ſciat, pro ſe alium ſubrogandum, qui prædicto muneri ſufficiens approbetur: ſubrogatione videlicet loco memoratorum, vel eorum, qui moriuntur, primatum ejus, qui ſubrogatur, admiſſa judicio; ab hac diſpoſitione nemine ſe excuſante Sacroſanctarum Eccleſiarum reverentia. Dat. x. Kal. Apr. THEOD. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De Navibus & Embola.

X. Iidem AA. Florentio PP.

JUBEMUS, nullam navem ultra duorum millium modiorum capacem ante felicem embolam, vel publicarum ſpecierum tranſvectionem, aut privilegio dignitatis aut religionis intuitu, aut prærogativa perſonæ publicis utilitatibus ſubtractam, excuſari poſſe: nec ſi cœleſte contra proferatur oraculum, ſive annotatio ſit, ſive divina pragmatica ſanctio, providentiſſimæ legis regulas excuſare debebit. Quod etiam in omnibus cauſis cupimus obſervari: ut generaliter, ſi quid hujuſmodi contra jus vel utilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat: Quicquid enim in fraudem iſtius legis quolibet modo fuerit adtentatum: id navigii, quod excuſatur, publicatione corrigimus. Dat. THEOD. A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De Angariis, Parangariis, & Plauſtris.

XI. Iidem AA. ad Taurum Præfectum Prætorio.

NEMINEM ab angariis, vel parangariis, vel plauſtris, vel quolibet munere excuſari præcipimus, cum ad feliciſſimam expeditionem noſtri numinis omnium Provincialium per loca, qua iter arripimus, debeant ſolita nobis miniſteria exhiberi: licet ad Sacroſanctas Eccleſias poſſeſſiones pertineant. Dat. XIII. Kal. Mart. CP. VAL. A. V. & ANATOLIO CONSS. 440.

Confirmatio Privilegiorum Eccleſiis conceſſorum. 1. Abrogatio ſanctionum ſacris Canonibus adverſantium. 2. De ſalariis, quæ de publico Eccleſiis præſtantur.

XII. Impp. VALENT. & MARCIANUS AA. Palladio PP.

PRIVILEGIA, quæ generalibus conſtitutionibus univerſis Sacroſanctis Eccleſiis Orthodoxæ religionis retro Principes præſtiterunt, firma & illibata in perpetuum decernimus cuſtodiri.

§. 1. Omnes ſane pragmaticas ſanctiones, quæ contra Canones Eccleſiaſticos interventu gratiæ vel ambitionis elicitæ ſunt, robore ſuo & firmitate vacuatas ceſſare præcipimus.

§. 2. Et quia Humanitatis noſtræ eſt, egenis proſpicere, ac dare operam, ut pauperibus alimenta non deſint: ſalaria etiam quæ Sacroſanctis Eccleſiis in diverſis ſpeciebus de publico hactenus miniſtrata ſunt, jubemus nunc quoque inconcuſſa, & a nullo prorſus imminuta præſtari: liberalitatique huic promptiſſimæ perpetuam tribuimus firmitatem. Dat. ÆTIO & STUDIO CONSS. 454.

De Statutis, & Conſuetudinibus contra libertatem Eccleſiæ, ejuſque perſonas.

Nova Conſtitutio FRIDERICHI Imperatoris.

CASSA & irrita eſſe denunciari per totam Italiam præcipimus omnia Statuta & Conſuetudines contra libertatem Eccleſiæ ejuſque perſonas, inductas adverſus Canonicas & Imperiales ſanctiones, & ea de Capitularibus penitus aboleri mandat nova conſtitutio: & de cætero ſimilia attentata ipſo jure nulla eſſe decernit: ſi quid contra fiat: pœnæ quæ ſtatutæ ſunt, imminebunt. Sed ſi per annum hujus novellæ conſtitutionis aliqui inventi fuerint contemptores, bona eorum per totum noſtrum Imperium impune ab omnibus occupentur.

De ultima voluntate mulieris Deo dicatæ.

XIII. Iidem AA. Palladio Præfecto Prætorio.

GENERALI lege[1] ſancimus, ſive Vidua, ſive Diaconiſſa, vel Virgo Deo dicata, vel Sanctimonialis mulier, ſive quocunque alio nomine religioſi honoris, vel dignitatis fœmina nuncupata, vel teſtamento, vel codicillo ſuo (quod tamen alia omni juris ratione munitum ſit) Eccleſiæ vel Martyrio[a], vel Clero, vel Monachio, vel Pauperibus aliquid, vel ex integro, vel ex parte, in quacumque re vel ſpecie, crediderit relinquendum: id modis omnibus ratum firmumque conſiſtat: ſive hoc inſtitutione, ſive ſubſtitutione, ſeu legato aut fidei commiſſo per univerſitatem, ſeu ſpeciali: ſive ſcripta, ſive non ſcripta voluntate fuit derelictum: omni in poſterum in hujuſcemodi negotiis ambiguitate ſubmota. Dat. x. Kalend. Maii CP. ANTHEMIO & VALENT. VIII. CONSS. 455.

[1] *Generali lege*] Huic legi locum dedit Hypathia, quæ inter alios Anatolium Preſbyterum in portione manifeſta bonorum ſuorum ſcripſerat hæredem; multa

ſacroſanctis Eccleſiiis, multa Pauperibus, multa Monachis religionis intuitu, multa Captivorum redemptioni teſtamento conferens, ne in poſterum aliquid relinquatur ambigui.

a *Eccleſia vel Martyrio*] Nam in Eccleſiis Martyria erant. *D. Auguſtinus lib. 22. de Civitat. Dei cap. 8.* ſeu loco in memoriam Martyris conſtructo, vel quia ſepulchra ibi ſunt Martyrum. *Ammianus Marcellinus lib. 22. cap. 11. pag. 326.* Ne collectis ſupremis ædes illis extruerentur, ut reliquis qui deviare a religione compulſi pertulere cruciabiles pœnas, ad uſque glorioſam mortem intemerata fide progreſſi, & nunc Martyres appellantur.

De Rebus Monachorum.

In AUTHENT. de Monachis. §. Illud quoque. col. 1. tit. 5. ſeu Novel. 5. c. 5. & Novel. 76.

INgreſſi Monaſteria ipſo ingreſſu ſe ſuaque dedicant Deo: Nec ergo de his teſtantur: utpote nec Domini rerum.

In AUTHENT. de ſanctiſſimis Epiſc. §. ſi qua. col. 9. tit. 6. al. 15. ſeu Novel. 123. cap. 38.

SI qua mulier aut vir, liberis non extantibus, Monaſticam vitam elegerit, & Monaſterium intraverit: Monaſterio, quod intravit, res ejus competere jubemus. Sed ſi perſona liberos habens, antequam de rebus ſuis inter eos diſponat, Monaſterium intret, liceat ei poſtea inter eos dividere, legitima nulli deminuta: & quod eis non dederit, Monaſterio competet. Sed ſi omnem ſubſtantiam inter eos filios dividere voluerit, ſua perſona filiis connumerata, partem ſibi retineat, quæ Monaſterio competere debet. Sed ſi poſt ingreſſum Monaſterii moriatur, antequam inter eos dividat; filii legitimam percipient, reliqua ſubſtantia Monaſterio competente.

De Alienatione, Oppignoratione, Emphyteuſi rerum Eccleſiæ.

De acquiſitione prædii ſterilis aut oneroſi.

XIV. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Armaſio Præfecto Prætorio.

JUBEMUS, nulli poſthac Archiepiſcopo in hac urbe Regia Sacroſanctæ Orthodoxæ Eccleſiæ præſidenti, nulli Oeconomo, cui res Eccleſiaſtica gubernanda mandatur, eſſe facultatem fundos, vel prædia ſive urbana, ſive ruſtica, res poſtremo immobiles, aut in his prædiis colonos, vel mancipia conſtituta, aut annonas civiles cujuſcunque ſuprema, vel ſuperſtitis voluntate ad religioſas Eccleſias devolutas, ſub cujuſque alienationis ſpecie ad quamcunque transferre perſonam: ſed ea etiam prædia dividere quidem, colere, augere, & ampliare: nec ulli iiſdem prædiis audere cedere. Verum ſive teſtamento quocunque jure facto, ſeu codicillo, vel ſola nuncupatione, legato ſeu Fideicommiſſo, aut mortis cauſa donatione, aut alio quocunque ultimo arbitrio, aut certe inter viventes habita largitate, ſive contractu venditionis, ſeu donationis, aut alio quocunque titulo quiſquam ad præfatam venerabilem Eccleſiam Patrimonium ſuum, partemve certam Patrimonii in fundis, prædus, ſive domibus, vel annonis, mancipiis, & colonis, eorumque pecu-

liis voluerit pertinere: inconcuſſa ea omnia ſine ulla penitus immutatione conſerventur. Scientes nulla ſibi occaſione vel tempore, ad viciſſitudinem beneficii collocati, aut gratiæ referendæ donandi, vel certe hominibus volentibus emere, alienandi aliquam facultatem permiſſam: nec ſi omnes cum religioſo Epiſcopo, & Oeconomo Clerici in earum poſſeſſionum alienationem conſentiant: ea enim, quæ ad beatiſſimæ Eccleſiæ jura pertinent, vel poſthac forte pervenerint, tanquam ipſam Sacroſanctam & religioſam Eccleſiam, intacta convenit venerabiliter cuſtodiri: ut ſicut ipſa religionis & fidei mater perpetua eſt, ita ejus Patrimonium jugiter ſervetur illæſum.

§. 1. Sane, ſi hæc noſtræ perennitatis Statuta audaci ſpiritu & mente ſacrilega quiſquam Oeconomorum, vel hominum temeranda crediderit, ipſe quidem, qui protervo auſu Eccleſiſtica prædia donationis, vel emptionis ſeu commutationis titulo, vel cujuſcunque contractus alterius nomine (niſi eo modo, quo nunc ſtatuimus) acquirere vel habere tentarit; omnem hujuſmodi fructum propriæ temeritatis amittat: & pretia quidem & munera, quæ ejus rei gratia data fuerint Oeconomo, ſive aliis quibuſcunque perſonis, Eccleſiæ lucris & commodis acquirantur: prædia autem, & in his omnibus conſtituta, ab ipſis Clericis & temporalibus Oeconomis cum fructibus ſeu penſionibus, vel acceſſionibus totius medii temporis vindicentur, ut tanquam penitus a nullo empta vel vendita teneantur: quia ea quæ contra leges fiunt, pro infectis habenda ſunt.

§. 2. Oeconomus autem, qui hoc fecerit, imo fieri paſſus fuerit, vel quacunque prorſus hujuſmodi venditione, ſeu donatione, vel commutatione, niſi ea, quæ præſenti lege concedimus poſtremo in quacunque alienatione conſenſerit: commiſſa ſibi Oeconomatus adminiſtratione privetur, deque ejus bonis, quodcunque exinde incommodum Eccleſiæ contigerit, reformetur: heredeſque ejus, & ſucceſſores, ac poſteri ſuper hoc facto ſive conſenſu, competenti ab Eccleſiaſticis perſonis actione pulſentur.

§. 3. His Tabellionibus, qui hujuſmodi contractuum vetitorum auſi fuerint inſtrumenta conſcribere, irrevocabilis exilii animadverſione plectendis.

§. 4. *His* quoque Judicibus, vel jus geſtorum habentibus, qui hujuſmodi donationum vel contractuum vetitorum geſta confecerint, dignitatis propriæ & bonorum omnium ſpoliatione damnandis.

§. 5. Sane ne omnis religioſis Oeconomis commodæ proviſionis via, & occaſio venerandis Eccleſiis profutura videatur excluſa: id, quod utile plerunque judicatur, ſub cautelæ obſervatione neceſſario procedere concedimus. Si quando igitur Vir Religioſus Oeconomus hujus Regiæ urbis Eccleſiæ perſpexerit expedire, ut deſideranti cuiquam certarum poſſeſſionum atque prædiorum (urbanorum ſcilicet ſive ruſticorum) ad jus Eccleſiaſticum pertinentium temporalis uſusfructus poſſeſſio pro ipſius petitione præſtetur, tunc ejus temporis, quod inter utroſque convenit, ſive in diem vitæ ſuæ ab eo qui deſiderat, poſtuletur, pacta cum eo, qui

hoc elegerit, ineat Oeconomus atque conſcribat: per quæ & tempus, intra quod hoc præſtari placuerit, ſtatuatur: & manifeſtum ſit, quod quiſque acceperit ab invicem hujuſmodi beneficii gratia; præſtando quidem Eccleſiaſtici prædii pro tempore uſumfructum: poſt ſtatutum autem tempus & placitum, ipſorum redituum proprietate ad dominium, & jus Eccleſiaſticum recurrente firmiter: ita ſcilicet ut ſive completo ſpatio, quod fuerit inter eos conſtitutum, ſive mortis ſuæ tempore (ſi hoc quoque convenerit) is qui poſſeſſionem Eccleſiaſticam & certorum redituum uſumfructum habendi gratia interveniente pacto ſuſceperit, non minus quam alterius tantæ quantitatis, quantæ acceperit reditus, cum ipſorum prædiorum dominio & rebus immobilibus, eorumque colonis & mancipiis Eccleſiæ derelinquat: Niſi enim hac conditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus non valere, ſed poſſeſſionem Eccleſiaſticam, tanquam nullo jure tranſcriptam, in jure ipſius, atque dominio permanere, & ab Eccleſiaſticis Oeconomis vindicari. D. CP. JORDANE, & SEVERO CONSS. 470.

In AUTHENT. de non alienandis aut permutandis. §. Nos igitur col. 2. tit. 1. ſeu Nov. 7. c. 1. & in Auth. de Alienat. & emph. §. Hoc etiam ſuper ipſis. & §. Hoc vero jubemus. col. 9. tit. 3. ſeu Novell. 120. c. 6. & 7.

HOc jus porrectum eſt ad omnem venerabilem locum, omneque Collegium, quod actio piis conſtituit: ut nec res eorum pignorentur. Et hoc perpetuo ſervetur in his rebus immobilibus, quæ ab Imperiali domo prædictis locis applicantur. In cæteris eatenus excipitur, ſi debitum urget. Quod ſi ex mobilibus ſolvi non poſſit: primo res immobiles ſpecialiter dentur pignori: quarum fructus creditor ſibi reputet tam in ſortem, quam in uſuras uſque ad quartam centeſimæ. Quod ſi nolit creditor ita accipere: tunc ordinator domus apud eum, a quo ordinatur, habitis abſque diſpendio geſtis, juret majore parte ibidem ſervientium conſentiente, & debitum exiſtere, nec ex mobilibus ſolvi poſſe: quo ſubſecuto, per viginti dies rem Eccleſiæ venalem eſſe publice notum ſit; ut plus offerenti detur, precio modis omnibus pro debito dando: aliter enim res emptori non conceditur: & hoc inſcribatur nihil eſſe factum in ea re ad damnum Divinæ domus. *Emptore vero non invento, res æſtimata diſtricte creditori detur in ſolutum, addita in pretio univerſa æſtimationis decima parte, & accedente conſenſu ordinatoris, & majoris partis ibidem ſervientium: Sit tamen ea res mediocris inter cæteras, inſpecta ipſius qualitate & quantitate & onere. Et is* creditor *hic intelligatur, qui, quod credidit, probat in utilitatem Divinæ domus proceſſiſſe.*

In AUTHENT. de non alienandis aut permutandis. §. Sicut autem. col. 2. tit. 1. ſeu Novell. 7. cap. 12.

SIcut alienatio rerum Eccleſiæ interdicitur: ita prohibetur, ne qua ſterilis ei detur poſſeſſio, aut alioqui oneroſa, veluti fiſcalium nomine vel onere.

In AUTHENT. de non alien. §. Quia vero cognovimus. col. 2. tit. 1. ſeu Nov. 7. c. 11. & in Auth. de Alienat. & emph. §. Et quoniam, col. 9. tit. 3. ſeu Nov. 120. c. 7.

MUlto magis prohibetur ipſius Monaſterii alienatio, qua redeat in antiquum ſtatum, & ſecularem uſum.

In AU-

In AUTHENT. de alien. & emph. §. Si vero non ſint. verſ. Oecono-mis. col. 9. tit. 3. ſeu Nov. 120. c. 5.

QVibuſcunque modis hoc jus aliis permittitur: interdicitur certis perſonis, res hujuſmodi accipere, ut Oeconomo, ejuſque cognatis: alioqui bona eorum & Oeconomorum, & Ordinatorum, quibus conjuncti ſunt, poſt mortem eorum pervenient ad Eccleſiam, de qua rem accipiunt.

In AUTHENT. de non alien. aut permut. §. Quia vero Leonis. col. 1. tit. 1. ſeu Nov. 7. c. 5. & col. 9. tit. 3. de alien. & emph. §. Si vero præter hæc. ſeu Nov. 120. c. 11.

QVi res jam dictas non gratuito alienationis titulo citra formam legis accepit; rem quidem cum omni incremento medii temporis reſtituat: ejus autem quod dedit, nullam actionem contra venerabilem locum, ſed adverſus eum, qui alienavit, habet. Donatarius autem & rem cum omni cauſa, & fructum reſtituat, & aliud tantundem. Creditor quoque, reſtituta re pignorata, crediti actionem contra ſolum pignoris datorem habeat. Emphyteuſis acceptor, & ab ea cadat: nec quod dedit repetat: immo ſtatim ſolvat, quod ſoluturus eſſet uno quoque anno, ſi jure contraxiſſet: ſed melius dicitur, omnimodo denegandas eſſe actiones hujuſmodi acceptori.

In AUTHENT. de alien. & emph. §. Si vero quædam ſunt col. 9. tit. 3. ſeu Novell. 120. c. 1.

SI quas ruinas habent memorata Divina domus, quas readificare non valent, & hæ in Emphyteuſim dentur perpetuam: Emphyteuta uſuro materia habitationis depoſitæ domus, ut penſio diminuatur, in tertiam partem ab ea, quæ ſtantibus adhuc ædificiis colligebatur, aut primitus eo readificante ex adjectis illi per æſtimationem penſionibus, medietas detur Religioſæ domui: nam priore caſu ab initio Emphyteuſis præſtanda eſt penſio.

In AUTHENT. de non alien. §. Quia vero Leonis. col. 1. tit. 2. ſeu Novell. 7. c. 3. & in Auth. de alien. & emph. §. Et hoc quidem. ver. licentiam, col. 9. tit. 3. ſeu Nov. 120. c. 6.

PErpetua quoque Emphyteuſis in his permittitur rebus, ſi res in eorum geratur præſentia, quibus hoc adſignatur lege: jurantibus his quorum intereſt, ex eo contractu nihil ad læſionem Divinæ domus effici: *ſolito reditu ipſius rei, qui fuit cum Divino juri dedicaretur, non minuendo niſi in ſextam partem: aut, ſi ob cladem diminuta fuerit, tunc pro conſtante nunc penſione in Emphyteuſim detur. Quod ſi res pretioſa quidem eſt, parum tamen, aut nihil præſtat penſionum, res ſubtiliter æſtimanda eſt, ut ex hac penſio juſta conſtituatur. Ea tamen ſola dentur in Emphyteuſim, quæ ad hoc congrua videntur Oeconomo & aliis Gubernatoribus.*

In AUTHENT. de non alien. & permut. §. Sinimus igitur. col. 2. Conſt. 1. ſeu Novell. 7. c. 2.

SEd & permutare Principi licet pro re majori, meliori, vel æquali, ſi Reſpublica hoc expoſcit, & pragmatica forma ſuper hoc præcedente.

In AUTHENT. Conſtitutio quæ ex adſcriptitio. §. Quia igitur. col. 5. tit. 9. al. 7. ſeu Novell. 54. c. 2.

ITem ſibi invicem rectè permutant cum utrinſque indemnitate, eorum ſcil. conſenſu interveniente, qui ſupra referuntur.

In AUTHENT. de alien. & emph. §. Si vero quis de prædictis. col. 9. tit. 3. ſeu Novell. 120. c. 7.

ITem prædium propter onus fiſcale inutile alienatur, geſtis (ut ſupra) conficiendis, eodem juramento præſtito, id eſt, quod alia de cauſa non alienatur, niſi ut immunitas ejuſdem venerandæ domus ſervetur.

Non ſolvens Canonem per biennium vel rem deteriorem faciens, privatur Emphyteuſi.

In AUTHENT. de alien. & emph. §. Si vero quis aut locator col. 9. tit. 3. ſeu Nov. 120. c. 8. & de non alien. §. Scire. col. 2. tit. 1. ſeu Nov. 107. c. 3. & 120. c. 3.

QUi rem hujuſmodi conductam vel in Emphyteuſim acceptam fecerit deteriorem, aut Emphyteuticum Canonem per biennium non ſolverit, hac lege repelli poteſt: ut tamen ſolvat totius temporis penſionem, & id, in quo rem læſit, reſarciat: non repetiturus, ſi quid impendit nomine meliorationis.

In AUTHENT. de alien. & emph. §. Si vero aliquis voluerit. col. 9. tit. 3. ſeu Novell. 120. c. 2.

HÆc uſus præſtatio locum habet in omni domo Religioſa, quo finito, res utraque pleno jure perveniat in domum jam dictam: nec tributis quidem gravata majoribus ſit ea res quæ datur invicem, & ejuſdem reditus ſit.

Si quis donaverit Oratorii ſeu Xenodochii, aut Noſocomii, aut Ptochii conſtruendi cauſa.

XV. Imp. ZENO.

SI quis donaverit aliquam rem mobilem vel immobilem vel ſe moventem, aut jus aliquod perſonæ Martyris aut Prophetæ, aut Angeli, tanquam ipſi poſtea Oratorium ædificaturus: & donationem inſinuaverit, apud quos neceſſe eſt, cogitur opus, quamvis nondum inchoatum fuerit, perficere per ſe vel per hæredes, & perfecto operi dare ea, quæ donatione continentur. Idem & in Xenodochiis, & Noſocomiis & Ptochiis[a] obti-

ιε'. Αὐτοκρ. Ζήνων.[a]

ΕΑΝ τις δωρήσηται τι πρᾶγμα κινητὸν ἢ ἀκίνητον ἢ αὐτοκίνητον ἢ δίκαιον εἰς πρόσωπον Μάρτυρος, ἢ Προφήτου, ἢ Ἀγγέλου, ὡς αὐτῷ μέλλων εὐκτήριον οἰκοδομῆσαι· καὶ τὴν δωρεὰν ἐμφανίσῃ, ἐφ' ὧν ἀναγκαῖόν ἐστιν. ἀναγκάζεται ὁ ἔργον[b], κἂν μὴ ἤρχθῃ, πληρῶσαι μετὰ κληρονόμων, καὶ πληρωθέντι δοῦναι τὰ τῆς δωρεᾶς. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ Ξενοδοχείων, καὶ Νοσοκομείων, καὶ Πτωχείων ἀδείας οὔσης τοῖς Ἐπισκόποις καὶ Οἰκονόμοις ἐνα-

γειν αὐτούς. Τούτων δὲ πληρουμένων, ἡ διοίκησις κατὰ τὰ δόξαντα τοῖς φιλοτιμησαμένοις, καὶ τοὺς ἐπιτεθέντας ὅρους, γίνεται.

net, licentia danda Epiſcopis & Oeconomis convenire ipſos. His vero adimpletis, adminiſtratio ſecundum ea quæ his, qui liberalitatem exercuerunt, viſa fuerunt, & ſecundum præſcriptos fines fiat.

[a] Refert Joſephus Tenedius ſive potius incertus Βασιλικῶν epitomator *ex lib. v. tit. 1. Conſtit. VIII.* Βασιλικῶν. Vid. *Nov. CXXXI. Balſam. Can. 1. Synod. Conſtantinop.* α. καὶ β΄. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὡς ἐπὶ τὸ ζ΄. κεφ. τοῦ α΄. τιτ. τοῦ ε΄. βιβλίου τῶν βασιλικῶν φησίν· ὁ συνιστάμενος δωρεαστικὸν ἐπὶ τῷ εὐκτήριον οἶκον κτισθῆναι, ἢ ξενῶνα, ἢ νοσοκομεῖον, ἀπαιτείσθω καὶ αὐτὸς καὶ οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ παρὰ τῶν Ἐπισκόπων καὶ Οἰκονόμων τὰ ὑπεραχθέντα διοικούμενα ὑπό τινι ταυτὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ, ἐπ' ἀδείας ἔχουσιν οἱ δωρητῆρες τούτων τυπικὰ ἐκτίθεσθαι πλὴν ἀπὸ τοῦ λέγειν τὸν νόμον διοικεῖσθαι τοὺς εὐαγεῖς οἴκους κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ κτήτορι, οὐκ ἐφεῖται αὐτῷ ἀκανόνιστα καὶ παράνομά τινα διατάττεσθαι.

[b] Ἀναγκάζεται τὸ ἔργον] Ἡ γὰρ πρὸς Θεὸν ἐπαγγελία οὐ μόνον ἄχρι χρημάτων, ἀλλὰ καὶ μέχρι λόγου φθάνει καὶ προαιρέσεως. Ἀνάγκη τοίνυν ἀποδιδόναι πάντας τὰ ἐπηγγελμένα πρὸς Θεόν. Cedrenus in Juſtinian.

[1] Epitome hujus conſtitutionis extat in collectione Græca Eccleſiaſticarum conſtitutionum quam vidimus: & refertur a Theodoro Hermopolita *lib. 1. tit. 5. cap. 7. Baſilicorum*, & a collectore eorumdem incerto ordine litterarum *titulo* περὶ Ἐκκλησιῶν, & a Photio *tit. 2. cap. 1. Nomocan.* his verbis: Quod ſi quis rem mobilem, immobilem, aut ſeipſam moventem perſonæ cujuſpiam Martyris, aut Prophetæ, aut Angeli, tanquam ipſi Oratorium extructurus donaverit, donationemque ubi oportet in acta retulerit, cogatur opus, quamquam cœptum non ſit, cum hæredibus adimplere: eoque adimpleto donationem conferre. Idemque de Xenodochio, Noſocomio atque Ptochio, Epiſcopis & Oeconomis, ut hoc urgeant facultatem eſſe. Poſtremo hæc completa, prout donatoribus viſum eſt, ac ſecundum injunctas præceptiones adminiſtrari.

[2] *Xenodochiis, Noſocomiis & Ptochiis*] Horum & ſimilium nominum interpretationem poſuit Julianus *Novella 7. cap. 1.* quam videre eſt.

Reſciſſio eorum quæ tempore tyrannidis fuerant innovata.

XVI. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Sebaſtiano PP.

DECERNIMUS, ut antiquatis ac infirmatis funditus his, quæ contra ipſum Orthodoxæ religionis Deum quodammodo facta ſunt, in integrum reſtituantur univerſa, & ad ſuum ordinem revocentur, quæ ante profeſſionem noſtræ manſuetudinis de Orthodoxæ Religionis fide, & ſanctiſſimarum Eccleſiarum & Martyriorum ſtatu firmiter obtinebant: his, quæ contra hæc tempore Tyrannidis innovata ſunt, tam contra venerabiles Eccleſias, quarum Sacerdotium gerit beatiſſimus ac religioſiſſimus Epiſcopus Patriarcha noſtræ pietatis Pater Acacius, quam contra cæteras, quæ per diverſas Provincias collocatæ ſunt, necnon & Reverendiſſimos earum Antiſtites, ſeu de jure Sacerdotalium creationum, ſeu de expulſione cujuſquam Epiſcopi a quolibet his temporibus facta, ſeu de prærogativa in Epiſcoporum Concilio, vel extra Concilium ante alios reſidendi, vel de Privilegio Metropolitano vel Patriarchico ſub iiſ-

dem impiis temporibus, penitus antiquandis: ut caſſatis, & reſciſſis, quæ per hujuſmodi ſceleratas juſſiones aut pragmaticas ſanctiones aut conſtitutiones impias ſive formas ſubſecuta ſunt, quæ a divæ recordationis retroprincipibus ante noſtrum Imperium, & deinceps a noſtra manſuetudine indulta vel conſtituta ſunt, ſuper Sanctis Eccleſiis & Martyriis, & religioſis Epiſcopis & Clericis aut Monachis, inviolata ſerventur. Sacroſanctam quoque hujus Religioſiſſimæ civitatis Eccleſiam, & matrem noſtræ pietatis, & Chriſtianorum Orthodoxæ religionis omnium, & ejuſdem Regiæ Urbis ſanctiſſimam Sedem, privilegia & honores omnes ſuper Epiſcoporum creationibus[1], & jure ante alios reſidendi[2], & cætera omnia, quæ ante noſtrum Imperium, vel nobis imperantibus habuiſſe dignoſcitur, habere in perpetuum firmiter Regiæ Urbis intuitu[3] judicamus, & ſancimus. Datum XVI. Kalend. Jan. ARMATIO V. C. CONSS. 476.

[1] *Super Epiſcoporum creationibus*] Quas Conſtantinopolitanæ Sedi in aliquot Provinciis ademerat Baſiliſcus. *Nicephorus lib. 16. cap. 7. Evagrius lib. 3. cap. 7.*

[2] *Jure ante alios reſidendi*] *In Can. 28. Chalcedon. Concil.* Qui, licet Sedes Apoſtolica contradixerit, Imperatorum Patrocinio permanſit. Propterea quoque Acacius Decreto Fœlicis P. P. damnatus eſt; quod Decretum extat inter ea quæ Gelaſii. Acacius autem Fœlicis nomen e diptychis ſuſtulit. Vide Liberatum *cap. 13. Breviar.* Quod alia die cognoſcentes Legati Papæ Leonis, quæ eſt ultima & duodecima dies Concilii, petiverunt ut rurſum cum judicibus ad Concilium venirent, quibus requirentibus a Concilio quid eo die fuerit ordinatum, lectis geſtis cognoverunt quid Anatolius conſentiente Concilio egerat & obtinuerat: quibus ejus præſumptionis contradicentibus a Judicibus & Epiſcopis omnibus illa contradictio ſuſcepta non eſt; & licet Sedes Apoſtolica nunc uſque contradicat, quod a Synodo firmatum eſt Imperatoris patrocinio permanet quoquomodo.

[3] *Regiæ urbis intuitu*] *Canon 28. Concil. Chalcedonenſ.* Quod Gelaſius in epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ ridet. Eſt illa inter Gelaſii epiſtolas ordine 13. *tom. 4. Conc. General. col. 1207.* Riſimus, inquit, quod prærogativam volunt Acacio comparari quod Epiſcopus fuerit Regiæ urbis. Numquid apud Mediolanum, apud Ravennam, apud Smyrnam, apud Treviros multis temporibus non conſtitit Imperator? Numquid harum urbium Sacerdotes ultra menſuram ſibimet antiquitus deputatam quippiam ſuis dignitatibus uſurpaverunt?

De alienatione, oppigneratione & emphyt. rerum Eccleſiæ.

XVII. Imp. ANASTASIUS.[1]

PRIVILEGIA[1] magnæ Eccleſiæ Conſtantinopoleos[2], & ſub ipſa adminiſtratarum & ſuſtentatarum venerabilium domorum cuſtodiuntur.

§. 1. Aliæ autem Eccleſiæ & Monaſteria & Ptochia & Xenodochia & Orphanotrophia ejuſdem civitatis & confiniorum ejus, &

αζ'. Αὐτοκρ. Ἀναστάσιος.[a]

ΤΑ προνόμια τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῶν ὑπ' αὐτῆς διοικουμένων καὶ χορηγουμένων εὐαγῶν οἴκων φυλαττέσθωσαν.

§. α'. Αἱ δὲ ἄλλαι Ἐκκλησίαι καὶ Μοναστήρια, καὶ Πτωχεῖα, καὶ Ξενοδοχεῖα, καὶ Ὀρφανοτροφεῖα τῆς αὐτῆς πόλεως[b] καὶ τῆς περιοικίδος αὐτῆς, καὶ

τὰ ὑπὸ τὴν χειροτονίαν τοῦ Ἐπισκόπου
αὐτῆς, ὅσαι ἢ τῶν παρ᾽ αὐτοῦ χειροτο-
νουμένων Μητροπολιτῶν καὶ τῶν ἐξ
ἐκείνων χειροτονουμένων, ἀκίνητον ἢ πο-
λιτικὴν σίτησιν οὐκ ἐκποιοῦσιν, εἰ μὴ
ἐπωφελὴς εἴη πρᾶσις, ἢ ὑποθήκη,
ἢ ἀνταλλαγή, ἢ διηνεκὴς ἐμφύτευσις·
τουτέστιν, ὅτι τὸ τίμημα τοῦ πιπρα-
σκομένου, ἢ τὸ δανεισθὲν ἐπὶ ὑποθήκῃ
μέλλοι προχωρεῖν εἰς ἐκλύτρωσιν
χρέους ἐκ διαδοχῆς, ἢ χρείας ἑτέρας
ἀναγκαίας ἐπικειμένας τοῦ θείου οἴκου,
ἢ ἐφ᾽ ᾧ ἕτερον ἀναγκαιότερον ἐκπρία-
σθαι πρᾶγμα, ἢ εἰς κατεπείγουσαν
τοῦ θείου οἴκου ἀνανέωσιν· καὶ ἀνταλ-
λαγὴν ποιοῦσιν ἐπὶ ἀναγκαιοτέρῳ πρά-
γματι, καὶ πρόσοδον οὐκ ἐλάττονα τοῦ
διδομένου ἔχοντι· καὶ ἐμφυτεύσεις μὴ
μειουμένης τῆς προσόδου, ἢ παντελῶς
ἀπόρου ὄντος τοῦ πράγματος· τὰ γὰρ
διὰ τὴν ἀπορίαν ἐπιζήμια δωρεῖσθαι
καὶ εἰσχωρεῖν δύναται.

quæ ſub ordinatione Epiſcopi ejuſdem ſunt, quique ab eo ordinantur Metropolitæ, aut qui ab illis, immobile quid aut civiles panes ne alienanto, niſi utilis ſit venditio aut hypotheca, aut permutatio, aut perpetua emphyteuſis. Hoc eſt, quando pretium ejus, quod venditur, aut mutuum, quod ſub hypotheca ſumitur, profuturum eſt ad liberationem debiti ex ſucceſſione contracti, aut ad uſus alios neceſſarios loco venerabili impendentes, aut ad aliam magis neceſſariam rem redimendam, aut ad imminentem venerabilis domus reſtaurationem: & ſi permutationem faciant, eam faciant cum re magis neceſſaria, & reditum non minorem eo, quod datur, habente, & emphyteuſim quoque faciant abſque reditus diminutione, aut de re, ſeu poſſeſſione minus idonea ſeu fœnea: nam quæ ob ſterilitatem damnoſa ſunt, donari & concedi poſſunt.

§. β'. Τὸ δὲ γενόμενον οὐκ ἄλ-
λως ἰσχύει, εἰ μὴ μία τῶν εἰρη-
μένων αἰτιῶν ἐν ὑπομνήμασι φανε-
ρωθῇ, ἐν μὲν Βυζαντίῳ παρὰ τοῦ
Μαγίστρου κλήσου, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρ-
χίαις παρὰ τοῖς Ἐκδίκοις, προκει-
μένων τῶν ἁγίων Γραφῶν· καὶ ἐπὶ
μὲν τῶν Ἐκκλησιῶν, παρόντων τῶν Οἰ-
κονόμων, καὶ τῶν ἐνδημούντων Κλη-
ρικῶν· ἐπὶ δὲ τῶν Μοναστηρίων δεῖ
παρεῖναι τοὺς Ἡγουμένους, καὶ τοὺς ἄλ-
λους Μοναχούς· Ἐπὶ δὲ τῶν Πτω-
χείων, τοῦ Διοικητοῦ, καὶ τῶν ὑπουρ-
γούντων καὶ τῶν πτωχῶν· ἐπὶ δὲ τῶν
Ξενώνων, τοῦ Διοικητοῦ, καὶ τῶν εὑ-
ρισκομένων πάντων ὑπουργῶν τῆς διοι-
κήσεως· καὶ ὁμοίως ἐπὶ τῶν Ὀρφανο-
τροφείων, ὥστε κρατεῖν τὸ τοῖς πλείο-
σιν ἀρέσκον, συναινοῦντος καὶ τοῦ

§. 2. Id vero, quod geſtum erit, non aliter valeat, niſi una ex ſupradictis cauſis in actis manifeſtetur, Byzantii quidem apud Magiſtrum cenſus: in Provinciis autem apud Defenſores (civitatum) propoſitis ſanctis Scripturis: & pro Eccleſiis quidem præſentibus Oeconomis, & qui in his morantur, Clericis: pro Monaſteriis autem, præſentia requiritur Abbatum, & cæterorum Monachorum: pro Ptochiis vero Adminiſtratoris, & miniſtrorum, & pauperum: pro Xenonibus autem, Adminiſtratoris, & omnium, qui invenientur, miniſtrorum gubernationis: & ſimiliter in Orphanotrophiis obſervator: ita ut obtineat quod pluribus pla-

cuerit, conſentiente etiam Epiſcopo locorum, in quibus conſuetum eſt fieri. Non valente Magiſtro cenſus, aut Defenſore ſe excuſare, quominus ſuſcipiant ac comprehendant venerabilem domum, in qua talis conficitur actio indemniter, & defendant ipſam: ſubjiciantur enim, ob prætergreſſionem, pœnæ auri librarum viginti. Et poſt hæc fiant inſtrumenta mentionem facientia cauſarum, & monumentorum confectionis, & appellationis eorum, qui adfuerunt, & apud quem confecta ſunt.

§. 3. Si quid autem ſupradictorum prætermiſſum fuerit: tam fœnerator, quam emptor excidat ipſa re & credito, & pretio; qui vero in permutationem accepit, & id, quod dedit, & id quod cepit, amittat: qui vero in emphyteuſin ſuper propriam vitam accepit, vel donationem, vel conceſſionem prohibitam, reddit quod accepit, & quantitatem alteram, quanti eſt id, quod datum eſt.

§. 4. Locum autem habent prædicta, & in futuris Eccleſiaſticis rebus, & in præteritis aut præſentibus.

§. 5. Exiſtentibus autem rebus mobilibus extra ſacra vaſa, & ſufficientibus ad dictas cauſas, ceſſet neceſſariarum immobilium rerum & panum tam alinatio quam hypotheca.

Ἐπισκόπου τῶν τόπων, ἐν οἷς πάντως συνήθές ἐστι γίνεσθαι· καὶ μὴ δυναμένου τοῦ Μαγιστροκήνσου ἢ τοῦ Ἐκδίκου παραιτεῖσθαι καταλαμβάνειν τὸν σεβάσμιον οἶκον, ἐν ᾧ ἡ τοιαύτη συνίσταται πρᾶξις ἀζημίως, καὶ ἐκδικοῦντων αὐτόν. Ὑπόκεινται γὰρ ἐκ παραβασίας ποινῇ χρυσίου λιτρῶν κ. Καὶ μετὰ ταῦτα γίνεται συμβόλαια μνημονεύοντα τῶν αἰτιῶν, καὶ τῆς τῶν ὑπομνημάτων πράξεως, καὶ τῆς προσηγορίας τῶν παραγινομένων, καὶ παρ' ᾧ συνέστη.

§ γʹ. Εἰ δέ τι τῶν εἰρημένων παροφθείη, ὁ μὲν δανειστὴς καὶ ὁ ἀγοραστὴς ἐκπιπτέτω τοῦ πράγματος, καὶ τοῦ χρέους, καὶ τῆς τιμῆς· ὁ δὲ λαβὼν εἰς ἀνταλλαγὴν, καὶ ὅπερ ἔδωκε, καὶ ὅπερ εἴληφεν, ἐκπιπτέτω· ὁ δὲ εἰς ἐμφύτευσιν ὑπὲρ τὴν ἰδίαν ζωὴν λαβὼν, ἢ δωρεὰν ἢ ἐκχώρησιν ἀπηγορευμένην, ἀναδιδῶσιν ὅπερ εἴληφε, καὶ ποσότητα ἑτέραν, ἧς ἄξιόν ἐστι τὸ δοθέν.

§. δʹ. Χώραν δὲ ἔχει τὰ εἰρημένα καὶ ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γίνεσθαι Ἐκκλησιαστικοῖς καὶ τοῖς ἐσομένοις διαγένσιν.

§ εʹ. Ὑπόντων δὲ κινητῶν ἔξωθεν τῶν ἱερῶν σκευῶν [c], καὶ ἀρκούντων εἰς τὰς εἰρημένας αἰτίας, ἀργεῖ τῶν ἀναγκαίων ἀκινήτων καὶ τῶν ἄρτων [d] ἡ ἐκποίησις καὶ ἡ ὑποθήκη.

[a] Hæc conſtitutio diſponit de alienatione, permutatione, hypotheca, emphyteuſi & donatione rerum quæ pertinent ad ſacras Eccleſias, Martyrum Baſilicas, Monaſteria, Xenodochia, Ptochia & Orphanotrophia Conſtantinopolitana, & qui ab eadem Sede Epiſcopi ordinantur, quique a Metropolitanis ejus urbis aut regionis Pontificale Sacer-

[a] Vide *Nov. cxx. Evagr. Cedren. in Anaſtaſio.*

[b] Τῆς αὐτῆς πόλεως] *Theodorus Anagnoſt. in Anaſtaſ.* ἔθος λέγει τῇ Ἐκκλησίᾳ εἶναι τῆς ῥώμης, ἀκίνητα μὴ κρατεῖν δίκαια, ἀλλ' εἰ καὶ προσέλθοιεν εὐθέως πιπράσκεσθαι, καὶ εἰς μοίρας τρεῖς διαιρεῖσθαι τὸ τίμημα, καὶ τὸ μὲν τῇ Ἐκκλησίᾳ δίδοσθαι, τὸ δὲ τῷ Ἐπισκόπῳ, τὸ δὲ τῷ κλή-

ται· οὕτω δὲ ποιεῖν καὶ ἐπὶ τοῖς λοιποῖς πράγμασιν. Cujus conſuetudinis atque inſtituti, Patres pœnituit. *Romana Synodo* III.

[c] Ἔξωθεν τῶν ἱερῶν σκευῶν] Paratitla: ὑφεξαιρεῖ δὲ τῆς οἰκείας νομοθεσίας ἡ διάταξις τὰ ἱερὰ ἀναθήματα. σημαίνουσι δὲ ἐκ τῶν ῥημάτων αὐτῆς ὅτι κινητὰ μόνα καλεῖ τὰ ἱερὰ ἀναθήματα, ſicuti & *Sozomen. lib. v. cap. VIII. Theodoretus lib. III. cap. XII.* Procopius in Leviticum. καθόλου δὲ τῶν προσφερομένων κυρίῳ τὰ μὲν ἅγια καλεῖται, ἅπερ ἦν ἐπὶ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἱερέως εἰς τὸ καταχρῆν ἢ πωλῆσαι. τὰ δὲ ἀναθήματα διὰ παντὸς ἀναφαίρετα, μηκέτι δυνάμενα εἰς κοινὴν καὶ ἀνθρωπίνην ἀχθῆναι χρῆσιν.

[d] Καὶ τῶν ἄρτων] *Photius tit. II. cap. II. Nomocan.* καὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν.

dotium recipiunt. Legenda itaque tota eſt, quæ perfecte diſſerit quando, quo pacto, qua ex cauſa, quibus teſtationibus, quomodo & apud quos alienationes & emphyteuſis rerum ad illa loca pertinentium fiant. Cognoſces enim ex eadem de quibus rebus loquatur. Neque te lateat in emphyteuſi hæc valere oportere, item in rebus quæ ad magnam Conſtantinopolitanam Eccleſiam pertinent, valere ea quæ ſanxit in aliis locis quæ antea dicta ſunt. Excipit autem ab ea ſanctione conſtitutio facta anathemata, ſive donaria, quibus verbis ſignificat mobilia anathemata vocari. Hujus autem conſtitutionis Anaſtaſii mentionem facit Juſtinianus *Novell. 7. in libro authenticorum, tit. de non alienand. &c. in Princip.*

[a] *Privilegia*] De quibus conſtitutione c 4. hujus tituli.

[b] *Magna Eccleſia Conſtantinopoleos*] Chalcedonenſi Concilio privilegia quædam ſunt deputata Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, quibus contradixere Leonis Papæ Legati & ipſe Leo *epiſt. 53. 54. 55. 60. 61. & 62.* Placuit autem Marciano ut fides Nicæna ſuam teneret firmitatem & privilegia Eccleſiarum illibata permanerent.

De reditu Eccleſiæ Conſtant. aſſignato, ut exequiæ gratis fiant.

§. ιη΄. Ὁ αὐτὸς Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος.

Ἡ ΜΕΓΑΛΗ, καὶ τὰ λοιπά. Ἡ διάταξις ἀφορίζει τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως ο. λίτρας χρυσίου πρόσοδον, εἰς τὸ τὰς κηδείας ἀδαπανήτους ἐν Κωνσταντινουπόλει γίνεσθαι, καὶ μέχρι τῶν νέων τειχῶν[a], καὶ Βλαχέρναις[b]. Αἱ γὰρ Συκαί, μέρος εἰσὶ[c] τῆς πόλεως. Ὁρίζει κατὰ τῶν παραβαινόντων ποινὴν ἀνὰ ν. χρυσίου λιτρῶν.

XVIII. Imp. ANASTASIUS.[a]

MAGNA, &c. Conſtitutio adſignat magnæ Eccleſiæ Conſtantinopoleos, ſeptuaginta librarum auri reditum, eam ob cauſam, ut ſcilicet exequiæ ſine ſumptu & gratis fiant in urbe Conſtantinopolitana, & uſque ad novos muros, & Blachernas. Nam Sycæ[c] (ſeu Sycotum tranſitus) pars ſunt civitatis. Statuit contra delinquentes pœnam quinquaginta auri librarum.

[a] Μέχρι τῶν νέων τειχῶν] Meminit *L. XVII. C. de operib. publ. Cedrenus.* Κῦρος Ἔπαρχος τῆς πόλεως κατελύσας τὸ χερσαῖον τεῖχος Κωνσταντινουπόλεως καὶ προσθεὶς ἄλλα διαστήματα δύο, οἰκοδομεῖ ἕτερον τεῖχος δι' ἡμερῶν ἑξήκοντα, ὅθεν καὶ ὁ δῆμος ἀνεβόησε, Κωνσταντῖνος ἔκτισε, Κύ-

[a] Hæc conſtitutio decernit reditus magnæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ auri Librarum LXX. ut funera gratis Conſtantinopoli fiant uſque ad novos muros & blachernas: nam Sycæ quoque pars urbis eſt. Adverſus contemptores pœnam L. Librarum auri definit. Hujus

autem conſtitutionis Anaſtaſii mentio fit *Novell. 43. & 59.* quæ in libris authenticorum non extant.

[a] *Ad novos muros & Blachernas; nam Syca, &c.*] De his locis urbis Conſtantinopolitanæ præter Juſtinianum & Julianum in Novella 59. Vide Procopium *lib. 1. de ædific. Juſtin. Imperator. cap. 3.* ubi Blaquernarum templum deſcribit & *cap. 5.* ubi mentionem facit tegionis Sycenæ.

ἐς ἀνανέωσιν. Nec tamen male poëta: Θεοδόσιος τὸ δὲ τεῖχος ἄναξ καὶ Ὕπαρχοι ἐῴας Κωνσταντῖνος ἔτευξαν. Cyrus enim καὶ Ἔπαρχος πραιτωρίων καὶ Ἔπαρχος πόλεως προεβλήθη. Sudas Κῦρος. Τὰς δύο μεγίστας τῶν Ἐπάρχων ἀρχὰς κατὰ τὸν αὐτὸν διήνυσεν χρόνον. Sudas Θεοδόσιος. Vide Themiſt. λογ. ς'. *Nov. lxxviii.*

[b] Καὶ Βλαχέρνας] Corrupte *Willelm. Tyrius* Blaſquema. *Nicephor. lib. xv. Paulus Diaconus.* Porro eodem anno cœpit ædificare Tiberius publicum Blachernarum, id eſt, τὸ δημόσιον τῶν Βλαχερνῶν λουτρὸν. *Nicephor. Calliſt.* τὸ δημόσιον φῶ ἐπώνυμον ἐστὶν Ἀχιλλέως. Thermæ Achilleæ *L. vi. C. de Aqueduct.* Et ita Græci publicum *L. xiii. D.* de injuriis, in Baſilicis interpretantur, & Demoſia Rabini Thermas vocant. Similiter privatum *L. xiii. c. Th. de Metat.* balneum eſt. *L. vi. C. eodem.* & in deſcriptione Urbis Romæ, Privatum Hadriani.

[c] Αἱ γὰρ Σύκαι πέραν εἰσὶ] Τελοναιδήκατον τῆς Κωνσταντινουπόλεως κλίμα. *Socrates lib. ii. cap. xxviii.* ὀνομάζονται δὲ ἐκ τῶν συκοφόρων δένδρων. *Georgius Vicondinus* ἀπὸ περαίων. In his de damnatis ſupplicium ſumebatur. *Cedren.* ἐν Συκαῖς ἐφούλκισε, *in Sycis ſuſpendit, Paulo Diacono. Nicephor. Kalliſt.* Ἐν συκαῖς ὡς παιδοφόνον ἀνεσκολόπισεν. Πέραμα Ἰουστινιανὸν Juſtinianus appellat *Nov. lix.* Inde hodie Peram vocant & Galatam, quod Syriace idem ſignificat: Tranſitum Julianus vertit: Ad Sucas autem tranſitus: ut Panegyriſta ad Maximilian. Ad Danubii tranſitum Guntienſem. *Cedren. in Juſtinian.* μὴ ἐπαρκεῖν τοῖς ζῶσι θάπτειν τοὺς τεθνεῶτας, μηδὲ δὲ τὰ πλοῖα ἐξαρκεῖν εἰς τὸ διαπερᾶν αὐτούς. Nec licuit initio in urbe ſepelire nec urere Conſtitutionibus Hadriani, Antonini Pii, Diocletiani. Sic enim ubi xii. tabularum contemni cepit auctoritas, eadem illa quæ legibus cavebantur, in alia latorum nomina tranſierunt, ut Ambroſius Macrobius ait *lib. iii. Saturnal. cap. ix.* Nec rogum buſtumve novum propius LX. pedes adjici ædes alienas invito Domino. *Incendium* (inquit Tullius *ii. de legib.*) *veretur acerbum.* Τὸ, acerbum non placet. Quid ſi *acervum* legamus? ut *alio xii. tab. capit.* Qui ædes acervumve frumenti juxta domum poſitum convuſerit. Acervum, inquam, ut liberum, ut Procum in deſcriptione claſſium quam fecit Servius Tullius, vel ſignificat procerum. Depravate Cicero in Orator. Fabrum vel Procum audeo dicere non Fabrorum vel Procorum. *Feſtus.* Niſi forte ejuſmodi contractionem in hac voce aures delicatæ non ferant.

De inſinuatione donationis.

XIX. Imperator JUSTINIANUS A. MENNÆ PP.

ILLUD, quod ex veteribus legibus (licet obſcure poſitis) a quibuſdam attentabatur, ut donationes ſuper piis cauſis factæ, licet minus in actis intimatæ eſſent, tamen valerent; certo & dilucido jure taxamus: ut in aliis quidem caſibus jura vetera ſuper intimandis donationibus intacta maneant. Si quis vero donationes uſque ad quingentos ſolidos in quibuſcunque rebus fecerint, vel in ſanctam Eccleſiam, vel in Xenodochium, vel in Noſocomium, vel in Orphanotrophium, vel in Prochotrophium, vel in Gerontocomium, vel in Brephotrophium, vel in ipſos Pauperes, vel in quamcumque civitatem iſtæ donationes etiam citra actorum confectiones convaleſcant, ſin vero amplioris quantitatis donatio ſit (excepta ſcil. Imperiali donatione) non aliter valet, niſi actis intimata

mata fuerit. Nulli danda licentia, quacunque alia cauſa, quaſi pietatis jure ſubnixa, præter eas, quas ſpecialiter expoſuimus, introducenda, veterum ſcita ſuper intimandis donationibus permutare. Dat. 528. *Conſ.*

De Annona Militari.

XX *.

ΜΗΔΕ ἀπὸ θείου τύπου, ἢ Ἀρχιεπισκόπου προστάξεως, ἢ οἵου δήποτε δικαστηρίου, στρατιωτικὴ σίτησις εἰς εὐκτηρίους οἴκους ἢ Κληρικοὺς ἢ Μοναστήρια μεταγέσθω, ὡς ἐλλειπόντων δῆθεν τοῖς ἀριθμοῖς σωματείων.

NEC ex ſacra forma vel Archiepiſcopi juſſu annona militaris ad oratoria, vel Clericos, vel Monaſteria transferatur; quaſi deficientibus numero corporibus.

* Refert Joſephus Tenedius in hunc modum, quo reſtitui ex *lib. v. βασιλικῶν. tit. I. κεφ. κ.* Fuit & aliud hujus conſtitutionis caput, ὅτι πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν κεφαλὴ ἐστὶν ἡ Κωνσταντινούπολις, quod in Baſilicis non eſt poſitum. *Photius & Balſam. tit. I. cap. v. Nomocanon.*

Sequitur alia Epitome a Contio in hunc Codicem relata.

κ'. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός. Α.

ΟΥΤΕ κατὰ τὸν θεῖον τύπον, οὔτε κατὰ πρόσταξιν τῶν Ἀρχόντων, ἔξεστι μετάγειν στρατιωτικὰς σιτήσεις εἰς εὐαγεῖς οἴκους ἢ Κληρικούς.

XX. Imp. JUSTINIANUS A.

NEQUE per ſacras formas, neque per juſſionem Magiſtratuum, licet transferre militares annonas ad pias domos, aut Clericos.

De Alienatione rei ſacræ.

XXI. Idem A. DEMOSTHENI Præfecto Prætorio.

SANCIMUS, nemini licere, ſacratiſſima atque arcana vaſa[1], vel veſtes, cæteraque donaria, quæ ad DIVINAM Religionem neceſſaria ſunt, (cum etiam veteres leges ea, quæ Juris DIVINI ſunt, humanis nexibus non illigari ſanxerint) vel ad venditionem, vel hypothecam, vel pignus trahere[2]: ſed ab his, qui hæc ſuſcipere auſi fuerint, modis omnibus vindicari tam per religioſiſſimos Epiſcopos, quam per Oeconomos, nec non & ſacrorum vaſorum cuſtodes: nulla eis actione relinquenda, vel ſuper recipiendo pretio, vel fœnore exigendo, pro quo res pignoratæ ſunt: ſed omnibus hujuſmodi actionibus reſpuendis, ad reſtitutionem eorum omnibus modis coarctari: ſin autem vel conflata ſunt, vel fuerint, vel alio modo immutata vel diſperſa: nihilominus vel ad ipſa corpora, vel ad ipſa pretia eorum exactionem competere ſive per in rem, ſive per condictionem, ſive per in factum actionem: cujus tenor in multis & variis juris articulis ſæpe eſt admiſſus: excepta videlicet cauſa captivitatis, & fa-

mis in locis his, in quibus hoc (quod abominamur) contigerit: Nam ſi neceſſitas fuerit in redemptione Captivorum[2], tunc & venditionem præfatarum rerum Divinarum, & hypothecam, & pignorationes fieri concedimus: quoniam non abſurdum eſt, animas hominum[3] quibuſcunque vaſis, vel veſtimentis præferri. Hoc obtinente non ſolum in futuris negotiis, ſed etiam in judiciis pendentibus.

[1] *Sacratiſſima atque arcana vaſa*] *D. Auguſtinus in Pſalm. 113.* Sed & nos pleraque inſtrumenta & vaſa ex auro & argento habemus in uſum celebrandorum Sacramentorum, quæ ipſo miniſterio conſecrata ſancta dicuntur, in ejus honore cui pro noſtra ſalute inde ſervitur. *Epiſtol. Epiſcop. Helleſponti ad Leon. Imperat. tom. 4. Concil. General. col. 963.* Si ſæpius conveniamus, aliud quidquam ſapere poterimus, præter ea quæ nobis ſunt tradita, & a ſanctis Patribus & ſanctis Conciliis explanata; nihil enim aliud ſtudent qui optant Synodos congregare, niſi ut vaſa ſacra plurimi Sanctorum Epiſcoporum vendentes, pro ſumptibus & expenſis & ſubvectionibus animalium pretia univerſa conſumant. Vide *Pamel. ad Tertull. cap. 7. lib. de pudicit. annotat. 52. D. Ambroſius lib. 2. de Offic. cap. 25.* Petrus claudo, qui ex utero matris ſuæ portabatur, ait: Argentum & aurum non habeo, ſed quod habeo do tibi: in nomine Jeſu Chriſti Nazaræni, ſurge, & ambula. Itaque pecuniam non dedit, ſanitatem dedit. Quanto melius eſt ſalutem habere ſine pecunia, quam pecuniam ſine ſalute? ſurrexit claudus, quod non ſperabat: pecuniam non accepit quam ſperabat. Sed hæc vix in ſanctis Domini reperiuntur, ut divitiæ contemptui ſint. *D. Auguſtinus ſerm. 31. ad fratres in Eremo.* Videtur non aſſentiri huic conſtitutioni Theophilactus *in caput 14. Marci.* Confundantur, inquit, qui pauperes Chriſto præferunt, &c. Audiant igitur quomodo Chriſtus præfecerat ſui curam pauperibus. Chriſti autem corpus propter quod in diſco aureo, & ſanguis qui in poculo. Qui igitur abſtulerit diſcum pretioſum, & cogit ut corpus Chriſti in viliori ponatur, prætexens ſcilicet pauperes, ſciat cujus partis ſit.

[2] *In redemptione Captivorum*] De alienatione rerum ad Eccleſias pertinentium varii Canones editi ſunt *in Romana Synodo 3. Decretalis Symmachi Papæ cap. 1.* Poſſeſſiones igitur quas unuſquiſque Eccleſiæ proprio dedit aut reliquit arbitrio alienari quibuſlibet titulis atque contractibus, vel ſub quocumque argumento non patimur, niſi forſitan aut Clericis honorum meritis, aut Monaſteriis religionis intuitu, aut certe peregrinis neceſſitas largiri ſuaſerit: ſic tamen ut hæc ipſa non perpetuo, ſed temporaliter donec vixerint perfruantur.

[3] *Animas hominum*] *D. Ambroſius lib. 2. de Offic. cap. 28.* Multoque fuiſſe commodius aſtrueremus, ut animas Domino quam aurum ſervaremus; qui enim ſine auro miſit Apoſtolos, & Eccleſias ſine auro congregavit. Aurum Eccleſia habet non ut ſervet, ſed ut eroget & ſubveniat in neceſſitatibus.

In AUTHENT. de Alien. & Emphyt. §. penult. in fin. col. 9. tit. 3. ſeu Novell. 120. cap. 10.

PRæterea ſi habeat Eccleſia ſuperflua vaſa[1], cum debitrix ſit, nec aliunde ſolvere poſſit, ne quid immobile alienetur, vel diſtrahatur: integra ea (geſtis habitis coram eo cujus eſt loci ordinatio) vel aliis locis venerabilibus oblata dentur, vel conflata cuilibet aliâ vendantur, quo magis debitum perſolvatur. Qui autem acceperit hoc contra hanc obſervationem, eiſdem pœnis ſubjaceat, quæ in rebus immobilibus ſunt prodita.

[1] *Præterea ſi habeat Eccleſia ſuperflua vaſa*] *In Synodo Romana 3. ſub Symmacho Can. 3.* Plane quæcumque in gemmis vel auro atque argento, nec non & veſtibus minus apta uſibus vel ornatui videbuntur Eccleſiæ, quæ ſervari ac diu manere non poſſunt ſub juſta æſtimatione vendantur, & erogationi religioſæ proficiant.

De lucrativorum Inſcriptionibus.

XXII. Idem A. DEMOSTHENI Præfecto Prætorio.

SANCIMUS, res ad venerabiles Eccleſias, vel Xenones, vel Monaſteria, vel Orphanotrophia, vel Gerontocomia, vel Ptochotrophia, vel Noſocomia, vel Brephotrophia, vel denique ad aliud tale conſortium deſcendentes ex qualicunque curiali liberalitate, ſive inter vivos, ſive mortis cauſa, ſive in ultimis voluntatibus habita, a lucrativorum inſcriptionibus liberas immuneſque eſſe: lege ſcilicet, quæ ſuper hujuſmodi inſcriptionibus poſita eſt, in aliis quidem perſonis ſuum robur obtinente: in parte autem Eccleſiaſtica, vel aliarum domuum, quæ hujuſmodi piis conſortiis deputatæ ſunt, vigorem ſuum, pietatis intuitu, mitigante. Cur enim non faciamus diſcrimen inter res Divinas & Humanas? & quare non competens prærogativa cæleſti favori conſervetur?

§. 1. Quam oportet non ſolum in caſibus, quos futurum tempus creaverit, ſed etiam in adhuc pendentibus & judiciali termino, vel amicabili compoſitione necdum ſopitis obtinere.

§. 2. Recitata Septimo miliario hujus inclytæ civitatis, in novo Conſiſtorio Palatii Juſtiniani.

De Tempore actionis loco pio competentis, de Actionibus ex legatis, vel fideicommiſſis.

XXIII. Idem A. JULIANO PP.

UT inter Divinum Publicumque Jus & privata commoda, competens diſcretio ſit, ſancimus: ſi quis aliquam reliquerit hæreditatem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel donationis titulo aliquid dederit, vel vendiderit, ſive Sacroſanctis Eccleſiis, ſive venerabilibus Xenonibus, vel Ptochotrophiis, vel Monaſteriis maſculorum, vel Virginum, vel Orphanotrophiis, vel Brephotrophiis, vel Gerontocomiis, necnon juri civitatum, vel donatorum, vel venditorum, vel relictorum, eis ſit longæva exactio, nulla temporum ſolita præſcriptione coartanda. Sed & ſi in redemptionem Captivorum quædam pecuniæ, vel res relictæ, vel legitimo modo donatæ ſunt: & earum exactionem longiſſimam eſſe cenſemus. Et nobis quidem cordi erat, nullis temporum metis hujuſmodi actiones circumcludi. Sed ne videamur in infinitum hanc extendere, longiſſimum vitæ hominum tempus eligimus, & non aliter eam actionem finiri concedimus, niſi centum annorum curricula exceſſerint: tunc enim tantummodo hujuſcemodi exactionem evaneſcere finimus. Sive itaque memoratis religioſiſſimis locis vel civitatibus hæreditas, ſive legatum vel fideicommiſſum fuerit relictum, ſive donatio vel venditio proceſſerit, in quibuſcunque rebus mobilibus, vel immobilibus, vel ſe moventibus, ſive pro redemptione Captivorum quædam fuerint derelicta, vel donata: ſit eorum pene perpetua vindicatio, & ad annos cen-

tum (ſecundum quod jam dictum eſt) extendatur: nulla alia exceptione temporis inhibenda, ſive contra primas perſonas, ſive contra hæredes vel ſucceſſores eorum moveatur.

§. 1. In his autem omnibus caſibus, non ſolum perſonales actiones damus; ſed etiam in rem, & hypothecariam, ſecundum noſtræ conſtitutionis tenorem, quæ Legatariis & Fideicommiſſariis hypothecariam donavit: & ſupradictis omnibus unum tantummodo terminum humanæ vitæ imponimus, id eſt, centum metas annorum.

§. 2. Hæc autem omnia obſervari ſancimus & in his caſibus, qui vel poſtea fuerint nati, vel jam in judicium deducti ſunt. D. D. N. JUSTINIANO. P. P. A. CONS. 528. Goth. 48.

De Præſcriptionibus in auth. de Eccleſ. tit. §. pro temporalibus autem. col. 9. tit. 14. al. 6. ſeu Novell. 131. cap. 6.

Quas actiones alias decennalis, alias vicennalis, alias triennalis præſcriptio excludit: hæ, ſi loco religioſo competant, quadraginta annis excluduntur: uſucapione triennii, vel quadriennii præſcriptione in ſuo robore durantibus: ſola Romana Eccleſia gaudente centum annorum ſpatio vel privilegio.

De Prærogativa Eccleſiæ Conſtantinopol. 1. De Jure colonario. 2. De Magiſtratu vel Oeconomo rem Eccleſiaſticam accipiente. 3. De rei Eccleſiaſticæ locatione vel Emphyt.

XXIV. Imp. JUSTINIANUS.[a]

CONSTANTINOPOLITANA Eccleſia omnium aliarum eſt caput[b].

§. 1. Jure colonario facta conceſſio, irrita eſt in Eccleſiaſticis, utpote neque jure cognita.

§. 2. Si in actu Magiſtratus Conſtantinopoleos, per ſe vel mediam perſonam a magna Eccleſia immobile accepit: id, quod geſtum erit, irritum erit, & dabit Eccleſiæ æſtimationem rei. Similiter & Oeconomus. Si vero & per alium modum perſuaſerit, aut coëgerit pervenire ad ſe Eccleſiaſticam rem: & id, quod geſtum fuerit, infirmum ſit, & pro illo datum in perſonam Eccleſiæ, reſtituitur ipſi: & præterea ſubjicitur pœnæ viginti auri librarum ipſe, & ille qui

κδ'. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός.[a]

Ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησία πασῶν τῶν ἄλλων ἐστὶ κεφαλή[b].

§. α'. Ἡ προικικοῦ δικαίου γινομένη ἔκδοσις, ἄκυρός ἐστιν ἐπὶ τῶν Ἐκκλησιαστικῶν, ὡς μήτε τοῖς νόμοις γνωριζομένη.

§. β'. Ἐὰν ἔμπρακτος ἄρχων[c] Κωνσταντινουπόλεως δι' ἑαυτοῦ ἢ μέσου προσώπου παρὰ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας ἀκίνητον ἐκλάβοι, τὸ πραχθὲν ἄκυρον, καὶ δίδωσι τῇ Ἐκκλησίᾳ τὴν διατίμησιν τοῦ πράγματος. Ὁμοίως καὶ Οἰκονόμος. Εἰ δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον πείσῃ ἢ ἀναγκάσῃ περιελθεῖν εἰς αὐτὸν Ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα· καὶ τὸ πραχθὲν ἄκυρον καὶ τὸ δοθὲν ὑπὲρ τούτου εἰς πρόσωπον τῆς Ἐκκλησίας ἀποδίδοται αὐτῇ· καὶ πρὸς τοῖς εἰρημένοις ὑπόκειται ποινῇ κ'. χρυσίου λιτρῶν αὐτός, καὶ ὁ τὸ

πρᾶγμα δοὺς, καὶ ὁ λαβὼν ἐπὶ τὸ παρασκευάσαι γενέσθαι τὸ ἀντάλλαγμα· τὸ διπλὸν αὐτοῦ δίδωσι διπλοῦν· καὶ πάντα προσκυρωθήσεται τῇ Ἐκκλησίᾳ.

§. γ΄. Περαιτέρω τῶν κ΄. ἐτῶν ἀκίνητον τῇ Ἐκκλησίᾳ οὐ μισθοῦται.

§. δ΄. Μόνοις εὐπόροις δεῖ τὰ Ἐκκλησιαστικὰ ἐμφυτεύειν διὰ τὴν ἀποκατάστασιν τῆς ὄψεως· καὶ μὴ περαιτέρω αὐτοῦ τοῦ ἐμφυτευομένου, καὶ δύο ἐξῆς κληρονόμων· καὶ μὴ κουφίζειν πλέον τοῦ ἕκτου μέρους τοῦ σωζομένου κανόνος ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐκδόσεως. Εἰ δὲ βλάψῃ τὸ πρᾶγμα ἐνισταμένου τοῦ χρόνου, ἐξωθοῦνται, καὶ τὴν ζημίαν ἀποπληροῦσι. Εἰ δὲ ῥαθυμήσει ὁ Οἰκονόμος, ἢ ἀπόροις ἐκδῷ, ἐπιγινώσκει τὴν βλάβην.

rem dedit, & qui accepit ob eam rem, quod curavit fieri contractum, datum ipſi reddit duplum, & omnia adquiruntur Eccleſiæ.

§. 3. Ultra viginti annos res immobilis Eccleſiæ ne locator[1].

§. 4. Solis locupletibus licet, & oportet Eccleſiaſticas res in emphyteuſim dare propter reſtitutionem aſpectus. Excedi autem non oportet vitam emphyteuſim capientis, & duorum deinceps ejus hæredum: neque relevari amplius ſexta parte ſervati Canonis in tempore traditionis. Si autem lædatur res inſtante tempore, expellitur, & damnum ſarcit. Si vero negligenter verſatus fuerit Oeconomus, aut minus idoneis in emphyteuſim dederit, ipſe agnoſcat damnum.

[a] *Photius tit. 1. cap. v. Harmenop. lib. III. tit. IIII. Nov. cxx. Nov. de Alienation. rerum Eccleſ. Miſſa*, quam Petro Pithœo V. C. & fratri optimo ut alia innumera debemus. Τίνα δὲ προτιμᾶν πάντων κάλλιον, ἢ τὸν ἀδελφόν.

[b] Ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησία πασῶν τῶν ἄλλων ἐστὶ κεφαλή] Similiter Hieroſolymitana. *Theodoret. lib. v. cap. IX.* & Cæſarienſis *Gregor. Nazianz.* πρὸς τοὺς ἐν Καισαρείᾳ. Πάσης μὲν οὖν Ἐκκλησίας φροντιστέον ὡς Χριστοῦ σώματος, μάλιστα δὲ τῆς ἡμετέρας, ἣ μήτηρ σχεδὸν ἁπάντων τῶν Ἐκκλησιῶν, ἦν ἀπ' ἀρχῆς καὶ νῦν ἐστι καὶ νομίζεται, καὶ πρὸς ἣν τὸ κοινὸν βλέπει, ὡς κέντρῳ, κύκλος περιγραφόμενος.

[1] Hujus conſtitutionis mentionem facit Juſtinianus *Novell. 7.* Vide *in authentic. de non alienand. &c.*

[2] *Conſtantinopolitana Eccleſia omnium aliarum eſt caput.*] Adde quæ intra Diœceſim Conſtantinopolitanam ſunt, eique ut Patriarchæ Sedi ſubjectæ ſunt: namque abſolute dictum falſum eſt. Vide quæ diximus *ſup ad Conſtitutionem 7. tit. 1.* In verbo Oecumenico Patriarchæ.

[3] *Res immobilis Eccleſia, &c.*] Mobilia bona Epiſcopi in ſua poteſtate habebant. Immobilia reſervabant Eccleſiæ. *Gregorius lib. 2. indict. 6. epiſt. 49.*

[c] Ἐὰν ἐμπέρακτος ἄρχων] Οἱ ἐμπέρακτοι τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, qui ordinis jure Provincias moderantur. *L. ult. C. de mod. mult.* Ἐὰν τις Πατρίκιος ἢ ἢ ἀπὸ Πατρικίων, ἢ ἀπὸ Ἐπάρχων πραιτωρίων, ἢ ἀπὸ Ἐπάρχων πόλεως, ἢ Ὑπατικὸς ἐμπέρακτος, ἢ Στρατηλάτης, ἢ Μάγιστρος τῶν θείων ὀφφικίων γεγονὼς, ἢ Κοιαίστωρ τοῦ θείου παλατίου, ἢ Πραιπόσιτος, ἢ ἄρχας τῆς τῶν Δομεστίκων σχολῆς, ἢ Κόμης παρεχῶν, ἢ Κόμης τῶν ἰδικῶν γενόμενος. *L. III. c. ult.* Senator.

De Chartulariis, & Oeconomis.

XXV[a].

ΟΙ Χαρτουλάριοι[b] τῆς Ἐκκλησίας τῆς μεγάλης οὔτε διὰ μέσου προσώπου δύνανται λαβεῖν ἀκίνητον

CHARTULARII Eccleſiæ magnæ, neque per intermediam perſonam poſſunt accipere

rem immobilem ipſius per conductionem, aut emphyteuſim, aut alium modum.

αὐτῆς κατὰ μίσθωσιν ἢ ἐμφύτευσιν ἢ ἕτερον τρόπον.

§. 1. Fiunt Chartularii præeunte libello, & ferente ſubſcriptionem tam Patriarchæ, quam Oeconomi.

§. α'. Γίνονται οἱ Χαρτουλάριοι ἡγουμένου λιβέλλου, καὶ φέροντος ὑπογραφὴν τοῦ Πατριάρχου, καὶ τοῦ Οἰκονόμου.

§. 2. Et ſi quis ipſorum apparuerit ſurripuiſſe, aut tranſtuliſſe, aut alias inutilis eſſe, licet Patriarchæ, & Oeconomis eum expellere de Catalogo.

§. β'. Καὶ ἐὰν τις αὐτῶν φανῇ κλέπτων, ἢ παραδιδοὺς, ἢ ἄλλως ἀνεπιτήδειος· ἔξεστι τῷ Πατριάρχῃ καὶ τοῖς Οἰκονόμοις ἐκβάλλειν αὐτὸν τοῦ Καταλόγου.

§. 3. Fiunt autem ad Scrinium Orientis, Chartularii, XV. ad Aſianæ, XVI. ad Ponti, XV. ad Domeſticorum, XV. ad Thraciæ, VIII. ad Antiochi, VI. ad Calopodii, VI. ad expenſarum, X. ad legatorum, IX.

§. γ'. Γίνονται δὲ εἰς Σκρίνιον[c] τῆς Ἀνατολῆς Χαρτουλάριοι ιε'. εἰς δὲ Ἀσιανῆς[d], ις'. εἰς δὲ Πόντου, ιε'. εἰς δὲ Εὐοίκιον, ιε'. εἰς δὲ Θρᾴκης, η'. εἰς δὲ τοῦ Ἀντιόχου, ς'. εἰς δὲ τοῦ Καλοποδίου, ς'. εἰς δὲ τοῦ ἀναλώματος, ι'. εἰς δὲ τῶν ληγάτων, θ'.

§. 4. Et accipiunt ratione conſuetudinum pro emphyteuticis quidem inſtrumentis, quinquageſimas: pro conductionalibus vero, & cæteris contractibus, centeſimam.

§. δ'. Καὶ λαμβάνουσι λόγῳ συνηθείας ἐπὶ μὲν τοῖς ἐμφυτευτικοῖς συμβολαίοις πεντηκοστὰς, ἐπὶ δὲ τοῖς μισθωτικοῖς, καὶ λοιποῖς συναλλάγμασιν, ἑκατοστήν.

§. 5. Si vero ſupra præfatum numerum Chartularius fiat, ejicitur, & dat Eccleſiæ XV. libras: & qui fecit illum, XX.

§. ε'. Εἰ δὲ ὑπὲρ τὸν εἰρημένον ἀριθμὸν γένηται Χαρτουλάριος, ἐκπίπτει, καὶ δίδωσι τῇ Ἐκκλησίᾳ ιε'. λίτρας, καὶ ὁ ποιήσας αὐτὸν κ'.

§. 6. Cum inquiſitione diligenti Oeconomi diſcutiuntor, ſententia Patriarchæ, factam impenſam ab emphyteutis, & conductoribus, & adminiſtratoribus, unoquoque ex Oeconomis inquirente in ſibi commiſſa adminiſtratione: reliquarum vero rationem inquirent ex juſſione ſcripta Patriarchæ, qui rationibus ſubſcribet hoc, RELEGI: & quod extra hanc obſervationem diſcuſſum fuerit, de domo ſua Oeconomi præſtabunt.

§. ς'. Μετὰ ζητήσεως ἀκριβοῦς οἱ Οἰκονόμοι λογιζέσθωσαν, γνώμῃ τοῦ Πατριάρχου, τὴν γινομένην δαπάνην τοῖς ἐμφυτευταῖς καὶ μισθωταῖς καὶ διοικηταῖς, ἑκάστου μὲν Οἰκονόμου ζητοῦντος τὰ τῆς ὑφ' ἑαυτὸν διοικήσεως· τῶν δὲ λοιπῶν[e] κατὰ πρόσταξιν ἔγγραφον τοῦ Πατριάρχου τοῖς λογισμοῖς ὑπογράφοντος δὲ, Ἀνέγνων[f]· καὶ τὸ χωρὶς τοιαύτης παρατηρήσεως λογιζόμενον οἴκοθεν καὶ οἱ Οἰκονόμοι διδόασιν.

§. 7. Imputatæ autem ſeu accepto latæ impenſæ, & illatarum pecuniarum accipiunt Oeconomi

§. ζ'. Τῆς δὲ λογιζομένης δαπάνης καὶ τῶν εἰσκομιζομένων χρημάτων λαμβάνουσιν οἱ Χαρτουλάριοι

ἑκατοστάς· ὁ δὲ πλέον λαμβάνων, καὶ τῆς λειτουργίας τοῦ Χαρτουλαρείου καὶ τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἐκπίπτει.

centeſimas: qui autem plus excipit, & miniſterii Chartularii, & ſacra dignitate excidit.

§. η. Παραχρῆμα δὲ τοὺς Οἰκονόμους κατὰ μῆνα, ἢ τὸ μέγιστον ἀνὰ δύο, λογοθετεῖσθαι πρὸς τοὺς Αρκαρίους[g]· ἐπεὶ κινδυνεύουσιν.

§. 8. Incontinenti oportet Oeconomos ſingulis menſibus, aut ad ſummum binis, rationes reddere apud Arcarios: ſin minus periclitabuntur.

[a] *Phot. tit. IX. cap. I. tit. X. cap. I. Nomocan.*

[b] Οἱ Χαρτουλάριοι] *Gloſſ. Baſilienſ.* Χαρτογράφος, Chartularius. Χαρτοπώλης, Chartuarius. Χαρτοφύλαξ, Chartularius.

[c] Εἰς Σκρίνιον] *Gloſſ. Baſilienſ.* Χαρτοφυλάκιον, Scrinium. *Ruffinus Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. I.* Frumentio rationes ſuas ſeriniaque commiſit. *Socrat. lib. I.* Τὸν δὲ ἕτερον Φουρμέντιος ὄνομα αὐτοῦ τῶν βασιλέων γραμματοφυλάκιον φροντίζειν.

[d] Εἰς τὸ Ασιανῆς] *Theodoret. lib. V. cap. VIII.* Ταύτην ἐποιεῖτο τὴν προμήθειαν οὐ μόνον ἐκείνης τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ τῆς Θρᾴκης ἁπάσης. Εἰς ἓξ αὕτη ἡγεμονίας διῄρηται, καὶ τῆς Ασίας ὅλης, ὑπὸ ἕνδεκα δὲ καὶ αὕτη ἀρχόντων ἰθύνεται· καὶ μέντοι καὶ τὴν Ποντικὴν τούτοις κατεκόσμει τοῖς νόμοις. Ισαρίθμοις δὲ καὶ αὕτη ἔχει τῆς Ασίας τοῖς ἡγουμένοις. *Synod. Chalcedon. Can. XXVIII.* Per Ægyptum, Lybyam, & Pentapolim poteſtatem habeat Alexandrinus Patriarcha. *Synod. Nicen. Can. VI. Athanaſ. Apol. II. Epiphanius περὶ Μελιτιανῶν.* Vide *Balſamonem Can. XXVIII. Chalcedonenſi.*

[e] Τῶν δὲ λοιπῶν] *Photius.* Καὶ ἔτι ἕκαστος μὲν Οἰκόνομος ζητεῖ τὰ τῆς ὑφ' ἑαυτὸν διοικήσεως. Οἱ δὲ λοιποὶ κατὰ πρόσταξιν ἄγραφον τοῦ Πατριάρχου τοῖς λογισμοῖς ὑπογράφουσι. Τὸ ἀνέγνων· καὶ τὸ χωρὶς τοιαύτης παρατηρήσεως λογιζόμενον, οἴκοθεν οἱ Οἰκονόμοι ἀποδιδόασι.

[f] Τὸ ἀνέγνων] Sic L. Procurator D. de Obligat. & action. Λούκιος Καλάνδιος ἀνέγνων.

[g] Πρὸς τοὺς Αρκαρίους] *Tertullianus Apologetica pro Chriſtian.* Etiamſi quod arcæ genus eſt non de oneraria ſumma, quaſi religionis congregat, modicam unuſquiſque ſtipem menſtrua die, vel cum velit, & ſi modo poſſit, apponit. *Fuit & arca Pontificum apud Paganos. Vet. Inſcript.* Arkæ Pontificum X. milia numum inferet. *Et alio loco.* Si quis hoc armarium vendere voluerit tunc inferet arcæ Pontificum: *In profundum nummi vel in arcam mittuntur.*

Si quis Domino noſtro Jeſu Chriſto reliquerit. 1. Aut alicui Archangelo vel Martyri.

κϛ'. Αὐτοκρ. Ιουστιν. Ιουλιανῷ Επάρχῳ πραιτωρίων[a].

ΕΠΕΙΔΗΠΕΡ ἐν πολλαῖς ἤδη διαθήκαις εὕρομεν τοιαύτας ἐνστάσεις, καθ' ἃς ἢ ἐξ ὁλοκλήρου τις ἔγραψε τὸν δεσπότην ἡμῶν Χριστὸν κληρονόμον, μὴ προσθεὶς εὐκτήριον οἶκον μηδένα· ἢ αὐτὸν τὸν δεσπότην ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν ἐξ ἡμισείας, ἢ ἐξ ἑτέρων ἀνίσων μερῶν, ἕτερον δὲ τινα ἐξ ἡμισείας, ἢ

XXVI. Imp. JUSTINIANUS A. JULIANO PP.

QUONIAM in pleriſque nuper teſtamentis invenimus hujuſmodi inſtitutiones, quibus ex aſſe quis ſcripſerat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum hæredem[1], non adjiciens Oratorium, aut Templum ullum, aut ipſum Dominum Jeſum Chriſtum ex ſemiſſe, vel aliis inæqualibus partibus: alium vero

quempiam ex dimidia, vel alia portione (jam enim in complura hujuſmodi teſtamenta incidimus) cum videremus multam exinde incertitudinem ſecundum veteres leges exoriri. Nos hoc etiam emendantes ſancimus; ſi quidem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſcripſit quis hæredem vel ex aſſe, vel pro parte, manifeſte videri ipſius civitatis, vel caſtelli, vel agri, in quo conſtitutus erat defunctus, Eccleſiam ſanctiſſimam inſtitutam eſſe hæredem[a], & hæreditatem peti debere per Deo amantiſſimos ejus Oeconomos ex aſſe, vel pro parte, ex qua hæres inſtitutus eſt: Eodem obtinente, & ſi legatum, vel Fideicommiſſum relictum ſit: ut ipſa competant ſanctiſſimis Eccleſiis ad hoc quidem, ut ad pauperum alimoniam conferant.

§. 1. Si vero unius ex Archangelis meminerit, vel venerandorum Martyrum, nulla facta ædis mentione: (quod quidem etiam novimus a quodam factum, qui ex Illuſtribus erat, & in omni verborum, & legum doctrina ſpectatiſſimus) ſi quidem aliquis ſit in illa civitate, vel vicinia ejus, venerabilis locus in honorem illius reverendiſſimi Archangeli, vel Martyris conſtructus, videri ipſum ſcriptum eſſe hæredem; ſi vero nullus talis locus eſt in illa civitate viciniave ejus, tunc venerabilia loca, quæ in Metropoli ejus ſunt, videri inſtituta: & ſi quidem in ipſa Metropoli inventus fuerit, talis aliquis locus illi, proculdubio videri relictam, vel hæreditatem, vel Legatum, vel Fideicommiſſum: ſi vero illic nullus talis locus apparet, denuo Eccleſias, quæ in illo loco ſunt, capere.

ἄλλης μοίρας (ἤδη γὰρ πλείοσι διαθήκαις κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον συντεταγμέναις ἐνετύχομεν) καὶ πολλὴν ἀδηλίαν ἐντεῦθεν οὖσαν κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὁρῶμεν νόμους· καὶ τοῦτο ἐπανορθούμενοι, θεσπίζομεν· εἰ μὲν τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν γράψει τις κληρονόμον, ἢ ἐξ ὁλοκλήρου, ἢ ἐκ μέρους· ἄντικρυς δοκεῖν τὴν κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν, ἢ τὴν κώμην, ἢ τὸ χωρίον, ἐφ' ἧς καθέστηκεν ὁ τελευτήσας, ἁγιωτάτην Ἐκκλησίαν ἐνίστασθαι κληρονόμον· καὶ εἰς ὁλόκληρον τὴν ἔνστασιν ἀπαιτεῖσθαι παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων αὐτῆς Οἰκονόμων, ἢ εἰς τὸ μέρος, καθ' ὅσον κληρονόμος ἐγράφη· αὐτῷ τοῦ κεχωρηκότος, ἢ καὶ ληγάτον ἢ φιδεικομμίσσον καταληφθείη. καὶ ταῦτα διαφέρειν ταῖς ἁγιωτάταις Ἐκκλησίαις, ἐφ' ᾧτε εἰς πτωχῶν ἀποτροφὴν[b] αὐτὰ προχωρεῖν.

§. α. Εἰ δὲ ἑνὸς τῶν ἁγίων Ἀρχαγγέλων ἐμνήσθη, ἢ τῶν προσκυνητῶν Μαρτύρων, μὴ ποιησάμενος οἴκου μνείαν, (τοῦτο ὅπερ ἴσμεν παρά τινος διατυπωθὲν, καί τοι τῶν ἐπιφανῶν γεγονότος, καὶ τῇ περὶ λόγους καὶ νόμους εὐδοκιμηκότος παιδείᾳ) εἰ μὲν εἴη κατὰ τὴν πόλιν ἐκείνην ἢ τὴν ἐνορίαν αὐτῆς, εὐκτήριος οἶκος· εἰς τιμὴν ἐκείνου τοῦ σεβασμιωτάτου Ἀρχαγγέλου, ἢ τοῦ ἁγιωτάτου Μάρτυρος, αὐτὸν δοκεῖν γεγράφθαι κληρονόμον. εἰ δὲ οὐκ ἔστι κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν, ἢ τὴν ἐνορίαν τοιοῦτος οἶκος, τηνικαῦτα τοὺς κατὰ τὴν μητρόπολιν σεβασμίους οἴκους· καὶ εἰ κατ' αὐτὴν γοῦν εὑρεθείη τοιοῦτός τις οἶκος, ἐκείνῳ δοκεῖν τὸν κλῆρον, ἢ τὸ πρεσβεῖον, ἢ τὸ φιδεικόμμισσον καταλελεῖφθαι· εἰ δὲ μὴ ἐκεῖσε φανείη τοιοῦτός τις οἶκος ὤν, αὖθις τὰς κατὰ τόπον ἁγιωτάτας Ἐκκλησίας τοῦτο λαμβάνειν.

ναι. Δηλονότι ταῖς ἁγιωτάταις Ἐκκλησίαις ἅπαντες οἱ λοιποὶ δικαίως παραχωρεῖν ὀφείλουσιν οἶκοι· πλὴν εἰ μὴ γένοιτο πρόδηλος ὁ τελευτήσας ἕτερον μέν τι ἐνθυμηθεὶς ὄνομα παραθεῖναι, ἕτερον δὲ εἰπών. Διὰ τὸ καὶ τὸ τοιοῦτον ἡμᾶς γνωρίζειν κατά τινα διαθήκην ἐπὶ τοῦ Πόντου γενέσθαι, κἀκεῖσε πάλιν ἀντὶ τοῦ γεγραμμένου παρασκευάσαι κρατῆσαι τὸ ἀληθές.

§. β'. Εἰ μέν τοι ὁ μὲν διαθέμενος ῥητὸν μὴ θείη τόπον [c], εὑρεθείη δὲ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει, ἢ τῇ περιοικίᾳ εὐκτήρια πολλὰ καθεστῶτα, εἰ μὲν ἐν τινὶ τούτων συνεχῶς ὁ τελευτήσας ἐφοίτα, καὶ τινὰ πρὸς αὐτὸ μείζονα εἶχε προσπάθειαν, ἐκείνῳ δοκεῖν καταλελεῖφθαι τὸ πρεσβεῖον· εἰ δὲ οὐδὲν τοιοῦτο εὑρίσκοιτο· μᾶλλον ἐκ τῶν τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος ἐν ἐνδεεστέρῳ οἴκῳ καὶ δεομένῳ βοηθείας τυχεῖν δοκεῖν τὸ τοιοῦτον καταλελεῖφθαι πρεσβεῖον, ἤτοι τὴν κληρονομίαν.

re id debere. Sane ſanctiſſimis Eccleſiis omnes aliæ domus cedunt: niſi conſtet defunctum aliud nomen ſenſiſſe & voluiſſe adjicere, & aliud dixiſſe: nam tale quid accidiſſe, & nos ſcimus in cujuſdam Pontici teſtamento, & tunc etiam conſtitutum fuiſſe, ut contra ſcriptum veritas obtineret.

§. 2. Si autem teſtator certum locum non appoſuerit, multa autem templa ejuſdem tituli aut nominis in illa civitate inventa fuerint, vel ejus vicinia, ſiquidem in aliquo illorum defunctus frequenter verſabatur, & majorem erga illud habebat affectionem, illi templo videri legatum relictum: ſi vero nihil tale invenietur, maxime ei templo ex multis ejuſdem nominis videatur relictum legatum, vel hæreditas quod eſt cæteris indigentius, & magis opis & eleemoſynæ egens. Dat. XIII. Kal. Nov. CP. LAMPAD. & OREST. VV. CC. CONSS. 130.

[a] Vide *Phot. tit. 11. cap. 1. Nov. cxxxi.*

[b] Εἰς πτωχῶν ἀποστροφὴν] Τοῦτο γὰρ δοκοῦσι ποιεῖν οἱ ἐν τοῖς πένησι τὰς περιουσίας αὐτῶν χαριζόμενοι, τοῦ γὰρ αἰτοῦντος καὶ λαμβάνοντος, ἵσταται καὶ Χριστὸς συνεπιλαμβανόμενος τούτου τὴν χεῖρα, ut Manuel Comnenus eleganter ait. *Nov.* περὶ διαφόρων ὑποθέσεων *§. penult.*

[c] Ῥητὸν μὴ θείη τόπον] Phot. Εἰ δὲ τόπον εἴπῃ ῥητόν. *Nov. cxxxi.* Καὶ μὴ ἰδικῶς ὀνομάσοι τὸν τόπον. ἱερὰ δύο τοῦ Ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ εὐκτήρια καταντικρὺ ἀλλήλοιν ἑστῶτα τοῦ πορθμοῦ ἑκατέρωθεν ξυμβαίνει εἶναι. Procop. λογ. α'.

[1] *In plerisque nuper teſtamentis, &c. Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum hæredem,*] *D. Chryſoſtomus Homil. de grat. reddend. Deo.* Si Chriſtum in ipſo teſtamento cum hæredibus tuis conſcripſeris, partemque illi totius ſortis tradideris, non paviſti Chriſtum dum viveres, ſaltem habiturus hinc quando jam non amplius eorum quæ poſſidebas uſum ac poteſtatem habes, tua illi contribue. Non erit quemadmodum benignus eſt curioſus aut difficilis erga te. *Et paulo infra:* Relinque illum filiis tuis cohæredem.

[2] *Si quidem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſcripſit quis hæredem videri ipſius civitatis in quo conſtitutus erat defunctus Eccleſiam ſanctiſſimam inſtitutam eſſe hæredem*] Nam Deo ſoli vere & proprie templa & altaria eriguntur & dedicantur. *D. Auguſtinus epiſt. 49. quæſt. 3.* Hoc ſane nec in iſta brevitate prætereundum eſt, quod templum, Sacerdotem, ſacrificium & alia quæcumque ad hæc pertinentia niſi uni vero Deo deberi noſſent, Dii falſi, hoc eſt Dæmones qui ſunt prævaricatores Angeli, nunquam hæc ſibi a cultoribus ſuis, quos decipiunt, expetiſſent. *Idem lib. 8. de Civitate Dei cap. 27.* Nec tamen nos eiſdem Martyribus templa, Sacerdo-

tia, ſacra & ſacrificia conſtituimus, quoniam non ipſi, ſed Deus eorum nobis eſt Deus. *Et lib. 1. cap. 11. contra Maximum.* Cæterum ſi Deus Spiritus Sanctus non eſſet templum, utique nos ipſos non haberet: ſcriptum eſt quippe in Apoſtolo, Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? *& iterum:* Neſcitis quia corpora veſtra templum in vobis eſt Spiritus Sancti, quem habetis a Deo? Nonne ſi templum alicui Sancto Angelo excellentiſſimo de lignis & lapidibus faceremus, anathematiſaremur a veritate Chriſti & ab Eccleſia Dei, quoniam creaturæ exhiberemus eam ſervitutem quæ uni tantum debetur Deo. *Photius tit. 2. cap. 1. Nomocanon.* in quod Theodorus Balſamo Antiochenus Patriarcha ſequens Scholium edidit. Menſe Martio indictione 14. facta eſt quædam Novella ſancti noſtri Imperatoris Domini Manuelis Comneni, quæ partim hæc ſtatuit. Multi homines in extremis ſuis diſpoſitionibus procuratores ſive executores eorum quæ ſcripſerunt relinquunt, iiſque, Chriſto, dulci iſto ac mundo ſalutari nomine, hærede ſcripto, rerum ſuarum diſpenſationem atque adminiſtrationem injungunt. Hoc autem videntur facere cum pauperibus ſubſtantias ſuas dividi præcipiunt. Cum enim mendicans accipit, aſtat Chriſtus, ac una cum illo dantis manum vacuat. Quatenus namque, inquit ipſe, uni ex minimis hiſce fratribus feciſtis, mihi feciſtis. Jubemus igitur ut quando hujuſmodi procuratoriæ diſpenſationes, & in pias cauſas diſtributiones, quæ ad animæ rectum ductum, ac pupillorum, ſenum atque pauperum educationem & exhibitionem tendunt, proponuntur, in his judiciorum protelationes, atque qui hinc exiſtunt inanes temporum decurſus, locum non habeant. Contigit hinc enim ut defunctorum animæ damnum ſubeant, & communis omnium boni utilitatiſque cauſa latæ leges commutentur in contrarium. Tum neque juſtum eſſe Imperatoria mea Majeſtas judicat ut qui ordo in reliquis judiciis obtinet, is etiam in iſtiuſmodi uſurpari debeat: ſed ut talium ſpecierum ambiguitates confeſtim ſolvantur, ita ut neque libellus detur, & cognitio in tres, aut ſummum quatuor dies differatur, nulla judiciaria dilatione introducenda, quid cuique jure competat diſquiratur: citra omnem dilationem utraque pars accerſatur, atque ut quid juris ſe habere putet proponat, exigatur: tumque demum per breve tempus in menſem forte unum, aut etiam alterum extendendum res in controverſiam deducta, prout judici viſum fuerit, convenienter dirimatur; ut tamen in ſua quaſi ſede ac ſoliditate firmiter maneant eæ leges, quæ non mox a defuncti morte, ſed poſt aliquot dierum decurſum ſucceſſores ipſius in judicium trahi ſtatuunt: quemadmodum quæ huc pertinent fuſius in Baſilicis tractata ſunt. Si vero Procurator ad dilationem vergere videatur, eaque dolo evenire deprehendatur, nec quemadmodum teſtator præcepit procraſtinationes nectendo faciat, a rerum defuncti procuratione ac diſpenſatione removeatur, eaque, quibus Imperator ſtatuerit, injungatur. Aut ſi is forte peregre ſit, Præfectus Urbis una cum ſanctiſſimo Eccleſiæ Oeconomo res illas procuret ac diſpenſet, qui de his, quæ in hujuſmodi ſpeciebus adminiſtrarunt, Imperatori, aut ſi fortaſſis hic peregre erit, ſanctiſſimo Patriarchæ reddere rationem debebunt, & ſi non prout Imperator juſſerit, defuncti voluntas adimplebitur.

TITULUS TERTIUS.

DE EPISCOPIS, ET CLERICIS, & Orphanotrophis, & Xenodochis, & Brephotrophis, Ptochotrophis, & Aſcetriis, & Monachis, & Privilegiis eorum, & Caſtrenſi Peculio, & de Redimendis Captivis, & de Nuptiis Clericorum vetitis ſeu permiſſis.

De novis Collationibus. De Hoſpitibus.

I. Imperator CONSTANTINUS A. Clericis ſalutem dicit.

JUXTA ſanctionem, quam dudum meruiſtis [1], & vos & mancipia veſtra nullus novis collationibus obligavit: ſed vacatione gaudebitis: Præterea neque hoſpites ſuſcipietis. Datum VI. Kalend. Septemb. PLACIDO & ROMULO CONSS. 343.

[1] *Juxta ſanctionem, quam dudum meruiſtis*] Extat hæc ſanctio *apud Euſebium lib. 10. cap. 7. & Nicephor. Calliſt. lib. 7. cap. 42.* Verba ſunt: Qui intra Provinciam tibi creditam in Eccleſia Catholica ſunt, cui Cæcilianus præeſt, functionemque & operam ſuam ſanctiſſimæ religioni præſtant, quos Clericos nominare ſolent, eos ab omnibus prorſus muneribus immunes conſervari volumus; ut ne errore aliquo, aut lapſu ſacrilego a cultu qui ſummo Numini debetur abſtrahantur: ſed potius citra omnem perturbationem religioni, ſacriſque ſuis inſerviant. *Hieronym. in Math. cap. 17. verſ. 25.* Dominus noſter & ſecundum carnem & ſecundum Spiritum filius Regis erat, vel ex David ſtirpe generatus, vel Omnipotentis Verbum Patris. Ergo tributa quaſi Regum filius non debebat: ſed qui humilitatem carnis aſſumpſerat debuit adimplere omnem juſtitiam. Noſque infelices qui Chriſti cenſemur nomine, & nihil dignum tanta facimus Majeſtate. Illa pro nobis & crucem ſuſtinuit, & tributa reddidit; nos pro illius honore tributa non reddimus, & quaſi filii Regis a vectigalibus immunes ſumus.

1. De Muneribus ſordidis, vel a negotiatoribus præſtandis. 2. De Muneribus extraordinariis. 3. De Parangariis. 4. De Clericis, & eorum Uxoribus, Liberis, Miniſteriis.

II. Imp. CONSTANTINUS A. & JUL. CÆS. Felici Epiſcopo [1].

OMNIS a Clericis [2] indebitæ conventionis injuria, & iniquæ exactionis repellatur improbitas: nullaque conventio ſit contra eos munerum ſordidorum: Et cum negotiatores ad aliquam præſtationem competentem vocantur, ab his univerſis iſtiuſmodi ſtrepitus conquieſcat. Si quid enim vel parſimonia, vel proviſione, vel mercatura (honeſtati tamen conſcia [3]) congeſſerint; id in uſum Pauperum

atque egentium miniſtrari oportet: At id quod ex eorundem ergaſteriis vel tabernis conquiri potuerit & colligi, collectum id religionis exiſtiment lucrum.

§. 1. Verumetiam hominibus eorundem, qui operam in mercimoniis habent[4], Divi Principis Genitoris mei[5] ſtatuta multimoda obſervatione caverunt, ut iidem Clerici privilegiis pluribus redundarent[6].

§. 2. Itaque extraordinariorum munerum a prædictis neceſſitas atque omnis moleſtia conquieſcat.

§. 3. Ad parangariam quoque præſtationem non vocentur, nec eorundem facultates atque ſubſtantiæ.

§. 4. Omnibus Clericis hujuſmodi prærogativa ſuccurrat, ut & conjugia Clericorum[7] ac liberi eorum quoque, & miniſteria, id eſt, mares pariter ac fœminæ, eorumque etiam filii & filiæ immunes ſemper ab hujuſmodi muneribus perſeverent. Datum IX. Idib. Decemb.[8] Med.[9] Lecta v. Kal. Jan. apud acta, CONSTANTIO A. IX. & JULIANO CÆS. II. CONSS. 357.

[1] *Felici Epiſcopo*] Felicem intelligit in locum Liberii ſuffectum. Hujus meminere *Sozomenus lib. 4. cap. 15.* Scripſerunt etiam Epiſcopi qui Sirmium convenerant ad Felicem, qui tum Romanæ Eccleſiæ præſidebat, & ad Clerum ejuſdem civitatis ut Liberium ſuſciperent, utque ambo Apoſtolicam Sedem gubernarent, & ſimul Sacerdotio fungerentur abſque ulla diſſenſione. *Et Theodoritus lib. 2. cap. 17.* Reverſus eſt admirandus ille Liberius, Felix vero recedens ad aliam urbem ſe contulit. *Divus Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum agens de Acacio Cæſarienſi Epiſcopo:* In tantum autem, inquit, ſub Conſtantio Imperatore claruit ut in Liberii locum Romæ Felicem Arianum Epiſcopum conſtitueret.

[2] *Omnis a Clericis, &c.*] *Idem ſcribit omnibus Epiſcopis L. 10. Cod. Theodoſ. eod. tit.* Clericis ac juvenibus præbeatur immunitas, repellaturque ab his exactio munerum ſordidorum.

[3] *Mercatura honeſtati tamen conſcia*] *Synodus Arelatenſis 2. habita ann. 452. Can. 14.* Si quis Clericus pecuniam dederit ad uſuram, aut conductor alienæ rei voluerit eſſe, aut turpis lucri gratia aliquod negotiationis genus exercuerit, depoſitus alienus a communione fiet. Habetur hæc Synodus *tom. 4. Concil. General. col. 1013.*

[4] *Qui operam in mercimoniis habent*] *Concil. Carthag. 4. ann. 398. Can. 51.* Clericus quantumlibet verbo Dei eruditus artificio victum quærat. Duo Canones ſequentes ejuſdem ſunt argumenti. Eos invenies *tom. 2. Concil. General. col. 1204.*

[5] *Divi Principis Genitoris mei*] Conſtantini. Nicephorus Calliſtus *lib. 9. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 50.* Gregorii Nazianzeni verba refert excuſantis Conſtantium quod Arianos pertulerit non eorum erroris ſtudio, ſed gratia pacis tranquillitatiſque publicæ.

[6] *Clerici privilegiis pluribus redundarent*] *D. Hilarius lib. contr. Conſtantium col. 290.* Oſculo Sacerdotes excipis quo & Chriſtus eſt proditus: caput benedictioni ſummittis ut fidem calces: convivio dignaris ex quo Judas ad proditionem egreſſus eſt: cenſum capitum remittis quem Chriſtus, ne ſcandalo eſſet, exolvit: vectigalia Cæſar donas ut ad negationem Chriſtianos invites: quæ tua ſunt relaxas ut quæ Dei ſunt amittantur.

[7] *Conjugia Clericorum*] *Sozomenus lib. 1. cap. 23. agens de Synodo Nicana.* Aliis equidem placebat legem ferri ut Epiſcopi & Presbyteri, Diaconi item ac Subdiaconi non cubarent cum uxoribus quas, priuſquam ſacrarentur, duxiſſent. Verum Paphnutius Confeſſor ſurgens contradixit, nuptiaſque honorabiles vocans & congreſſum viri cum uxore ſua caſtitatem eſſe dicens, conſilium dedit Synodo ne

hujuſmodi legem ferret. Fabuloſa multis merito videtur hæc narratio, cum ne conſtet quidem Synodo Nicænæ ullum interfuiſſe Epiſcopum qui Paphnutius vocaretur. Hilarius, licet conjugatus & una filia auctus, electus eſt in Pictavienſem Antiſtitem, ut narrat Baronius *ad annum 353.* Additque, cæterum ſic electorum ea ex legibus Eccleſiaſticis conditio erat, ut quod ad procreationem liberorum ſpectat, definerent eſſe mariti.

⁸ *IX. Idus Decembris.*] Quo die Julianus Cæſar Romæ a Conſtantio proclamatus eſt Arbelione & Lolliano Conſulibus. Eodem die privilegia conceſſa renovata. *Sigonius pag. 129. Suetonius in Tito. Ammianus pag. 495.*

⁹ *Datum Med.*] Sozomenus *lib. 4. cap. 8.* Narrat collectam Mediolani Synodum urgente Conſtantio, in qua cum Orientales Athanaſium damnari vellent, Dionyſius Albæ, Euſebius Vercellarum, Paulinus Trevirorum, Rhodanus ac Lucifer reclamarunt; ideoque pulſi ſunt in exilium, & cum his pariter Hilarius. Unde *idem Hilarius in opere Hiſtorico.* Cum hac epiſtola integræ fidei ſubſcribentes Epiſcopi Catholici miſerunt decem Legatos ad Imperatorem; nihilominus & pars Hæreticorum miſit ex ſuo corpore decem Legatos, qui ubi venerunt ad Imperatorem ſuſcepti ſunt, ita ut Legati Catholicorum non ſuſciperentur. Socrates *lib. 2. cap. 29.* plura refert de Mediolanenſi Synodo & Ariminenſi.

De Collectis, Exactionibus, Angariis, Parangariis.

Nova Conſtitutio FRIDERICI Imperatoris de ſtatu & conſuet. contra lib. Eccleſ. col. 10. §. Item nulla.

ITem nulla communitas, vel perſona publica, vel privata collectas, vel exactiones, angarias, vel parangarias, Eccleſiis, vel aliis piis locis, aut Eccleſiaſticis perſonis imponere, aut invadere Eccleſiaſtica bona præſumant: quod ſi fecerint: & requiſiti ab Eccleſia vel Imperio, emendare contempſerint, triplum refundant: & nihilominus bona Imperiali banno ſubjaceant: quod abſque ſatisfactione debita nullatenus remittatur.

De Fiſcalibus.

III. Idem A. & Cæſ. ad Taurum Præf. Præt. ¹

DE his Clericis, qui prædia poſſident, ſublimis auctoritas tua non ſolum eos aliena juga ² nequaquam ſtatuet excuſare: ſed etiam pro his prædiis, quæ ab ipſis poſſidentur, eoſdem ad penſitanda fiſcalia perurgeri; univerſos namque Clericos poſſeſſores duntaxat Provinciales, penſitationes fiſcalium, tranſlationeſque faciendas recognoſcere jubemus ³. Data epiſtola Prid. Kal. Jun. Med. CONSTANTIO A. X. & JUL. CÆS. III. CONSS. 360.

¹ *Ad Taurum Præfectum Prætorio*] Qui ex juſſu Imperatoris Synodo Ariminenſi interfuit. *Severus Sulpicius lib. 2. Hiſtor.* Igitur apud Ariminum urbem Italiæ Synodum congregari jubet, iſque Tauro Præfecto imperat ut collectos in unum non ante dimitteret quam in unam fidem conſentirent, promiſſo eidem Conſulatu ſi rem effectui tradidiſſet.

² *Aliena juga*] *Sulpicius Severus lib. 2. Hiſtor.* In Ariminenſi autem Synodo tractatu habito, uſque eo diſpoſitio progreſſa fuerat, ut juga quæ viderentur ad Eccleſiam pertinere a publica functione ceſſarent.

³ *Univerſos namque Clericos poſſeſſores duntaxat Provinciales, penſitationes fiſcalium recognoſcere jubemus*] *D. Ambroſius orat. in Auxentium de Baſilic. tradend.* Si tributum petit non negamus: agri Eccleſiæ ſolvunt tributum. *Auctor Commentarii in Paulum editi cum operibus D. Ambroſii in cap. 13. epiſt. ad Roman.* Ideo dicit tri-

buta præſtari, vel quæ dicuntur fiſcalia, ut ſubjectionem præſtent per quam ſciant non ſe eſſe liberos, ſed ſub poteſtate degere quæ ex Deo eſt. Imperatores Valentinianus, Valens & Gratianus *epiſt. ad Epiſcop. Aſiæ relata a Theodor. lib. 4. cap. 7.* agentes de Catholicis Epiſcopis qui Concilium in Illyrico celebrarant eos ſic deſcribunt. Qui cum noxios omnes Dæmonas per orationem abigere ſtudeant, & publicas præſtationes juxta leges inferre norunt, & Imperatoriæ poteſtati neutiquam contradicunt, ſed ſincere tum ſummi Regis ac Dei mandatum cuſtodiunt, tum noſtris legibus obſequuntur. Contrariam ſententiam ſequi videntur S. Hieronymus *loco in caput 17. Matth. jam laudato*, & D. Auguſtinus *lib. 1. quæſt. Evang. quæſt. 23.* Vide *Bellarminum lib. 1. de Cleric. cap. 28.*

De Officialibus Rationalibus.

IV. Idem A. ad Taurum PP.

OFFICIALES rationales[1]; ſi exhibitione curſus ſeu primipili neceſſitate neglecta, interverſa etiam ratione fiſcali[2], ad Clericatus honorem putaverint tranſeundum, ad priorem conditionem retrahantur[3]. Si vero obnoxii ratiociniis vel neceſſitatibus non ſint, ſub notione Judicum, Officiis conſentientibus, ſi probabilis vitæ ſtudium id poſtulaverit, transferantur, nec ceſſionem metuant facultatum. Quod ſi clandeſtinis artibus putaverint irrependum, duas partes ſuarum rerum concedant liberis: aut ſi proles defuerit, propinquis: ex propria ſubſtantia portionem tertiam ſibimet retenturi. Sin vero propinquorum neceſſitudo defuerit, geminæ portiones Officiis, in quibus militant, relinquantur: portione tantummodo tertia ſibi retenta. Datum IV. Kalend. Septemb. TAURO & FLOR. COSS. 361.

1 *Officiales rationales*] Sumpta eſt hæc Conſtitutio ex *lege 8. Cod. Theodoſ. tit. de cohortalibus Principum*, cui & jungenda *lex 49. ejuſd. Cod. Theodoſ. de Decurionib.* Quæ eandem inſcriptionem & ſubſcriptionem habet. *Concil. Carthag. 1. Can. 9.* Metus Caunenſis Epiſcopus dixit, recte ſtatutum eſt ut obnoxii alienis negotiis non ordinentur. *Gelaſius Papa epiſtol. quæ extat tom. 4. Concil. General. col. 1226.* Ne bigamum & qui virginem non eſt ſortitus uxorem atque illiteratum, vel obnoxium, in aliqua parte corporis debilem, notatumque modis omnibus ad ſacros ordines permittat accedere.

2 *Interverſa ratione fiſcali*] *Frontinus lib. 3. ſtratagematum exemplo 3.* fideliſſimum diſpenſatorem ad Octacilium Conſulem miſit, qui tanquam rationibus interverſis transfugiſſet.

3 *Ad priorem conditionem retrahantur*] *Pamelius in hæc verba cap. 12. lib. Tertull. de Idololatr. opera & conditionalis eram.* Opera pro operario. Conditionalis pro eo cujus officium eſt aliquid condere.

De Curialibus aut Officialibus. De Monachis.

In AUTHENT. de ſanctis Epiſcop. ſed neque Curialem. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novel. 123. cap. 15.

SEd neque Curialem aut Officialem, Clericum fieri permittimus: ne ex hoc venerabili Clero fiat injuria. Si vero tales perſonæ in Clero conſtituantur, tanquam nec ad ordinationem perducta, propriæ fortunæ reſtituantur, niſi Monaſticam forſitan vitam aliquis eorum non minus quindecim annis impleverit: tales enim ordinari præcipimus,

quarta propria ſubſtantia ſibi retenta, reliquis partibus curiæ & fiſco vindicandis, ſi in Clero conſtituti Monaſticam & decentem vitam impleverint.

§. 1. *Sed ſi poſt Clericatus honorem aliquis eorum uxorem, aut concubinam acceperit, propria fortuna reddatur, licet tali Eccleſiaſtico gradu tenebatur, in quo quis conſtitutus uxorem ducere non prohibetur. Idem eſt & in omnibus aliis Monachis, licet nulli fortunæ prius ſubjecti fuerint. Et generaliter quicunque in quolibet Eccleſiaſtico gradu conſtitutus, ad ſecularem vitam redierit, honore nudatus, curiali fortuna propria civitatis reddatur.*

Si quis ſacratiſſimam Virginem rapuerit, vel attentaverit.

V. Imp. JOVINIAN. A. Secundo Præfecto Prætorio.

SI quis non dicam rapere, ſed attentare[1] tantum jungendi cauſa matrimonii ſacratiſſimas[2] Virgines[3] auſus fuerit, capitali pœna feriatur. Datum XI. Kalend. Mart.[4] GRATIANO A. III. & MEROBAUDE CONSS.

[1] *Si quis non dicam rapere, ſed attentare*] Hanc legem tulit Jovinianus Antiochiæ quod Juliani temporibus quidam ejuſmodi Virgines uxores ducere auſi fuiſſent. *Nicephor. Calliſt. lib. 10. cap. 39.* Ad Præfect. prætor. quoque generalem dedit conſtitutionem ut deinceps capitaliter in eum animadverteretur qui ſacram Virginem non dicam rapere, ſed attentare tantummodo jungendi matrimonii cauſa, aut oculos impudicos ei adjicere auderet. *Caſſiodor. lib. 7. cap. 4.*

[2] *Sacratiſſimas*] *In Cod. Theodoſ.* Sacratas.

[3] *Virgines*] *In eod. Cod. Theodoſ.* additur invitas. Teſte S. Ambroſio aliquando Virgines manebant apud matrem, ſed & aliquando in Monaſterio, ut certe manebat ea cujus meminit *epiſt. 64. D. Hieronymus lib. 10. in Vigilantium.* Etſi nupſerit Virgo non peccavit. Non illa Virgo quæ ſemet Dei cultui dedicavit, harum enim ſi qua nupſerit habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit, &c. Virgines enim quæ poſt conſecrationem nupſerint non tam adulteræ ſunt quam inceſtæ.

[4] *Datum XI. Kal. Martias.*] Extinctus eſt Jovinianus XIII. Kal. Martias.

De muneribus perſonalibus.

VI. Imperatores VALENTINIANUS, VALENS & GRATIANUS AAA. ad Cataphronium.

PRESBYTEROS[1], Diaconos, Subdiaconos, atque Exorciſtas[2], & Lectores[3], Oſtiarios[4], Acolythos[5] etiam perſonalium munerum expertes eſſe præcipimus. Dat. III. Non. Mart. GRATIANO A. III. & MEROBAUDE CONSS. 377.

[1] *Presbyteros*] Euſebius *lib. 6. cap. 43.* refert fragmentum epiſtolæ Cornelii qui de Novato loquens ait: Ergo ille Evangelii vindex ignorabat unum Epiſcopum eſſe oportere in Eccleſia Catholica, in qua tamen ſciebat, quomodo enim illud neſcire potuiſſet? Presbyteros eſſe quatuor & quadraginta.

[2] *Exorciſtas*] *Cornelius in ead. epiſt.* Exorciſtas & Lectores cum Oſtiariis quinquaginta duos. Exorciſtæ in ordine Eccleſiaſtico. *Cyprianus lib. 4. epiſt. 7. Clemens lib. 1. cap. 7.*

[3] *Lectores*] Præter locum Cornelii ſupra citatum vide *Pamelium in cap. 41. Tertull. lib. de præſcript. Cyprian. epiſt. 33.* Aurelium plebi commendans ſcribit ſe eum lectorem ordinaſſe: Placuit ut ab officio Lectoris incipiat. *In Conc. Laod. quod extat tom. 1. Concil. General. col. 1499. Can. 23.* Quod non oportet Lectores vel Cantores ferre orarium. *In Concil. Carthag. 4. quod habetur tom. 2. Concil. General. col. 1200.*

Can. 8. Lector cum ordinatur faciat de eo verbum Epiſcopus ad plebem indicans ejus fidem ac vitam, atque ingenium, &c. *In Canonibus Apoſtolorum 27. 43. 68.* ſecundus ordo Lectoris.

4 *Oſtiarios*] Oſtiarii officium fuiſſe ordinem Eccleſiaſticum patet ex Clemente *lib. 2. Conſtit. cap. 61.* Eorum meminere *Cornelius in epiſtola ab Euſebio relata. Concilium Laodicenum Can. 24. & Epiphanius in Epitome.*

5 *Acolythos*] Acolytorum non meminit Ignatius. *Clemens lib. 6.* Acolytorum ordo Eccleſiaſticus. *D. Cyprianus epiſt. 54. ad Cornel.* Legi litteras tuas, frater chariſſime, quas per Saturum fratrem noſtrum Acolytum miſiſti. *Iſidorus Hiſpalenſis lib. 7. Etymolog.* Acolyti Græce, Latine Ceroferarii dicuntur a deportandis cereis quando Evangelium legendum eſt aut ſacrificium offerendum.

De Teſtimonio dicendo.

Pars actorum habitorum in Conſiſtorio apud Imperatores Grattianum, Valentinianum, & Theodoſium, Conſulatu Syagrii, & Eucherii virorum clariſſimorum, die III. Kal. Januar. Conſtantinopoli in Conſiſtorio.

VII. Imp. THEODOSIUS dixit.

NEc honore, nec legibus Epiſcopus ad teſtimonium dicendum flagitetur. *Item dixit*, Epiſcopum ad teſtimonium dicendum admitti non decet[1]: nam & perſona oneratur[2], & dignitas Sacerdotis exempta confunditur[3].

1 *Epiſcopum ad teſtimonium dicendum admitti non decet*] Vide *inf. notata ad legem ſequentem num. 3.*

2 *Nam & perſona oneratur*] *Caſſiodorus lib. 6. Formul. 1.* Alioqui onera eſſent potius non honores, ſi ſupra vires aliquid imponeremus invitis.

3 *Dignitas Sacerdotis exempta confunditur*] *Tertullianus lib. de Baptiſm. cap. 17.* Dandi quidem habet jus ſummus Sacerdos qui eſt Epiſcopus. *D. Cyprianus epiſt. 52.* Epiſcopatum Sacerdotii ſublime faſtigium. *Hieronymus epiſt. ad Evagrium*, comprobatur eundem eſſe Epiſcopum atque Preſbyterum. *D. Auguſtinus lib. 2. contr. Julian. cap. ult.* Sancti ac beati & in divinorum eloquiorum pertractatione clariſſimi Sacerdotes Irenæus, Cyprianus, Reticius, Hilarius, Ambroſius, Gregorius, Innocentius, Joannes, Baſilius, quibus addo Preſbyterum velis nolis Hieronymum. *Auctor Commentarii editi cum operibus S. Ambroſii in cap. 4. epiſt. ad Epheſios.* In Epiſcopo omnes ordines ſunt, quia primus Sacerdos eſt, hoc eſt Princeps Sacerdotum. *Et in cap. 3. prioris ad Timotheum epiſtolæ.* Epiſcopi & Preſbyteri una ordinatio eſt, uterque enim Sacerdos eſt, ſed Epiſcopus primus eſt, ut omnis Epiſcopus Preſbyter ſit, non omnis Preſbyter Epiſcopus. *S. Leo epiſt. ad Anaſtaſ. Theſſalonienſ. cap. ult.* Quibus etſi dignitas non ſit communis, eſt tamen ordo generalis, quoniam & inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis; & cum omnium par eſſet electio, uni tamen datum eſt ut cæteris præemineret. *Sidonius lib. 4. epiſt. 25.* Epiſcopum ſummum Antiſtitem vocat. *Et lib. 7. epiſt. 6.* Summum Sacerdotem. *Lib. vero 7. epiſt. 4.* Epiſcopatum appellat Sacerdotii faſtigium. *Theophilactus in cap. 3. prioris ad Timotheum epiſtola.* Quæ de Epiſcopis dixit & Preſbyteris etiam conveniunt, nam & ipſis docendi munus & præfectura Eccleſiæ commiſſa eſt utpote ſola electione inferioribus. Vide *Bellarminum lib. 1. de Cleric. cap. 14.* ubi agens de diſtinctione Epiſcopi & Preſbyteri, oſtendere conatur Epiſcopum in cœtu Preſbyterorum eſſe velut Regem in cœtu Senatorum. *In Can. Si quiſpiam, diſtinct. 81. & in cap. 2. de cohabitat. Cleric. ex vet. lib.* Sacerdos proprie & per excellentiam Epiſcopus. *Idem Bellarminus loco ſup. citato.* Videtur Preſbyterorum nomen non attributum Epiſcopis poſt Concilium Nicænum

In Au-

In AUTHENT. de ſanctis Epiſcop. §. Nulli vero judicum. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 7.

SEd judex mittat adeos quoſdam de ſuis miniſtris, ut propoſitis Sacroſanctis Evangeliis, ſecundum quod decet Sacerdotes, dicant ea quæ noverint, (non tamen jurent.)

Preſbyteri occaſione teſtimonii non torquentur, puniuntur tamen ſi falſum dixerint.

VIII. Idem A. Paulino Præfecto Auguſtali.

PRESBYTERI[1] citra injuriam quæſtionis teſtimonium dicant[2]: ita tamen, ut falſa non ſimulent. Cæteri vero Clerici qui eum deinde gradum, vel ordinem ſequuntur, ſi ad teſtimonium dicendum petiti fuerint, prout leges præcipiunt, audiantur: ut ſalva tamen ſit litigatoribus falſi actio, ſi forte Preſbyteri, qui ſuo nomine ſuperioris loci teſtimonium dicere[3] citra aliquam corporalem injuriam ſunt præcepti, hoc ipſo, quod nihil metuant, vera ſuppreſſerint; multo magis enim pœna digni ſunt, quibus cum plurimum honoris per noſtram juſſionem delatum eſt, occulto inveniuntur in crimine. Datum VIII. Kal. Aug. ARCAD. A. & BAUTONE CONSS. 385.

[1] *Presbyteri*] *L. 4. Cod. Theodoſ. tit. de Judæis.* Superſtitionis indignæ eſt, ut Archiſynagogi ſive Preſbyteri Judæorum, vel quos ipſi Apoſtolos vocant, &c.

[2] *Citra injuriam quæſtionis teſtimonium dicant*] Nam privilegia ſuſtulerat Julianus. Non tamen jurent, quia Chriſtus jurare prohibuit. Mira caſtigatio Pithœi: Chriſtus enim dixit non jurare omnino: at teſtimonium dicere jurare eſt. Prævaleat igitur lex divina, & maneat inconcuſſa in hoc ſermone (non tamen jurent) quo confirmatur lex humana, & ſine quo infirmatur.

[3] *Si forte Presbyteri qui ſuo nomine ſuperioris loci teſtimonium dicere, &c.*] Melius ſub nomine. *Concil. Nicæn. Can. 14.* Nec ſedere quidem in medio licet Preſbyterorum Diaconos. *Laodicen. Can. 20.* Quod non oporret Diaconum ante Preſbyterum ſedere. *Agathenſ. Can. 65.* Quod non oportet Diaconum ſedere præſente Preſbytero. *D. Hieronymus Commentar. in cap. 48. Ezechielis.* Ignorantes humilitatem ſtatus ſui, ultra Sacerdotes, hoc eſt Preſbyteros, intumeſcunt, & dignitatem non merito, ſed divitiis exiſtimant. Certe qui primus fuerit Miniſtrorum, quia per ſingula concionatur in populos, & a Pontificis latere non recedit, injuriam putat ſi Preſbyter ordinatur: & non meminit menſarum & viduarum miniſter in obſequium ſe & miniſterium non ſolum Sacerdotum, ſed & viduarum & pauperum delegatum. Uſque ad Carolum Magnum Diaconi in conſpectu Preſbyteri.

In AUTHENT. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. Reverendiſſimis, col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 20.

PResbyteri, ſeu Diaconi, ſi falſum teſtimonium perhibuiſſe convincantur, ſiquidem in cauſa pecuniaria, a divino miniſterio duntaxat per tres annos ſeparati, Monaſteriis pro tormentis tradantur: ſed ſi in criminali, Clericatus honore nudati, legitimis pœnis afficiendi ſunt: cæteri vero Clerici, communi jure ab officio Eccleſiaſtico repulſi, ſine delectu cauſæ verberibus coerceantur.

De Ætate Diaconiſſæ.

IX. Imppp. VALENTINIANUS, THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano PP.

NULLA, niſi emenſis quinquaginta annis [1], ſecundum præceptum Apoſtoli, ad Diaconiſſarum conſortium [2] transferatur. Datum XI. Kalend. Jul. Mediolani, VALENTINIANO A. IV. & NEOTHERIO CONSS. 390.

[1] *Nulla, niſi emenſis quinquaginta annis, &c.*] Lata fuit hæc lex a Theodoſio occaſione matronæ a Diacono compreſſæ. Factum narrat Sozomenus *lib. 7. cap. 16. &* Nicephorus Calliſtus *lib. 12. cap. 28.* D. Hieronymus *epiſt. ad Salvian. de viduitate ſervand.* Oſtendit qualiter viduæ bonis Eccleſiæ ſuſtentari deberent. Sed quia, inquit, rudem Chriſti inſtituebat Eccleſiam (Paulus) & omni ordini providebat, præcipueque pauperibus, quorum ei cura cum Barnaba fuerat demandata, illas vult Eccleſiæ opibus ſuſtentari, quæ propriis manibus non queunt laborare, quæ vere viduæ ſunt: quas & ætas probat & vita. Eandem ſententiam repetit *Commentario in Iſaïam.* Nec Eccleſiaſticis vidua ſuſtentatur alimentis, niſi quæ ſexaginta annorum eſt, & maturitatem habet morum & ætatis.

[2] *Diaconiſſarum conſortium*] Vide *Pamelium in cap. 13. Tertull. de exhortat. caſtitat. num. 72. converſionem Sanctæ Pelagiæ in vit. Patr. Baron. tom. 3. Hiſtor. Eccleſiaſt. 271. 272.*

De Ætate Preſbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Epiſcopi.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſc. §. Preſbyterum, col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 13.

PResbyterum minorem XXXV. annis fieri non permittimus: ſed neque Diaconum, vel Subdiaconum minorem XXV. annis: neque lectorem minorem annis XVIII. Item Epiſcopum, minorem annis XXXV. ordinari prohibemus.

De Ætate Diaconiſſæ, & ea quæ pervenit ad ſecundas nuptias.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſc. §. Diaconiſſam vero, coll. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 13.

DIaconiſſam in ſancta Eccleſia non ordinari præcipimus, quæ minor ſit annis quadraginta, aut ſi ad ſecundas pervenerit nuptias.

De Injuria facta Sacerdotibus, & miniſtris, vel ipſi ſacro cultui, locoque.

X. Imperatores ARCADIUS & HONORIUS, AA. Theodoro PP.

SI quis in hoc genus ſacrilegii proruperit [1], ut in Eccleſias Catholicas irruens, Sacerdotibus, Miniſtris, vel ipſi cultui, locoque, aliquid importet injuriæ, quod geritur, a provinciæ Rectoribus animadvertatur: atque ita provinciæ Moderator, Sacerdotum & Catholicæ Eccleſiæ Miniſtrorum, loci quoque ipſius, & divini cultus injuriam capitali in convictos, ſeu confeſſos reos ſententia noverit vindicandum: nec expectet,

ut Epiſcopus injuriæ propriæ ultionem depoſcat, cui ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit[2]. Sitque cunctis laudabile, factas atroces Sacerdotibus, aut Miniſtris injurias, veluti crimen publicum perſequi, ac de talibus reis ultionem mereri. Quod ſi multitudo violenta a civilis Apparitoris executione & adminiculo ordinum vel ordinatorum poſſeſſorumve non poterit flagitari, quod ſe armis aut locorum difficultate tueatur: Præſides provinciarum etiam militari auxilio[3] per publicas litteras appetito, competentem vindictam tali exceſſui imponere non morentur. Dat. VII. Kal. Maii, Mediolani. HONORIO III. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

[1] *Si quis in hoc genus ſacrilegii proruperit*] *In commonitorio dato a Patribus Concilii Africani Theaſio & Evodio quod extat tom. 2. Concil. General. col. 1108.* Donatiſtarum & Circumcellionum in Catholicos furor ſic deſcribitur. Nota eſt enim & ſæpe legibus conclamata Circumcellionum qua furiunt deteſtabilis manus, quæ etiam ipſorum religioſiſſimorum ſupra Principum frequentibus ſanctionibus condemnata eſt; adverſus quorum furorem poſcimus non inſolita, nec a Scripturis ſanctis aliena impetrare præſidia, quando Apoſtolus Paulus, ſicut in Apoſtolorum actibus fidelibus notum eſt, factioſorum conſpirationem militari etiam ſubmovit auxilio.

[2] *Cui ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit*] *Socrates in proœmio lib. 6. Hiſtor. Eccleſ.* Qui perſonas Eccleſiaſticas in ſummo habent honore, nobis crimini dabunt quod Epiſcopos non vocamus Deo chariſſimos, aut ſanctiſſimos, aut aliis id genus nominibus. *Tertullianus ad uxorem lib. 2.* Quid fœminæ ſanctæ. *Pamelius* hoc eſt Chriſtianæ. Olim Chriſtiani vocabantur ſancti, unde ſanctiſſimi dicti Epiſcopi, quem titulum ex antiquitate retinuit Pontifex Romanus. *Heracl. in Arnob. pag. 283. D. Auguſt. epiſt. 147.*

[3] *Militari auxilio*] Latronibus veſtigandis per univerſas provincias militaris ſtatio ſortitur.

De Injuria, ut ſupra. De litaniis.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſc. §. Si quis cum ſacra, col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 31.

SEd novo jure pro tali injuria verberatur, aut in exilium mittitur. Sed ſi ſacra miniſteria turbaverit, vel celebrare prohibuerit, capite puniatur. Idem eſt, & in litaniis. nam pro injuria verberatus exilio tradatur. ſi eas concuſſerit, capite plectatur. Laicis facere litanias interdicimus ſine Clericis: quæ ſine orationibus & cruce fieri non debent.

Unde & quot Clerici eligendi.

XI. Iidem A A. Eutychiano P P.

IN Eccleſiis, quæ in poſſeſſionibus (ut fieri adſolet) diverſorum, vicis etiam vel quibuſlibet locis ſunt conſtitutæ[1], Clerici non ex alia poſſeſſione, vel vico, ſed ex eo, ubi Eccleſiam eſſe conſtiterit, ordinentur[2]: ut propriæ capitationis onus ac ſarcinam recognoſcant: ita ut pro magnitudine, vel celebritate uniuſcujuſque vici, Eccleſiis certus, judicio Epiſcopi, Clericorum numerus ordinetur. Datum III. Kalend.

Aug. Minizo. HONORIO A. IIII. & EUTYCHIANO. CONSS. 398.

[1] *In Eccleſiis quæ in poſſeſſionibus, ut adſolet diverſorum, vicis etiam, vel quibuſlibet locis ſunt conſtitutæ*] Philo narrat Chriſtianos in ſingulis agris σεμνεῖα, hoc eſt ædiculas ſacras habuiſſe *lib. de ſupplicum virtutibus. S. Chryſoſtomus Homil. 18. in Act. Apoſtol. & Homil. 1. adverſ. Gentil.* Quod Chriſtus Deus ſit ex domibus divitum Eccleſias fuiſſe conſecratas. *D. Hieronymus in Epitaph. Paulæ. D. Auguſtinus breviculo.* Nunquid enim in Eccleſia non fit quotidie, quando eos quos armis corripimus, etiamſi in eorum poſſeſſione ſimus, nihil ibi apud eos contingimus. *Plin. lib 9. epiſt.* Pagani etiam in agris prædiiſque ſuis partes quaſdam templis ſacelliſque, ubi Deos colerent, dicabant. *Apul. Apolog. 1.* Aruſpicum monitu retinendas miſi ædes Cereris in prædiis: iſte vero nec Diis rurationis qui eum paſcunt ac veſtiunt, ſegetes ullas, aut vitis aut gregis primitias impartit: nullum in villa ejus delubrum ſitum, nullus locus aut lucus.

[2] *Non ex alia poſſeſſione vel vico, ſed ex eo ubi Eccleſiam eſſe conſtiteris, ordinentur*] *Idem in Can. 21. Concil. African. circ. tempor. Boniſac. PP. 1.* Ut Clericum alienum nullus ſibi præripiat Epiſcopus præter ejus arbitrium cujus fuerit Clericus. *Vide Concil. Antiochen. Can. 10. Chalcedon. Can. 17. & Carthagin. Can. 4. act. 8. Damaſus PP.* qui in vicis vel in poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur.

[3] *Judicio Epiſcopi*] Cui ipſe Chorepiſcopus cum poſſeſſione ſubjectus eſt. *Can. 10. Concil. Antiochen.*

De Curialibus.

XII. Iidem A A. Eutychiano P P.

SI quis Curialis Clericus fuerit ordinatus [1], nec ſtatim, conventione præmiſſa, priſtinæ conditioni reddatur, is vigore & ſolertia judicantium, ad priſtinam ſortem, veluti manu injecta [2], mox revocetur: Clericis enim ulterius legem prodeſſe non patimur: quæ, ceſſione patrimonii ſubſecuta, decuriones Clericos eſſe non vetabat. Datum VI. Kal. Aug. Minizo. HON. A. IIII. & EUTYCHIAN. CONSS. 398.

[1] *Si quis Curialis Clericus fuerit ordinatus, &c. ad priſtinam ſortem mox revocetur*] Lex iſta revocata eſt *L. 163. Cod. Theodoſ. de Decurion. D. Ambroſius lib. 1. epiſt. 29. ad Theodoſ.* Quomodo excuſabo apud Epiſcopos qui nunc, quia per triginta & innumeros annos Preſbyteri quidam gradu functi vel Miniſtri Eccleſiæ retrahuntur a munere ſacro, & curiæ deputantur; graviter gemunt, nam cum hi qui vobis militant certo militiæ tempore ſerventur, quanto magis eos conſiderare debitis qui Deo militant? *Et epiſt. 31.* Si privilegium quærat Sacerdos ut onus curiæ vitet, patria atque avita omnium facultatum poſſeſſio ei cedendum eſt. *Idem epiſt. 32. ad Valentinian.* contendit Imperiali etiam lege cautum eſſe ut Sacerdotes de Sacerdotibus judicent. Anno 420. ſub Honorio & Theodoſio Boniſacius ſtatuit ut ſervus, vel obnoxius curiæ ac cujuſlibet, &c. non fieret Clericus. *Innocentius PP. Victricio Epiſcopo Rothomagenſi. In epiſt. Decretal. pag. 14. & 15. Et Felici Nucerino Epiſcopo cap. 3.* Præterea frequenter quidem e fratribus noſtris curialibus vel quoſlibet publicis functionibus occupatos Clericos facere contendunt, quibus poſtea major triſtitia, cum de revocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quam gratia de aſcito naſcatur.

[2] *Veluti manu injecta*] Hæc loquendi formula uſurpatur *L. 10. Cod. Theodoſ. de diverſ. offic.* Vide *Briſſonium 419. Tertullianus adverſus Marcionem.* Et quodammodo injecta manu deſinens adverſarii ſenſum. *Symmachus.* Illa injecit manum, illa invitam retraxit.

De Privilegiis Eccleſiæ.

XIII. Iidem A A. Fidiano Vicario.

SI venerabilis Eccleſiæ privilegia[1] cujuſquam fuerint, vel temeritate violata, vel diſſimulatione neglecta, commiſſum hoc quinque librarum auri condemnatione plectetur. Datum VI. Kal. Jul. Brixiæ. THEODORO V. C. CONSS. 399.

[1] *Si venerabilis Eccleſiæ privilegia*] Socrates *lib. 6. cap. 5.* Sozomenus *lib. 8. cap. 7.* & Nicephorus Calliſtus *lib. 13. cap. 4.* Narrant Eutropium Euneuchum ſuaſiſſe ut lex ferretur, qua vetabatur ne quiſquam ad Eccleſiam confugeret, & quicumque ad eam confugiſſent, inde abſtraherentur. Verum Dei vindicta continuo ſubſecuta eſt. Vix enim lex propoſita erat, cum Eutropius in offenſionem veniens Imperatoris, ipſe quoque ad Eccleſiam confugit. Epiſcopus igitur dum Eutropius ſub menſa altaris jaceret metu perculſus, ſedens in ambone, unde etiam concionari ſolebat, quo facilius ab omnibus exaudiretur, objurgatoriam in eum habuit orationem.

De Excommunicatis.

Nova Conſtitutio Friderici de ſtatu & conſuet. contra lib. Eccl. §. Item quæcumque, coll. x.

Item quæcumque communitas vel perſona, quæ annum in excommunicatione propter libertatem Eccleſiæ fractam & violatam perſeveraverit, ipſo jure imperiali banno ſubjaceat: a quo nullatenus extrahatur: niſi prius ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento.

De Epiſcopo exauctorato.

XIV. Iidem A A. Hadriano P P.

QUICUMQUE[1], reſidentibus Sacerdotibus[2], fuerit Epiſcopali loco, vel nomine detruſus, ſi aliquid contra cuſtodiam vel quietem publicam moliri fuerit deprehenſus, rurſuſque petere Sacerdotium, a quo videtur expulſus[3], procul ab ea urbe, quam conturbaverit, centum millibus vitam agat[4]: nec noſtra adeat ſecreta, nec impetrare reſcripta ſperet, ſed etiam impetratis careat: defenſoribus etiam eorum noſtram indignationem ſubituris. Datum Prid. Non. Febr. Raven. STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

[1] *Quicumque*] Extat hæc lex *in Codice Theodoſiano num. 35. tit. de Epiſcop. & apud Rubeum lib. 2. Hiſtor. Ravennat. pag. 65. & 66.*

[2] *Reſidentibus Sacerdotibus*] *Cyprianus Cornel. fratr. epiſt. 71.* Conſidentibus Dei Sacerdotibus, & altari poſito antiquo more. Joanni Chryſoſtomo objiciebatur quod depoſitus ante Synodi ſententiam in Epiſcopali ſolio conſedriſſet. Rem narrant Socrates *lib. 6. cap. 18.* & Sozomenus *lib. 8. cap. 20. Rufinus Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 1.* Ibique Arium trecentis decem & octo Epiſcopis reſidentibus adeſſe jubet. *Maximus Imperator Siricio Epiſcopo tom. 1. epiſt. Decretal. pag. 48.* Ut iiſdem reſidentibus & cognoſcentibus.

[3] *Rurſuſque petere Sacerdotium, a quo fuerit expulſus*] *Sigonius pag. 244.* Chryſoſtomo præcipue crimini verſum quod contra Canones poſt priorem abdicationem ſine Concilii auctoritate ſemet in Sede Epiſcopali locaverat: eaque de re condemnatus eſt.

a *Procul ab urbe centum millibus vitam agat*] *L. 1 ff. de Offic. praefect. urb. Proſper Aquitanus* ſtatim a ſuis aſpectibus pulſus in centeſimo lapide. *In reſcript. Conſtant.* Eximietas tua omnes qui invident petat, diligenter inquirat, & eos faciat ſtatim e muris urbis expelli, tamen ne intra centeſimum quidem lapidem licentiam habeant conſiſtendi.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſc. §. Si quis autem Epiſcop. coll. 9. tit. 9. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 11.

SI quis Epiſcopus Sacerdotio pulſus, praeſumpſerit ingredi civitatem, ex qua pulſus eſt, relinquens locum, in quo degere juſſus eſt, jubemus, hunc Monaſterio in alia religione conſtituto tradi: ut, quae in Sacerdotio deliquit, in Monaſterio degens corrigat.

De Illicitis Conventiculis.

XV. Iidem A A. Studio P. U.

CONVENTICULA illicita etiam extra Eccleſiam in privatis aedibus [1] celebrari prohibemus, proſcriptionis domus periculo imminente, ſi Dominus ejus in ea Clericos nova ac tumultuoſa conventicula extra Eccleſiam celebrantes ſuſceperit. Datum IV. Kal. Septemb. CP. HONORIO A. VI. & ARISTAENETO CONSS. 404.

[1] *Conventicula illicita extra Eccleſiam in privatis aedibus*] De iiſdem conventiculis eſt. *Lex 5. Cod. Theodoſ. tit. de his qui de religion. contend. Caſſiodor. lib. 10. cap. 17.* Haec de conventiculis Joannitarum, uti tum loquebantur, in privatis aedibus. De quibus ſic Sozomenus *lib. 8. cap. 23.* Etenim cum vel cum illo, vel cum familiaribus illius communicare ac precari tutum non eſſe arbitrarentur, ob id quod his intermixti ſemper eſſent Joannis hoſtes, ac proinde, uti dictum eſt, ſeorſum in extremis urbis receſſibus congregarentur, ad Imperatorem cognitio rei refertur. Juſſus igitur cohortium Dux una cum militibus in congregatos impetum facere.

De Cenſibus.

XVI. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio PP.

QUISQUIS cenſibus fuerit annotatus, invito agri Domino temperet ab omni Clericatu: adeo, ut etiamſi in eo vico, in quo noſcitur manſitare, Clericatus fuerit, ſub hac lege religioſum adſumat Sacerdotium; ut & capitationis ſarcinam per ipſum Dominum agnoſcere compellatur, & in ruralibus obſequiis, quo maluerit, ſubrogato utatur: ea ſcilicet immunitate indulta, quae certae capitationis venerandis Eccleſiis relaxatur: nullo contra hanc legem unquam valituro reſcripto. Dat. ** HONORIO A. VIII. & THEOD. A. III. CONSS. 409.

De Publicis Actionibus, vel ad curiam pertinentibus & Publicis Spectaculis.
1. De Parabolanis.

XVII. Iidem A A. Maximo PP.

PLACET[1] noſtræ clementiæ, ut nihil commune Clerici cum publicis actionibus, vel ad curiam pertinentibus cujus corpori non ſunt annexi, habeant.

§. 1. Præterea his qui Parabolani[2] vocantur, neque ad quodlibet publicum ſpectaculum, neque ad curiæ locum, neque ad judicium accedendi licentiam permittimus: niſi forte ſinguli, ob cauſas proprias & neceſſitates judicem adierint, aliquem pulſantes lite, vel ab alio ipſi pulſati, vel in communes totius corporis cauſas ſyndico ordinato: Sub ea definitione, ut, ſi quis eorum hæc violaverit, & brevibus Parabolanis eximatur, & competenti ſupplicio ſubjugetur, nec unquam ad eandem ſollicitudinem revertatur. Datum III. Kalend. Octob. CP. THEOD. A. VII. & PALLADIO CONSS. 416.

[1] *Placet, &c.*] Vide acta Synodi Epheſinæ.
[2] *Parabolani*] Ii erant qui ſe curandis ægris addicebant, ut patet *ex L. 42. & 43. Cod. Theodoſ. tit. de Epiſcop.* Parabolani autem erant Clerici, ut fatetur Baronius *ad ann. 417.*

De ludis & ſpectaculis.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſc. §. Interdicimus. ii col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 10.

INterdicimus ſanctiſſimis Epiſcopis, & Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, & Lectoribus, & omnibus aliis cujuſlibet ordinis venerabilis Collegii aut Schematis conſtitutis, ad tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes eſſe, aut inſpectores fieri, aut ad quodlibet ſpectaculum ſpectandi gratia venire. Si quis autem ex his in hoc deliquerit, jubemus hunc tribus annis à venerabili Miniſterio prohiberi, & in Monaſterium redigi: ſed in medio tempore ſi ſe pœnitentem oſtenderit, liceat Sacerdoti ſub quo conſtitutus eſt, tempus minuere, & hunc priori rurſus Miniſterio reddere.

De Parabolanis.

XVIII. Iidem A A. Monaxio PP.

PARABOLANOS qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, ſexcentos conſtitui præcipimus: ita ut per arbitrium viri reverendiſſimi Antiſtitis Alexandrinæ urbis de his qui antea fuerant, & qui pro conſuetudine curandi gerunt experientiam, ſexcenti Parabolani ad hujuſmodi ſollicitudinem eligantur: exceptis videlicet honoratis, & curialibus. Si quis autem ex his naturali ſorte fuerit adſumptus, alter in ejus locum pro voluntate ejuſdem Sacerdotis (exceptis honoratis & curialibus) ſubrogetur, ita ut hi ſexcenti viri reverendiſſimi Sacerdotis præceptis ac diſpoſitionibus obſecundent, & ſub ejus cura conſiſtant: reliquis, quæ dudum latæ legis forma complectitur, ſuper his Parabolanis,

vel de ſpectaculis, vel de judiciis, cæteriſque (ſicut jam ſtatutum eſt) cuſtodiendis. Dat. III. Non. Febr. CP. HONORIO XII. & THEODOS. X. AA. CONSS. 418.

Quæ mulieres cum Clericis habitare poſſunt.

XIX. Iidem AA. Palladio P. Urb.

EUM, qui[1] probabilem ſeculo diſciplinam agit[2], decolorari[3] conſortio ſororiæ appellationis[4] non decet. Quicunque igitur cujuſcunque gradus Sacerdotio fulciuntur, vel Clericatus honore cenſentur: extranearum ſibi mulierum interdicta conſortia cognoſcant, hac tantum eis facultate conceſſa, ut matres, filias, atque germanas intra domorum ſuarum ſepta contineant: in his enim nihil ſævi criminis[5] exiſtimari fœdus naturale permittit. Illas etiam non relinqui caſtitatis hortatur affectio, quæ ante Sacerdotium maritorum, legitimum meruere conjugium: neque enim Clericis incompetenter adjunctæ ſunt, quæ dignos Sacerdotio viros ſua converſatione fecerunt[6]. Dat. VIII. Idib. Maii, Raven. DN. THEOD. A. IX. & CONSTANTIO V. C. CONS. 420.

[1] *Eum qui*] Hæc lex deſumpta eſt ex Concilio Nicæno, *Can. 3.* & Carthaginenſi *3. Can. 17.*

[2] *Probabilem ſeculo diſciplinam agit*] *L. 2. c. Theodoſ. tit. de Scanicis.* Ex Scænicis natas, ſi ita ſe geſſerunt ut probabiles babeantur, tua ſinceritas ab inquietantibus fraude, deceptionibuſque ſubmoveat. *Spartianus in Ælio Vero cap. 5.* In vita privata etſi minus probabilis, minus tamen reprehendendus, ac memor familiæ, comptus, decorus, &c. *Arnobius lib. 7. adverſ. gent.* Extremo ſin propter bonos priſcos mali etiam converſati ſunt priſci, & propter bonos minores ætas debuit ſequendo, quamvis eſſet improbabilis proregi. *Caſſianus lib. 5. de Inſtitut. Cœnob. cap. 3.* Quod ſi quoſdam hoc amictu circumdatos audivimus probabiles extitiſſe, non ex eo nobis Monaſteriorum eſt regula ſancienda, vel antiqua Sanctorum Patrum ſunt perturbanda Decreta, &c.

[3] *Decolorari*] *Lampridius in Alexandro.* Huc acceſſit nimia & Senatus & populi inclinatio poſt illam cladem quæ non ſolum Antoninorum nomen decoloravit, ſed etiam Romanum dehoneſtavit Imperium.

[4] *Conſortio ſororiæ appellationis*] *Hieronymus adverſus Vigilantium.* Matres vocamus ſorores & filias, & non erubeſcimus vitiis noſtris nomina pietatis obtendere. *Idem ad Ruſinum.* Sub nominibus pietatis quærere ſuſpecta conſortia. *Synodus Ancyrana Can. 19.* Virgines quidem certe, quæ cum quibuſdam tanquam cum fratribus congrediuntur, prohibuimus. *Agathenſis Can. 10.* Nullus Clericorum extraneæ mulieri quolibet conſortio aut familiaritate jungatur: & non ſolum in domo illius extranea mulier accedat, ſed nec ipſe frequentandi ad extraneam mulierem habeat poteſtatem; ſed cum matre tantum, ſorore, filia & nepte, ſi babuerit aut voluerit, vivendi liberam habeat poteſtatem; de quibus nominibus nefas eſt aliud, quam natura conſtituit, ſuſpicari. *Deſpenſeus de continent. lib. 6. cap. 12. pag 794.*

[5] *Sævi criminis*] Forte ſcævi. *Donatus in Adelph* Proprie obrenuntiare Auguriis dicuntur qui aliquid mali ominis ſcævumque viderint. *Sidonius lib. 2. epiſt. 9. loquens de origine quem Ruſinus tranſtulerat.* Cur a quibuſdam Protomyſtatum tamquam ſcævus cavenduſque tractator improbaretur? *Iſidorus.* Scævus, ſiniſter, atque perverſus a perverſitate, eſt enim peſſimi & crudelis animi.

[6] *Dignos Sacerdotio Viros ſua converſatione fecerunt*] Alludit ad locum Pauli *1. ad Corinth.*

Corinth. cap. 7. verſ. 14. Etſi qua mulier fidelis habet virum infidelem & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum. *Concil. Arelat. 2. Can. 2.* Aſſumi aliquem ad Sacedotium non poſſe in vinculo conjugii conſtitutum, niſi fuerit promiſſa converſio. *D. Chryſoſtom. in Pſalm. 50.* Scio multas mulieres per bonam converſationem ſacraſſe viros ſuos.

In AUTHENT. de Nupt. §. Sed & ſi quis inter, col. 4. tit. 1. ſeu Novell. 22. cap. 42.

MUlto magis ergo ceſſant eorum conjugia: ſoli enim Cantores Lectoreſque nuptias contrahere permittuntur: aliis autem omnibus penitus interdicimus. Veruntamen ſi & ipſi ad ſecundas pervenerint nuptias, nequaquam ad Sacerdotii culmen aſcendant [1].

[1] *Nequaquam ad Sacerdotii culmen aſcendant*] *In Vet. Cod.* Ad majoris Sacerdotii.

In AUTHENT. quomodo oportet Epiſc. §. Hæc autem verſic. Neque autem, col. 1. tit. ult. ſeu Novell. 6. cap. 5.

EPiſcopo nullam mulierem ſecum habere permittitur: ſed ſi habere probetur, ab Epiſcopatu dejiciatur, quo ſe fecit indignum.

De Bonis Clericorum & Monachorum.

XX. Imp. THEOD. & VALENT. AA. ad Taurum Præfect. P. & Patricium.

SI quis Preſbyter, aut Diaconus, aut Diaconiſſa, ſeu Subdiaconus, vel cujuſlibet alterius loci Clericus, aut Monachus, aut Mulier, quæ ſolitariæ vitæ dedita eſt, nullo condito teſtamento deceſſerit: nec ei parentes utriuſque ſexus, vel liberi, vel qui agnationis cognationiſve jure junguntur, vel uxor extiterit, bona, quæ ad eum, vel ad eam pertinuerunt, Sacroſanctæ Eccleſiæ, vel Monaſterio, cui forte fuerat deſtinatus, aut deſtinata, omnifariam ſocientur; exceptis his facultatibus, quas forte cenſibus adſcripti, vel juri Patronatus ſubjecti, vel Curiali conditioni obnoxii Clerici, vel Monachi, cujuſcunque ſint ſexus, relinquunt. Neque enim juſtum eſt bona, ſeu peculia, quæ aut Patrono legibus debentur, aut domino poſſeſſionis, cui quis eorum fuerat adſcriptus, aut ad curias pro tenore dudum latæ conſtitutionis ſub certa forma pertinere noſcuntur, ab Eccleſiis aut Monaſteriis detineri: actionibus videlicet competentibus Sacroſanctis Eccleſiis vel Monaſteriis reſervatis: ſi quis forte prædictis conditionibus obnoxius, aut ex geſtis negotiis, aut ex quibuſlibet aliis Eccleſiaſticis actionibus obligatus obierit. Dat. XIV. Kal. Jan. ARIOVINDO & ASPERE CONSS. 334.

In AUTHENT. de Monachis. §. Illud quoque, col. 1. tit. 5. ſeu Novell. 5. cap. 5.

NUnc autem cum Monachus factus eſt, hoc ipſo ſuas res omnes obtuliſſe Monaſterio videtur: ſi prius teſtatus non ſit; & exinde de judicio ejus, ceſſante lege, diſponitur: ut ſi liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donandi titulo

contulerit, eatenus ſubſtantia Monaſterio deſtinata detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum: ſalvo tamen jure uxoris, & aliorum creditorum.

De Muneribus Curiæ.

XXI. Iidem A A. Thomæ Præfecto Prætorio.

AD ſimilitudinem tam Epiſcoporum Orthodoxæ fidei, quam Preſbyterorum & Diaconorum; hi, qui honorario titulo illuſtrem dignitatem conſecuti ſunt, per ſubſtitutos, periculo ſuarum facultatum, curiæ muneribus ſatisfacere non vetentur. Dat. IV. Non. April. C.P. ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

De Accuſatione Epiſcopi. 1. De Privilegiis Eccleſiarum. 2. De literis Syſtaticis.

XXII. Iidem AA. FLORENTIO [1]. PP.

SI qua per calumniam [2] poſtulatio ſuper criminalibus cauſis apud competentem judicem depoſita exhibitionis cauſa fuerit, Sacroſanctæ religionis Antiſtiti triginta pondo auri condemnatione publicis calculis inferenda, ut percellatur, præcipimus.

§. 1. Quinetiam omnia privilegia, quæ Sacroſanctis Eccleſiis confugarum, aut Clericorum, Decanorum, aut aliorum Eccleſiaſticorum cauſa, legibus ſunt præſtita, intacta atque illibata ſervari.

§. 2. Præterea jubemus [3], ut omnes Clerici atque Monachi, qui de ſuis civitatibus ad hanc almam Urbem Eccleſiaſtici negotii, vel religionis cauſa proficiſcuntur, litteris Epiſcopi, cui unuſquiſque eorum iter faciens obſequitur, muniti adveniant: ſcituri, quod ſi citra hanc fiduciam acceſſerint [4], ſibimet imputabunt, quod non Clerici vel Monachi eſſe putabuntur. D. [5] THEOD. A. XVII. & FESTO CONSS. 439. [6]

[1] *Florentio*] *In Vet. Cod.* Flotentino.

[2] *Si qua per calumniam*] *Codex Eccleſiæ Africanæ Can. 23.* Ut Epiſcopi trans mare non proficiſcantur niſi conſulto primæ Sedis Epiſcopo ſuæ cujuſque Provinciæ: ut ab eo præcipue poſſit ſumere formatam vel commendatitiam.

[3] *Præterea jubemus, &c.*] *Concilium Milevitanum Can. 20.* Placuit ut quicumque Clericus propter neceſſitatem ſuam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam accipiat ab Epiſcopo. Quod ſi ſine formata voluerit pergere, a communione removeatur.

[4] *Acceſſerint*] *2. Vet. Cod.* Egreſſi fuerint.

[5] *D.*] III. Idus Februarii C.P.

[6] *Theodoſ. A. XVI. & Feſto Conſulib. 439.*] Valent. III. & Nom. Conſulib.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſcop. §. Sed neque pro qualibet, col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Nov. 123. c. 8.

NUllus Epiſcopus [1] invitus ad civilem, vel militarem judicem in qualibet cauſa producatur, vel exhibeatur, niſi Princeps jubeat. Judex autem, qui duci, vel exhiberi imperaverit, poſt cinguli privationem, viginti libras auri Eccleſiæ illi, cujus Epiſcopus

eſt, perſolvat: executore poſt cinguli privationem verberibus ſubdendo, & in exilium deportando.

[1] *Nullus Epiſcopus, &c.*] *Synodus Carthaginenſis III. habita anno Chriſti 397. Can. 9.* Item placuit ut quiſquis Epiſcoporum Presbyterorum & Diaconorum ſeu Clericorum, cum in Eccleſia ei crimen fuerit intentatum, vel civilis cauſa fuerit commota, ſi relicto Eccleſiaſtico judicio publicis judiciis purgari voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat. Et hoc in criminali judicio. In civili vero perdat quod evicit, ſi locum ſuum obtinere voluerit.

De Fabiano ſeu Flaviano & Eutychete.

XXIII. Impp. VALENT. & MARCIAN. AA. Palladio. Præfecto Prætorio.

QUONIAM[1] venerabilis recordationis Fabianus[2] hujus almæ Urbis Epiſcopus, cum venerabilis Synodi innumerabilium pene Sacerdotum, qui Chalcedone convenerunt, tanto & tali decoratus eſt teſtimonio, ut Eutyches, qui contra ſenſerat, cum ſceleratis dictis ſuis ab omnibus uno ore damnaretur: aboleatur quidem Eutychetis damnoſa memoria, Fabiani autem laudabilis recordatio relevetur[3]. Data Conſtantinopoli, pridie Nonas Aſporatio[4] V. C. & qui fuerit nunciatus. CONS. *

[1] *Quoniam, &c.*] Verba hujus legis deſumpta ex actione tertia Concilii Chalcedonenſis.

[2] *Fabianus*] *In Concilio Chalcedonenſi.* Flavianus. Vide *Evagrium lib. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 4. Durandum de ritib. Eccleſ. cap. 47. Baronium tom. 4. 374.* Fabianum vocat Sozomenus.

[3] *Relevetur*] *In Vet. Cod.* Reveletur.

[4] *Aſporatio*] *In Vet. Cod.* Auguſti ſporatio Conſ. *In alio Vet. Cod.* Julii.

De Relicto Pauperibus.

XXIV. Iidem A A. Palladio Præfecto Prætorio.

ID, quod Pauperibus[1] teſtamento vel codicillis relinquitur, non ut incertis perſonis relictum evaneſcat, ſed omnibus modis ratum firmumque conſiſtat[2].

[1] *Pauperibus*] *Anaſtaſius in Hiſtor. pag. 43.* Pulcheria beata & pia dormivit in Chriſto, quæ multa bona fecit, & omnia ſua Pauperibus dereliquit: quæ Marcianus cum multa eſſent alacriter dedit, Videtur enim hæc lex concordare cum *L. 13. ſup. de Sacroſanct. Eccleſ.*

[2] *Conſiſtat*] Adde D. Kal. Maii Anthemio Conſule.

De Foro competenti. 1. De Cautione. 2. De Sportulis.

XXV. Imp. MARCIANUS A. CONSTANTINO P. F. P.

CUM Clericis in judicium vocatis pateat Epiſcopalis audientia: volentibus tamen actoribus, ſi actor diſceptationem ſanctiſſimi Archiepiſcopi noluerit expetiri, eminentiſſimæ tuæ Sedis examen contra

Catholicos ſub viro Reverendiſſimo [1] Archiepiſcopo hujus Urbis Clericos conſtitutos, vel contra Reverendiſſimum Oeconomum, tam de ſuis [2], quàm de Eccleſiaſticis negotiis, ſibimet noverit expetendum: qui in nullo alio foro, vel apud quemquam alterum Judicem eoſdem Clericos litibus itretire, & civilibus vel criminalibus negotiis tentet innectere.

§. 1. Memorati autem Reverendiſſimi Clerici Orthodoxarum Eccleſiarum, quæ ſub viro religioſiſſimo [3] Antiſtite hujus inclytæ Urbis ſunt; in cauſa, in qua vel ipſi, vel procuratores, quos pro ſe dederint, ſententiarum tuarum auctoritate pulſantur; executoribus, per quos cœperint conveniri; fidejuſſorem, ſacratiſſimæ hujus Urbis Eccleſiæ Oeconomum, vel defenſorem præbeant; qui uſque ad quinquaginta libras auri fidejuſſor exiſtat. Ipſe vero Reverendiſſimus Oeconomus almæ hujus urbis Eccleſiæ lite pulſatus, fidejuſſorem pro ſe non præbeat: utpote qui & aliorum Clericorum fidejuſſor futurus eſt, ſed fidei ſuæ committatur. Quod ſi lis diverſorum (excepto Reverendiſſimo Oeconomo) Clericorum, quæ agitanda ſit, memoratam ſummam videatur excedere: Clericus lite pulſatus, det executori pro reſidua quantitate cautionem ſuam: cui nullum tamen inſertum erit jusjurandum: quia Eccleſiaſticis regulis, & Canone a beatiſſimis Epiſcopis antiquitus inſtituto, Clerici jurare prohibentur.

§. 2. Statuimus autem, ut executoribus idem Reverendiſſimus Oeconomus, vel alii diverſi Clerici ſub beatiſſimo Archiepiſcopo hujus ſplendidiſſimæ civitatis, ſententiarum tuarum auctoritate commoniti, duos ſolidos tantummodo dent pro commonitione ſua, & pro inſtitutione procuratoris, ſi per eum voluerint litigare. Quod circa alios quoque diverſos apparitores eminentiæ tuæ, in his quæ ex conſuetudine præbentur officio, obſervari in cauſis prædictorum Clericorum jubemus: ut litis [4] ſumptus vel expenſæ a Clericis pauciores humanioreſque [5] præſtentur. Dat. VIII.* April. VARARI [6] & JOANNE CONSS. 456.

[1] *Reverendiſſimo*] Reverentiſſimo. Sic *in Vet. Cod.*
[2] *Tam de ſuis*] Tam de ipſius.
[3] *Religioſiſſimo*] Religioſo *in Vet. Cod.*
[4] *Ut litis*] Ut illis.
[5] *Humanioreſque*] Humanioreſve.
[6] *Varari*] Varano.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſc. §. Sportularum, coll. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. c. 28.

SEd hodie nulla perſona in Eccleſiaſtico officio conſtituta, in qualibet cauſa criminali, vel pecuniaria cujuſcunque quantitatis, vel Diaconiſſa, vel Monachus, vel Aſcetria, vel Monacha amplius quatuor ſiliquis permittantur dare: niſi cum ex juſſione Principis ad alias provincias vocantur: ubi non ultra unum ſolidum accipiet executor. Epiſcopus pro rebus Eccleſia ſua nihil praſtet nomine ſportularum: actiones contra Eccleſias propoſitas Oeconomis ſuſcipientibus, vel illis, qui in eam cauſam ſunt ordinati. Qui contra hoc exegerit, in duplum, quod exactum eſt, reddet, nudandus cingulo, ſi miles eſt: ſi Clericus, a conſortio Clericorum removendus [1].

[1] *A conſortio Clericorum removendus*] *In 3. Vet. Cod.* a Clero.

De Sportulis ut ſupra. De Cautione ab actore præſtanda.

In AUTHENT. de religioſ. §. Ad excludendas, col. 8. tit. 13. al. tit. 8. ſeu Novell. 112. c. 2.

G*Eneraliter autem judex provideat, libellum pulſato non porrigi, ſportulaſve ab eo non exigi, niſi prius & in libello actor, per ſe, aut per tabularios conſcribat, & actis intervenientibus Fidejuſſorem idoneum periculo competentis officis præſtet.* Quodusque ad finem litis permaneat, eamque vel per ſe, vel per procuratorem exerceat: &, ſi convictus fuerit injuſte moviſſe litem, expenſarum ſumptuumque nomine decimam partem quantitatis in libello comprehenſæ pulſato reſtituat: *aut ſi Fidejuſſorem dare non valet, ſuper iiſdem juratoriam exponat cautionem, & tactis Sacroſanctis Evangeliis, adfirmet,* ſe fidejuſſorem dare non poſſe: *pœna judici & ejus officio imminente, ſi aliter verſati fuerint, in denis libris auri*[1]. *Executoris autem bona publicabuntur, & damnabitur in exilium*[2]: *niſi cauſa moveatur ex conſenſu utriuſque partis.*

[1] *Pœna judici, &c. in denis libris auri*] *In Vet. Cod.* Pœna decem librarum auri judici.

[2] *Executoris autem bona publicabuntur, & damnabitur in exilium*] *In Vet. Cod* Executore quinquennali exilio damnato, & bonis ejus confiſcatis.

De Reliquiis Sanctorum.

XXVI. Imp. LEO A. Juliano Præfecto Prætorio.

DECERNIMUS[1], ut poſt hac neque Monachi, neque quicunque alii cujuſcunque ſtatus atque fortunæ in ædes publicas, vel in quæcunque loca populi voluptatibus fabricata[2], venerabilem crucem[3] & Sanctorum Martyrum Reliquias[4] illicite inferre conentur, vel occupare audeant ea, quæ vel ad publicas cauſas[5], vel ad populi oblectamenta[6] conſtructa ſunt. Cum enim religioſæ ædes non deſint[7]; poſſunt ibi, conſultis prius (ut oportet) religioſiſſimis Epiſcopis[8], Reliquias Sanctorum Martyrum, non quorundam uſurpatione[9], ſed arbitrio Reverendiſſimorum Antiſtitum collocare[10]. Ideo patientiam & modeſtiam ſuam, quam leges noſtræ & publica diſciplina, & ipſorum Monachorum nomen expoſcit, ſtudioſe unuſquiſque, tam Monachus, quam cujuſlibet alterius profeſſionis retineat, & perpetuo obſervare procuret[11].

[1] *Decernimus, &c.*] Vide *l. 25. c. Theodoſ. de Pagan.*

[2] *Loca populi voluptatibus fabricata*] *Capitolinus in Marc. Philoſ. cap. 23.* Populi Romani voluptates curari vehementer præcepit per ditiſſimos editores.

[3] *Venerabilem crucem*] *Pamelius ad Apologet. Tertull. cap. 16. in hæc verba, ſed & qui crucis religioſos nos putat.* Quod non de ſigno crucis tantum intelligit, ſed & de ejus figura, quam in uſu fuiſſe aſſerit ante ætatem Tertulliani. *Auguſtinus de viſitat. infirm. cap. 3.* Habent ſiquidem Chriſtianorum arcana illius Dominicæ crucis quaſi quoddam venerabile monimentum quod de crucis ipſius imaginatione crucem cognominant: quod & nos omni veneratione digniſſimum fatemur, & ad recordationem Crucifixi noſtri veneramur.

[4] *Sanctorum Martyrum Reliquias*] Quæ ſub altario reponebantur. *Apocalyp. cap. 6. verſ. 9.* & cum aperuiſſet ſigillum quintum vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium quod habebant. *D. Ambroſius ſerm. 77.* Cuncti igitur Martyres devotiſſime percolendi ſunt: ſed ſpecialiter ii venerandi ſunt a nobis quorum reliquias poſſidemus; illi enim nos orationibus

adjuvant: iſti etiam adjuvant paſſione. *D. Hieronymus contra Vigilant.* Sacrilegus fuit Conſtantinus Imperator, qui ſanctas Reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei tranſtulit Conſtantinopolim, apud quas Dæmones fugiunt, & inhabitatores Vigilantii illorum ſe ſentire præſentiam confitentur. *D. Auguſtinus ſerm. 256. de tempore in fin.* Adhuc amplius agendæ ſunt gratiæ Deo noſtro: hanc enim Eccleſiam quam fecit nomini ſuo conſtrui, fecit etiam Sanctorum Martyrum Reliquias amplius honorari. *Paulinus epiſt. ad Sever. 11. pag. 182.* Invenimus quod digne & ad Baſilicæ ſanctificationem vobis, & ad ſanctorum cinerum cumulandam benedictionem mitteremus, partem particulæ de ligno Divinæ Crucis. *Gelaſius Papa epiſt. Decretal. cap. 25.* Nobis quoque patefactum eſt quod abſque præcepto Sedis Apoſtolicæ nonnulli factas Eccleſias, vel Oratoria ſacrare præſumant. Hoc ſumus tamen indicio deteſtabiliore permoti, quod in quocumque nomine defunctorum, & quantum dicitur, nec omnino fidelium conſtructiones ædificatas ſacris proceſſionibus audacter inſtituere memorantur.

5 *Occupare audeant ea quæ vel ad publicas cauſas*] *In libello Athanaſii Presbyteri ad Synod. Chalcedan. cont. Dioſcor. qui extat tom. 4. Concil. General. col. 408.* Noſtras domos præparavit Eccleſias fieri, & meam Athanaſii quarto tecto ſuperjacentem, & quæ pro ſui poſitione fieri non poſſet Eccleſia, complectitur cum prædictis domibus, alias etiam vicinas domos & aditus tenens.

6 *Vel ad populi oblectamenta*] Vel potius quod loca populi voluptatibus conſtructa Monachi propria auctoritate occuparent.

7 *Deſint*] Deſunt.

8 *Conſultis prius religioſiſſimis Epiſcopis*] Epiſcoporum eſt templa & altaria conſecrare. *Epiſt. Leon. ad Epiſcop. German. & Gall.* Nec erigere eis altaria, nec Eccleſias vel altaria conſecrare licet, nec per impoſitiones manuum fidelibus baptiſandis, vel converſis ex Hæreſi Paracletum Spiritum Sanctum tradere. *Damaſus de Chorepiſcopis epiſt. 5. eaque ſuppoſititia, quæ habetur tom. 2. Concil. General. col. 876.* Nimis ergo eorum inſtitutio improba, nimis eſt prava: quia ut hi de ſummo Sacerdotii miniſterio aliquid præſumant, omni auctoritate caret, & ſacris Canonibus invenitur eſſe contrarium.

9 *Non quorumdam uſurpatione*] *Pamelius in hæc verba Tertulliani cap. 24. lib. de carne Chriſti & 183. Alium cæteris paſſivum ſic habet.* Paſſivum cæteris vocat communem cæteris. *Et paulo infra* viderut hoc vocabulum a ſuis fuiſſe peculiare, nam cum Decretorum ingens illud volumen, quod Burchardus Wormacienſis Antiſtes congeſſit ante Gratianum aliquando evolverem, reperi illud in tertia conſtitutione Carthaginenſis Concilii quæ ſic habet: Martyrum dignitatem nemo prophanus infamet, nec paſſiva corpora, quæ ſepulturæ tantum propter miſericordiam Eccleſiaſticam commendari mandatum eſt, redigat: ut aut inſania præcipitatos, aut aliquo tali pacto, aut alio peccato diſcretos, non ratione vel tempore competente, quo Martyria celebrentur, Martyrum nomine appellet.

10 *Sed arbitrio Reverendiſſimorum Antiſtitum collocare*] Baſilicæ ſine Reliquiis non conſecrabantur. *D. Ambroſius dehortatione ad Virgines.* Condant alii aurum atque argentum de latentibus eruant venis, legant pretioſa monilium ſerta, temporalis iſte theſaurus eſt, & ſæpe habentibus pernicioſus. Nos legimus Martyris clavos, & multos quidem, ut plura fuerint vulnera quam membra. *Et infra.* Munera itaque ſalutis accipite, quæ nunc ſub ſacris altaribus reconduntur. *Idem ſerm. 92.* Agnoſcamus Chariſſimi circa Eccleſiam noſtram uberiorem Divinorum munerum largitatem. Exultant felices ſingularum urbium populi, ſi unius ſaltem Martyris Reliquiis muniantur. Ecce nos populos Martyrum poſſidemus. *Sozomenus lib. 5. cap. 89.* Ibi mulier ei occurrens reliquias tradidit. Eas ille domi aliquandiu abditas ſervavit. Poſtea vero Epiſcopatum illius Eccleſiæ ſortitus, id autem contigit Principatu Theodoſii, Baſilicam extra urbem ædificavit, & altare ſublime erexit, & Martyrum Reliquias depoſuit juxta Neſtorem Confeſſorem. *Concilium Carthag. 5. Can. 6.* Similiter & de Eccleſiis, quoties ſuper earum conſecratione hæſitatur, agendum eſt, id eſt ut ſine trepidatione conſecrentur. *Concilium Agathenſe Can. 14.* Altaria placuit non ſolum unctione Chriſmatis, ſed etiam Sacerdotali benedi-

ctione ſactari. Euſebius *lib. 4. de Vita Conſtantini cap. 39.* Narrat Eccleſias a fundamentis ædificatas ab iis qui varia Idolorum ſimulacra aboleverant. *S. Athanaſius Apolog. ad Conſtantium pag. 683.* Beatæ ſiquidem memoriæ Alexander cum alia loca anguſta eſſent in Eccleſia majore Riernæ nuncupata quam ædificabat, ſinaxes celebrari voluit. Id enim jubebat horum frequentia, nec in cogendo populo reſpexit eam nondum exædificatam eſſe. Hoc & Treviris & Aquileiæ fieri vidi: nam & illic diebus feſtis ob multitudinem, cum adhuc templa ædificarentur, collectas habebam; neque in talem accuſatorem inciderunt. *S. Baſilius in Pſalm. 114.* Jam inde ab uſque nocte media cum hoc dicatum Martyribus templum ſubieritis ipſorum Martyrum Deum hymnidicis laudibus placabilem vobis reddentes ac propitium. Interim tamen non deſtitiſtis ad banc uſque meridiei horam noſtrum apperiri ad vos adventum. *S. Gregorius Niſſenus lib. de Baptiſmat. Chriſt.* Nunc agnoſco meum gregem: hodie video formam Eccleſiæ conſuetam: quando etiam, carnalium curarum poſthabito negotio, juſta plenitudine ad cultum Dei concurriſtis, atque ædem quidem populus anguſtam reddit, intra ſacra adyta penetrans & irrumpens. Quotquot autem ab iis qui intus ſunt, non admittuntur, apum in modum locum externum in veſtibulis implent. *S. Ambroſius lib. 1. epiſt. 5.* Ortus enim ſermo de Baſilicæ quam condidit Apoſtolorum nomine, dedicatione, dedit huic ſermoni viam, &c.

[11] *Obſervare procures*] Adde Datum XV. Kal. Octob. Patricio Conſ.

De his, qui officia, ſeu munera expleverunt. De Primipilaribus.

XXVII. Idem A. Eutychio[1] PP.

QUISQUIS emenſis militiæ ſuæ ſtipendiis, expletiſque officiis, ſive muneribus, quæ cuicunque conditione, aut conſuetudine, aut lege debebantur, ad conſortium ſe contulerit Clericorum, & inter miniſtros veræ Orthodoxæ fidei maluerit, & elegerit numerari, nullius prorſus ſententiæ acerbitate revocetur: nec a Dei templis, quibus ſe conſecravit, importunis intentionibus abſtrahatur: ſed in iiſdem beatiſſimis miniſteriis ſecurus permaneat & quietus, ad quæ poſt longi laboris laſſitudinem ob reliquæ vitæ requiem conſilio meliore protractus eſt: his actionibus, ſi quæ contra eum ejuſque patrimonium legitima intentione competunt, pro juris ordine reſponſurus, exceptis Primipilaribus, quos præceptis tui culminis, & publicis utilitatibus in perpetuum eſſe ſubjectos, ſacratiſſimæ conſtitutionis ſtatuta ſanxerunt[2].

[1] *Eutychio*] *In 4. Vet. Cod.* Erithrio. *In alio* Erithio.

[2] *Sanxerunt*] Adde Datum Pridie Nonas Martii CP. Leone A. III. Conſ.

Legatum relictum in redemptionem captivorum valet, nonobſtante incertitudine perſonarum.

XXVIII. Idem & ANTHEMIUS AA. Nicoſtrato PP.

NULLI licere decernimus, ſive teſtamento heres ſit inſtitutus, ſive ab inteſtato ſuccedat, ſive Fideicommiſſarius, vel Legatarius inveniatur, diſpoſitiones pii teſtatoris infringere, vel improba mente violare, adſerendo incertum eſſe Legatum, vel Fideicommiſſum, quod redemptioni Captivorum relinquitur: ſed modis omnibus exactum, pro voluntate teſtatoris, piæ rei negotio proficere.

§. 1. Et ſi quidem teſtator deſignaverit, per quem deſiderat redemptionem fieri Captivorum, is, qui ſpecialiter deſignatus eſt, Legati vel Fideicommiſſi habeat exigendi licentiam, & pro ſua conſcientia votum adimpleat teſtatoris. Si autem, perſona non deſignata, teſtator abſolute tantummodo ſummam Legati, vel Fideicommiſſi taxaverit, quæ debeat memoratæ cauſæ proficere: vir Reverendiſſimus Epiſcopus illius civitatis, ex qua teſtator oritur, habeat facultatem exigendi: quod hujus rei gratia fuerit derelictum, pium defuncti propoſitum ſine ulla cunctatione, ut convenit, impleturus.

§. 2. Cum autem vir Religioſiſſimus Epiſcopus [2] hujuſmodi pecunias pio relictas arbitrio fuerit conſecutus: ſtatim geſtis intervenientibus, earum quantitatem, & tempus, quo eas ſuſceperit, apud Rectorem provinciæ publicare debebit. Poſt unius vero anni ſpatium, & numerum Captivorum, & data pro his pretia eum manifeſtare præcipimus: ut per omnia impleantur tam piæ deficientium voluntates: ita tamen, ut religioſiſſimi Antiſtites gratis, & ſine ullo diſpendio prædicta geſta conficiant: ne humanitatis obtentu relictæ pecuniæ, judiciorum diſpendiis erogentur.

§. 3. Quod ſi teſtator, qui hujuſmodi Legatum vel Fideicommiſſum, non deſignata perſona, reliquit, barbaræ ſit nationis, & de ejus patria aliqua emerſerit ambiguitas, vir Reverendiſſimus Epiſcopus civitatis ejus, in qua idem teſtator defunctus eſt, ejuſdem habeat Legati ſeu Fideicommiſſi petitionem, defuncti propoſitum modis omnibus impleturus.

§. 4. Quod ſi in vico, vel territorio teſtator mortem obierit, illius civitatis vir Reverendiſſimus Epiſcopus exactionem habebit, ſub qua vicus, vel territorium eſſe dignoſcitur.

§. 5. Et ne pium defuncti propoſitum improba fraudatorum calliditate celetur, quidquid pro hujuſmodi cauſa a teſtatore relictum fuerit, univerſi, qui id quocunque modo cognoverint, vel in viri clariſſimi Rectoris provinciæ, vel in urbis Epiſcopi notitiam deferendi liberam habeant facultatem: nec delatoris nomen ſuſpicionemque formident: cum fides atque induſtria eorum tam laude, quam honeſtate, ac pariter pietate non careat, cum veritatem in publicas aures lucemque deduxerint [3].

1 *Idem & Anthemius A. A.*] *In Vet. Cod.* Idem A.
2 *Religioſiſſimus Epiſcopus*] *In 5. Vet. Cod.* Reverentiſſimus.
3 *Lucemque dederint*] Adde Datum x v. Kal. Sept. C. P. Anthemio 2. Conſ.

In AUTHENT. de Eccleſ. tit. §. Si quis autem pro redemptione, col. 9. tit. 14. al. tit. 6. ſeu Novell. 131. cap. 11.

Licet teſtator, vel donator interdixerit ei aliquid ad hoc participium in ea re habere. Idem eſt in Oeconomo.

§. 1. *Sed ſi hi, qui facere juſſi ſunt, neglexerint, ſemel vel bis ab Epiſcopo vel Oeconomo admoniti per publicas perſonas amittant lucrum, quod eis contingebat ex voluntate*

luntate defuncti: & Epiſcopus habeat licentiam vindicare illud lucrum: & illud quod diſtribui debet, diſtribuere. Quod ſi non fecerit, rationem reddere debet.

κθ΄. [a] Αὐτοκράτορες Λεών καὶ Ἀνθήμιος Α. Α. Ζήνωνι Στρατηγῷ [b].

ΟΙ ἐν τοῖς Μοναστηρίοις διατρίβοντες μὴ ἐχέτωσαν ἐξουσίαν ἐξιέναι τῶν Μοναστηρίων, ἢ καὶ ἐν τῇ Ἀντιοχέων [c], ἢ καὶ ἐν ἑτέραις πόλεσιν ἀναστρέφεσθαι, ὑπεξαιρουμένων μόνων τῶν καλουμένων Ἀποκρισιαρίων, οἷς ἄδειαν παρέχομεν ἐθέλουσι, διὰ μόνας ἀναγκαίας ἀποκρίσεις ἐξιέναι [d] καὶ οὗτοι δὲ αὐτοὶ οἱ ποιούμενοι τὰς ἐξόδους φυλαττέσθωσαν περὶ θρησκείας ἢ δόγματος διαλέγεσθαι, ἢ συμβουλαῖς τισὶ προεστάναι [e] ἢ ταραχῆς ὁρμώσης τὰς ἀπλουστέρας ψυχὰς τοῦ δήμου παρατρέπειν· γινώσκοντες ὡς ἀμελοῦντες τῶν προστεταγμένων παρὰ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας, τῇ τῶν νόμων ὑποβληθήσονται αὐστηρείᾳ.

XXIX. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Zenoni Stratego.

QUI in Monaſteriis degunt [1], poteſtatem inde exeundi ne habento, vel in Antiochenſi civitate, ſeu aliis quibuſcunque civitatibus converſandi: exceptis duntaxat Apocriſiariis, quibus licentiam damus volentibus, ut apocriſeon ſolarum cauſa exire poſſint. Caveant autem hi qui ita exibunt, ne de religione vel doctrina diſputent, vel conciliabulis præſint, vel turba concitata ſimpliciorum animos ſeducant: ſcituri, quod ſi noſtræ pietatis ſtatuta neglexerint, legum auſteritati ſubjicientur. Dat. Kal. Jun. CP. LEONE & PROBIANO CONSS. 466.

[a] Vide *Nov. CXXIII.*

[b] Ζήνωνι στρατηγῷ] Μαρτυρίου τὴν Ἀντιοχείας ἐπισκοποῦντος Ἐκκλησίαν, κατέβαλε τὴν Ἀντιοχείαν Ζήνων ὁ Στρατηλάτης, & cætera quibus Theodorus ὁ ἀπὸ ἀναγνωστῶν Conſtitutionis hujus cauſam primam deſcribit *lib. 1.* Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας.

[c] Καὶ ἐν τῇ Ἀντιοχέων] *Evagr. lib. III. cap. XXXI.* Συνέπεσε δὲ καὶ ἕτερον τούτων οὐκ ἐλαττούμενον. Τὸ γὰρ τῆς Κοίλης Συρίας, νῦν δὲ δευτέρας προσαγορευομένης, μονάδικον προστάγον τῷ Φλαβιανῷ, ἐπειδὴ τὸν μονήρη μετῆλθε βίον ἐν τινι φροντιστηρίῳ ἐπὶ ἀγροῦ Τιλμογνὼν ὄνομα, τούτῳ διαχειμένῳ ἔπεισι τῇ Ἀντιόχου, ἀμύνειν τῷ Φλαβιανῷ βουλόμενον, ὡς κἀνταῦθα οὐ μικρά τινα συμβῆναι.

[d] Ἀποκρίσεις ἐξιέναι] *Photius.* Οἱ Ἀποκρισιάριοι μόνοι δύνανται τῶν Μοναστηρίων ἐξιέναι, καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν εἰσιέναι· εἰ δὲ φανῶσι διὰ δογμάτων ἢ συμβουλῆς τοὺς ἁπλουστέρους ταράττοντες, νομίμως σωφρονίζονται.

[e] Προεστάναι εἶναι] Forte πρὸς στάσιν ἢ ταραχὴν, *ut ille Theodor. loco.* Καὶ βλέπων Ἀντιοχεῖς καὶ στάσεσι χαίροντας.

[1] *Qui in Monaſteriis degunt, &c.*] Vide *Sozomenum lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 12. & 13.* Ubi fuſe de vita Monachorum diſſerit. *Pelusiota lib. 1. epiſt. 92.* Philoſophia ſtrepitum averſatur, atque exercitatio Monaſtica extra tumultum & confuſionem perficitur, ut ad humilitatis faſtigium attingendum hac veluti ſcala utatur: ac per ſolitudinis otium & moleſtorum negotiorum & turpium ſermonum omnem prorſus oblivionem hauriat.

XXX. *De Excommunicatione.*

EPISCOPIS interdicimus, ne quem a Sacroſancta Eccleſia vel communione ſegregent, niſi juſta cauſa probata ſit. Qui vero citra probationem hanc ſegregat, a ſacra communione quoddam ad tempus arcetur.

ΤΟΥΣ Ἐπισκόπους ἀπαγορεύομεν μὴ ἀφορίζειν τινὰ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας ἢ κοινωνίας, ἀλλὰ τὴν δη-λῶσαι αἰτίαν εὔλογον. Ὁ δὲ ἀναποδείκτως ἀφορίζων, κωλύεται τῆς ἁγίας κοινωνίας ἐπὶ χρόνον.

De Electione Epiſcopi.

XXXI. Iidem A A. Armaſio Præfecto Prætorio.

SI quemquam vel in hac regia urbe, vel in cæteris Provinciis, quæ toto orbe diffuſæ ſunt, ad Epiſcopatus gradum provehi Deo auctore contigerit, puris hominum mentibus, nuda electionis conſcientia, ſincero omnium judicio [1] proferatur. Nemo gradum Sacerdotii pretii venalitate mercetur [2]: quantum quiſque mereatur, non quantum dare ſufficiat, æſtimetur [3]. Profecto enim quis locus tutus, & quæ cauſa eſſe poterit excuſata, ſi veneranda Dei templa pecuniis expugnentur? Quem murum integritatis [4], aut vallum fidei providebimus, ſi auri ſacra fames in penetralia veneranda proſerpat [5]? quid denique cautum eſſe poterit, aut ſecurum, ſi ſanctitas incorrupta corrumpatur? Ceſſet altaribus imminere profanus ardor avaritiæ [6], & a ſacris adytis repellatur piaculare flagitium. Itaque caſtus & humilis [7] noſtris temporibus eligatur Epiſcopus: ut quocunque locorum pervenerit, omnia vitæ propriæ integritate purificet. Nec pretio, ſed precibus ordinetur Antiſtes. Tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat [8]: ſola illi ſuffragetur neceſſitas excuſandi [9]. Profecto enim indignus eſt Sacerdotio, niſi fuerit ordinatus invitus: cum ſane ſi quis [10] hanc ſanctam & venerandam Antiſtitis ſedem pecuniæ interventu ſubiiſſe, aut ſi quis [11], ut alterum ordinaret, vel eligeret, aliquid accepiſſe detegitur, ad inſtar publici criminis & læſæ majeſtatis accuſatione propoſita a gradu Sacerdotii retrahatur. Nec hoc ſolum deinceps honore privari, ſed perpetuæ quoque infamiæ damnati [12] decernimus: ut eos, quos [13] par facinus coinquinat & æquat [14], utroſque ſimilis pœna comitetur. D. VIII. Id. Mart. Conſtantin. MARCIANO & ZENONE [15] CONSS. 469.

[1] *Sincero omnium judicio*] Cleri ſcilicet & plebis.

[2] *Nemo gradum Sacerdotis pretii venalitate mercetur*] Tam frequens fuit pecunia redimere Epiſcopatus, ut opus fuerit non tantum Synodalibus vel Patriarchicis Decretis, ſed & Imperialibus Conſtitutionibus, ut videre eſt apud Sozomenum *lib. 8. Hiſt. Eccleſ. cap. 6.* Porro Joannes cum audiſſet Aſiæ & finitimarum Provinciarum Eccleſias ab indignis Sacerdotibus gubernari, & alios quidem donis ac muneribus, alios vero gratia corruptos Sacerdotia vendere, Epheſum perrexit, ac tredecim Epiſcopis depoſitis, partim in Lycia & Phrigia, partim in ipſa Aſia, alios

in eorum locum ſubſtituit. *Evagrius lib. 3. cap. 12.* Haud multo poſt mortuo Timotheo, idem Joannes, data pecunia, ut ab eodem Zacharia relatum eſt, & jurejurando quo ſe apud Principem obſtrinxerat contempto, Epiſcopus Alexandriæ conſtituitur. Quod ubi comperit Imperator illum quidem ejici præcepit. *Nicephorus Calliſtus lib. 13. cap. 29.* Iſta vana & facilis ea res viſa eſt, ut ad Epiſcopatum promptiſſime ſuſcipiendum ſatis eſſet, ſi quis id modo vellet, aut aliquid donaret. Imo & Imperatores accipiebant pecunias pro conſecratione, quas benedictiones, ſeu Eulogias appellabant: ut in Theodoſio refert Anaſtaſius Bibliothecarius *pag. 40.* Chryſaphius Eunuchus Palatium & ipſum Imperatorem tenens, cum invideret Flaviani conſecrationi, ſuggeſſit Imperatori ſine malitia exiſtenti & apud Chalcedonem degenti mandare Patriarchæ ut mandaret pro conſecratione ſibi benedictiones.

3 *Quantum quiſque mereatur, non quantum dare ſufficiat, æſtimetur*] *D. Ambroſius in cap. 4. epiſtol. ad Epheſ.* Ut non ordo, ſed meritum crearet Epiſcopum.

4 *Quem murum integritatis*] *Victor de Perſecut. Afric. lib. 2. cap. 3. pag. 596.* At ubi iſto modo fidei infringere non valuit murum, cogitat ut noſtræ religionis homines in aula ejus conſtituti, neque annonas, neque ſtipendia ſolita potirentur.

5 *Si auri ſacra fames penetralia veneranda proſerpat*] Alludit ad Virgilium. Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames? *Plinius lib. 32. cap. 10.* Utinam poſſet e vita in totum abdicari auri ſacra fames, ut celeberrimi Auctores dixere. *Caſſiodorus lib. 9. Variar. num. 16.* Dudum ſiquidem Senatus ampliſſimus a ſplendore ſuo cupiens maculam fœdiſſimæ ſuſpicionis abradere, provida deliberatione conſtituit ut in Beatiſſimi Papæ conſecratione nullus ſe abominabili cupiditate pollueret: pœna etiam conſtituta qui talia præſumere tentaviſſet, non injuria, quia tunc electi vere meritum quæritur cum pecunia non amatur.

6 *Ceſſet altaribus imminere profanus ardor avaritiæ*] *Idem Caſſiodorus loco ſupra citato.* Quod nos laudantes & augentes inventum ad Beatiſſimum Papam direximus conſtituta quæ his antelata præfulgent, ut ab honeſtate Sanctæ Eccleſiæ profanus ambitus auferatur.

7 *Caſtus & humilis*] *D. Hieronymus lib. 1. adverſ. Jovinian.* Evenit interdum ut triſtior vultus, adductum ſupercilium, inceſſus pomparum ferculis ſimilis offendat populum. *Idem ibid.* In pleriſque ſuffragium meretur ſola ſimplicitas.

8 *Quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat*] *D. Gregorius lib. 7. epiſt. 116.* Qui invitatus renuit, quæſitus refugit, ſacris altaribus eſt admovendus. D. Chryſoſtomus idem narrat de ſeipſo *lib. 1. de Sacerdot. cap. 3.* Percrebuerat autem fore ut ad Epiſcopalem dignitatem uterque perduceremur. Quo ad me rumore perlato, hinc formidine ſine hæſitantia perculſus ſum. *Et paulo poſt.* Ac meipſe occultaſſem, idem ille rerum omnium ignarus eſſet apprehenſus. Idem argumentum perſequitur *lib. 2. cap. 4. Nicephorus lib. 9. Hiſtor. Eccleſ. cap. 16. pag. 713. de Ephraim:* Deſignabatur urbi quidem Epiſcopus, & jam qui ſe ad electionem abducturi erant, adveniebant. Ac ipſe ſtatim eo cognito in forum progreſſus veluti mente captus indecore gradiebatur, non ſatis honeſte veſtem poſt ſe trahens, & quæ venalia erant ſurripiens, propalamque comedens. Sic ille mentis impos exiſtimatus electionem effugit & tantiſper dum alius Epiſcopatum reciperet occultans ſeſe latuit. *Idem Nicephorus lib. 11. cap. 37. de Ammonio.* Qui cum ad Epiſcopalem aliquando conſecrationem abducendus eſſet, & ad eos multa, qui illum ejus rei gratia convenerant, dixiſſet, neque tamen eis quod volebat perſuaſiſſet, amputata ſibi auricula dextera: vel nunc demum, inquit, abire, quando quidem deinceps etiam volentem Eccleſiæ conſtitutio non recipit; Sacerdotem namque integrum atque immutilatum eſſe oportet, &c. Ad eum reverſi comprehendere tentarunt. Ibi ille, ſi vim ei inferre pergerent, linguam quoque ſibi reciſurum eſſe, adjuravit.

9 *Sola illi ſuffragetur neceſſitas excuſandi*] *Pontius in vit. Beat. Cypriani.* Non prætereibo etiam illud eximium, quemadmodum cum in dilectionem ejus & honorem totus populus, aſpirante Domino, proſiliret, humiliter ille diſceſſit, antiquioribus cedens, & indignum ſe titulo tanti honoris, Epiſcopatus ſcilicet, exiſtimans, ut di-

gnus magis fieret. Magis tamen dignus efficitur, qui quod meretur excuſat. *In Vet. Cod.* pro *excuſandi*, *excuſanti*.

[10] *Si quis*] *In Vet. Cod. Quiſqui*

[11] *Aut ſi quis*] *Si* abeſt *a Vet. Cod.*

[12] *Damnari*] *In Vet. Cod. Subjici.*

[13] *Ut eos, quos*] *Eos* abeſt *a Vet. Cod.*

[14] *Facinus coinquinat & æquat*] *Caſſiodorus lib. 12. Variar. num. 2.* Æquat crimen omne quod inquinat. *Lucanus lib. 5.* Facinus quos inquinat æquat.

[15] *Marciano & Zenone*] *In Vet. Cod. Zenone & Marco.*

In AUTHENT. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. Præ omnibus, col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 2.

QVod pro hac cauſa datum eſt, & pretium, quod expenſum eſt, reſtituatur [1] *Eccleſiæ, cujus Sacerdotium voluit comparare.*

[1] *Reſtituatur*] *In Vet. Cod. Committatur.*

De Orphanotrophis.

XXXII. Iidem AA. Dioſcoro Præf. Pr.et.

ORPHANOTROPHOS hujus inclytæ Urbis (nulla ſubtilitate juris obſiſtente) qui quidem pupillorum ſunt quaſi tutores, adoleſcentium vero quaſi curatores, ſine ullo fidejuſſionis gravamine in emergentibus cauſis tam in judicio, quam extra judicium (ut opus exegerit) ad ſimilitudinem tutoris, & curatoris, perſonas & negotia eorum (ſi qua poſſint habere) defendere ac vindicare jubemus: Ita videlicet, ut præſentibus publicis perſonis, id eſt tabulariis, aut intervenientibus geſtis in hac quidem inclyta urbe apud virum Perfectiſſimum Magiſtrum cenſus, in provinciis vero apud Moderatores earum, vel Defenſores locorum, res eorum eis tradantur, a quibus ſunt cuſtodiendæ: ut, ſi quas earundem rerum, propter fœnus forſitan, vel aliam urgentem cauſam, vel eo quod ſervari non poſſunt, alienandas eſſe perſpexerint [1], prius habita æſtimatione, liceat eis alienationis inire contractum: ut pretia eorum, quæ exinde colliguntur, ab eiſdem perſonis cuſtodiantur. Hujuſmodi autem pium atque religioſum officium pro tempore Orphanotrophos ita peragere convenit, ut minime ratiociniis tutelaribus ſeu curationibus obnoxii ſint. Grave enim atque iniquum eſt, callidis quorundam (ſi ita contigerit) machinationibus eos vexari, qui propter timorem Dei, parentibus atque ſubſtantiis deſtitutos minores ſuſtentare, atque velut affectione paterna educare feſtinant [2].

[1] *Alienandas eſſe perſpexerint*] *In 2. Vet. Cod. Alienare proſpexerint*

[2] *Educare feſtinant*] Adde Datum Kal. Junii C P. Mar. Conſ.

De Foro competenti. 2. De Cautione judicio ſiſti. 4. Quis conveniri debeat in cauſis Eccleſiaſticis. 5. De Sportulis. 6. Ne Clerici vexentur ab executoribus. 7. De Privilegiis pior. loc. & Muneribus extraordinariis. 8. De Pulſantibus Eccleſiaſticas perſonas ſine juſta cauſa & legitima petitione.

XXXIII. Iidem A A. Eutropio PP.[1]

OMNES, qui ubique ſunt, vel poſthac fuerint Orthodoxæ fidei Sacerdotes & Clerici cujuſcunque gradus ſint, Monachi quoque, in cauſis civilibus ex nullius penitus majoris minoriſve ſententia Judicis commonitoria ad extranea judicia pertrahantur: aut provinciam, aut locum, aut regionem, quam habitant, exire cogantur. Nullus eorum Eccleſias, vel Monaſteria propria, quæ religionis intuitu habitant, relinquere miſerabili neceſſitate jubeatur: ſed apud ſuos Judices ordinarios, id eſt, Provinciarum Rectores, in quibus locis degunt[2], Eccleſiarum miniſteriis obſecundent, omniumque contra ſe agentium excipiant actiones: ut his horis ſaltem atque temporibus, quibus religioſos viros a turbulenta obſervatione Prætorii vacare contigerit, cumque eos ad tempus petitorum intentio calumnioſa laxaverit, ad ſua ſe Monaſteria & venerabiles Eccleſias conferentes, ſapienti animo, precatione ſollicita, faciliuſque de proximo Sacroſanctis altaribus obſecundent, in ſuis laribus domiciliiſque conſtituti.

§. 1. In hac autem regia Urbe[3], ſi quando cujuſcunque rei cauſa Epiſcopos, vel Preſbyteros, cæteroſque Clericos, qui Sacroſanctis Eccleſiis obſequuntur, ſive Monachos ex aliis quibuſcunque Provinciis contigerit reperiri, quos tamen in litem quiſquam vocare voluerit, in nullo alio ſit licitum memoratos cuiquam pulſare judicio, niſi in tuæ ſublimitatis duntaxat examine, ubi eis & Beatitudinis honor debitus reſervetur, & Oratorum adfluens in defenſionibus copia large præſtetur.

§. 2. Præterea cum in Provinciis ex ejus, qui regit Provinciam, fuerint ſententia, vel interlocutione conventi: ſive illi Sacerdotes, ſive cujuſcunque gradus Clerici, ſive Monachi habeantur, dummodo approbentur Orthodoxi, qui in propriis cauſis contractibuſve pulſantur, non alios quam Eccleſiæ propriæ defenſores, ſeu quos Oeconomos appellant, fidejuſſores præbeant: ne, dum executoris pertinax, & avara protervitas extraneos, & idoneos fidejuſſores flagitat, multiplex innoxiæ paupertati infligatur incommodum.

§. 3. In hac autem inclyta Urbe inventi, ex quacunque provincia venientes, cum in tuæ amplitudinis judicio (quod eis ſolum delegavimus) lite pulſati fuerint, Reverendiſſimi Orthodoxæ fidei Sacerdotes, ſeu certe Oeconomi, aut Eccleſiæ defenſores, ſeu Clerici in cauſis civilibus ſuis, ſive Eccleſiaſticis, nulla præbendi fidejuſſores moleſtentur injuria: ſed aut Vicariis fidejuſſionibus contra dantur, quas tamen ſtipulationum ſolennis cautela vallaverit: aut cautioni, & profeſſioni propriæ, aut facultatum[4] ſuarum obligationibus committantur.

§. 4. Hoc nihilominus obſervando, ut in cauſis Eccleſiaſticis nullum alium conveniri fas ſit: niſi eum, quem Diſpenſatorem pauperum, id eſt, Oeconomum Eccleſiæ, Epiſcopi tractatus elegerit: hunc enim ſine dubio a Sacerdote convenit ordinari: quem tamen conventum Defenſoris Eccleſiæ fidei committi præcipimus.

§. 5. Executoribus in minoribus quidem judiciis omnibus in ipſa conventione Sacerdotum, ſeu Clericorum, non amplius, quam unum ſemiſſem[5] aut ſperantibus, aut etiam audentibus accipere. Verum ſi Apparitor tuæ Magnitudinis, ex ſententia tuæ Sedis ampliſſimæ in provincia degentes eos commonuerit[6]: jubemus non amplius eum quam duos ſolidos ſportularum nomine accipere. In hac vero urbe magnifica idem Apparitor tuæ Magnitudinis uno aureo, ſportularum gratia a Provincialibus Clericis contentus ſit: quantælibet ſummæ qui conventus fuerit, exponatur obnoxius.

§. 6. Præterea nullus Executor vexare contumeliis Clericos ullos, nullis impulſionibus moleſtare, nullis exprobrare conviciis, aut corporalibus injuriis fatigare conetur: his, qui hujuſmodi aliquid aggreſſi fuerint, poſt amiſſionem cinguli & patrimonii ultima protinus animadverſione plectendis.

§. 7. Privilegiis ſane ſingulis, quibuſcunque Sacroſanctis Eccleſiis Orthodoxæ fidei, Xenodochiis, ſive Ptochotrophiis, tam generaliter, quam ſpecialiter attributis, perpetuo obſervandis: nullis eas, earumque Sacerdotes, aut Clericos cujuſcunque gradus ſint, aut Monachos Ptochotrophos[7], aut Xenodochos Orthodoxæ fidei deputatos, extraordinariis muneribus præcipimus prægravari. Eas etenim ſarcinas oneris, quas pleriſque perſonis diverſa ratione remittimus, imponi beatiſſimis viris noſtro ſeculo inconveniens eſſe judicamus.

§. 8. Præterea, ne cui temeritas ſua lucrativa concedatur, & ut impudens calumniantium refrenetur audacia: jubemus, quotiens hi qui Sacerdotes, ſeu Clericos ac Monachos, cæteroſque ſuperius deſignatos, vel in tuæ Magnitudinis examine, vel in provinciali judicio, propoſita actione convenerunt[8]; ſi cauſa[9] cognita convicti fuerint ſine juſta eos cauſa & legitima[10] petitione pulſaſſe; omnes eis legitimas expenſas ſumptuſque, quos ab exordio cœptæ controverſiæ ipſorum vitio toleraſſe eos[11] conſtiterit, redhibere cogantur: ut hac ſaltem cenſuræ juſtiſſimæ formidine revocati, qui improbis aſſidue conflictationibus occupantur, acquieſcant: jamque ſopitis clamoribus jurgiorum, magiſtra deinceps neceſſitate retinere ſe adſueſcant[12].

[1] *Idem A A. Entropio P P.*] *Idem A. Erithio, vel Erithrio, vel Enthio.* Sic variant veteres Codices.

[2] *In quibus locis degunt*] *In 2. Vet. Cod. In locis quibus degunt.*

[3] *In hac autem inclita Urbe*] *2. Vet. Cod. Regia.*

[4] *Aut facultatum*] *In 5. Vet. Cod. Ac facultatum.*

[5] *Unum ſemiſſem*] *Unum aſſem. Photius tit. 9. cap. 1. Nomocan.*

[6] *Commonuerit*] *In 5. Vet. Cod. Monuerit.*

[7] *Ptochotrophos*] *In 5. Vet. Cod. Ptochos.*

[8] *Convenerunt*] *Convenerint.*
[9] *Cauſa*] Abeſt *a Vet. Cod.*
[10] *Legitimas*] Abeſt *a Vet. Cod.*
[11] *Ipſorum vitia toleraſſe eos*] *In 2. Vet. Cod. Eos præſtitiſſe.*
[12] *Adſueſcant*] Adde, Datum CP. Pridie Nonas April. Martiano Conſ.

De Foro competenti.

In AUTHENT. Apud quos oportet cauſas dicere Monachos. §. 1. coll. 6. tit. 8. al. tit. 6. ſeu Novell. 79. cap. 1. & 4.

Cauſa, quæ ſit cum Monacho, vel cum muliere qualibet in Monaſterio conſiſtente, non apud judicem civilem ventiletur; ſed apud Epiſcopum, qui de perſona præſentia, quod convenit, ſtatuet[1]: ſive per Abbatem, vel Antiſtitem, vel per alios hoc fieri debeat: qui ſecundum legem rem diſponat, & ſacras regulas, ſalva debita perſonæ reverentia. Si vero contra fiat, pœnæ, quæ ſtatutæ ſunt, imminebunt: Judex enim, qui de his ſententiam proferre præſumpſerit, ab adminiſtratione depulſus[2] tanquam Divinitati contumeliam faciens, pœna decem librarum auri una cum officio ſuo multabitur, ſacratiſſimo noſtro ærario inferenda: executoribus, qui admonitionem facere præſumpſerint ab ipſis ſanctiſſimis Epiſcopis in locis decaniciis detrudendis: de cætero nullam exactionem facere permittendis.

[1] *Statuet*] *In 4. Vet. Cod. Statuens.*
[2] *Depulſus*] *In 3. Vet. Cod. Repulſus.*

In AUTHENT. Ut Cler. ap. prop. Epiſcop. conv. in pr. verſ. ut ſi quis habet, col. 6. tit. 12. al. tit. 11. ſeu Novell. 83. in pr.

Clericus quoque in lite pulſatus pecuniaria cauſa, prius apud Epiſcopum conveniatur, per quem ſine damno cauſa decidatur. Quod ſi natura cauſæ, vel alia ratio faciat, ut negotium apud eum decidi non poſſit[1], per civilem procedat Judicem, obſervatis Clericorum privilegiis: nec mora circa talia fiat.

§ 1. Sed in civili crimine civilis præſit Judex, ut lis ultra duos non egrediatur menſes: nec tamen puniatur, etiam ſi reus ſit inventus, priuſquam per Epiſcopum Sacerdotio ſpolietur.

§ 2. Si vero crimen ſit Eccleſiaſticum: Epiſcopalis erit examinatio, & caſtigatio.

[1] *Non poſſit*] *Non ſit poſſibile. Sic 2. Vet. Cod.*

De His, qui juſtitiam denegant Eccleſiaſticis perſonis.

Nova Conſtitutio Friderici Imperatoris, de ſtatu & conſuet. cont. lib. Eccl. §. Item ſtatuimus, ut nullus, col. 10. conſtit. fin.

Statuimus, ut nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel civili trahere ad judicium ſeculare præſumat contra conſtitutiones Imperiales, & Canonicas ſanctiones. Quod ſi actor fecerit, a ſuo jure cadat: judicatum non teneat: & Judex extunc poteſtate judicandi privetur.

§. 1. Sancimus etiam, ut ſi quis Clericis vel Eccleſiaſticis perſonis juſtitiam denegare præſumpſerit, tertio requiſitus juriſdictionem ſuam amittat.

De Peculio Clericorum.

XXXIV. Iidem A A. Eutropio[1] PP.

SACROSANCTÆ Orthodoxæ fidei Epiſcopi atque Preſbyteri, Diaconi quoque, qui, ſemel probatis moribus integritate caſtiſſima,

ad hunc gradum meruerint pervenire, ea, quæcunque in eodem Clericatus gradu locoque viventes acquirere, & habere potuerint, etiamſi in patris avique aut proavi poteſtate conſtituti ſint, & adhuc ſuperſtites habeantur, tanquam bona propria vindicent: de his (ſi quando eis libitum fuerit) eis teſtandi, vel donandi, vel quolibet alio titulo alienandi libera facultate conceſſa: ut ea bona quoquo tempore nunquam ad diviſionem veniant, nunquam fratribus vel ſororibus aut ex his genitis conferantur: ſed ad eorum filios, poſteros, & quoſcunque extraneos heredes perveniant, nec a patribus, avis, aut proavis, ſed ab ipſorum liberis tanquam præcipua vindicentur: & certe his lucro cedant, quibus ipſi id peculium, vel inter vivos alienatione habita, vel mortis tempore ultima, & jure cognita voluntate conceſſerint. Dat. v. Kal. April.[a]

[1] *Iidem A. A. Eutropio*] *In 3. Vet. Cod. Erithio. In 4. aliis Vet. Cod. Idem A. Erithrio.*

[a] *Datum v. Kal. April.*] *Pridie Nonas Aprilis Marco Conſ.*

De Solutione patriæ poteſtatis.

In AUTHENT. Conſt. quæ dign. col. 6. tit. 10. al. tit. 9. ſeu Novell. 81.

SEd Epiſcopalis dignitas ſolvit jus patriæ poteſtatis: ſicut etiam & Conſularis, & Præfectura ſacrorum prætoriorum, & Urbicaria, & Magiſterium militare: & omnis dignitas valens liberare a curia, liberat a patria poteſtate: cum hoc quodcumque cingulum ſuæ poteſtatis præmium honoratis præſtet. Ita tamen, ut filii eorum poſt mortem avorum recidant in poteſtatem, ac ſi contigiſſet eos morte parentum, & non ex præſenti lege ſuæ poteſtatis fieri.

De Bonis Clericorum.

In AUTHENT. De Eccl. tit. §. Interdicimus, col. 9. tit. 14. al. tit. 6. ſeu Novell. 131. cap. 13.

LIcentiam habeat Epiſcopus, quæcunque ante Epiſcopatum probatus fuerit habuiſſe, & quæcunque poſt Epiſcopatum jure cognationis uſque ad quartum gradum ad eum pervenerunt, ad quos voluerit, ultima voluntate tranſmittere: cæteris rebus alio modo acquiſitis ab eo, dominio Eccleſiæ reſervatis: niſi in utilitatem Eccleſiæ, vel opera pietatis conſumpta ſint. Eadem diſtinctione habita in Adminiſtratoribus cujuſcunque loci religioſi.

§. 1. Item ſi quis Epiſcopus aut Miniſter Eccleſiæ moriatur ſine teſtamento, & ſucceſſore legitimo, vel legitima, ſucceſſio competit Eccleſiæ, in qua conſtituti ſunt.

De Peculio Clericorum.

In AUTHENT. De ſanct. Epiſc. §. Preſbyteros, col. 9. tit. 6. al. tit. fin. ſeu Novell. 123. cap. 19.

PResbyteros, & Diaconos, & Subdiaconos, Cantores, & Lectores (quos omnes Clericos appellamus) res quolibet modo ad dominium eorum venientes, habere in ſua poteſtate præcipimus, ad ſimilitudinem caſtrenſium peculiorum: & donare cui volunt ſecundum leges, & in his teſtari, licet ſub parentum poteſtate ſint: ſic tamen, ut horum filii, aut his non extantibus, parentes eorum legitimam ferant partem.

De

De Privilegiis locorum piorum.

XXXV. Iidem A A. Dioſcoro PP.

OMNIA privilegia, quæ a retro Principibus, aut a Noſtra Serenitate, vel judiciariis diſpoſitionibus, aut liberalitatibus, pro ſingulis quibuſcunque temporibus, ex conſuetudine, vel conſtitutione, ſive circa jus metatorum, ſive in aliis quibuſlibet rebus præſtita ſunt Orphanotrophiis, ſive Aſceteriis, vel Eccleſiis, aut Prochotrophiis ſeu Xenodochiis, vel Monaſteriis, atque cæteris omnibus, ac etiam rebus juris eorum, ad curam Oeconomi viri religioſiſſimi Preſbyteri, & Orphanotrophi, vel ad eos, qui poſt eum loco ejus ſucceſſerint, pertinentibus, ad ſimilitudinem Zotici beatiſſimæ memoriæ, qui primus hujuſmodi pietatis officium inveniſſe dicitur; per hanc pragmaticam ſanctionem firma illibataque in perpetuum cuſtodiri decernimus. Valde etenim hoc videtur eſſe neceſſarium: cum exinde ſuſtentatio, vel educatio orphanis, atque egenis, & uſibus Eccleſiaſticis ac Prochotrophiis[1], vel Aſceteriis[2] comparetur. Domus etiam aliaſque res ſuperius nominatas ad curam memorati viri pertinentes, vel poſtmodum quolibet modo ad ejus ſollicitudinem, vel eorum, qui poſt eum ad ejuſdem Orphanotrophii curam vocati fuerint perventuras: ad inſtar majoris venerabilis Eccleſiæ hujus inclytæ Urbis, omnibus privilegiis, quæ eadem ſancta Eccleſia vel nunc adipiſcitur, vel poſtea meruerit, perpetuo potiri pietatis intuitu decernimus. Dat. Non. Januar. C. P. MARTIANO & ZENONE A. CONSS.[3]

[1] *Prochotrophiis*] *Prochiis*.
[2] *Aſceteriis*] *Aſciteriis*. Sic 2. *Vet. Cod.* vel *Aſſiſteriis*. Additur *in Vet. Cod.* Hominibus etiam ac rebus.
[3] *Dat. Non. Jan. CP. Martiano & Zenone A. Conſ.*] Alias *Datum x. Kal. Jan. CP. Marco Conſ.* Sic *in Vet. Cod.*

De Epiſcopis, Territorio, & Jure ſingulari civitatum.

XXXVI[a].

ΕΚΑΣΤΗ πόλις [b] ἴδιον Ἐπίσκοπον ἐχέτω. Καὶ κἂν διὰ θείας ἀντιγραφῆς τολμήσῃ τὶς ἀφελέσθαι πόλιν τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου, ἢ τῆς περιοικίδος [c] αὐτῆς, ἢ τινος ἄλλου δικαίου· γυμνοῦται τῶν ὄντων καὶ ἀτιμοῦται. Ἐξῄρηται δὲ ἡ Τομέων [d] Σκυθίας πόλις· ὁ γὰρ Ἐπίσκοπος αὐτῆς, καὶ τῶν λοιπῶν πόλεων· καὶ ἡ Λεοντόπολις Ἰσαυ-

UNAQUÆQUE civitas[1] proprium Epiſcopum habeto. Et ſi quis vel per divinum reſcriptum civitatem aliquam aut ſuo Epiſcopo, aut territorio, aut alio quopiam jure privare audeat; exuitur bonis, & infamis redditur. Excipitur autem Tomenſium Scythiæ civitas: illius enim Epiſcopus reliquarum etiam civitatum curam ge-

rit: tum etiam Leontopolis Iſauriæ ſubeſt Epiſcopo Iſauropolitano.

είας [e] Λεοντόπολις ὑπὸ τὸν Ἐπίσκοπόν ἐστιν Ισαυρουπόλεως.

[ι] *Unaquaque civitas*] *In Vet. Cod. Una quaque Eccleſia*, & ſic *Socrates lib. 6. cap. 1.* Iiſdem temporibus Eccleſiæ quæ eſt Romæ, Urbis primariæ præfuit Damaſus. Eccleſiæ vel privilegio Imperatorum occupabantur, vel quod ab errore Hæreticorum liberatæ eſſent: unde in Conciliis Decreta infinita. Extat epiſtola Innocentii Florentio Epiſcopo Tiburtinenſi *tom. 2. Conc. General. pag. 1263.*

[a] Refert *Photius tit. 1. cap. xx. & tit. VIII. cap. 1. Nomocan.* Οὔτε εἰς δύο πόλεις δυνατόν τις εἶναι Ἐπίσκοπος. Ἐξῄρηται ἡ Τομέως· αὐτὴ γὰρ καὶ τῶν λοιπῶν, Ἐκκλησιῶν Σκυθίας προΐσταται, καὶ ἡ Λεοντόπολις Ισαυρείας ὑπὸ τὸν Ἐπίσκοπόν ἐστιν Ισαυρουπόλεως, ὡς βιβλίον α΄. τοῦ κώδ. τίτ. γ΄. διατ. λέ. *Balſamo:* Η λέ. διατ. τοῦ γ΄. τίτλ. τοῦ α΄. βιβ. τοῦ κώδ. ἐστι κεφ. γ΄. τοῦ α΄. τίτ. τοῦ γ΄. βιβλίου τῶν Βασιλικῶν οὕτω λέγον. Τὸν ἀφιερωμένον πόλεως οἱασδήποτε τινὸς πάλαι οὔσης ἢ νεῦ πολιτευομένης τὸ τῆς ἰδιαζούσης Ἐπισκοπῆς δίκαιον ἢ ὅπερ προνόμιον καὶ ἀπὸ βασιλικῆς ἐπιτροπῆς αἰτημάτων καὶ δημοσίᾳ ἡ διατ. ἀκυροῦσα καὶ τὴν ἐγχείρησιν. Fuit & aliud hujus conſtitutionis caput, quod ſubindicat Balſamon *tit. VIII. cap. 1. Nomocan.* ἡ λέ. διάταξ. τοῦ γ΄. τιτ. τοῦ α΄. βιβ. τοῦ κώδικος ἐστι κεφ. γ΄. τοῦ α΄. τίτ. τοῦ γ΄. βιβ. τῶν Βασιλικῶν οὕτως ἔχον ὡς εἰς το κείμενον συνωψίσθη, αὐξάνει τῷ ἔχειν τὸν Κωνσταντινουπόλεως τὰ προνόμια τῆς ἀρχαίας Ῥώμης, quod Synodo Conſtantinopolitana ſtatutum fuit *Can. III. Sozomen. lib. VII. cap. IX.* & ægre ferentibus Romanis Epiſcopis confirmatum *Chalcedonenſi Can. XXVIII. Act. XVI.* Et licet Sedes Apoſtolica (ut Liberatus ait & Leo Leoniſque ſucceſſores aperte profitentur) nunc uſque contradicat quod a Synodo firmatum eſt, Imperatoris patrocinio permanet quodammodo. *Nov. cxxxi.*

[b] Ἑκάστη πόλις] Hoc quoque optimus Princeps noſter, Carolus Magnus lege Francica conſtituit. Quod tamen in Europa olim obſervatum non fuit, ut Euprepius ait. Contra Alexandriæ a Timotheo Eluro duo Epiſcopi cœperunt eſſe poſt Martiani Imp. obitum. *Liberat. cap. xv de cauſ. Neſtorian.*

[c] Η τῆς ἀλλοτρίας παροικίας] Nulla enim æquitatis ratio, nullus Canonum ordo conſentit, ut parochiam alterius alter aliquo modo debeat occupare. *Gregorius contra Iſauria Epiſcop.*

[d] Η Τομέων] *Hermolaus:* Τομεὺς πόλις πρὸς τῷ Ὀδησσῷ. *Nov. cxx. Zoſimus* ἱστορ. δ΄. πόλις ἐστὶν ἐν τῇ κατὰ Θρᾴκην Σκυθίᾳ Τομεὺς ὀνομαζομένη. *Sozom. lib. VI. cap. XXI.* Μητρόπολις δὲ ἐστὶ Τόμις, πόλις μεγάλη καὶ εὐδαίμων παράλιος &c. Εἰσέτι δὲ καὶ νῦν ἔθος παλαιὸν ἐνθάδε κρατεῖ, τοῦ παντὸς ἔθνους ἕνα τὰς Ἐκκλησίας ἐπισκοπεῖν. *Et lib. VII. cap. XIX.* Σκύθαι πολλαὶ πόλεις ὄντες ἕνα πάντες Ἐπίσκοπον ἔχουσιν. ἐν ἄλλοις δὲ ἔθνεσιν ἐστιν, ὅπη καὶ ἐν κώμαις ἐπίσκοποι ἱερουῦνται.

[e] Λεοντόπολις Ισαυρείας] Fuit enim & Armeniæ primæ Μητρόπολις Βαζανὶς ἡ πρὶν Λεοντόπολις. *Nov.* περὶ διατυπώσεως τῶν τεσσάρων ἀρχόντων Ἀρμενίας. *Euſtatius Juſtiniano & Procopio emendatior:* Ἰστέον ὅτι τὴν Ἀρμενίαν χώραν εἰς τέσσαρα διελεῖν λέγεται Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς, καὶ πρώτην μὲν, φασὶν, ἔθετο τὴν ἐνδοξοτάτην Ἐπτάπολιν, ἧς μητρόπολις Βαζανὶς ἡ πρὶν Λεοντόπολις. ταύτης δὲ ἐστὶ καὶ ἡ Θεοδοσιούπολις, καὶ ἡ Κολώνεια, καὶ ἡ Τραπεζοῦς δὲ καὶ ἡ Κερασοῦς ἐν τῷ Πολεμωνιακοῦ κόλπου, δευτέραν δὲ ὁ αὐτὸς ἔταξεν Ἀρμενίαν ἐν πέντε πόλεσιν, ὧν καὶ ἡ Σεβάστεια. Τρίτην δὲ Ἀρμενίαν κατέστησεν Ἑξάπολιν, τὴν ποτὲ καλουμένην δευτέραν Ἀρμενίαν, ἧς ἡγεῖται ἡ Μελιτηνή. περὶ ταύτην τὴν Ἀρμενίαν καὶ ἡ Κόμανα ἡ καὶ Χρυσῆ ὀνομαζομένη, καὶ ἡ Κουκουσσός. Ἐπέστησε δὲ καὶ τετάρτην Ἀρμενίαν ὑπὸ σατράπαις οὖσαν, συγκειμένην ἐκ διαφόρων, καὶ λεγομένην Τζοφανηνὴ καὶ Βαλαβιτηνὴ, καὶ τοιαῦτα τινα βάρβαρα ὀνόματα.

De Adſcriptitiis. 1. De Servis. 2. De Loco judicii.

XXXVII. Iidem AA. ad Sebaſt. PP.

JUBEMUS, adſcriptitiorum creationes (ſecundum veterem conſtitutionem[1]) niſi dominorum poſſeſſionum, unde oriundi ſunt, evidens concurrerit conſenſus[1], nullius penitus eſſe momenti: ſed eiſdem fundorum dominis, qui faciendæ creationi non (ſicut dictum eſt) evidenter conſenſerint, jus proprium ad ſimilitudinem cæterorum colonorum in ſuos adſcriptitios exercendi, tanquam ſi nulla creatio interceſſiſſet, tribui facultatem. Idemque hoc ſuper illis quoque agricolis decernimus obſervari, qui cum eſſent adſcriptitiæ conditionis nexibus adſtricti, ſolitariam vitam videlicet appetentes, quibuſlibet ſeſe Monaſteriis contra voluntatem dominorum fundorum duxerint offerendos.

§. 1. Servos ſane ſociari Clericorum conſortiis, volentibus atque conſentientibus dominis, modis omnibus prohibemus: cum liceat eorum dominis, data prius ſervis libertate, licitum eis ad ſuſcipiendos honores Clericorum iter (ſi hoc voluerint) aperire.

§. 2. Omnes prætereà virorum clariſſimorum Provincias moderantium ſententiis abſque ulla privilegii differentia, (qui tamen Præſidali juriſdictioni ſubjecti ſunt) ſive Epiſcopi, vel quilibet Clerici, aut Monachi, aut cujuſlibet conditionis ſint, pariter reſpondere decernimus: nulla in poſterum viris clariſſimis Provinciarum Rectoribus ad loca, in quibus incuſatæ perſonæ conſiſtunt, perveniendi neceſſitate penitus imponenda: cum non ſolum legibus, verum etiam naturali quoque juri conveniat, quos res exegerit, judicialibus ad judicium vocari ſententiis, non ipſos Judices (quod dictu etiam injuſtum eſt) ad ſubjectos deduci, ſed per datos ab his Judices ad cauſæ examinationem in locis, ubi incuſati degunt, procedere[1].

[1] *Adſcriptitiorum creationes ſecundum veterem conſtitutionem, &c.*] *Epiſtola Gelaſii Papæ ad Epiſcopos Lucaniæ cap. 16. extat tom. 4. Concil. General. pag. 1192.* Admittebantur paſſim ad ordinem ſacrum quibus nulla natalium, nulla morum dignitas ſuffragaretur; & qui ex dominis ſuis libertatem conſequi minime poterant ad faſtigium Sacerdotii provehebantur. *S. Leo epiſt. 1. cap. 2.* Ab his itaque, fratres chariſſimi, omnes Provinciæ veſtræ abſtineant Sacerdotes: & non tantum ab his, ſed ab illis etiam qui aut originali, aut alicui conditioni obligati ſunt, volumus temperari, niſi forte eorum petitio aut voluntas acceſſerit qui aliquid ſibi in eos vindicant poteſtatis. Debet enim eſſe immunis ab aliis qui Divinæ militiæ fuerit aggregandus. ut a caſtris dominicis, quibus nomen ejus adſcribitur, nullis neceſſitatis vinculis abſtrahantur. Sed & in Capitulis etiam quæ Synodo Chalcedonenſi ſervavit Martianus decorum judicans ab Epiſcopis hæc regulariter potius ſervari quam lege Imperiali ſanciri. Iſtud legitur *col. 609. tom. 4. Concil. General.* Sed neque poteſtatem habere Monachos ſuſcipiendi in Monaſteriis ſuis ſervos aut inſcriptitios præter voluntatem dominorum. Prætereà etiam monet Gelaſius *epiſt. ſup. laud. ad Epiſcopos per Lucaniam, Brutios & Siciliam conſtitutos cap. 14.* Vitandam generalis querelæ præſumptionem, qua propemodum cauſabantur univerſi paſſim ſervos & originarios dominorum jura poſſeſſionemque fugientes ſub

religioſæ converſationis obtentu, vel ad Monaſteria ſe conferre, vel ad Eccleſiaſticum famulatum conniventibus quoque Præſulibus indifferenter admitti.

[1] *Niſi Dominorum evidens concurrerit conſenſus*] *Gelaſius Papa loco ſupra citato.* Niſi voluntate dominorum ſub ſcripturæ teſtimonio primitus abſolutas, vel legitima tranſactione conceſſas perſonas.

[4] *Procedere*] Adde Dat. v. Kal. Jan. CP. Theodorico Conſ.

De Adſcriptitiis.

In AUTHENT. De ſanct. Epiſcop. §. Adſcriptitios, col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 17.

ADſcriptitios in ipſis poſſeſſionibus, in quibus ſunt adſcripti, Clericos etiam præter voluntatem dominorum fieri permittimus: ita tamen, ut Clerici facti, impoſitam ſibi agriculturam adimpleant, ſubrogato aliquo quem maluerint.

De Servis.

In AUTHENT. De ſanct. Epiſcop. §. Si ſervus, col. 9. tit. 6. al. tit. fin. ſeu Novell. 123. cap. 17.

SI ſervus, ſciente Domino, & non contradicente, in Clericum ordinatus fuerit ab Epiſcopo: ex hoc ipſo, quod conſtitutus eſt, liber & ingenuus erit. Si vero, ignorante Domino, ordinatus fuerit: liceat Domino, intra anni unius ſpatium, & ſervilem fortunam probare, & ſervum ſuum accipere. Si vero ſervus, ſciente vel neſciente domino (ſicut diximus) ideo quod in Clero conſtitutus, liber eſt factus, miniſterium Eccleſiaſticum reliquerit, & ad ſecularem vitam tranſierit: ſuo domino ad ſerviendum tradatur [1].

[1] *Ad ſerviendum tradatur*] *In 3. Vet. Cod. Reddatur.*

XXXVIII. Iidem AA. Sebaſtiano Præfecto Prætorio.

SERVIS [1] ſi dominorum fuerint voluntate muniti, ſolitariam vitam participandi licentia non denegetur: dum tamen eorum Domini non ignorent. Quod ſi ſervis ſuis ad Monaſteriorum cultum migrandi tribuerint facultatem, eorumdem ſervorum dominio, donec iidem ſervi in eodem Monachorum habitu duraverint, ſpoliandos eſſe cenſemus: alioqui, ſi relicta forte vita ſolitaria, ad aliam quamlibet ſeſe conditionem tranſtulerint, certum eſt eos ad ſervitutis jugum, quam Monaſticæ profeſſionis cultu evaſerant, reverſuros. Dat. Non. Febr. [2]

[1] *Servis, &c.*] *In Can. 4. Concil. Chalcedon. tom. 4. Concil. General. col. 757.* Nullum autem in Monaſteriis ſervum recipi ad hoc ut ſit Monachus præter voluntatem ſui domini.

[2] *Datum Non. Febr.*] *In 5. Vet. Cod. Idib. April. Theodorico Conſ.*

De Servis, Adſcriptitiis, & Curialibus ſeu Officialibus.

In AUTHENT. De ſanct. Epiſcop. §. Sed hæc quidem, col. 9. tit. 6. al. tit. fin. ſeu Novell. 123. cap. 4.

EPiſcopalis ordo liberat a fortuna ſervili, vel adſcriptitia: ſed non a Curiali ſive Officiali: nam & poſt ordinationem durat: ita ut per ſubjectam, vel interpoſitam perſonam officium adimpleatur, niſi Curiæ, vel Officio reſtituatur.

In AUTHENT. De Monachis. §. Hinc autem, col. I. tit. 5. ſeu Novell. 5. cap. 2.

Verum & ſi legitimo probatus experimento Monachus efficiatur, evadet jugum ſervitutis. Debent enim per triennium, antequam Monachi efficiantur, in Monaſteriis permanere, poſtea vero ſi Monachi facti fuerint, liberi erunt.

De Monaſteria relinquentibus. 1. De Fructuum oblatione. De Angariis, & quibuſcunque vexationibus.

XXXIX[a].

Οἱ τὰ ἴδια Μοναστήρια καταλιμπάνοντες, οὐ λαμβάνουσιν, ἃ προσήγαγον αὐτοῖς κινητά, ὅσης δήποτε ποσότητος ὄντα, κἂν μὴ συνέστη πρᾶξις ὑπομνημάτων ἐπ' αὐτοῖς. Ἐπὶ δὲ ταῖς δωρεαῖς τῶν ἀκινήτων δεῖ τὰ νόμιμα φυλάττεσθαι, ἐπεὶ οὐκ ἀναιρεῖται τῷ δωρησαμένῳ ἡ ἐκνίκησις.

§ α'. Οὐ δεῖ τοὺς Ἐπισκόπους ἢ τοὺς Κληρικοὺς ἀναγκάζειν τινὰς καρποφορεῖν [b], ἢ ἀγγαρείας διδόναι, ἢ ἄλλως ἐπηρεάζειν [c], ἢ ἀφορίζειν [d], ἢ ἀναθεματίζειν [e], ἢ μὴ διδόναι κοινωνίαν [f], ἢ διὰ ταῦτα μὴ βαπτίζειν· κἂν ἔθος [g] τοιοῦτον ἐκράτησεν. Ὁ δὲ παραβαίνων ἐκπίπτει τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς διοικήσεως αὐτῆς, καὶ δίδωσι δέκα λίτρας. Ταῦτα δὲ κρατεῖ ἐν μόνῃ τῇ βασιλευούσῃ, καὶ τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς, καὶ τοῖς τόποις τοῖς ὑπὸ τοῦ Πατριάρχου χειροτονουμένοις μητροπολίταις ἀνήκουσιν, ἢ τοῖς ἐξ ἐκείνων γινομένοις Ἐπισκόποις.

Qui ſua Monaſteria relinquunt [1], non recipiunt, quas attulerunt ad ea res mobiles, cujuſcunque quantitatis ſint: etiamſi non ſint confecta monumentorum geſta ſuper illis. In donationibus autem immobilium, oportet jura ſervari, quando non adimitur ei, qui donavit, evictio earum.

§. 1. Non oportet, Epiſcopos aut Clericos cogere quoſquam ad fructus offerendos [a], aut angarias dandas, aut alio modo vexare, aut excommunicare, aut anathematizare, aut denegare communionem, aut idcirco non baptizare: quamvis uſus ita obtinuerit. Tranſgreſſor cadit ab Eccleſia, & adminiſtratione ipſius, & dat decem libras. Hæc vero obtinent in ſola Imperatrice (civitate) & territorio ejus, & locis ad eos qui a Patriarcha ordinantur, pertinentibus, aut ad ordinatos ab his Epiſcopos.

[a] Refert *Photius tit. VI. cap. I. tit. IX. cap. IX. tit. XI. cap. I.* Interpretatur *Theod. lib. XLVII.* Βασιλικῶν. *tit. I. & tit. III.* Vide *Nov. CXXIII.*

[b] Καρποφορεῖν] Si quis rem aliquam voverit voto obligatur. *Ἐὰν τις πρᾶγμα καρποφορήσῃ γίνεται αὐτὸς ἔνοχος.* Si decimam quis bonorum vovit. *Ἐὰν τις τὸ δέκατον μέρος καρποφορήσῃ τῶν αὐτοῦ πραγ-*

[1] *Qui ſua Monaſteria relinquunt, &c*] Prima pars hujus conſtitutionis refertur a Photio *Nomocan. tit. II. cap. 4.* iiſdem verbis.

[a] *Non oportet, Epiſcopos cogere quoſquam ad fructus offerendos, &c.*] *In Concilio Ilerdenſi Can. 30. Circa tempora Anaſtaſii Imperatoris.* Ea quæ in jure Monaſterii de facultatibus offeruntur, in nullo

Diœceſana lege ab Epiſcopis contingantur.

μάτων. Voti enim obligationem ad hæredem tranſire conſtat. Διαβαίνει γὰρ εἰς κληρονόμους ἡ τῆς καρποφορίας ἐνοχή. *L. II. D. de pollicitat. Phot. tit. VI.*

[c] Η ἀγγαρείας διδόναι ἢ ἄλλως ἐπηρεάζειν] *Math. V. Photius.* Η ἀγγαρείας διδόναι καὶ διὰ ταῦτα, &c.

[d] Η ἀφορίζειν] *Luc. VI.* Aphotiſmo plectebantur plebeii, Monachi, Epiſcopi, Clerici. *Canon. Apoſtol. V. VIII. LXXXIIII. C. de Epiſcop. audient.*

[e] Η ἀναθεματίζειν] *Juſtinianus ex Proclo.* Anathema nihil aliud ſignificat niſi a Deo ſeparationem. *Act. XXIII. I. Corinth. XVI.* Οὕτω γὰρ οἱ Χριστιανοὶ καλεῖν εἰώθαμεν τὸν κατὰ τοῦ βλασφήμου ψῆφον, ὅταν αὐτὴν ὥσπερ ἐν στήλῃ ἀναστήσαντες φανερὰν τοῖς ἅπασι κατασήσωμεν. *Socrat. lib. VII. cap. XXXIIII. Chryſoſt. Homil. XVI. ad Roman. X.*

[f] Η μὴ διδόναι κοινωνίαν] *I. ad Corinth. X.* Ἀπόκλεισις καὶ τοῦ Βαλσαμῶνι κοινωνεῖν, *Theologis*, μεταλαβεῖν τῶν θείων μυστηρίων dicitur, ſive uti *Pachimerius* loquitur, τοῦ θείου ἄρτου, ὃν ἀντίδωρον λέγουσι, ſicuti *Nicephor. Kalliſt. lib. III. cap. XXXVII. & Balſam. Synod. Antiochen. Can. II.* quod communicaturi prius dona offerrent. *Theodoret. lib. V. cap. XIX.*

[g] Καὶ ἴσως] Etiam in Occidente. *Gelaſius Epiſcop. per Lucaniam & Brutios.*

De Monaſteriis, Monachis, Abbatibus, Epiſcopis.

XL[a].

MONASTERIA degunt (ſeu cenſentur) ſub Epiſcopis [1] territoriorum ſuorum & Abbatum quidem curam gerunt Epiſcopi: Monachorum vero Abbates.

TA Μοναστήρια [b] τελοῦσιν ὑπὸ τοῖς Ἐπισκόποις τῶν ἐνορίων αὐτῶν· καὶ τοῖς μὲν Ἡγουμένοις ἐπιβλέπουσιν οἱ Ἐπίσκοποι, τοῖς δὲ Μοναχοῖς οἱ Ἡγούμενοι.

§. 1. Non ſit vero Abbas duorum Monaſteriorum[2].

§. α. Οὐ γίνεται [c] δὲ Ἡγούμενος δύο Μοναστηρίων.

[1] *Monaſteria degunt ſeu cenſentur ſub Epiſcopis, &c.*] *In Can. 4. Concil. Chalcedon.* Eos vero qui per ſingulas civitates ſeu poſſeſſiones in Monaſteriis ſunt, placet nobis Epiſcopo ſubjectos eſſe debere. *In Concil. Aurelian. I. Imperatoris Anaſtaſii temporibus Can. 19.* Abbates pro humilitate religionis in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant: & ſi quid extra regulam fecerint ab Epiſcopis corrigantur. Monachi autem Abbatibus omni ſe obedientiæ devotione ſubjiciant.

[2] *Non ſit vero Abbas duorum Monaſteriorum*] *Photius Nomocan. tit. I. cap. 20. in quod Scholium Balſamonis ſic habet.* Conſtitutio quæ ſtatuit ne quis Præſul duorum Monaſteriorum fiat, quamquam nullius efficaciæ eſſe debeat quod in Baſilicis poſita non ſit, efficaciam tamen habet ex interpretatione decimi quinti Canonis Concilii ſeptimi conſtituentis, ne quis in duabus Eccleſiis unius urbis Clericus fiat. Si namque non permittitur

[a] *Refert Photius tit. XI. cap. III. tit. I. cap. XX. Nomocan.*

[b] Τὰ Μοναστήρια] *Cap. IV. Synod. Chalcedonenſ.* Nec multo poſt Anaſtaſio Imperatore (cujus per tempora idem quoque Aurelius decretum eſt) ἀγανακτήσαντα τὰ περὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν Μοναστήρια ἀφίστανται τοῦ Ἐπισκόπου Μακεδονίου. *Evagr. lib. IV. cap. XXXI.* Primus in Occidentis partibus diverſa inter ſe Euſebius conjunxit, ut & in civitate poſitus Epiſcopus inſtituta Monachorum teneret, & Eccleſiam regeret. *Ambroſius.*

[c] Οὐ γίνεται] Καὶ ὅτι δύο Μοναστηρίων οὐ γίνεται ὁ αὐτὸς ἡγούμενος. Quod & illis temporibus Epaunenſi Synodo vetitum fuit.

cuiquam in duabus Eccleſiis Clericum fieri, multo magis Præſul duo Monaſteria non moderabitur, quemadmodum neque unum caput duo corpora. *In Concil. Venetic. Can. 8.* Abbatibus quoque ſingulis diverſas cellas aut plurima Monaſteria habere non liceat. *In Concil. Epaunenſ. Can. 9.* Unum Abbatem duobus Monaſteriis interdicimus præſidere.

Inſinuatio teſtamenti coram quo fieri debeat.

XLI. Imp. JUSTINUS A. Archelao P. P.

REPETITA promulgatione, non ſolum judices quorumlibet tribunalium [1], verum etiam defenſores Eccleſiarum hujus Almæ urbis, quos turpiſſimum inſinuandi ultimas deficientium voluntates genus irrepſerat, præmonendos eſſe [2] cenſemus, ne rem attingant, quæ nemini prorſus omnium, ſecundum conſtitutionum præcepta, præterquam Magiſtro cenſus, competit: Abſurdum etenim Clericis [3] eſt, immo etiam opprobrioſum, ſi peritos ſe velint oſtendere diſceptationum eſſe forenſium. Temeratoribus hujus ſanctionis pœna quinquaginta librarum auri feriendis. Datum XIII. Kalend. Dec. CP. JUSTINIANO A. II. & OPILIANO CONSS. 524.

[1] *Tribunalium*] *In 5. Vet. Cod. Protribunalium.*
[2] *Eſſe*] Abeſt *a Vet. Cod.*
[3] *Abſurdum etenim Clericis, &c.*] *Capitul. 18. Concil. Carthag. 4.* Ut Epiſcopus tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat.

De Electione & rebus Epiſcopi. 5. De Oeconomis. 6. De rebus Xenodochi, Noſocomi, Ptochotrophi, Orphanotrophi. 7. De His, quæ poſt neceſſariam erogationem ſuperſunt. 8. De Succeſſoribus. 9. Ne quis per largitionem ordinetur. 10. De Pſalmodia. 11. Concluſio.

μϐ'. Αὐτοκρ. Ἰουστν. Α. Ἀταρϐίῳ Ἐπάρχῳ Πραιτωρίων.

ΠΑΣΑΝ ἀεὶ ποιούμενοι πρόνοιαν τῶν ἁγιωτάτων Ἐκκλησιῶν, εἰς τιμήν τε καὶ δόξαν τῆς ἁγίας ἀχράντου καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, δι' ἧς σώζεσθαι ἡμᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὴν κοινὴν πολιτείαν πεπιστεύκαμεν, ἀκολουθοῦντες δὲ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, περὶ τοὺς ἀνεπιλήπτους ὀφείλειν χειροτονεῖσθαι τοὺς ἱερέας, οἵ τινες μάλιστα διὰ τῶν οἰκείων εὐχῶν τὴν εὐμένειαν τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ τοῖς κοινοῖς περιποιεῖν ἐπαγγέλλονται πράγμασι, διὰ τοῦ παρόντος νόμου θεσπίζομεν, ὁσάκις

XLII. Imp. JUSTINIANUS A. Atarbio Præf. Præt.

OMNEM adhibentes providentiam circa ſanctiſſimas Eccleſias in honorem, & gloriam ſanctæ, & incorruptæ Homouſiæ Trinitatis, per quam & nos, & communem Rempublicam ſalvos fore credidimus: inſiſtentes etiam doctrinæ Sanctorum Apoſtolorum, de creandis irreprehenſibilibus Sacerdotibus, qui quidem ob id potiſſimum ordinantur, ut ſuis precibus benignitatem humaniſſimi Dei rebus adquirant communibus, præſenti lege ſancimus, ut quoties

in qualicumque civitate Sacerdotalem ſedem vacare contigerit, decretum fiat ab his, qui eam civitatem incolunt, ſuper tribus perſonis rectæ fidei, & honeſtæ vitæ, aliorumque bonorum, & virtutum teſtimonium habenribus, ut ex ipſis idoneior ad Epiſcopatum promoveatur. Si enim Sancti & glorioſi Apoſtoli Sacerdotium a Domino Chriſto Deo conſecuti, & qui bonis omnibus terram repleverunt, & ejus doctrinam omnibus impartiti ſunt, neque ipſi vitæ ſuæ, quam in hoc mundo degebant, ſalutis noſtræ cauſa pepercerunt: quomodo æquum non fuerit, ut qui ſubingrediuntur eorum ordinem, & inſtituuntur ſanctiſſimarum Eccleſiarum Sacerdotes, purum habeant propoſitum, & pecunias contemnant, omnemque vitam ſuam ad clementiſſimum applicent Deum.

ἂν ἐν οἱαδήποτε πόλει ἱερατικὸν θρόνον χηρεῦσαι συμβαίνῃ, ψήφισμα γίνεσθαι παρὰ τῶν οἰκούντων τὴν αὐτὴν πόλιν [a] ἐπὶ τρισὶ τοῖς ἐπὶ ὀρθῇ πίστει, καὶ βίου σεμνότητι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς μεμαρτυρημένοις, ὥστε ἐκ τούτων τὸν ἐπιτηδειότερον εἰς τὴν Ἐπισκοπὴν προχειρίζεσθαι [b]. Εἰ γὰρ οἱ ἅγιοι, καὶ ἔνδοξοι Ἀπόστολοι, οἱ τὴν ἱερωσύνην παρὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ Θεοῦ ἡμῶν δεξάμενοι, καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν τὴν γῆν πληρώσαντες, καὶ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν ἅπασι παραδεδωκότες, οὐδὲ αὐτῆς τῆς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ ζωῆς αὐτῶν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐφείσαντο· πῶς οὐ δίκαιόν ἐστι, τοὺς ὑπεισιόντας, εἰς τὴν αὐτῶν τάξιν, καὶ ἐγκαθισταμένους τῶν ἁγιωτάτων Ἐκκλησιῶν ἱερέας, καθαρὰν κεκτῆσθαι προαίρεσιν, καὶ τῶν μὲν χρημάτων ὑπερφρονεῖν, πᾶσαν δὲ τὴν ἑαυτῶν ζωὴν εἰς τὸν φιλάνθρωπον ἀνατείνειν Θεόν.

§. 1. Convenit igitur hujuſmodi elegi, & ordinari Sacerdotes, quibus nec Liberi ſint, nec Nepotes: etenim fieri vix poteſt, ut vacans hujus quotidianæ vitæ curis, quas Liberi creant Parenti maximas, omne ſtudium, omnemque cogitationem circa divinam liturgiam, & res Eccleſiaſticas conſumant. Nam cum quidam, ſumma in Deum ſpe, & ut animæ eorum ſalvæ fiant, ad ſanctiſſimas adcurrant Eccleſias, & eis omnes ſuas facultates adferant, & derelinquant, ut in pauperes, & egentes, & alios pios uſus conſumantur: indecens eſt, Epiſcopos in ſuum illas auferre lucrum, aut in propriam ſobolem, & cognatos impendere. Oportet enim Epiſcopum minime impeditum affectionibus carna-

§ α΄. Ὥστε προσήκει, τοιούτους ἐπιλέγεσθαι καὶ χειροτονεῖσθαι ἱερέας, οἷς οὐκ ἔστιν οὔτε τέκνα [c] οὔτε ἔγγονοι. ἐπειδὴ οὐχ οἷόν τέ ἐστι, τὸν περὶ τὰς βιωτικὰς ἠσχολημένον φροντίδας, ἃς οἱ παῖδες μάλιστα τοῖς γονεῦσι παρέχουσι, τὴν πᾶσαν σπουδήν τε καὶ διάνοιαν περὶ τὴν θείαν λειτουργίαν καὶ τὰ Ἐκκλησιαστικὰ ἔχειν πράγματα. Τινῶν γὰρ διὰ τὴν εἰς τὸν Θεὸν ἐλπίδα, καὶ διὰ τὸ τὰς ἑαυτῶν σωθῆναι ψυχὰς προστρεχόντων ταῖς ἁγιωτάταις Ἐκκλησίαις, καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς ταύταις προσφερόντων, καὶ καταλιμπανόντων, ἐπὶ τῷ εἰς πτωχοὺς καὶ πένητας καὶ ἑτέρας εὐσεβεῖς ταύτας δαπανᾶσθαι χρείας. ἄτοπόν ἐστι, τοὺς Ἐπισκόπους εἰς οἰκεῖον ταῦτα ἀποφέρεσθαι κέρδος, ἢ περὶ ἴδια τέκνα καὶ συγγενεῖς καταναλίσκειν. χρὴ γὰρ καὶ τὸν Ἐπίσκοπον μὴ ἐμποδιζόμενον προσπαθείαις σαρκικῶν τέκνων

πάντων

πάντων τῶν πιστῶν πνευματικὸν εἶναι Πατέρα. διὰ ταῦτα τοίνυν ἀπαγορεύομεν τοὺς ἔχοντας τέκνα ἢ ἐγγόνους χειροτονεῖσθαι Ἐπισκόπους.

§. β'. Τοὺς δὲ νῦν ὄντας Ἐπισκόπους [d], ἢ μέλλοντας γίνεσθαι, θεσπίζομεν μηδαμῶς ἔχειν ἐξουσίαν διατίθεσθαι ἢ δωρεῖσθαι ἢ καθ' ἑτέραν οἱανδήποτε περίνοιαν ἐκποιεῖν τι τῆς ἑαυτοῦ περιουσίας, ἣν μετὰ τὸ γενέσθαι Ἐπίσκοποι ἐκτήσαντο, ἢ ἀπὸ διαθήκης, ἢ ἀπὸ δωρεᾶς, ἢ καθ' ἕτερον οἷον δήποτε τρόπον, πλὴν εἰ μὴ μόνα, ἃ πρὸ τῆς Ἐπισκοπῆς ἐξ οἱασδήποτε αἰτίας εἶχον, ἢ μετὰ τὴν Ἐπισκοπὴν ἀπὸ γονέων, καὶ θείων, καὶ ἀδελφῶν εἰς αὐτούς τι περιῆλθεν ἢ καὶ περιελεύσεται. πάντα δὲ, ὅσα μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐξ οἱασδήποτε αἰτίας (καθὰ εἴρηται) χωρὶς τῶν εἰρημένων προσώπων εἰς αὐτοὺς περιῆλθε, τῇ παρ' αὐτοῦ Ἐπισκοπουμένῃ ἁγιωτάτῃ Ἐκκλησίᾳ διαφέρειν κελεύομεν, καὶ ἐκδικεῖσθαι παρ' αὐτῆς· οὐδενὸς ἑτέρου προσώπου δυναμένου ἐκ τούτου εἰς οἰκεῖον ἀποφέρεσθαι κέρδος. τίς γὰρ ἂν ἀμφισβητήσειεν, ὡς οἱ τούτοις τὰς ἰδίας οὐσίας καταλείψαντες, ἢ καὶ καταλιμπάνοντες, ἢ καθ' ἕτερον τρόπον παραπέμψαντες, ἢ παραπέμποντες, οὐκ ἀφεωράκασιν εἰς τὴν αὐτῶν ἱερωσύνην, καὶ πιστεύσαντες ὡς οὐ μόνον τὰ παρ' αὐτῶν καταλειφθέντα εὐσεβῶς δαπανήσουσιν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἰδίας αὐτῶν οὐσίας προσθήσουσι τοῦτο ποιοῦσι;

§. γ'. Τῆς δὲ γενικῆς ἡμῶν ταύτης νομοθεσίας μόνα ἐξαιροῦμεν τὰ περιγινόμενα οἱῳδήποτε πράγματι Ἐπιφανίῳ τῷ Ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, καὶ Πα-

lium liberorum, omnium fidelium ſpiritualem eſſe Patrem [c]. Has igitur ob cauſas prohibemus habentem natos aut nepotes, ordinari Epiſcopum.

§. 2. De his vero Epiſcopis, qui nunc ſunt, vel futuri ſunt, ſancimus, nullo modo habere eos facultatem teſtandi, vel donandi, vel per aliam quamcumque excogitationem alienandi quid de rebus ſuis, quas poſtquam facti fuerint Epiſcopi, poſſederint & adquiſierint, vel ex teſtamentis, vel donationibus, vel ex alia quacumque cauſa: exceptis duntaxat his, quas ante Epiſcopatum habuerunt [e] ex quacunque cauſa, vel quas poſt Epiſcopatum a parentibus & theiis, hoc eſt, patruis, vel avunculis, & à fratribus ad ipſos pervenerunt, perventuræque ſunt: quæcunque enim poſt ordinationem ex quacumque cauſa extra præfatas perſonas ad ipſos pervenerunt, ea jubemus ad ſanctiſſimam Eccleſiam, cujus Epiſcopatum tenuerint, pertinere, & ab ea vindicari, & evinci: nulla alia perſona poteſtatem habente, ex eo proprium quid auferre lucrum. Quis enim dubitaverit [f] eos, qui ipſis proprias res relinquunt, aut reliquerint, etſi in aliam perſonam transferunt, aut tranſtulerunt, non potius ipſum Sacerdotium contemplantes, quam ejus perſonam, & cogitantes, quia non ſolum ab ipſis relicta pie inſumunt, ſed & ſuas ipſorum res adjicient, id feciſſe?

§. 3. Ab hac autem generali noſtra lege excipimus ea ſola, quæcumque & qualiacumque in hunc uſque diem fuerint Epiphanii Archiepiſcopi felicis hujus civitatis, &

ſanctiſſimi Patriarchæ. Nam ſuper his, quæ ab hoc tempore ei adquirentur, ea, quæ a nobis conſtituta ſunt, obtinere, & ipſa ad ſanctiſſimam majorem Eccleſiam pertinere jubemus.

§. 4. Poſt mortem vero Deo amantiſſimorum Epiſcoporum, jubemus, ut pro tempore illarum Eccleſiarum Oeconomi rationes reddant earum, quæ ab illis relictæ ſunt, rerum: idque ſanctiſſimis Eccleſiis proficere, quod ex hac noſtra lege eis debetur.

§. 5. Et ipſos quidem Oeconomos cum judicio & diligenti diſcuſſione creari præcipimus: ſcientibus ipſis, quod ſingulis annis rationem referent ſanctiſſimo Epiſcopo ſuæ adminiſtrationis: & quacumque in re videbuntur res Eccleſiaſticas minuiſſe, vel læſiſſe, vel proprium quæſtum quæſiſſe, hoc Eccleſiaſticis rebus reſtituent. Itaque ſiquidem ſuperſtites iſtiuſmodi rationes ſubierint, fiant quæ ſupra dicta ſunt: ſi vero non redditis rationibus defuncti fuerint: tunc ipſorum hæredes ſubjiciantur tali diſcuſſioni, & conveniantur pro reſtitutione omnium, quæ ex ea cauſa debere illos conſtiterit.

§. 6. Neceſſarium quoque eſſe credidimus, etiam ſuper his aliquid definire, qui curam ſuſceperunt ſuſcepturive ſunt venerabilium Xenonum, & Noſocomiorum, & Ptochiorum, & Orphanotrophiorum, & Brephotrophiorum: nam & ipſis omnem licentiam auferimus, de adquiſitis rebus poſt ſuſceptas hujuſmodi curationes vel per teſtamentum vel per alium quemlibet modum, vel machinationem quicquam in alias transferendi perſo-

πατριάρχῃ ἁγιωτάτῳ μέχρι τῆς παρούσης ἡμέρας. Ἐπὶ γὰρ τοῖς ἀπὸ τοῦ παρόντος μέλλουσιν αὐτοῖς προσγίνεσθαι κελεύομεν τὰ παρ' ἡμῶν διατυπωθέντα, καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ [e] προσήκειν ταῦτα, θεσπίζομεν.

§. δ'. Μετὰ δὲ τὴν [f] τῶν Θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων τελευτὴν τοὺς κατὰ καιρὸν Οἰκονόμους, λόγους ἀπαιτεῖσθαι τῶν παρ' αὐτῶν καταλελειμμένων πραγμάτων, καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ Ἐκκλησίᾳ προσήκειν, ἃ ἐκ ταύτης ἡμῶν τῆς νομοθεσίας ὀφείλονται.

§. ε'. Καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς Οἰκονόμους οὐ κατὰ κρίσιν καὶ δοκιμασίαν γίνεσθαι κελεύομεν, εἰδότας, ὡς πάντως ἔτους καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν λόγους ὑφέξουσι τῷ ἁγιωτάτῳ Ἐπισκόπῳ τῆς οἰκείας διοικήσεως, καὶ ποῦ ὅταν ἂν φανῶσι τὰ Ἐκκλησιαστικὰ πράγματα καταβλάψαντες, ἢ κέρδος οἰκεῖον ποιησάμενοι, τοῦτο τοῖς Ἐκκλησιαστικοῖς ἀποδώσουσι πράγμασιν. ὥστε, εἰ μὲν περιόντες οἱ τοιοῦτοι ὑπόσχοιεν λόγους, γενέσθαι τὰ εἰρημένα· εἰ δὲ τελευτήσειαν πρὶν τοὺς αὐτοὺς λόγους ὑποσχεῖν, τότε τοὺς αὐτῶν κληρονόμους ὑπαχθῆναι τῇ τοιαύτῃ ζητήσει, καὶ συνελθεῖν πρὸς ἀποκατάστασιν πάντων, ὧν ἂν ἐντεῦθεν φανῶσιν ὀφείλοντες.

§. ς'. Δεῖν δὲ ᾠήθημεν καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς τὴν φροντίδα ἀναδεδεγμένοις ἢ καὶ ἀναδεξομένοις τῶν τε εὐαγῶν Ξενώνων, καὶ Νοσοκομείων, καὶ Πτωχείων, καὶ Ὀρφανοτροφείων, καὶ Βρεφοτροφείων διατυπῶσαι· καὶ γὰρ αὐτοῖς πᾶσαν ἄδειαν ἀναιροῦμεν τοῦ τὰ κτηθέντα αὐτοῖς μετὰ τὸ παραλαβεῖν τὰ εἰρημένα φροντίσματα ἢ κατὰ διαθήκας, ἢ καθ' ἕτερον οἷον δήποτε τρόπον, ἢ ἐπίνοιαν, εἰς ἑτέρους μετατιθέναι πρόσωπα, πλὴν εἰ μὴ ὅσα πρὶν ἔτυχον ἔχοντες, ἢ μετὰ ταῦ-

τα ἀπὸ γονέων, ἢ θείων, καὶ ἀδελφῶν εἰς αὐτοὺς περιῆλθε. πάντα δὲ, ὅσα τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις προσήκει τοῖς εἰρημένοις, ἢ εἰς τοὺς τούτων προεστῶτας μετὰ τὸ τὴν τοιαύτην ἀναδέξασθαι φροντίδα περιῆλθεν ἢ περιελεύσεται, τοῖς αὐτοῖς εὐαγέσι διαφέρειν οἴκοις καὶ εὐσεβῶς περὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς ὄντας ἢ θεραπευομένους διοικεῖσθαι βουλόμεθα. Πρόδηλον γάρ ἐστιν, ὅτι ὁ καταλιμπάνων, ἢ δωρούμενος ἐγγράφως, ἢ ἀγράφως Ξενοδόχῳ, ἢ Νοσοκόμῳ, ἢ Πτωχοτρόφῳ, ἢ Ὀρφανοτρόφῳ, ὑπὲρ τούτου δίδωσιν, ἵνα εὐσεβῶς δι' αὐτοῦ διοικηθῇ, ὡς καὶ πολλὴν εὐσεβείας ἀφορμὴν αὐτοῦ ἔχοντος διὰ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ φροντιζομένους, καὶ οὐ δίκαιόν ἐστι τοῦτον, ἅπερ προφάσει τῶν ὑπ' αὐτοῦ φροντιζομένων λαμβάνει, μὴ περὶ αὐτοὺς ἢ καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἀναλίσκειν, ἀλλ' εἰς ἴδιον αὐτὰ πρόσωπον ἀποφέρεσθαι, καὶ οἰκεῖον ποιεῖσθαι κέρδος, τοῦ φόβου Θεοῦ καταφρονήσαντα. τίς γὰρ ἂν τὴν τοιαύτην ἔχοντα φροντίδα μὴ νομίσειε διὰ τοῦτο ταύτην ἀναδέξασθαι, ἵνα μὴ μόνον ὅσα αὐτῷ ἔξωθεν περιγίνεται, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἔτυχεν ἐσχηκὼς περὶ αὐτὴν δαπανήσῃ;

§. ζ'. Ἔτι καὶ τοῦτο κελεύομεν ὅσα μετὰ τὴν δέουσαν παρὰ τῶν τοιούτων προεστώτων γινομένην περὶ τοὺς ὑπ' αὐτοὺς φροντιζομένους δαπάνην καὶ ἐπιμέλειαν περί τε τὰ πράγματα καὶ τοὺς οἴκους ἐκπερισσεῦσαι συμβαίη, ταῦτα προχωρεῖν εἰς ἀγορασίαν προσόδων. πανταχοῦ γὰρ ἡμῖν σκοπὸς, εἰς ἐπίδοσιν ἤτοι αὔξησιν ἄγεσθαι τὰ εἰς εὐσεβεῖς ἀφορισμένα χρείας πράγματα· οὕτως γὰρ ἕκαστος ὑπὲρ τῆς ἑαυ-

nas : exceptis, quæ prius habuerant, vel poſtea a parentibus vel theiis, vel fratribus ad ipſos pervenerunt. Omnia enim quæcumque ad ſancta pertinent loca, vel quæ ad ipſorum Præpoſitos poſt ſuſceptam hujuſmodi curam pervenerunt, vel perventura ſunt, ad ipſa venerabilia pertinebunt loca : eaque pie in eos diſtribui & erogari volumus, qui in illis locis ſunt, vel curantur. Manifeſtum enim eſt : quod quiſquis derelinquit vel donat, ſive in ſcriptis ſive ſine ſcriptis Xenodocho, vel Noſocomo, vel Prochotropho, vel Orphanotropho, idcirco dat, ut pie per ipſum diſpenſetur : ut qui multam de eorum pietate præſumptionem & occaſionem habeat, qui iis locis præfecti ſunt : neque vero juſtum eſt, ipſum ea, quæ ſub prætextu eorum, quæ ſub ejus cura ſunt, accipit, non in ipſos vel pro ipſis impendere, ſed in propriam perſonam auferre, & proprio lucro applicare timore Dei contempto. Quis enim tali curæ Præpoſitum non exiſtimet idcirco eam ſuſcepiſſe, ut non ſolum quæ extrinſecus ad eum pervenient, ſed etiam omnia, quæ habere eum contigerit, in eam rem impendat ?

§. 7. Amplius id quoque jubemus, ut quæcunque poſt neceſſariam erogationem in eos, qui eorum curæ commiſſi ſunt, & debitam curationem rerum & ædificiorum ſupereſſe contigerit, ea ad redituum comparationem proficiant : undique enim noſter ſcopus noſtraque intentio eſt, ad amplificationem & augmentum adducere res ad pios uſus ſegregatas : ſic enim quiſquis pro ſua ani-

ma quidquam facere volet, promptius erogabit: ſi crediderit, ea quæ ab ipſo data fuerint, pie adminiſtranda eſſe.

§. 8. Si autem contigerit aliquem ab adminiſtratione ſua ceſſare, quam acceperat: ſancimus, eum qui in ejus loco conſtitutus eſt, cum timore Domini rationum redditioni ſubjici geſtæ ſub eo adminiſtrationis, ſicut divina noſtra lege continetur: ſciente & eo, qui poſt ipſum conſtitutus eſt, quod Domino Deo pro his rationem reddet.

§. 9. Præterea ſancimus, (quemadmodum & divinis cautionibus definitum eſt) ne quis Epiſcopus, aut Chorepiſcopus, aut viſitator, ſive circuitor, aut Presbyter, aut alius cujuſcunque dignitatis Clericus per largitionem ordinetur. Sed nec Oeconomus, nec Eccleſiecdicus, nec Xenodochus, nec Noſocomus, nec Ptochotrophus, nec Orphanotrophus, nec Brephotrophus, nec quiſquis Ptochio præficiendus eſt, per talem fiat largitionem: ſed per judicium & probationem eorum, qui in illis locis ſunt, Deo amantiſſimorum Epiſcoporum. Si vero quis inventus fuerit occaſione prædictarum ordinationum & adminiſtrationum aliquid dediſſe, vel accepiſſe, ſive Epiſcopus ſit, ſive Clericus: & eum qui præbuit, & eum qui accepit, extra Sacerdotium & Clerum fieri jubemus: ut poſt hæc Domini Dei ſubjaceant condemnationi. Si autem quis propter Præfecturam dediſſe quid compertus fuerit, eum qui ita Præfectus factus fuerit, extra Clerum eſſe jubemus: ſi vero Oeconomus vel Eccleſiecdicus ſeu

τοῦ ψυχῆς τι πρᾶξαι βουλόμενος, προθυμότερον ἐπιδιδώσῃ, ἐὰν τὰ παρ' αὐτοῦ παρεχόμενα εὐσεβῶς μέλλειν διοικεῖσθαι πιστεύσειεν.

§. η'. Εἰ δὲ συμβῇ τινὰ τούτων παύσασθαι τῆς φροντίδος, ἧς εἶχε. θεσπίζομεν τὸν εἰς τόπον αὐτοῦ καταστησόμενον μετὰ τοῦ φόβου τοῦ δεσπότου Θεοῦ λόγους ἀπαιτεῖσθαι πάσης τῆς παρ' αὐτοῦ γενομένης διοικήσεως, καθὰ τῇ θείᾳ ἡμῶν ζεύγῃ περιέχεται νομοθεσίᾳ· εἰδότος καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν καθισταμένου, ὡς τῷ δεσπότῃ Θεῷ τὸν ὑπὲρ τούτων λόγον ὑφέξει.

§. θ'. Ἔτι θεσπίζομεν [h] (καθὰ τοῖς θείοις διωρίσθαι κανόσι) μήτε Ἐπίσκοπον, μήτε Χωρεπίσκοπον [i], μήτε Περιοδευτὴν [k], μήτε Πρεσβύτερον, μήτε ἄλλον οἱασδήποτε ἀξίας [l] Κληρικὸν, ἐπιδόσει χειροτονεῖσθαι. Ἀλλὰ μηδὲ Οἰκονόμον, ἢ Ἐκκλησιέκδικον, ἢ Ξενοδόχον, ἢ Νοσοκόμον, ἢ Πτωχοτρόφον, ἢ Ὀρφανοτρόφον, ἢ Βρεφοτρόφον, ἢ τὸν ἐπὶ τῆς Πτωχείας προέχοντά τι γενέσθαι, ἀλλὰ κατὰ κρίσιν καὶ δοκιμασίαν τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων τούτους προβάλλεσθαι [m]. Εἰ δέ τις εὑρεθείη προφάσει τῶν εἰρημένων χειροτονιῶν καὶ φροντισμάτων δεδωκώς τι, ἢ λαμβάνων, εἴτε Ἐπίσκοπος εἴη, εἴτε Κληρικός· καὶ τὸν παρέχοντα, καὶ τὸν λαμβάνοντα ἔξω τῆς ἱερωσύνης, καὶ τοῦ κλήρου γίνεσθαι κελεύομεν, μετὰ δὲ ταῦτα τὴν κατάκρισιν αὐτοὺς εἶναι τοῦ δεσπότου Θεοῦ. Εἰ δέ τις διὰ προστασίας [n] γένοιτο καὶ εὑρεθείη δεδωκώς τι, τὸν γενόμενον ἔξω τοῦ κλήρου γενέσθαι κελεύομεν. Εἰ δὲ Οἰκονόμος, ἢ Ἐκκλησιέκδικος, ἢ Χωρεπίσκοπος, ἢ Περιοδευτὴς, ἢ Ξενοδόχος, ἢ Νοσοκόμος, ἢ Πτωχο-

τρόφος, ἢ Ὀρφανοτρόφος, ἢ ὁ καλούμενος ἐπὶ τῆς Πτωχείας, φανείη παρασχών τι ἐπὶ τῷ τὴν τοιαύτην αὐτῷ περιποιῆσαι φροντίδα. καὶ τοῦτον ἀποκινεῖσθαι τῆς τοιαύτης φροντίδος κελεύομεν.

§. 1. Ἔτι θεσπίζομεν, πάντας τοὺς Κληρικοὺς τοὺς ἐν ἑκάστῃ Ἐκκλησίᾳ, δι' αὐτῶν ψάλλειν τά τε νυκτερινὰ [n], καὶ τὰ ὀρθρινὰ, καὶ τὰ ἑσπερινὰ, καὶ μὴ μόνον ἐκ τοῦ δαπανᾶν τὰ Ἐκκλησιαστικὰ πράγματα Κληρικοὺς φαίνεσθαι, ὄνομα μὲν ἔχοντας Κληρικῶν, μὴ ἐπιτελοῦντας δὲ τὸ πρᾶγμα τοῦ Κληρικοῦ πρὸς τὴν λειτουργίαν τοῦ δεσπότου Θεοῦ. Ἄτοπον γάρ ἐστιν, ἀντ' αὐτῶν χαρτηλοὺς ἀνάγκης ἐπαγομένης αὐτοῖς ψάλλειν. Εἰ γὰρ πολλοὶ τῶν λαϊκῶν, διὰ τὸ τὴν οἰκείαν ὠφελῆσαι ψυχὴν, ταῖς ἁγιωτάταις Ἐκκλησίαις προστρέχοντες, σπουδαῖοι περὶ τὴν ψαλμῳδίαν δείκνυνται, πῶς οὐκ ἄτοπον, τοὺς Κληρικοὺς τοὺς ἐπὶ τούτῳ τεταγμένους μὴ πληροῦν τὸ οἰκεῖον ἐπάγγελμα; διὸ πάντῃ τρόπῳ τοὺς Κληρικοὺς ψάλλειν κελεύομεν, καὶ καταζητεῖσθαι αὐτοὺς παρὰ τῶν κατὰ καιρὸν θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων, καὶ δύο Πρωτοπρεσβυτέρων [p] ἑκάστης Ἐκκλησίας, καὶ τοῦ καλουμένου Ἄρχοντος, ἤτοι Ἐξάρχου [q], καὶ τοῦ Ἐκδίκου [r] ἑκάστης ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας· καὶ τοὺς μὴ εὑρισκομένους ἀμέμπτως ταῖς λειτουργίαις προσκαρτεροῦντας ἔξω τοῦ κλήρου καθίστασθαι. Οἱ γὰρ καταστήσαντες, ἤτοι κτίσαντες, τὰς ἁγιωτάτας Ἐκκλησίας ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας καὶ τῆς κοινῆς πολιτείας, κατέλιπον αὐταῖς οὐσίας, δι' ὧν ὤφειλον αἱ θεῖαι λειτουργίαι γίνεσθαι, ἐφ' ᾧτε διὰ τῶν λειτουργούντων ἐν ταῖς ἁγιωτάταις Ἐκκλησίαις εὐλαβεστάτων Κληρικῶν θεραπεύεσθαι τὸν δεσπότην Θεόν. Ἄδειαν δὲ παρέχομεν παντὶ προσώπῳ τῷ γινώσκοντι τούτων

defenſor vel Chorepiſcopus, id eſt, vel Periodeuta, Viſitator vel Xenodochus, vel Noſocomus, vel Ptochotrophus, vel Orphanotrophus, vel Prochio præpoſitus comperietur præbuiſſe quid, ut ſibi cura illa committeretur, & hunc removeri ab hujuſmodi cura, jubemus.

§. 10. Præterea ſancimus, ut omnes Clerici per ſingulas Eccleſias conſtituti, per ſeipſos pſallant [4] Nocturna, & Matutina, & Veſpertina [5], ne ex ſola Eccleſiaſticarum rerum conſumptione Clerici appareant, nomen quidem habentes Clericorum, rem autem non implentes Clerici circa Liturgiam Domini Dei. Turpe enim eſt, pro ipſis ſcriptos, neceſſitate ipſis inducta pſallere [6]. Si enim multi Laicorum, ut ſuæ animæ conſulant, ad ſanctiſſimas Eccleſias confluentes ſtudioſi circa pſalmodiam [7] oſtenduntur, quomodo indecens non fuerit Clericos ad id ordinatos non implere ſuum munus? Quapropter omnimodo Clericos pſallere jubemus, & ipſos inquiri a Deo amantiſſimis pro tempore Epiſcopis, & duobus Presbyteris in ſingulis Eccleſiis, & ab eo, qui vocatur Archos vel Exarchos, & ab Ecdico, ſive Defenſore cujuſque ſanctiſſimæ Eccleſiæ: & eos qui inventi non fuerint inculpate in Liturgiis perſeverantes, extra Clerum conſtitui. Nam qui conſtituerunt, vel fundarunt ſanctiſſimas Eccleſias pro ſua ſalute & communis Reipublicæ, reliquerunt illis ſubſtantias: ut per eas debeant ſacræ Liturgiæ fieri, & ut in illis a miniſtrantibus piis Clericis Deus colatur.

† Licentiam autem concedimus omni perſonæ, quæ quid horum

prætermiſſum eſſe cognoverit, ea denuntiare & publicare.

§. 11. Ea vero, quæ a nobis ſancita ſunt, fini tradi, & ad effectum perduci cum Dei benignitate jubemus: eos vero, qui in ſuſpicionem venerint, aliquid horum auſu temerario prætermiſiſſe, primum quidem ex Domini Dei judicio periculum, ac deinde poſitas in hac lege pœnas ſuſtinere. Dat. Kalend. Mart. CP. DN. Juſt. PP. A. II. Conſſ. 528.

τὶ παραβαινόμενον, τοῦτο προσαγγέλλειν καὶ φανερῶν.

§. ια΄. Τὰ δὲ περὶ ἡμῶν θεσπισθέντα, πέρατι παραδοῦναι, καὶ εἰς ἔργον ἀχθῆναι μετὰ τῆς τοῦ Θεοῦ εὐμενείας κελεύομεν, ὑφορωμένων τῶν παραβαίνειν ταῦτα τολμώντων, πρῶτον μὲν τὸν ἐκ τῆς τοῦ δεσπότου Θεοῦ κρίσεως κίνδυνον, ἔπειτα δὲ καὶ τὰς εἰσκειμένας τῇ αὐτῇ νομοθεσίᾳ ποινάς.

[1] *Oportet enim Epiſcopum omnium fidelium ſpiritualem eſſe Patrem*] *D. Gregorius lib. 9. indict. 4. epiſt. 14.* Queſtus nobis eſt ſupradictus reverentiſſimus frater noſter, quod & Epiſcopium Eccleſiæ ipſius hactenus detineas, & occaſione blandiris, ut Epiſcopi Patris tui veſtes tibi, vel alia quæ in Epiſcopio inventa ſunt, applices. Et ideo, ſi ita eſt, & ab Epiſcopio te præcipimus ſine mora recedere, & quidquid prædictus Pater tuus Epiſcopatus ſui tempore Eccleſiæ de proprio conſtiterit conquiſiſſe, quia & ſacris Canonum legibus eſſe noſcitur definitum ut in his, quæ Antiſtes Epiſcopatus tempore acquiſiverit, non alius, niſi ſola ſuccedat Eccleſia. *Et lib. 10. indict. 5. epiſt. 43.* Nulli dubium eſt quod ſicut Sacerdotibus res in Epiſcopatu acquiſitas nulla eſt alienandi licentia, ita de eis quæ ante habuerint, quidquid judicare voluerint, non vetantur.

[2] *Exceptis duntaxat his quas ante Epiſcopatum habuerunt*] *D. Proſper lib. 2. de Vit. contemplat. cap. 9.* Expedit facultates Eccleſiæ poſſideri, & amore perfectionis proprias contemni. *Cap. 10.* Nec illi qui ſua poſſidentes dari ſibi aliquid volunt, ſine grandi peccato ſuo, unde pauper victurus erat accipiunt. *Cap. 11.* Itaque Sacerdos, cui diſpenſationis cura commiſſa eſt, non ſolum ſine cupiditate, ſed etiam cum laude pietatis accipit a populo diſpenſanda, & fideliter diſpenſat accepta, qui omnia ſua aut parentibus reliquit, aut pauperibus diſtribuit, aut Eccleſiæ rebus adjungit, & ſe in numero pauperum paupertatis amore

[a] Παρὰ τῶν οἰκούντων τὴν αὐτὴν πόλιν] *Evagr. lib. 11. cap. x11. Nov. cxx111.* Τοῖς κληρικοῖς καὶ τοῖς πρώτοις τῆς πόλεως τῆς μελλούσης Ἐπισκόπου χειροτονεῖσθαι, & cætera, quæ pro temporum perturbatione varie ſervata ſunt.

[b] Εἰς τὴν Ἐπισκοπὴν προχειρίζεσθαι] Τῇ ἐκλογῇ καὶ τῷ κρίναντι τὸν χειροτονοῦντος. *Nov. cxx111. Imperatoris aliquando. Sozom. lib. v11. cap. v111.* Longe aliter Zeno, quod poſtea abrogavit. *Nicephor. Kalliſt. lib. xv. cap. x1. xv111.*

[c] Οὔτε τέκνα] Meminit *Nov. v1. Balſam. Can. 111. Synod. Nicæn.*

[d] Τοὺς δὲ νῦν ὄντας Ἐπισκόπους] Refert *Photius tit. x. cap. v. Nomocan.* Meminit *Juſtinian. Nov. cxx111. Nov. v1. Harmenopulus lib. v. tit. 111. Cedrenus in Juſtiniano.* Τύπον δὲ δέδωκε περὶ τῶν Ἐπισκόπων, καὶ οἰκονόμων, καὶ ὀρφανοτρόφων, καὶ ξενοδόχων, ὥστε μὴ κληρονομεῖσθαι, εἰ μὴ ἃ πρὸ τοῦ γενέσθαι εἶχον ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει, εἰς ταῦτα ἵνα διατίθωνται· ἀφ' ἧς δὲ ἀρχῆς προεχειρίσθησαν, μὴ ἔχειν ἄδειαν εἰς ἃ κερδήσειεν διατίθεσθαι, ἀλλὰ τὰ αὐτῶν πάντα τὸν ἅγιον οἶκον κληρονομεῖν. Vide *Gregor. lib. 1x. x. epiſtol. Pelag. Cethego Patricio Balſam. Can. Apoſt. xl. & Synod. Chalced. Can. xx11.*

[e] Μεγάλη Ἐκκλησίᾳ] Εἰς τὸ μέγα τέμενος τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας. *Zonar.*

[f] Μετὰ δὲ τὴν] *Gregor. lib. 111. epiſt. 4 Synod. Calcedon. Can. xx11.*

[g] Καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς Οἰκονόμοις] Refert *Phot. tit. x. cap. 1. tit. 1x. cap. c. Nomocan.*

[h] Ἐπὶ διοικούμενον] *Photius tit. 1. cap. xx111.* Quod antea *Canone 11. Sy-*

nod. Chalcedon. Decretum fuit. *Acta Synod. Conſtantinop.*

[i] Μητὲ Επίσκοπον, μητὲ Χωρεπίσκοπον] *Zonar. Can. XIIII. Synod. Neocæſar.* Οἱ μὲν Επίσκοποι εἰς τύπον τῶν δώδεκα Αποστόλων εἰσὶν, οἷς ἐμφυσήσας ὁ κύριος ἔφησε· Λάβετε πνεῦμα ἅγιον, & cæt. οἱ δὲ Χωρεπίσκοποι εἰς τύπον τῶν ἑβδομήκοντα Αποστόλων εἰσὶν οἷς πᾶσιν οὐκ ἐδόθη ἡ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου πνεύματος διανέμησις, καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῆς βίβλου τῶν πράξεων περὶ Φιλίππου· διὰ τοῦτο οὐδὲ πρεσβυτέρους, ἢ διακόνους χειροτονοῦσιν, οἷα μηδὲ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος παρέχειν δυνάμενοι ἀλλ' οὐδὲ ἀφιέναι ἁμαρτίας δύνανται, προσφέρειν δὲ οὐ κωλύονται· τιμώμενοι διὰ τὴν σπουδὴν τὴν εἰς τοὺς πτωχούς. Τὰς γὰρ τῶν Εκκλησιῶν ἂν πορίζωνται εἰσόδους εἰς πτωχοὺς ἀναλίσκειν ὀφείλουν, καὶ προνοεῖσθαι αὐτῶν. *Balſam. Can. VI. Concil. Antiochen.*

[k] Περιοδευτὴν] *Zonar. Can. LVII. Synod. Laodic.* Περιοδευταὶ λέγονται διὰ τὸ περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστοὺς μὴ ἔχοντας καθέδραν οἰκείαν. Viſitatorem appellant Latini, ut *Lateranenſi Concilio.* Modeſtinus medicum periodeutem dixit. *L. VI. D. de excuſat. tut.* Circitorem *Vetus Interpres vertit. Doſitheus magiſter in Grammatica, tit. de medicina.* Cura θεραπεία, circitura, περιοδεία. *Gloſſar. Baſilienſ.* περιοδευτὴς, Circiror, Luſtrator.

[l] Αλλον οἱασδήποτε ἀξίας] Fuere enim, ut vulgo notos omittam, & περιστάτης, ſive περισταὶ, ut Juſtinus, Origenes & Epiphanius tradunt. Fuere & ὑποβολεῖς corrupte in Concilio Chalcedon. Joannes, ὑποβολεῖς. Erant extra Clericos, Parabolani, qui ad curanda ægra corpora deputabantur Alexandriæ, *L. Quia inde cætera c. XV. de Epiſcop. & Cleric.* terrore eorum qui Parabolani nuncupantur. *Action. 1. Concilii Chalcedon.* Irruebant in Eccleſiam milites cum armis, inſtabant Monachi qui cum Barſuma, & qui Parabolani nuncupantur. Erant & hi quos Copiatas recens a Conſtantino uſus inſtituit nuncupari, ſive Κοπιῶντας, uti vocat Auctor epiſtolæ ad Antiochenos, niſi quis antiquitatem ejus retinere malit, auctoritate prioris ad Timoth. *v. Act. XX.*

[m] Περιβάλλεσθαι] *Balſam. Can. 51. Chalcedon.* Οἱ μὲν Επίσκοποι οἱ Χωρεπίσκοποι, οἱ Πρεσβύτεροι, οἱ Διάκονοι, καὶ οἱ Υποδιάκονοι χειροτονοῦνται· οἱ Ψάλται, οἱ Ανα-

conſtituit; ita ut unde pauperibus ſubminiſtrent inde, & ipſe tanquam pauper voluntarius vivat. *Cap. 12.* Illi autem qui tam infirmi ſunt ut poſſeſſionibus ſuis renuntiare non poſſint, ſi ea quæ accepturi erant diſpenſatori relinquant, nihil habentibus conferenda ſine peccato poſſident ſua: quia & ipſi quodammodo ſua relinquunt, quando propriis contenti rebus nihil eorum quæ labori, vel ordini ſuo deberi arbitrantur accipiunt, &c.

[3] *Quis enim dubitaverit, &c.*] Quia hoc ille qui donat, pro redemptione animæ ſuæ, non pro commodo Sacerdotis probatur offerre; non quaſi ſuum proprium, ſed quaſi dimiſſum Eccleſiæ inter reliquas facultates Eccleſiæ computabunt; quia juſtum eſt ut ſicut Sacerdos habet quod Eccleſiæ dimiſſum eſt, ita & Eccleſia habeat quod relinquitur Sacerdoti. *Can. 5. Concil. Agathenſ.*

[4] *Ut omnes Clerici per ſeipſos pſallant*] *Canone 15. Concil. Laodicenſ.* Non oportere præter Canonicos Cantores qui ſuggeſtum aſcendunt, & ex membrana legunt, aliquos alios canere in Eccleſia. *Extat tom. 1. Concil. General. col. 1498.* Conqueruntur Patres quod nimis delectati muſica cœperunt minori gravitate canere. *D Hieronymus ad Rufin. lib. 3. Commentar. in cap. 5. epiſt. ad Epheſ. verſ. 19.* Ne ore tantum verba Dei reſonemus. *D. Auguſtinus lib. 9. Confeſſ. cap. 6.* Quantum flevi in hymnis & canticis tuis ſuave ſonantis Eccleſiæ tuæ verbis commotus acriter? Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum: & exæſtuabat inde affectus pietate, & currebant lacrimæ, & bene mihi erat cum eis. *Cap. 7.* Non longe cœperat Mediolanenſis Eccleſia genus hoc conſolationis & exhortationis celebrare magno ſtudio fratrum concinentium vocibus & cordibus. *Ibid. inf.* Tunc hymni & pſalmi ut canerentur ſecundum morem orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabeſceret, inſtitutum eſt: & ex illo in hodiernum retentum multis jam ac pœne omnibus gregibus tuis, & per cæteras orbis imitantibus. *Lib. 10. cap. 33.* Tutiuſque mihi videtur quod de Alexandrino Epiſcopo Athanaſio ſæpe mihi dictum commemini: qui tam modico flexu vocis facie-

bat ſonare Lectorem pſalmi, ut pronuntianti viciníor eſſet, quam canenti. Verumtamen cum reminiſcor lacrimas meas, quas fudi ad cantus Eccleſiæ tuæ in primordiis recuperatæ fidei meæ: & nunc ipſo commoveor, non cantu, ſed rebus quæ cantantur, cum liquida voce & convenientiſſima modulatione cantantur: magnam inſtituti hujus utilitatem rurſus agnoſco. Ita fluctuo inter periculum voluptatis & experimentum ſalubritatis: magiſque adducor, non quidem irretractabilem ſententiam proferens, cantandi conſuetudinem approbare in Eccleſia, ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis aſſurgat. Tamen cum mihi accidit, ut me amplius cantus, quam res quæ canitur moveat, pœnaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem. *Idem epiſt.* 109. Pſalmis & hymnis cum oratis Deum, hoc verſetur in corde quod profertur in voce: & nolite cantare, niſi quod legitis eſſe cantandum: quod autem non ita ſcriptum eſt ut cantetur, non cantetur.

[s] *Nocturna, Matutina & Veſpertina*] Præcationum quæ mane, tertia, ſexta & nona hora & veſperi dicuntur a Monachis meminit D. Chryſoſtomus *de diſpenſat. rer. Eccleſ.* De nocturnis *gloſſa.* Vide *Caſſiani Lucernarium, & Caſſiodorum in Pſalmos. Tertullian. Apologetic. cap.* 2. Plinius enim ſecundus cum Provinciam regeret, damnatis quibuſdam Chriſtianis, quibuſdam gradu pulſis, ipſa tamen multitudine perturbatus, quid de cætero ageret conſuluit tunc Trajanum Imperatorem, allegans præter obſtinationem non ſacrificandi nihil aliud ſeſe ſacris eorum comperiſſe quam cœtus antelucanos ad canendum Chriſto & Deo. *D. Baſilius ſerm.* 1 *de inſtitut. Monach.* Cum autem ad orationem nulla non vitæ pars opportuna habenda ſit, quia tamen datis quibuſdam intervallis ab illa ipſa Pſalmodiæ genuqueflexionis acti contentione nonnunquam eſt interquieſcendum, is eſt maxime horarum modus tenendus qui a veteribus olim ſanctis viris ad orationem deſcriptus eſt. Etenim eximius ille David: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper judicia juſtitiæ tuæ. Quæ ſane Paulus quoque & Silas ſecuti reperiuntur. *D. Hieronymus epiſt* 7. *ad Latam.* Præponatur ei probæ fidei ac morum & pudicitiæ Virgo veterana, quæ illam doceat, & aſſueſcat exemplo ad orationes & pſalmos nocte conſurgere, mane hymnos canere, tertia, ſexta, nona hora ſtare in acie quaſi bellatricem Chriſti, accenſaque lucerna reddere ſacrificium veſpertinum. *D. Auguſtinus lib.* 50. *Homil. Homil.* 26. Et quia non toti viri vel mulieres voluerunt hodie ad Vigilias convenire. *Idem lib.* 7. *quæſt. ſup. libr. Judic. in hac verba cap.* 9. *verſ.* 32. *nunc ſurge nocte tu & populus tuus tecum, & inſidiare in agro. D. Chryſoſtom. Homil.* 59. *ad popul. Antiochen.* Omnes ſtatim cum reverentia ſomnum deponentes exurgunt, excitante eos Prælato, & conſiſtunt ſanctum conſtituentes chorum, & ſtatim manus extendentes ſacros hymnos

γράφαι· οἱ Ἄρχοντες καὶ ἔπειτα σφραγίζονται, οἱ δὲ Οἰκονόμοι, οἱ Χαρτουλάριοι, οἱ Παραμονάριοι προβάλλονται. Τὰ δὲ ὀνόματα τῆς χειροτονίας καὶ ἡ σφραγὶς περιέχεται, ὡς διὰ χειρὸς γινομένη.

[n] Διὰ προστασίας] *C.* 11. *c. de Murileg.* Ἐπειδὴ οἱ καθολικοὶ τῶν ἱερατικῶν πραγμάτων, ὅτι καὶ οἱ βαφεῖς καὶ οἱ γυναικιάριοι πολλὰ διέφθειραν, καὶ ἐκακούργησαν, τοῦτο δὲ γέγονεν ἐκ τοῦ γενέσθαι αὐτοῖς κατὰ προστασίαν. *Et Can.* IX. *Synod. Sardic.* Καὶ οὕτως τὴν ἑαυτοῦ προστασίαν καὶ φροντίδα παρέχειν. *Et Can.* VI. *Apoſt.* Διὰ προστασίας ἀρχοντικῆς.

[o] Ψάλλειν τάτε νυκτερινὰ] Νυκτερινὰ, ὀρθρινά καὶ τὰ ἑσπερινὰ obſervavit antiquitas, quæ (ut quidam ait) proxime accedit ad Deos. Meminerunt *Origenes, Hieronymus, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Hilarius, & alii.*

[p] Πρωτοπρεσβυτέρου] *Nov.* CXXIII. Ὁ πρῶτος πρεσβύτερος τῆς χειροτονοῦντος Ἐπισκόπου. *Socrates lib.* VI. *cap.* IX. Archipreſbyteri meminit *Can.* XX. *Antiſiodorenſis.*

[q] Ἢ τοῦ ἐξάρχου] *Balſam. Can.* LVII. *Laodic.* Περιοδευταὶ δὲ εἰσιν οἱ σήμερον προβαλλόμενοι παρὰ τῶν Ἐπισκόπων ἔξαρχοι· οὗτοι γὰρ περιοδεύουσι καὶ ἐπιτηροῦσι τὰ ψυχικὰ σφάλματα, καὶ καταρτίζουσι τοὺς πιστούς.

[r] Καὶ τοῦ ἐκδίκου] *Carthagin. Synod. Can.* LXXVI. Σύμπασιν ἔδοξεν αἰτῆσαι ἀπὸ τῶν βασιλέων διὰ τὴν τῶν πτωχῶν κάκωσιν, ὡς τῆς ἐπαχθείας ἀπαύστως ἡ Ἐκκλησία παρενοχλεῖται, ἵνα ἐκδίκους τούτους μετὰ τῆς τῶν Ἐπισκόπων προνοίας ἐπιλέγεσθαι κατὰ τῆς τῶν πλουσίων τυραννίδος.

nos decantant. *Idem Homil. 14. in 1. epiſt. ad Timoth.* Diſcuſſo ſopore conſurgunt a Præſule excitati ſuo, adſtantque ſacro inſtituto choro, protinuſque expanſis manibus ſacros concinunt hymnos. *Concil. Laodic. Can. 18.* Idem precum miniſterium omnino debere fieri in Nonis & Veſperis.

6 *Neceſſitate inducta pſallere*] Pamelius *in hac verba Tertull. Apologet. cap. 39. poſt aquam manualem & lumina, ut quiſque de Scripturis ſanctis vel de proprio ingenio poteſt, provocatur in medium Deo canere,* plurima obſervat de more poſito apud veteres Chriſtianos, ut diverſis horis Deo canerent, variaque in hanc rem teſtimonia adducit. *Joannes Diaconus lib. 2. Vit. S. Gregor. cap. 6.* Scholam quoque Cantorum, quæ hactenus eiſdem inſtitutionibus a Sancta Romana Eccleſia modulatur conſtituit. Idem argumentum fuſius exponit duobus ſequentibus capitulis. *D. Athanaſius de Virginit. ſeu de meditationib.* Oriens ſol videat librum in manibus. Poſt tertiam ſynaxes conficies, quoniam ea hora defixus eſt in ligno crucis Chriſtus omnium vita. Sexta hora abſolves deprecationes cum pſalmis, ploratu & ſupplicationibus, quoniam hac hora pependit filius in cruce. Nona hora rurſum in hymnis & glorificationibus eris, cum lacrimis & confeſſione peccatorum Deo ſupplicabis; quoniam hac hora Dominus in cruce pendens reddidit Spiritum ſuum. *Imperator Julianus in fragmento epiſtolæ pag. 551.* Cum privatim, tum publice Diis ſæpe ſupplicandum eſt, máxime quidem ter de die: ſin minus ſaltem diluculo ac ſub veſperam. Qua quidem in re æmulari voluit Julianus Chriſtianos, ut narrat Sozomenus *lib. 5. Hiſt. Eccleſ. cap. 16.* Baronius *ad annum Chriſti 60.* multa congerit ex antiquis de utilitate Pſalmodiæ, & Bellarminus *lib. 2. de bon. operib. cap. 16.* Conſuetudinem quam Eccleſia ſervat in canendo & antiquam & rationabilem eſſe demonſtrat tum exemplo Chriſti & Diſcipulorum, tum ex traditione Conciliorum & Patrum.

7 *Multi Laicorum ſtudioſi circa Pſalmodiam*] *D. Baſilius epiſt. ad Clericos Neocæſarienſes:* Deinde ſurgit apud nos populus & ad domum orationis contendit, Deoque ſe in labore & afflictione continuis lacrimis confitetur. Ad extremum exurgunt a precibus, & pſalmodiam inſtituunt, & in duas partes diviſi alternatim ſibi invicem canunt. Atque hæc conſuetudo omnibus aliis Dei Eccleſiis congruebat. Alternatim cantiones inſtituit D. Ambroſius. Vide de Cantu Pamelium *ad Tertull. de oratione 216.* & D. Auguſtinum *lib. 9. Confeſſ. cap. 7. Theodoritus lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 24.* Par autem illud admirabile. Flavianus ſcilicet ac Diodorus, licet honorem Sacerdotii nondum adepti eſſent, ſed adhuc inter Laicos verſarentur, tamen diu noctuque cunctos ad ſtudium ac defenſionem pietatis animabant. Hi primi Pſallentium choros duas in partes diviſerunt, & Davidicos Hymnos alternis canere docuerunt. Quod quidem tunc primum Antiochiæ fieri cœptum, inde ad reliquos pervaſit, & ad ultimos uſque terrarum fines perlatum eſt. *Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 90.* Importunas in Eccleſiis loquacitates Domini Apoſtoli coercere ac comprimere ſtudentes, modeſtiæque ac gravitatis magiſtros ſeſe nobis præbentes, ut mulieres in ipſis canerent ſapienti conſilio permiſerunt. Verum ut omnia divina documenta in contrarium verſa ſunt, hoc quoque quamplurimis in diſſolutionem ac peccati occaſionem ceſſit: ſiquidem ex divinis hymnis non ingenti compunctione afficiuntur, verum cantus ſuavitate ad irritandas & exſtimulandas libidines abutentes, nihilo etiam ſcænicis cantilenis præſtantiorem eſſe exiſtimant.

Præfatio. 1. De Epiſcopis Conſtantinopolim proficiſcentibus. 2. Sanctio. 3. Epilogus.

XLIII. Idem A. Epiphanio Archiepiſcopo Conſtantinopolitano & Patriarchæ.

OMNEM ſemper adhibentes providentiam circa ſanctiſſimas Eccleſias, per quas & noſtrum imperium ſuſtineri, & communes res clementiſſimi Dei gratia muniri credidimus, necnon & noſtras, & cæterorum omnium animas ſtudentes ſalvari, & eam ob rem ſolliciti aſſidue, ne commoda ſanctiſſimarum Eccleſiarum, in quacunque civitate ſint conſtitutæ, aliqua ratione minuantur: neve quæ in ipſis fiunt, divinæ liturgiæ ex Deo amantiſſimorum Sacerdotum abſentia impediantur, aut non convenienter curentur: ac ne etiam ſanctiſſimarum Eccleſiarum conſumantur res, tam propter itinerum, quam etiam commeantium huc Sacerdotum & comitantium Clericorum impenſas, unde ſæpe & ſub fœnore accipiendi neceſſitas emergit, & ex ea re onus ad ipſas ſanctiſſimas Eccleſias venit: ſimul etiam, ne Eccleſiaſticarum rerum non convenienter procedat adminiſtratio per abſentiæ Deo amantiſſimorum Epiſcoporum tempus, his ad tuam Beatitudinem divinis apicibus uti oportere exiſtimavimus.

§. 1. Per quos ipſi jubemus, fieri omnibus manifeſtum, per ſingulas Metropoles uniuſcujuſque Provinciæ ipſi ſubjectis ſanctiſſimis Sacerdotibus; quoniam non decet aliquem ipſorum, aut eorum, qui in

μγ΄. [a] Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως καὶ Πατριάρχῃ.

ΠΑΣΑΝ ἀεὶ ποιούμενοι πρόνοιαν τῶν ἁγιωτάτων Ἐκκλησιῶν, δι᾽ ὧν καὶ τὴν ἡμετέραν βασιλείαν κρατύνεσθαι, καὶ τὰ κοινὰ πράγματα τῇ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ χάριτι τειχίζεσθαι πεπιστεύκαμεν, ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς ἡμῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ψυχὰς σπουδάζοντες διασώζεσθαι, καὶ τούτου χάριν ἐπιμελούμενοι διὰ παντὸς τοῦ μήτε τὰ συμφέροντα ταῖς ἁγιωτάταις Ἐκκλησίαις καθ᾽ οἵαν δήποτε πόλιν οὔσαις τρόπῳ τινὶ καταλιγωρεῖσθαι, μηδὲ τὰς ἐν αὐταῖς θείας λειτουργίας ἐκ τῆς τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων ἀπουσίας ἐμποδίζεσθαι, ἢ μὴ προσηκόντως ἐπιμελεῖσθαι, ἀλλὰ μηδὲ τὰ τῶν ἁγιωτάτων Ἐκκλησιῶν ἐκδαπανᾶσθαι πράγματα διά τε τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ διὰ τῶν ἐνταῦθα περί τε τοὺς αἴοντας [b] ἱερέας καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς ὄντας Κληρικοὺς ἢ οἰκέτας δαπανωμένων, ὥστε πολλάκις καὶ δανείων γίνεσθαι χρείαν, καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἔρχεσθαι βάρος ἐπὶ τὰς αὐτὰς ἁγιωτάτας Ἐκκλησίας· πρὸς δὲ μηδὲ τὴν τῶν Ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων δεόντως προϊέναι διοίκησιν παρὰ τὸν τῆς ἀποδημίας τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων χρόνον· ταύταις πρὸς τὴν σὴν Μακαριότητα ταῖς θείαις συλλαβαῖς χρήσασθαι δεῖν ᾠήθημεν.

§. α΄. Δι᾽ ὧν αὐτῇ παρακελευόμεθα, καταστῆσαι πᾶσι φανερὸν τοῖς κατὰ τὰς Μητροπόλεις ἑκάστης ἐπαρχίας ὑπ᾽ αὐτῇ τεταγμένοις ὁσιωτάτοις ἱερεῦσιν ὡς οὐ προσήκει τινὰ τούτων, ἢ τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις τῆς

ἐπαρχίας πόλεσι ταῖς ὑπὸ τῷ Μητροπολίτῃ τεταγμέναις θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων, κατ' οἰκείαν γνώμην δίχα θείας ἡμῶν ἰδικῆς προστάξεως ἀπολιμπάνειν μὲν τὴν παρ' αὐτοῦ διοικουμένην ἁγιωτάτην Ἐκκλησίαν, εἰς δὲ τὴν εὐδαίμονα ταύτην ἀπιέναι πόλιν [c], οἵου δήποτε πράγματος ἀνακύπτοντος· ἀλλὰ πέμπειν ἐνταῦθα ἕνα ἢ δύο τοῦ ὑπ' αὐτὸν εὐαγοῦς Κλήρου, καὶ ποιεῖν φανερὰ τῇ ἡμετέρᾳ εὐσεβείᾳ, περὶ ὧν δέονται, ἢ δι' αὐτῶν ἐξ ἰδίας προσιόντων ἡμῖν ἢ διὰ μέσης τῆς σῆς Μακαριότητος· οὕτω τε τυγχάνειν δικαίας τε καὶ συντόμου τῆς ἡμετέρας βοηθείας. Εἰ γάρ τι τῶν εἰς ἡμᾶς φερομένων, τοιοῦτον ἡμῖν εἶναι φανείη, ὡς δεῖσθαι τῆς αὐτῶν τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων παρουσίας· τηνικαῦτα παραγίνεσθαι προστάξομεν αὐτούς· δίχα δὲ τοιαύτης θείας κελεύσεως οὐδένα παραγίνεσθαι συγχωροῦμεν.

§. β'. Εἰδότος τοῦ ταῦτα ὑπερβαίνοντος, καὶ τὴν ὀρθῶς καὶ ὁσίως εἰσενεχθεῖσαν παρ' ἡμῶν ἐπὶ τῇ τῶν ἁγιωτάτων Ἐκκλησιῶν τιμῇ παραφυλακὴν παρεξιόντος, οὐ μικρᾶς ἀγανακτήσεως πειραθήσεται· ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀφορισμὸν γενήσεται, εἰ μὲν Μητροπολίτης εἴη, ὑπὸ τῆς σῆς Μακαριότητος· εἰ δὲ τῶν ὑπὸ τὴν Μητροπολίτην πόλεων, δι' αὐτοῦ τοῦ Μητροπολίτου. Χρηματικὴν γὰρ ποινὴν ὁρίσαι κατὰ τῶν ὑπερβαινόντων τὴν θείαν ἡμῶν ταύτην διατύπωσιν οὐκ ἀναγκαῖον ᾠήθημεν, ὡς ἂν μὴ εἰς τὰς ἁγιωτάτας Ἐκκλησίας ἡ ἐντεῦθεν περισταίη βλάβη, ὧν τὰ πράγματα πάσης μειώσεως ἐλεύθερα μένειν σπουδάζομεν.

§ γ'. Ταῦτα τοίνυν εἰς τὴν ἑκάστου γνῶσιν τῶν ὑπ' αὐτῇ τεταγμένων θεοφιλεστάτων Μητροπολι-

aliis Provinciarum civitatibus ſub Metropolitano ordinati ſunt, Epiſcoporum, ſecundum propriam voluntatem abſque divina noſtra ſpeciali juſſione, relinquere quidem gubernatam a ſe ſanctiſſimam Eccleſiam ', in hanc vero felicem commeare civitatem, qualiſcunque emergat res: ſed mittere oportere huc unum, aut duos ex ſibi ſubjecto pio Clero: & facere manifeſta noſtræ pietati ea, quibus opus habent aut per ſeipſos, aut per intermediam tuam Beatitudinem: ſicque perfrui juſta & compendiaria noſtra ope. Si enim quippiam eorum, quæ ad nos relata fuerunt, tale nobis viſum fuerit, ut indigeat ipſorum Deo amantiſſimorum Sacerdotum præſentia, confeſtim tum proficiſci jubemus ipſos: abſque vero tali divina juſſione, neminem proficiſci concedimus.

§. 2. Sciente horum tranſgreſſore & recte ac pie introductam a nobis pro ſanctiſſimarum Eccleſiarum honore obſervantiam prætereunte, quod non parvam indignationem expetietur: ſed & ſub excommunicatione fiet ', ſiquidem Metropolites ſit a tua Beatitudine: ſi vero civitatis ſit Epiſcopus, quæ Metropolitæ ſubjecta ſit, ab ipſo Metropolita. Pecuniariam namque pœnam definire contra contemnentes divinam noſtram diſpoſitionem non neceſſarium eſſe putavimus, ne inde ad ſanctiſſimas Eccleſias, quod inde evenerit damni, redundet: quarum res ab omni deminutione liberas manere cupimus.

§. 3. Hæc igitur ad ſingulorum notitiam ſub ipſa ordinatorum Deo amantiſſimorum Metropo-

ſitanorum Epiſcoporum perferre tua Sanctitas ſtudeat, & ab unoquoque miſſas reſponſiones tam per Metropolitas, quam per ipſarum reliquarum Provinciæ civitatum Deo amantiſſimos Epiſcopos de his, quæ hac de re didicerint, ad noſtram religionem referre. Dat. x. Kal. Mart. CP. DN. JUSTINIANO P.P. A. II. CONS. 528.

τῶν Ἐπισκόπων ἀναγγεῖλαι ἡ σὴ Ὁσιότης σπουδασάτω, καὶ τὰς παρ' ἑκάστου πεμπομένας ἀποκρίσεις διά τε τῶν Μητροπολιτῶν, καὶ δι' αὐτῶν τῶν λοιπῶν τῆς ἐπαρχίας πόλεων θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων, ἃ περὶ τούτων μεμαθήκασιν, εἰς τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν ἀναπέμψαι.

[1] *Liturgiæ*] Epiſcopi habebant ſermonem, & ideo inſtar Orarorum in Eccleſiis pinguntur. *Apuleius lib. 2. Metamorph.* Subrectus in locum porrigit dexteram, & inſtar Orarorum conformat articulum, duobuſque infimis concluſis digitis, cæteros eminus porrigens, & injecto pollice clementer ſubrigens infit. *Fulgentius de continentia Virgiliani.* Itaque compoſitus in dicendi modum erectis in Yota duobus digitis, tectum pollicem comprimens ita verba exorſus eſt Capella.

[2] *Non debet aliquem Epiſcoporum ſecundum propriam voluntatem, abſque divina noſtra ſpeciali juſſione relinquere gubernatam a ſe ſanctiſſimam Eccleſiam*] Novella 123. Expelluntur Epiſcopatu, ſi admoniti, poſt annum extra ſuam Eccleſiam moram faciant. Canone vero 16. Synodi Conſtantinopolitanæ, ſi ultra ſex menſes abſit Epiſcopus ab Eccleſia Epiſcopali, dejicitur. Sed ſi adire Principem neceſſaria cauſa depoſcit, Synodus Antiochena Canon. 11. decernit ut hoc agatur cum tractatu & conſilio Metropolitani, & cæterorum Epiſcoporum qui in eadem Provincia commorantur; qui etiam proficiſcentem ſuis proſequantur epiſtolis.

[3] *Sed & ſub excommunicatione fiet*] Quod intelligendum de ſeparatione a Clero, & de communione cum Laicis. Unde *D. Cyprianus lib. 4. epiſt. 2. Antoniano fratri, de Trophimo:* ſic tamen admiſſus eſt Trophimus ut Laicus communicet, non quaſi locum Sacerdotis uſurpet. Nam Laici communicabant extra cancellos.

[a] Refert *Photius tit. VIII. cap. II.* Vide *Nov. LXVII. VI. LXXXVI. LXXXIII. Gregor. lib. VII. Epiſtolar.*

[b] Τοὺς ἀνιόντας] *Nov. VIII.* Τοὺς ἐνταῦθα κατιόντας. *Julian.* Qui a Conſtantinopol. civitate deſcendunt. Sic *Vet. Paulus ad Galat. II.* ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα. *Liberatus Diaconus.* Deſcendere Alexandriam.

[c] Εἰς ταύτην ἀνιέναι πόλιν] Δίκαιον γὰρ καὶ τὴν ἰδίαν προνοῆσαι προβάτων παρέχοντας αὐτοῖς, καὶ μὴ μόνα τὰ ἐκεῖθεν κέρδη διομολογοῦντας χρονίζειν περὶ τὴν βασιλεύουσαν. *Nicephor. Gregor.* περὶ Ἀθανασίου.

De Monachis, & Monaſteriis ſeparandis.

XLIV. Idem A. Menæ P. P.

SANCTISSIMARUM Eccleſiarum, & piiſſimorum Monaſteriorum decori conſulentes, interdicimus omnibus habitantibus Monaſteria converſari cum mulieribus Monaſtriis[1], aut occaſionem aliquam excogitare, qua

μδ'. [a] Ὁ αὐτὸς Α. τῷ Μηνᾷ Ἐπάρχ. Πραιτ.

ΤΗΣ τῶν ἁγιωτάτων Ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ἁγίων Μοναστηρίων προνοοῦντες σεμνότητος, ἀπαγορεύομεν πᾶσι τοῖς οἰκοῦσι Μοναστήρια συνδιαιτᾶσθαι γυναιξὶ Μοναστρίαις, ἢ πρόφασιν τινα ἐπινοεῖν τῆς κοινωνίας τινὰ πρὸς αὐτὰς

ἔχειν (τοῦτο γὰρ δικαίαν ὑποψίαν εἰσάγει τῆς συνεχῶς, καὶ ἡνίκα ἂν βούλοιντο, συντυγχάνειν αὐταῖς) ἀλλ' οὕτω κεχωρισμένους εἶναι, ὥστε μηδεμίαν μετουσίαν πρὸς ἀλλήλους καθ' οἱανοῦν αἰτίαν ἔχειν αὐτούς, μηδὲ ἐξευρίσκεσθαι τινὰ πρόφασιν ἢ τρόπους ἢ ἐκείνοις τῆς μετ' ἀλλήλων διαγωγῆς. ἀλλὰ μόνους μὲν καθ' ἑαυτοὺς ἄνδρας ἐν ἑκάστῳ Μοναστηρίῳ διάγειν, τῶν καθ' οἱανοῦν αἰτίαν πλησιαζουσῶν αὐτοῖς Μοναστριῶν κεχωρισμένους· μόνας δὲ καθ' ἑαυτὰς γυναῖκας οὐκ ἀναμιγνυμένας ἀνδράσιν· ὑπὲρ τοῦ πᾶσαν ὑπόνοιαν ἀσέμνου συνδιαγωγῆς παντελῶς ἀναιρεθῆναι. Ἀλλ' εἰ μὲν ἄνδρες εἶεν οἱ πλείονες, προσήκει, προνοίᾳ τῶν ἐν ἑκάστῃ πόλει θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων, τὰς γυναῖκας εἰς ἕτερον ἐπιτήδειον τόπον μεθίστασθαι, καὶ δοθῆναι Μοναστήριον αὐταῖς, ἐν ᾧ δεήσει καθ' ἑαυτὰς τοῦ λοιποῦ σεμνῶς διαιτᾶσθαι. Εἰ δὲ πλείονες εὑρεθεῖεν αἱ γυναῖκες οὖσαι, ἢ καὶ ἰσάριθμοι, τοὺς μὲν ἄνδρας μεθίστασθαι, τὰς δὲ γυναῖκας ἐν τῷ Μοναστηρίῳ μένειν, ὥστε μέντοι τὰ πράγματα τοῦ αὐτοῦ Μοναστηρίου κινητὰ καὶ ἀκίνητα καὶ αὐτοκίνητα τοὺς ἐξιόντας, πρὸς τοὺς μένοντας κατ' ἀναλογίαν μερίζεσθαι. Ταῖς δὲ ἀναγκαίαις ἀποκρίσεσι τῶν καθ' ἑαυτὰς μοναζουσῶν γυναικῶν ἕνα γέροντα παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου Ἐπισκόπου τῆς πόλεως ἀφορίζεσθαι· εἰς δὲ τὸ τὰς θείας ἐκτελεῖσθαι λειτουργίας καὶ τῆς ἁγίας αὐταῖς μεταδίδοσθαι κοινωνίας, ἕνα Πρεσβύτερον, καὶ ἕνα Διάκονον σεμνοῦ βίου τυγχάνοντας δίδοσθαι, τοὺς μόνα τὰ εἰρημένα πράττειν ὀφείλοντας, οὐ μὴν διαιτᾶσθαι καὶ συνοικεῖν αὐταῖς. Τούτων γὰρ δὴ φυλαττομένων καὶ αὐτοῖς εὐδαίμων ὁ βίος ἔσται τοῖς μονάζειν αἱρουμένοις, καὶ τὰ τῆς κοινῆς ἡμῶν πολιτείας πράγματα ἐπιμελεστάτης τεύξεται τῆς φιλανθρω-

communicationem aliquam cum ipſis habeant, (hoc enim juſtam ſuſpicionem introducit, aſſidue, aut cum voluerint cum ipſis congrediendi) ſed ita ſegregatos eſſe, ut nullam participationem adinvicem ob quamcunque cauſam habeant ipſi, neque excogitari aliquam occaſionem, vel illis, vel his mutuæ inter ſe commorationis: ſed ſoli per ſe homines in quolibet Monaſterio degant, a vicinis ſibi per quamcunque cauſam monaſtriis ſegregati. Solæ item per ſe mulieres non commiſtæ viris: ut omnis ſuſpicio indecoræ converſationis penitus tollatur. Sed ſi viri fuerint plures, oportet providentia ſingulatum civitatum Epiſcoporum fœminas in alium convenientem locum transferri, & dari Monaſterium ipſis, in quo oporteat ipſas in poſterum apud ſeipſas honeſte converſari: ſin plures inveniantur fœminæ, aut etiam pari numero: viros quidem transferri, feminas autem in Monaſterio manere, ita ut res ipſius Monaſterii mobiles & immobiles, & ſe moventes hi, qui exeunt, cum his, qui manent, pro rata dividant. Neceſſariis autem reſponſis apud ſe degentium ſeparatim mulierum, unum ſenem a Deo amantiſſimo Epiſcopo civitatis ſegregari. Ad divinas vero peragendas Liturgias, & ſancta communione participandas unum Preſbyterum, & unum Diaconum honeſtæ vitæ dati, qui hæc ſola ſupradicta agere debeant, non etiam conveſci & converſari, aut cohabitare cum ipſis. His enim ſervatis, & ipſis felix vita erit, qui ſolitariam vitam elegerint, & communis noſtræ Reipublicæ res para-

tiorem conſequentur a Deo clementiſſimo opem. Quæ igitur ſuper communibus rebus, & nunc recte habere exiſtimavimus, hujuſmodi ſunt. Sed & credidimus non parvam hinc viſum iri additam eſſe his ex divina noſtra conſtitutione utilitatem.

§. 1. Sed & obſervatione & cautela diligenti opus eſt, ne ullo modo prætereantur hæc; quod non aliter continget, quam ſi Deo amantiſſimi cujuſque civitatis Epiſcopi inſpiciant diligenter Monachorum degentium in Monaſteriis ſub ſua cura ordinatis, converſationes: &, ſi quid ſenſerint hujuſmodi lapſus, omnibus modis compeſcant tale ipſorum inceptum: & pœnis ſubjiciant eos qui poſt noſtram prohibitionem adhuc talia perpetrant: & cogant ut eorum converſationes ſint puræ, & ſeparatæ ab omni commercio muliebri. Nam & ipſis Deo amantiſſimis Epiſcopis, ſi hoc recte æſtimare voluerint, perſpicuum eſt, quod ex obſervatione honeſtæ hujus devotiſſimorum Monachorum converſationis, & ſi eis contigerit, nihil indecens, aut inhoneſtum accidere; clemens Deus propitius res communes noſtræ Reipublicæ ſecundabit.

§. 2. Sed ne vel ipſi Deo amantiſſimi Epiſcopi ſupervacuum ducant hoc noſtrum præceptum, noſſe ipſos volumus, quod ſi quis ipſorum manifeſtus ſit, non cum omni diligentia hæc inveſtigare, aut manifeſtum lapſum non ſecundum prædictos modos emendare; obnoxius quidem erit judicio Domini Dei, & nunc in ipſum veniet imperii noſtri indignatio, & circa

τοῦ Θεοῦ βοηθείας. Ἃ μὲν οὖν ὑπὲρ τῶν κοινῶν πραγμάτων καὶ νῦν καλῶς ἔχειν ἐδοκιμάσαμεν, ταῦτά ἐστι, καὶ πεπείσμεθα, ὡς οὐ μικρὰ κἀντεῦθεν διαφανήσεται προσγινομένη τούτοις ἐκ τῆς θείας ἡμῶν διατάξεως ὠφέλεια.

§. α'. Δεῖ δὲ παραφυλακῆς ἀκριβεστάτης εἰς τὸ κατὰ μηδένα τρόπον ὑπερβαίνεσθαι ταῦτα· ὅπερ οὐκ ἄλλως ἂν γένοιτο, ἢ τῶν θεοφιλεστάτων ἑκάστης πόλεως Ἐπισκόπων ἐφορώντων ἐπιμελῶς τὰς τῶν Μοναχῶν τῶν διαγόντων ἐν Μοναστηρίοις τεταγμένοις ὑπὸ τὴν αὐτῶν φροντίδα διατριβάς· καὶ, εἴ τινος αἴσθοιντο τοιούτου πλαίσματος, πᾶσι τρόποις εἰργόντων τὸ παρ' αὐτῶν ἐγχειρούμενον, καὶ ποιναῖς μὲν ὑπαγόντων τοὺς μετὰ τὴν ἡμετέραν ἀπαγόρευσιν ἔτι τῶν αὐτῶν ἀντεχομένους, ἀναγκαζόντων δὲ τὰς αὐτῶν διατριβὰς καθαρὰς καὶ κεχωρισμένας εἶναι γυναικείας συνδιαγωγῆς. Καὶ αὐτοῖς γὰρ τοῖς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις εἰ μέλλοιεν ὀρθῶς τὰ περὶ τοῦτο διαλογίζεσθαι, γνώριμον ἐστιν ὡς ἐκ τοῦ φυλάττεσθαι τὴν σεμνὴν ταύτην τὴν εὐλαβεστάτων Μοναχῶν διαγωγὴν, καὶ μηδὲν ἀπρεπὲς ἢ ἄσημον αὐτοῖς προσγίνεσθαι, τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν εὐμενῆ τὰ κοινὰ πράγματα τῆς ἡμετέρας ἄξει πολιτείας.

§. β'. Ἀλλ' ὡς ἂν μηδὲ αὐτοὶ οἱ θεοφιλέστατοι Ἐπίσκοποι περιεργίαν ἡγήσωνται τὸ θεῖον ἡμῶν τοῦτο παράγγελμα, γινώσκειν αὐτοὺς βουλόμεθα, ὡς εἴ τις αὐτῶν φανείη μὴ σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ ταῦτα διερευνώμενος, ἢ διαφανὲς τὸ πλαῖσμα μὴ κατὰ τοὺς εἰρημένους τρόπους ἐπανορθῶν, ἔνοχος μὲν ἔσται τῷ κρίματι τοῦ Δεσπότου Θεοῦ, καὶ νῦν δὲ ἐπ' αὐτὸν ἥξει τὰ τῆς βασιλικῆς

ἡμῶν κινήσεως, καὶ περὶ αὐτὴν κινδυνεύσει τὴν ἱερωσύνην, οὐδὲ ἄλλης μείζονος ἐνδεούσης ἀγανακτήσεως.

§. γ'. Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὴν θείαν ἡμῶν ταύτην νομοθεσίαν φανερὰν καταστησάτω τοῖς ἐν ἑκάστῃ Μητροπόλει Θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις, καὶ τοῖς λαμπροτάτοις ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν, προστιθέμενος δὲ καὶ αὐτοῖς, εἰ δεήσοι, πᾶσαν διδόναι βοήθειαν εὐλαβεστάτοις τῶν πόλεων Ἐπισκόποις, ἐφ' ᾧ ταῦτα κωλύειν, ἅπερ ἀναιρεθῆναι προσετάξαμεν· καὶ εἴ τινι ῥαθυμίᾳ χρωμένους αὐτοὺς εὕροιεν, φανερὰν ἡμῖν ταύτην δι' οἰκείας ποιεῖν μηνύσεως, ὡς ἂν πάντες εἰδεῖεν τὰ παρ' αὐτῶν ὀφείλοντα διαφυλάττεσθαι, καὶ τὴν ἐξ ἀμελείας διωρισμένην ποινήν. Φροντισάτωσαν δὲ οἱ Θεοφιλέστατοι Μητροπολῖται ὥστε καὶ τοῖς ἄλλοις εὐλαβεστάτοις τῶν πόλεων Ἐπισκόποις τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας ποιῆσαι φανερὸν τὸν θεῖον ἡμῶν τοῦτον νόμον, καὶ παραγγεῖλαι πᾶσι ἀγρύπνῳ σπουδῇ ταῦτα φυλάττειν, δεδιόσι δὲ ὁρισθὲν ἐπιτίμιον.

§. δ'. Ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ παρελκυσθῆναι τὴν ἀποπλήρωσιν τῆς θείας ἡμῶν ταύτης νομοθεσίας, ἀλλὰ μηδὲ αὐτοὺς τοὺς εὐλαβεστάτους Μοναχοὺς τοὺς ἐπὶ τοῦ παρόντος συνδιαιτωμένους μοναστρίαις ὀλίγον νομίσαι χρόνον αὐτοῖς ἐνδίδοσθαι πρὸς τὸν ὀφείλοντα γενέσθαι χωρισμόν, ἐνιαυσιαῖον τοῦτον ὁρίζομεν ψηφιζόμενοι, ἀφ' οὗπερ ἂν ἐμφανὴς ὁ θεῖος ἡμῶν νόμος οὗτος γένηται. ὥστε, μετὰ τὴν τοῦ ἔτους παραδρομὴν εἰ φανείη τὰ τῆς κοινῆς διαίτης ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μένοντα σχήματος, ἁρμόσαι πάντη τόπον ταῖς εἰσηγμέναις τῷ θείῳ ἡμῶν νόμῳ τούτῳ ποιναῖς.

ipſum periclitabitur Sacerdotium, neque alia majore opus erit indignatione.

§. 3. Tua igitur Excellentia divinam noſtram hanc legis poſitionem manifeſtam faciat cujuſcunque Metropoleos Deo amantiſſimis Epiſcopis, & clariſſimis Præſidibus Provinciarum : addens & hoc, quod & ipſi, ſi opus ſit, omne ferant auxilium piiſſimis civitatum Epiſcopis ad hujuſmodi lapſus coërcendos, quos tolli juſſimus: & ſi qua negligentia eos uſos eſſe invenerint, manifeſtam eam nobis proprio facient judicio, ut utique omnes cognoſcant, & quænam ab ipſis ſervari debeant, & ex negligentia definitam pœnam. Curent autem & Deo amantiſſimi Metropolitæ, etiam aliis reverendiſſimis civitatum Epiſcopis ejuſdem Provinciæ facere manifeſtam divinam hanc noſtram legem, & denunciare omnibus, ut vigili ſtudio hæc cuſtodiant, verentes definitam pœnam.

§. 4. Ac ne protrahatur plena obſervatio divinæ noſtræ hujus legis: atque etiam ne ipſi reverendiſſimi Monachi, qui in præſentia converſantur cum Monaſtriis, parvum putent tempus ſibi dari ad debitam, & injunctam ipſis ſeparationem faciendam: annale ipſis definimus decretum ab eo die quo manifeſta divina noſtra lex hæc facta fuerit: ita ut poſt anni curriculum, ſi appareant ea, quæ ad convictum attinent, in eodem manere ſchemate, locus ſit omnimodo inſertis divinæ huic noſtræ legi pœnis. Datum xv. Kal. Febr. C. P. DECIO V. C. CONS. 529.

• Vide *Evagr. lib.* 1. *cap.* xx1. Ni-

1 *Interdicimus omnibus habitantibus*

Monaſteria converſari cum mulieribus monaſtriis] Melanchton falſo aſſerit in Chalcedonenſi Synodo primam factam eſſe conſtitutionem quæ prohibet nuptias Monachis & Virginibus. *ceph. lib.* XIIII. *cap. l. Balſam. Can.* XX. *Synod.* VII. *Nov.* CXXIII. Cujus latina verba quæ cum Juliani verſione omnino conveniunt, refert more ſuo Gregorius *in Epiſtol.* ſuppreſſo Juſtiniani nomine.

De filiis Preſbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum.

XLV. Idem A. Juliano P. P.

SACRIS Canonibus neque Deo amantiſſimis Preſbyteris neque reverendiſſimis Diaconis, aut Subdiaconis nuptias contrahere poſt hujuſmodi ordinationem permittentibus [a], ſed ſolis reverendiſſimis pſaltis, & lectoribus id concedentibus [b], animadvertimus quoſdam deſpicientes quidem ſacros Canones, pueros autem generantes ex quibuſdam mulieribus, quibus conjungi ſecundum Sacerdotalem cenſuram non poſſunt. Quoniam igitur pœna facinoris hujus in ſola Sacerdotii erat amiſſione : ſacros autem Canones non minus, quam leges, valere etiam noſtræ volunt leges : ſancimus obtinere in illis, & quæ ſacris viſa ſunt Canonibus, perinde ac ſi civilibus inſcriptum eſſet legibus : & omnes iſtiuſmodi homines tam Sacerdotio, quam divino miniſterio, atque etiam dignitate ipſa, quam habent, nudari : Quemadmodum enim ſacris Canonibus prohibita ſunt talia, ſic & ſecundum noſtras leges tem ipſam prohiberi : & præter ſupradictam excidendi a miniſterio pœnam, ne legitimos quidem, & proprios eſſe eos, qui ex hujuſmodi inordinata conſtupratione naſcuntur, aut nati ſunt : ſed eam, quæ ex talibus ſeminibus oritur, participari turpitu-

με΄. Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰουλιανῷ Ἐπάρχῳ Πραιτωρίων.

ΤΩΝ ἱερῶν Κανόνων μηδὲ τοῖς Θεοφιλεστάτοις Πρεσβυτέροις, μηδὲ τοῖς εὐλαβεστάτοις Διακόνοις ἢ Ὑποδιακόνοις γαμεῖν μετὰ τὴν τοιαύτην χειροτονίαν ἐφιέντων, ἀλλὰ μόνοις τοῖς εὐλαβεστάτοις ψάλταις τε καὶ ἀναγνώσταις [b] τοῦτο συγχωρούντων· ὁρῶμεν τινὰς περιφρονοῦντας μὲν τῶν ἱερῶν Κανόνων, παιδοποιουμένους δὲ ἐκ τινῶν γυναικῶν, αἷς ἁρμοσθῆναι κατὰ τὸν ἱερατικὸν θεσμὸν οὐ δύνανται. ἐπειδὴ τοίνυν ἡ ποινὴ τοῦ πράγματος ἐν μόνῃ τῆς ἱερωσύνης ἦν ἐκπτώσει, τοὺς δὲ θείους Κανόνας [c] οὐκ ἔλαττον τῶν νόμων ἰσχύειν καὶ οἱ ἡμέτεροι βούλονται νόμοι· θεσπίζομεν κρατεῖν μὲν ἐπ᾽ αὐτοῖς τὰ τοῖς ἱεροῖς δοκοῦντα Κανόσιν, ὡς ἂν εἰ καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἐνεγέγραπτο νόμοις· καὶ πάντας αὐτοὺς τῆς τε ἱερωσύνης, τῆς τε θείας λειτουργίας, τῆς τε ἀξίας αὐτῆς, ἣν ἔχουσι, γυμνοῦσθαι· καθάπερ γὰρ τοῖς θείοις Κανόσιν ἀπηγόρευται τὰ τοιαῦτα, οὕτω καὶ κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους τὸ πρᾶγμα κεκωλύσθαι, καὶ πρὸς τῇ εἰρημένῃ τῆς ἐκπτώσεως ποινῇ, μηδὲ εἶναι γνησίους τοὺς ἐκ τῆς τοιαύτης ἀτόπου συνδιαφθορᾶς τεχθέντας ἢ τικτομένους, ἀλλὰ τοὺς ἐκ τῶν τοιούτων σπερμάτων [d] μετέχειν αἰσχύνης. τοιούτους γὰρ αὐτοὺς τιθέμεθα, ὁποίους οἱ νόμοι τοὺς ἐξ ἰγκέστων ἢ νεφαρίων τεχθέντας γάμων

μων διαιρέζουσι· ὥστε μηδὲ φυσικοὺς, ἢ νόθους νομίζεσθαι. ἀλλὰ παντοίως ἀπηγορευμένους, καὶ τῆς διαδοχῆς γονέων ἀναξίους, οὔτε δωρεὰν λαμβάνειν παρ' αὐτῶν δυναμένους, οὐδὲ αὐτοὺς, οὐδὲ τὰς τούτων μητέρας, οὐδὲ παρενθέτων προσώπων. ἀλλὰ πασῶν τῶν εἰς αὐτοὺς γινομένων παρὰ τῶν πατέρων φιλοτιμιῶν, ἐπὶ τὴν ἁγιωτάτην Ἐκκλησίαν, ἐξ ἧς εἰσὶν οἱ τοῦτο ἁμαρτάνοντες, ἐρχομένων. ὅπερ γὰρ οἱ ἱεροὶ Κανόνες κωλύουσι, τοῦτο καὶ ἡμεῖς διὰ τῶν ἡμετέρων εἴργομεν νόμων. ᵃΕἰ δὲ καὶ ἐσχηματισμένη τις δῆθεν ἐνοχὴ ἐν προσποιήσει δανείσματος ἢ ἄλλου συμβολαίου ὑπεύθυνον ποιοῦσα δῆθεν τὸν τῆς τοιαύτης φθορᾶς μετασχόντα· καὶ ταύτην ἄκυρον εἶναι βουλόμεθα· καὶ τὴν τῶν τοιούτων δόσιν οὐκ εἰς τὸ πρόσωπον, εἰς ὅπερ ἐκτίθεσθαι τὰ τῆς συγγραφῆς, ἀλλ' εἰς τὴν ἁγιωτάτην Ἐκκλησίαν ἔρχεσθαι.

dinem: tales enim eos eſſe diſponimus, quales quos leges ex inceſtis aut nefariis natos nuptiis definiunt: ita ut neque naturales, aut nothi ſeu ſpurii intelligantur; ſed prorſus & undique prohibiti, & ſucceſſionis genitorum indigni: ac nec donationem ab illis capere poſſint, neque hi, neque horum matres, ne per interpoſitas quidem perſonas, ſed omnibus in his collatis a patribus beneficiis ad ſanctam Eccleſiam, ex qua ſunt, qui talia deliquerunt, revertentibus. Quod enim ſacri Canones prohibent, id etiam & nos per noſtras abolemus leges. Si vero ſimulata quædam obligatio ſub ſpecie mutui, vel alterius contractus inſtrumenti fiat, quæ obligatum faciat eum, qui hujuſmodi conſtuprationis particeps factus eſt, hanc etiam infirmam eſſe volumus: & talium rerum dationem, non ad eam perſonam, in quam concepta ſunt ſcripta, ſed ad ſanctiſſimam Eccleſiam pervenire. Data XV. Kal. Novembr. CP. LAMP. & ORESTE VV. CC. CONSS. 330.

[a] Hæc conſtitutio, ſi abfuiſſet quod eſt in titulo, & de nuptiis Clericorum vetitis ſeu permiſſis, eſſet ſine lege. Refert *Phot. tit. IX. cap. XXIX. Nomocan. Harmenop. lib. IV. tit. V.* Meminit *Juſtinianus Nov. V. XXII. Theodor. lib. XXIII.* Βασιλικῶν. *tit. XIV.* Vide *Gregor. lib. III. & X. Epiſtol. Cedren. Can. V. Synod. VI.*

[b] Ψάλταις καὶ ἀναγνώσταις] *Balſam. Can. IV. Synod. VI.* Τὸ τάγμα δὲ τῶν ἀναγνωστῶν οὐ διὰ τὸ ψάλλειν αὐτοὺς ἐτυπώθη, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀναγινώσκειν ἐκ ἄμβωνος τὰς θείας γραφὰς μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ ὄρθρου, ἐξ οὗ καὶ ἀναγνῶσται καλοῦνται.

[c] Τοὺς δὲ θείους κανόνας] *Phot. tit. I. cap. II. Nov. VI. Zonaras* Περὶ τοὺς τὴν συνήθη τῆς γενῆς ἱερέων μιασμῷ ἐν-γουμένους.

[1] *Sacris Canonibus neque Presbyteris, neque Diaconis aut Subdiaconis nuptias contrahere permittentibus*] *Can. 2. Concil. Carthagin. 2.* Ita placuit & condecet Sacroſanctos Antiſtites & Dei Sacerdotes, necnon & Levitas, vel qui Sacramentis divinis inſerviunt continentes eſſe in omnibus, quo poſſint ſimpliciter quod a Deo poſtulant impetrare. *Can. 3. Concil. Carthag. 5. qui eſt 1. Neocaſar.* Presbyter, ſi uxorem duxerit, ab ordine ſuo illum deponi debere. *Sozomenus Hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 22.* Veterem Eccleſiæ traditionem eſſe, ut qui cœlibes gradum Sacerdotalem conſecuti fuiſſent, poſtea minime uxores ducerent: qui autem poſt nuptias ad eum ordinem vocati eſſent, hi ab uxoribus quas habebant minime ſepararentur. Atque iſta quidem

licet conjugii expers ſuaſit Paphnutius: cujus ſententiam approbavit Concilium, & de hac re nullam legem tulit, ſed eam in cujuſque arbitrio, non in neceſſitate poni voluit. *Can. 6. Conc. Conſtantinop. 6.* Decernimus ut nulli deinceps penitus Hypodiacono, vel Diacono, vel Presbytero poſt ſui ordinationem conjugium contrahere liceat: ſi autem hoc facere auſus fuerit, deponatur. Unde Nicolaus Papa *epiſt. Adoni Viennenſi Archiepiſcopo.* De illo Clerico, Alvico nomine, qui per ordines Eccleſiaſticos uſque ad Subdiaconatum caſte vixiſſe dicitur, cur veſtra autoritate uxorem duxerit miramur, eo quod nulli unquam, exceptis illis, quibus Eccleſiaſtica regula habere permittit, uxorem ducendi licentiam damus. *Can. 14. Synod. Chalcedonenſ.* Si Diaconiſſa ordinationem ſuſceperit, ut quantocumque tempore obſervaverit miniſterium, & poſtea ſe nuptiis tradiderit, injuriam faciens gratiæ Dei, hæc anathema ſit. *Novell. Leonis 79.* Non approbantes veteris Legiſlatoris propoſitum, qui Sacerdotem, Diaconum, Hypodiaconum, ſi poſt aſſumptum ordinem mulieri in matrimonium jungatur, omnino a Clericali habitu diſcedere, atque ad profanam vitam reverti vult, illud decretum irritum facimus, ac vero ſtatuimus ut ab ordine quem ante nuptias obtinuerint, ſolum recedentes ſatis tamen pœnarum luere videantur, & nequaquam Clericali habitu, alioque Eccleſiæ miniſterio, cujus quidem uſus illicitus non eſt, judicio priventur. Pamelius *annotat. 42. ad Tertull. de exhortat. Caſtit. in hæc verba deſumpta e capite 8. licebat & Apoſtolis nubere.* Fuſe oſtendit nec Tertullianum, nec Auctores Eccleſiaſticos ætate poſteriores jus uxoris ducendæ conceſſiſſe Epiſcopis & Presbyteris. *D. Gregorius epiſt. ad Catanenſ. Epiſcop. & de Specioſo quodam Subdiacono lib. 13. indict. 3. epiſt. 21.* Inter quæ illud nos quoque vehementiſſima exacerbatione commovit, quod in tantum Monaſterium ipſum innotuit calcari ac deſpici, ut etiam Monachis ibidem degentibus mulieribus ſe jungi ſine metu ſit licitum.

[d] Ἐν τῷ τοιούτων ἐστρατευμένων] Spurii appellentur. παρὰ τὴν σποράν ut Baſilica habent & Iſidorus non malus Ethymologiarum auctor confirmat.

[e] Δανειστικῶν ἢ ἄλλων συμβολαίων] Δωρεαστικῶν, ὠνητικῶν.

[b] *Sed ſolis pſaltis & lectoribus id concedentibus*] *Can. Apoſtol. 26.* Ex iis qui non ducta uxore ad Clerum provecti ſunt, jubemus ſi velint uxorem ducere Lectores & Cantores ſolos. Unde *in Concil. Conſtantinop. 6. Can. 6.* Quoniam in Apoſtolicis Canonibus dictum eſt, eorum qui non ducta uxore in Clerum promoventur, ſolos Lectores & Cantores uxorem poſſe ducere: & nos hos ſervantes decernimus, &c.

De relicto ad pias cauſas. 6. Annali.

XLVI. Idem A. Juliano P. P.

SANCIMUS[a], ſi quis moriens piam fecerit diſpoſitionem vel per inſtitutionis modum, vel per Legatum, aut Fideicommiſſum, aut mortis cauſa donationem, vel alium quemcunque modum legitimum: ſive injunxerit pro tempore Epiſcopo curam agere, ut impleantur, quæ ipſe voluit, ſive & hoc reticuerit, ſive etiam in contrarium prohibuerit. neceſſitatem habere heredes id, quod ordina-

μϛ'. Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰουλιανῷ Ἐπάρχῳ Πραιτωρίων.

ΘΕΣΠΙΖΟΜΕΝ, εἴτις τελευτῶν διαθήκην ποιήσοιτο διατυπῶσιν ἢ κατὰ ἐνστάσεως τρόπον, ἢ κατὰ Ληγάτον, ἢ κατὰ Φιδεικόμμισσον, ἢ κατὰ μόρτις καῦσα δωρεὰν, ἢ καθ' ἕτερον οἷον δήποτε νόμιμον· εἴτε ἐπιτρέψειε τῷ κατὰ καιρὸν Ἐπισκόπῳ, φροντίδα ποιεῖσθαι τοῦ πληρωθῆναι τὰ παρ' αὐτοῦ βεβουλευμένα, εἴτε καὶ σιγήσειε τοῦτο, εἴτε καὶ τοὐναντίον ἀπαγορεύσειεν· ἀνάγκην ἔχειν τοὺς κληρονόμους τὸ ἐπιτα-

ταῦτα ποιεῖν καὶ πληροῦν ἐκ τρόπου παντός. εἰ δὲ τοῦτο ἑκόντες μὴ ποιήσαιεν, τηνικαῦτα τοὺς κατὰ τόπον Θεοφιλεστάτους Επισκόπους περιεργάζεσθαι ταῦτα, καὶ ἀπαιτεῖν αὐτοὺς πάντα πληροῦν κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ τελευτήσαντος. Αλλ' εἰ μὲν οἰκοδομὴν Εκκλησίας ἐπιτάξει δὴ ὁ διαθέμενος, εἴσω τριετίας πάντως παρασκευάζειν αὐτὴν πληροῦσθαι. εἰ δὲ Ξενῶνος ποίησιν, εἴσω ἑνὸς ἐνιαυτοῦ μόνου τοῦτο ποιεῖν ἀναγκάζεσθαι· ὡς ἱκανοῦ τοῦ χρόνου τούτου καθεστῶτος πληρῶσαι τὰ βεβουλευμένα τοῖς τετελευτηκόσι, δυνατὸν ὄντος καὶ οἶκον μισθώσασθαι, καὶ τοὺς ἀῤῥώστους ἐγκατακλῖναι, ἄχρις, οὗ τὰ τῆς οἰκοδομίας τοῦ Ξενῶνος περαιωθείη. Εἰ δέ τινα δοῦναι * πρὸς ἅπαξ εἰς εὐσεβεῖς αἰτίας προσταχθεῖεν, παραχρῆμα καταναγκάζειν αὐτοὺς τοῦτο ποιεῖν, τουτέστι μετὰ τὴν τῆς διαθήκης ἐμφάνισιν, καὶ ὃ καταδέξασθαι τὸν κλῆρον, ἢ ὃ πρεσβεῖον τοὺς τούτοις τετιμημένους.

§. α'. Εἰ δὲ παρέλθοι ὁ εἰρημένος χρόνος· καὶ μήτε ἡ Εκκλησία, ἢ ὁ ξενὼν οἰκοδομηθείη, μήτε ξενοδόχοι ἢ ὁ τοῦτο ἐπιτεταγμένος· τηνικαῦτα αὐτοὺς τοὺς Θεοφιλεστάτους Επισκόπους ἀπαιτεῖν τὰ ὑπὲρ τοῦτο καταλελειμμένα, καὶ εἰς τοῦτο προσηκόντως ἐπιζητούμενα, καὶ ποιεῖσθαι τὰς οἰκοδομίας τῶν ἁγιωτάτων Εκκλησιῶν, καὶ τῶν Ξενώνων, ἢ Γεροντοκομείων, ἢ Ορφανοτροφείων κατασκευὴν, ἢ Πτωχοτροφείων, ἢ Νοσοκομείων ποίησιν, ἤτοι τῶν αἰχμαλώτων ἀγορασίαν, ἢ ἑτέραν οἱανδήποτε πρᾶξιν εὐσεβῆ τοῦ τελευτήσαντος διέξασιν· προβάλλεσθαι δὲ τοὺς ταῦτα διοικήσοντας Ξενοδόχους, ἢ Ορφανοτρόφους, ἢ Βρεφοτρόφους, ἢ Γεροντοκόμους, ἢ

tum eſt, facere & adimplere omnimodo. Quod ſi id ſponte non fecerint, confeſtim loci Deo amabiles Epiſcopos, curioſos eſſe circa hæc, & poſtulare, ut illi omnia impleant ſecundum voluntatem defuncti. Sed ſiquidem Eccleſiæ ædificationem injunxerit teſtator, intra triennium inſtare eos, ut perficiatur: ſi vero Xenonis ædificationem, intra unum annum duntaxat id fieri cogere: tanquam ſufficiente tempore hoc conſtituto ad perficienda, quæ placuerunt teſtatoribus: cum ſit poſſibile, & domum conducere, & infirmos illic in lectis ſternere, donec opus ædificationis Xenonis ſeu hoſpitalis compleatur. Si vero quædam dari ſimul, & una præſtatione in pias cauſas damnati fuerint: confeſtim cogere eos facere, hoc eſt, poſt teſtamenti inſinuationem, & poſt adprehenſam hereditatem, vel l gatum ab iis qui honorati ſunt.

§. 1. Sin autem tranſierit prædictum tempus, ac neque Eccleſia, neque hoſpitale ædificatum fuerit, neque hoſpitalis aliquis ſit, qui hoc ordinet: mox ipſos Deo amabiles Epiſcopos exigere ea, quæ pro eo ordinata ſunt, & in id convenienter quæſita, & facere ædificationes ſanctiſſimarum Eccleſiarum, & Hoſpitalium, & Gerontocomiorum *, aut Orphanotrophiorum præparationem, aut Prochotrophiorum, aut Noſocomiorum conſtructionem, aut captivorum redemptionem, aut aliam quamlibet actionem piam, a teſtatore ordinatam: deſignare etiam ſeu præficere, qui hæc adminiſtrent, Xenodochos, vel Orphanotrophos, vel Brephotrophos, Gerontocomos, vel

ſimpliciter piarum actionum diœcetas & curatores: non amplius valentibus poſt dicti temporis lapſum & dictam indevotionem his, qui illa non fecerint, immiſcere ſe prædictarum rerum adminiſtrationi, aut Deo amabiles Epiſcopos impedire ab illarum rerum adminiſtratione.

§. 2. Clariſſimis Præſidibus provinciarum neceſſitatem imponentibus heredibus omnimodo ea perficere: namque & veteribus prædicatum eſt legibus [a], neceſſitatem imponi implere deficientium voluntates eis, qui habere permittuntur, quæ illi reliquerunt.

§. 3. Deo amabiles Epiſcopi, ſiquidem aliquos diſerte hi, qui defecerunt, præpoſuerint rebus, (veluti Xenodochos, Ptochotrophos, aut Noſocomos, aut Brephotrophos, aut Orphanotrophos, aut Gerontocomos, aut Paramonarios [b], aut Oeconomos, aut, ſimpliciter dicendo, piarum actionum adminiſtratores) illos quidem permittant habere adminiſtrationem; ipſi vero non adminiſtrent quidem; ſed adminiſtrationem illorum inſpiciant aut obſervent: & recte quidem habentem laudent: in quibuſdam autem aliquid prætergredientem corrigant: peſſima autem adminiſtratione facta etiam eos expellant, & alios inſtituant, qui cogitent & animo concipiant magni Dei timorem, & terribilem magni & nunquam finiendi judicii diem, ad quam illos reſpicientes convenit omnia facere cum ad Deum coordinata mente. Si vero neminem diſerte hi qui moriuntur, præſtituerint adminiſtrationi, ſed in heredum poteſtate totum poſue-

ἁπλῶς τῶν εὐσεβῶν πράξεων διοικητάς τε καὶ ἐπιμελητάς· οὐκ ἔτι δυναμένων μετὰ τὴν τοῦ εἰρημένου χρόνου διαδρομὴν καὶ τὴν εἰρημένην ἀγνωμοσύνην τῶν ταῦτα μὴ πεποιηκότων ἐμβάλλειν ἑαυτοὺς εἰς τὴν τῶν εἰρημένων πραγμάτων διοίκησιν, ἢ τοὺς Θεοφιλεστάτους Επισκόπους ἀφιστᾷν τῆς αὐτῶν διοικήσεως.

§. β. Τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν ἀνάγκην ἐπιτιθέντων τοῖς κληρονόμοις, ἐκ τρόπου παντὸς ταῦτα πληροῦν· καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῖς παλαιοῖς διηγόρευται νόμοις, ἀνάγκην ἐπιτιθέναι πληροῦν τὰς τῶν τελευτώντων βουλὰς τοὺς ἔχειν ἐφιεμένους, ἅπερ ἐκεῖνοι κατέλιπον.

§. γ'. Τοὺς δὲ Θεοφιλεστάτους Επισκόπους, εἰ μὲν τινας ῥητῶς οἱ τελευτῶντες ἐπιστήσαιεν τοῖς πράγμασιν· (οἷον Ξενοδόχους, ἢ Πτωχοτρόφους, ἢ Νοσοκόμους, ἢ Βρεφοτρόφους, ἢ Ορφανοτρόφους, ἢ Γεροντοκόμους, ἢ Παραμοναρίους, [b] ἢ Οἰκονόμους, ἢ ἁπλῶς τῶν εὐσεβῶν πράξεων διοικητὰς) ἐκείνους μὲν ἐᾷν ἔχεσθαι τῆς διοικήσεως, αὐτοὺς δὲ μὴ διοικεῖν μὲν, τὴν δὲ διοίκησιν αὐτῶν ἐποπτεύειν. καὶ ὀρθῶς μὲν ἔχουσαν ἐπαινεῖν, κατά τι δὲ παραβαινομένην ἐπανορθοῦν· κακίστης δὲ τῆς διοικήσεως γενομένης, καὶ ἀπελαύνειν ἐκείνους, καὶ ἑτέρους ἐγκαθιστᾷν, ἐννοοῦντας τὸ τοῦ μεγάλου Θεοῦ δέος, καὶ τὴν φοβερὰν τῆς μεγάλης καὶ ἀτελευτήτου κρίσεως ἡμέραν, πρὸς ἣν αὐτοὺς ἀποβλέποντας προσήκει πάντα πράττειν μετὰ τῆς πρὸς Θεὸν συντεταγμένης γνώμης. Εἰ δὲ μὴ ῥητῶς τινὰς οἱ τελευτῶντες ἐπιστήσαιεν ταῖς διοικήσεσιν, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν κληρονόμων ἐξουσίᾳ τὸ πᾶν ἀπίθοιντο, Εἰ δὲ ῥα-

ῥᾳθυμήσαιεν, τηνικαῦτα αὐτοὺς τοὺς Θεοφιλεστάτους Ἐπισκόπους καὶ διοικεῖν καὶ προβάλλεσθαι τὰ προστεταγμένα πρόσωπα (οἷον Πτωχοτρόφους, ἢ Νοσοκόμους, καὶ τοὺς ἑξῆς καὶ ταῦτα τὸ πρὸς τὸν μέγαν Θεὸν ἔχοντας σέβας κατὰ νοῦ) ὥστε ἐκ τρόπου παντὸς καὶ ἐκ πάσης ὁδοῦ καὶ ἐκ πάσης μηχανῆς εἰς ἔργον ἄγεσθαι τὰ εὐσεβῶς διατεταγμένα.

§. δ'. Ὑπὲρ δὲ τοῦ χρόνου παντὸς, ὃν ἂν ὑπερθοῖντο πρᾶξαι τὰ διατυπωθέντα οἱ γεγραμμένοι κληρονόμοι ἀπαιτεῖσθαι αὐτοὺς καὶ καρποὺς, καὶ προσόδους, καὶ πᾶσαν νόμιμον ἐπαύξησιν, ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς τοῦ διαθεμένου τελευτῆς θεσπίζομεν οὐ σκοπουμένης τῆς moras ἀπὸ προκατάρξεως ἢ αἰτιάσεως, ἀλλ' αὐτῷ τῷ νόμῳ δοκούσης γενέσθαι τῆς καλουμένης moras, χώραν λαμβανούσης τῆς τῶν καρπῶν καὶ τῆς τῶν τοιούτων προσθήκης.

§. ε'. Αὐτοῦ τούτου κρατοῦντος, εἰ καὶ μὴ παρὰ κληρονόμου, ἀλλὰ Φιδεϊκομμισσαρίου, ἢ Ληγαταρίου καταλειφθείη τὸ τοιοῦτο εὐσεβὲς πρεσβεῖον, καὶ τοῦτο καταδέξηται ὁ τῷ πρεσβείῳ τετιμημένος· καὶ τηνικαῦτα δὲ ἄδειαν εἶναι τοῖς Θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις ἀπαιτεῖν τοὺς τοιούτους τισὶ τετιμημένους πρᾶξαι τὰ διαταχθέντα.

§. ς'. Εἰ δὲ ῥᾳθυμήσαιεν οἱ κατὰ τόπον Θεοφιλέστατοι Ἐπίσκοποι τοῦτο πρᾶξαι, ἴσως ἐκθεραπευθέντες παρὰ τῶν γεγραμμένων κληρονόμων, ἢ Ληγαταρίων, ἢ Φιδεϊκομμισσαρίων, ἐπ' ἀδείας ἔσται, καὶ τῷ Μητροπολίτῃ τῆς ἐπαρχίας, ἢ τῷ Ἀρχιεπισκόπῳ τῆς ἐκεῖσε διοικήσεως ταῦτα μανθάνοντι ἀναζητεῖν καὶ καταναγκάζειν τὸ εὐσεβὲς ἔργον, ἢ τὴν εὐσεβῆ φιλοτιμίαν ἐκ τρόπου παντός. καὶ παντὶ τῷ βουλομένῳ τῶν πολιτῶν τοῦτο πράττειν. κοινοῦ γὰρ ὄντος τοῦ τῆς εὐσεβείας

rint; hi autem rem neglexerint; continuo ipſi Deo amabiles Epiſcopi & adminiſtrent, & præficiant ſupraſcriptas perſonas, (ut Prochotrophos, aut Noſocomos, & cæteros deinceps, qui etiam magni Dei honorem mente præferant) ut omnimodo & via & artificio ad effectum perducantur, quæ ordinata ſunt.

§. 4. Supra autem omne tempus quo diſtulerit facere diſpoſita ſcripti heredes, eos cogi ſolvere & fructus, & reditus, & omnem legitimam acceſſionem a tempore ejus qui diſpoſuit, mortis; ſancimus non inſpecta mora a litis conteſtatione aut conventione, ſed ipſo jure intellecta (quod dicitur vulgo) mora præceſſiſſe, & locum habente fructuum & aliarum rerum acceſſione.

§. 5. Hoc eodem obtinente; & ſi non ab herede, ſed a Fideicommiſſario aut Legatario relictum fuerit hujuſmodi pium legatum, & illud acceperit is, qui legato honoratus eſt: & mox quidem licentiam eſſe Deo amabilibus Epiſcopis poſcere tales perſonas quibuſdam rebus honoratas facere diſpoſita.

§. 6. Si vero negligentes fuerint locorum Deo amabiles Epiſcopi id agere, forte gratia corrupti a ſcriptis heredibus, vel Legatariis, vel Fideicommiſſariis: licentia erit, aut Metropolitano Provinciæ, aut Archiepiſcopo illius Diœceſeos, hæc cognoſcenti, inquirere, & cogere, pium opus, aut piam liberalitatem omnimodo impleri: & cuicunque civium idem etiam facere licentia erit. Cum ſit enim communis pietatis ratio, commu-

nes & populares decet etiam affectiones conſtitui harum rerum executionis: habituro unoquoque licentiam ex noſtra hac lege movere ex *lege condictitia*, & poſtulare relicta adimpleri: ſcienre, qui hæc neglexerit, Deo amabili Epiſcopo, quod & ipſe, præter imminentes e cœlo pœnas, etiam imperialem motum ſuper hujuſmodi contemptu experietur.

§. 7. Ut autem adhuc majore metu terreantur heredes morientium, vel harum rerum procurandarum & faciendarum onere gravati; quominus harum rerum effectum differant; & hoc ſancimus: ut ſi impetiti a Deo amabilibus Epiſcopis, qui his rebus honorati ſunt, poſtea ceſſaverint, ſeu diſtulerint, ita ut Præſidum exactione opus fuerit, confeſtim non ſolum ipſi ſimplum (quod dicitur) exigantur, ſed omnino duplum. Si enim apud veteres erant quædam themata, in quibus ex inficiatione dupla condemnationis inducebantur, quomodo utique non etiam hic eos, qui non ſolum nec ſponte fecerint, ſed tempus præterea protraxerint, & poſtremo impetiti a Deo amabilibus Epiſcopis, ac deinde neque ipſis ſtatim parentes, opus habuerint etiam Præſidali exactione, dupli exactione non convenit caſtigari?

§. 8. Si vero morienres ſuos heredes voluerint quando morituri eſſent ipſi heredes, actionem aliquam implere piam, non autem in ipſorum vita, & hoc cuſtodiri, & non in medio heredes cogi facere quid eorum, quæ teſtator poſt ipſorum mortem voluerit fieri: cum vero morientur ipſi, neceſſi-

λόγου, κοινὰς προσήκει καὶ τὰς σπουδὰς τῆς τούτου καταστῆσαι πληρώσεως. ἔχοντος παντὸς ἄδειαν ἐκ τοῦ δὲ ἡμετέρου τοῦ νόμου κινεῖν τὴν ex lege condictition, καὶ ἀπαιτεῖν τὰ καταλελειμμένα πληροῦσθαι, εἰδότος τοῦ ῥαθυμοῦντος τούτων Θεοφιλεστάτου Ἐπισκόπου, ὡς καὶ αὐτὸς πρὸς ταῖς ἐξ οὐρανοῦ ποιναῖς καὶ βασιλικῆς κινήσεως [c] ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ἀμελείας πειραθήσεται.

§. ζ. Ὅπως δὲ δὴ ἔτι μείζονι φόβῳ κατασχεθέντες οἱ κληρονόμοι τῶν τελευτώντων, ἢ οἱ ταῖς τοιαύταις ὅλως ἀνάγεσθαι πράξεσι βεβαρυμένοι, μὴ τὴν τούτων ποίησιν διαναβάλλοιντο· καὶ τοῦτο θεσπίζομεν, ὥστε ἐνοχληθέντας παρὰ τῶν Θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων οἱ τούτοις τετιμημένοι, εἶτα διαναβάλλοιντο, ὡς καὶ τῆς τῶν ἀρχόντων εἰσπράξεως δεηθῆναι· τιμωρεῖσθαι μὴ μόνον αὐτοὺς ἁπλοῦν τὸ καταλελειμμένον εἰσπράττεσθαι, ἀλλὰ πάντως διπλάσιον. Εἰ γὰρ ἐν τοῖς παλαιοῖς ἦν τινὰ θέματα, ἐφ' ὧν ἐξ ἀρνήσεως διπλάσια τὰ τῆς καταδίκης ἐπήγετο, πῶς οὐ κἀνταῦθα τοὺς μηδ' ἑκόντας ποιήσαντας, ἀλλὰ καὶ χρόνον ἀναμείναντας, καὶ ὕστερον ὀχληθέντας παρὰ τῶν Θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων, εἶτα μηδὲ τούτοις εὐθὺς εἴξαντας, δεηθέντας δὲ καὶ ἀρχικῆς ὀχλήσεως, τῇ τοῦ διπλασίονος [d] ἀπαιτήσει προσήκει σωφρονίζεσθαι.

§. η'. Εἰ δὲ οἱ τελευτῶντες τοὺς ἑαυτῶν κληρονόμους βουληθεῖεν, ἡνίκα μέλλοιεν τελευτᾶν, πρᾶξίν τινα πληρῶσαι εὐσεβῆ, ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ αὐτῶν ζωῇ καὶ τοῦτο φυλάττεσθαι· καὶ μὴ ἐν μέσῳ τοὺς κληρονόμους ἀναγκάζεσθαι πράττειν, ὧν ὁ διατιθέμενος μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν βουληθῇ γενέσθαι· τελευτῶντας δὲ αὐτοὺς ἀνάγκην

ἔχειν ἐκ τῶν ἰδίων πάντως ταῦτα πληροῦν· ἀναβολῆς δέ τινος παρὰ τῶν ἐκείνου κληρονόμων γινομένης, ἀνάγκη ταῦτα γίνεσθαι, ἅπερ ἔμπροσθεν διετυπώσαμεν.

§. θʹ. Εἰ δέ τινα τῶν καλουμένων [c] Ἀνναλίων πρεσβείων καταλειφθείη, ἢ δωρηθείη Κλήρῳ, (τυχὸν) ἢ Μοναστηρίῳ, ἢ Ἀσκητρίαις, ἢ Διακονίσσαις, ἢ Πτωχείοις, ἢ Ξενῶσιν, ἢ Νοσοκομείοις, ἢ Βρεφοτροφείοις, ἢ τοῖς τῶν ἁγιωτάτων Ἐκκλησιῶν πτωχοῖς, ἢ ἁπλῶς συστήμασί τισιν εὐαγέσιν, ἢ ὅλως οὐκ ἀπηγορευμένοις τῶν ἐκ πλήθους ἠθροισμένων, βουληθεῖεν δὲ κατά τινα χρόνον οἱ τηνικαῦτα διοικούμενοι χρυσίον ὑπὲρ τῆς τοιαύτης πράξεως λαβόντες διαλύσασθαι· μὴ ἐξέστω τοῦτο ποιεῖν· μηδὲ τὸ γινόμενον κύριον εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἔκπτωσιν τῶν χρημάτων ὁ ταῦτα ὠνησάμενος ἢ διαλυσάμενος ὑπομενέτω. Ἐπείπερ ἀνάγκη τοῖς μὲν ἔν τινι μέρει τοῦ χρόνου γινομένοις εἶναι χρημάτων ἀφθονίαν, τοῖς δέ γε ἐπιγινομένοις παντελῆ τῶν καταλελειμμένων στέρησιν. οὐ φυλαχθήσεται δὲ οὐδὲ αὐτὸ τὸ Ἀνναλίων ὄνομα, οὐδὲ ἡ διηνεκὴς τοῦ τελευτήσαντος μνήμη, δι' ἣν καὶ τὸ ἀνναλίων τοῦτο καταλέλοιπεν· ἀλλ' εὐθὺς ἀποσβεσθήσεται τῇ τῶν καταλελειμμένων συναπολλύμενον ἐκποιήσει. Μένειν τοίνυν διηνεκῶς αὐτοὺς ἐνεχομένους ταῖς τοιαύταις δόσεσι θεσπίζομεν· ὥστε καὶ εἴ τις γένοιτο ἐκποίησις, καὶ ταύτην ἄκυρον εἶναι, καὶ τοὺς ὅτε δήποτε προεστηκότας τῶν εὐαγῶν οἴκων ἄδειαν ἔχειν κινεῖν καὶ ἀπαιτεῖν ταῦτα, οὐδεμιᾶς χρόνου παραγραφῆς ἀντιτιθεμένης αὐτοῖς, διὰ τὸ καθ' ἕκαστον ἔτος τὴν τοιαύτην τίκτεσθαι ἀγωγήν. Ἀλλ' ὑποθήκην εἶναι τὰ τοῦ καταλείψαντος πράγματα τοῖς τοιούτοις πρεσβείοις·

tatem habeant omnimodo iſta implere: dilatione autem aliqua ab ipſorum heredibus facta, tunc neceſſe eſt, illa fieri quæ ante diſpoſuimus.

§. 9. Si vero aliqua eorum, quæ vocantur Annalia legata, relicta fuerint aut donata Clero forte, aut Monaſterio, aut Aſcetriis, aut Diaconiſſis [c], aut Ptochiis, aut Xenonibus, aut Noſocomiis, aut Brephotrophiis, aut ſanctiſſimarum Eccleſiarum pauperibus, aut (ſimpliciter) cœtibus quibuſdam piis, aut omnino non prohibitis ex plebe collegiis; velint autem ſecundum aliquod tempus hi, qui tunc reperiuntur, auro accepto ſuper tali actione tranſigere; non liceat id agere, neque quod factum fuerit, ratum eſto: imo & privationem rerum, qui hæc redemit vel tranſegit, ſuſtineat. Quandoquidem neceſſe erit: his quidem, qui aliqua parte temporis fuerint, eſſe pecuniarum copiam: his autem, qui futuri ſunt, omnimodam relictorum privationem. Sed nec ipſum Annaliorum nomen, neque perpetua defuncti memoria, ob quam & annuum hoc reliquit, conſervabitur, ſed ſtatim extinguetur una cum ipſa relictorum interiens alienatione. Manere igitur perpetuo ipſos obnoxios hujuſmodi dationibus ſancimus: adeo ut, ſi qua fiat alienatio, & ipſa irrita ſit: & hi, qui quandoque præerunt piis locis, licentiam habeant perſequi, & exigere ipſa, nulla temporis præſcriptione opponenda ipſis, cum per unumquemque annum talis naſcatur actio. Quinimo hypothecæ ſubjecta ſint ejus, qui reliquit bona, hujuſmodi legatorum cauſa:

ita ut licentiam habeant ex ipſis rebus ſatis pius operibus facere, non ſolum pro relictis, ſed & pro fructibus ipſorum, & reditibus, & omni legitima acceſſione: temporali (ut dictum eſt) nulla retinentibus præſcriptione convenire queunte, quantumcunque quis numeraverit tempus. Niſi inter hunc annali legato oneratum, & eum, qui ſecundum ſacros Canones, & noſtras leges Præſul conſtitutus eſt, iſtiuſmodi exactionis factum fuerit pactum, quo placuerit, ut reditu pro annuo legato daretur a gravata perſona, ſemper vigens ac perpetuis, & non multis publicis oneribus obnoxius: ſed & acceſſionem habens, omnino quidem non minorem quarta parte puri reditus, aut amplius quantu[m] ſcilicet inter eos placuerit. Si enim tale quiddam in ſcriptis fiat pactum & datus fuerit talis reditus & receptus in ſcriptis, pactionibus & tranſactionibus, & id manifeſtum per geſta monumentorum conſtitutum fuerit, ceſſare exactionem annui legati contra eum, qui eo oneratus eſt, ſancimus: cum vero reditum pro legato conſtitui, perpetuo ad id deputatum, & qui alienari a nemine quocunque alienationis modo poſſit: nullo autem horum ſubſecuto, ſubjacere perpetuo (ut antea a nobis dictum eſt) dationi annuorum legatorum eos, qui his gravati ſunt, ſancimus: ut & nomen & memoria defuncti, ut & annui reditus in ipſis operibus perpetuo conſervetur. Dat. xv. Kal. Novemb. Conſtantin. LAMPAD. & ORESTE CONSS. 53[illegible].

ὥστε ἄδειαν ἔχειν ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὸ ἱκανὸν τοῖς ἁγίοις πράξεσι περιγίνεσθαι, οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς καταλελειμμένοις, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ καρποῖς αὐτῶν, καὶ προσόδοις, καὶ πάσῃ νομίμῳ ἐπαυξήσει, χρονίας (καθὰ προείρηται) οὐδὲ τοῖς κατέχουσι παραγραφῆς ἁρμόζειν δυναμένης, ὁπόσον ἂν τις ἀριθμήσειε χρόνον. Πλὴν εἰ μὴ μεταξὺ τοῦδε τοῦ αἰωνίῳ πρεσβείῳ βεβαρυμένου τοῦδε κατὰ τοὺς ἱερατικοὺς Κανόνας, καὶ τοὺς ἡμετέρους νόμους προεστῶτος τῆς τοιαύτης ἀπαιτήσεως γένοιτο σύμφωνον βουλόμενον, πρόσοδον αὐτὶ τοῦ αἰωνίου πρεσβείου δοθῆναι παρὰ τούτου τοῦ βεβαρυμένου ἀθαλῆ καὶ δημοσίοις πολλοῖς οὐχ ὑποκειμένην, ἀλλὰ καὶ προσθήκην ἔχουσαν πάντως μὲν οὐκ ἐλάττονα τοῦ τετάρτου μέρους τῆς καθαρᾶς προσόδου, ἐπιτείνειν ὁπόσον ἂν μεταξὺ αὐτῶν ἐπὶ τὸ πλέον δόξειεν. Εἰ μὲν γὰρ τι τοιοῦτο ἔγγραφον γένοιτο σύμφωνον, καὶ δοθείη ἡ τοιαύτη πρόσοδος, καὶ αἰναλειφθείη ἐγγράφοις συνθήκαις καὶ διαλύσεσι καὶ τοῦτο ἐμφανὲς ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων καταστῇ, ἀργεῖν τὴν ἀπαίτησιν τοῦ αἰωνίου ληγάτου κατὰ τοῦ τούτῳ βεβαρυμένου θεσπίζομεν. αὐτὴν δὲ τὴν πρόσοδον αὐτὶ τοῦ πρεσβείου καθίστασθαι διηνεκῶς εἰς τοῦτο ἀφωρισμένην, καὶ ἐκποιεῖσθαι παρ' οὐδενὸς καθ' οἷον δήποτε ἐκποιήσεως σχῆμα δυναμένου· οὐδενὸς δὲ τούτου παρακολουθοῦντος ὑποκεῖσθαι διηνεκῶς (κατὰ τὸ ἔμπροσθεν παρ' ἡμῶν εἰρημένον) τῇ δόσει τῶν αἰωνί[ων] πρεσβείων τοὺς τοιούτοις βεβαρυμένους θεσπίζομεν· ὥστε τὸ ὄνομα καὶ [illegible]μην τοῦ τελευτήσαντος, τ[illegible] αἰωνίου πρεσβείου ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων διηνεκῶς διασώζεσθαι.

[illegible] Sancimus &c] H[illegible]s conſtitutionis [illegible]em pri[illegible] refert Ph[illegible]

• Εἰ δέ τινα δοθῆναι] Refert En[illegible]. ult. [illegible]

Παραμε-

[b] Παραμοναρίοις] *Paulus Aquilegienſ. Diaconus* manſionarios interpretatur *lib. XVI. & XXI. In act. Concil. Conſtantinop.* In alienis diœceſibus ordinat ſuffraganeos, alibi Paramonarios. Item Paramonarios & Hoſpitalarios ſtatuentes. Joannem etiam quendam Paramonarium venerabilis domus ſanctæ & glorioſæ genitricis ſemper Virginis Mariæ, mandritam vocant Patres. *Gregor. Conſtant. Auguſt.* Monachi & Manſionarii.

[c] Βασιλικῆς κινήσεως] Οὐ μόνον γὰρ τὸν ἱερὸν δόμον ὁ Ἰουστινιανὸς ἐδείματο, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους πλείονας ἐν οἷς ἄπειρον χρημάτων ἀνόμβρος, τὰς τυπωθείσας ἀνήχθεν· ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων δίδοσθαι σιτήσεις τοῖς ἐν αὐταῖς διδασκάλοις τῶν λογικῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν, ἀποθήκαις τῷ Ἐπάρχου ἐξέκοψε, καὶ οὕτω τῶν ἐν ταῖς πόλεσι διδασκαλείων ἐσχολακότων, ἀγροικία τῶν ἐν αὐταῖς κατεκράτησε. *Zonaras. Nov. CXXVIII. Vid. Nov. LXVII.*

[d] Διπλάσιον] Refert *Harmenop. tit. X. lib. V.*

[e] Εἰσί τινα τῶν καλουμένων] Refert *Phot. tit. II. cap. I. Nomocan.* tius *tit. 2. cap. 1. Nomocanon.*

[2] *Gerontocomiorum*] Ad Juliani Novellam 7. *cap. 1.* Pithœus adnotavit Gerontocomium eſſe locum venerabilem in quo pauperes & propter ſenectutem ſolam infirmi homines curantur. Conſtantinus Manaſſes *Synopſi Chronici.*

[3] *Veteribus prædicatum eſt legibus*] *Lege XII. tabularum & lege Falcidia. L. 1. ff. ad leg. Falcid. Inſtitut. eod. tit. in princip. & Novell. 1.*

[4] *Paramonarios*] Παραμονὴ Græcis eſt permanſio, quo nomine loca quædam pia fortaſſe dicebantur, & qui ea curabant Paramonarii. Sic μονὴ manſio eſt, & Monaſterium eiſdem. Utitur eo nomine caput 11. Concilii Chalcedonenſis, quod minus plene refert Gratianus *cauſ. 1. quæſt. 1. Can. 8. Si quis Epiſcopus.*

[5] *Aſcetriis aut Diaconiſſis*] Parva inter eas differentia, licet Aſcetriæ ſimiles ſanctimonialibus noſtri temporis in Aſcetriis religioſam vitam degebant: Diaconiſſæ in Eccleſia munera quædam obibant, tum in baptiſmo puellarum, tum in oblationibus, aut aliis miniſteriis, ne inter mulieres Clerici verſarentur, ut teſtatur beatus Clemens *lib. 2. cap. 30. lib. 3. cap. 15. & lib. 8. cap. 34. Conſtitution. Apoſtolic. In Novella Juliani 53.* Dedit ſingulis cadaveribus, ſive ſingulis lectis mortuorum unum Aſciterium, id eſt octo ſanctimoniales pſallentes & tres Acolythos. *Gregorius Papa Theoctiſtæ.* De medietate vero, ancillis, quas vos lingua Græca Aſcetrias dicitis.

De electione. 1. Et confirmatione Abbatis. 2. Et Abbatiſſæ. 3. Et cæterorum.

μζ. Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰουλιανῷ Ἐπάρχῳ Πραιτωρίων.

ΤΟΙΣ ἱεροῖς ἡμῶν νόμοις οἰόμεθα χρῆναι καὶ τοῦτο προσθεῖναι τὸ ἐξ ἀρετῆς, ἀλλ' οὐκ ἐκ χρόνου, τὰς εὐαγεῖς Ἡγεμονίας παρέχοντα· ὥστε ἐπὶ τῶν εὐαγῶν Μοναστηρίων ἢ ἀσκητηρίων μὴ πάντως τελευτῶντος τοῦ Ἡγουμένου ἢ τῆς Ἡγουμένης, τὸν ἐφεξῆς ἢ τὴν δευτέραν ψηφίζεσθαι. Συνίσμεν γὰρ τῇ φύσει οὔτε πάντας ὁμοίως ἀγαθούς, οὔτε πάντας ἐν ἴσῃ ποιότητι κακούς· ἀλλ' ὃν ἂν ὅτε ἀγαθὸς βίος, καὶ σεμνὸς

XLVII. Idem A. Juliano P. P.

SACRIS noſtris legibus exiſtimavimus oportere & hanc addi; quæ ex virtute, non autem ex temporibus, religioſas Abbatias, ſeu præfecturas tribuit: ita videlicet, ut in piis Monaſteriis, aut Aſceteriis, non omnimodo, mortuo Abbate, vel Abbatiſſa, is, vel ea qui vel quæ tempore antiquior eſt, aut ſecundus ſecundave deinceps eligatur. Conſentimus enim naturæ, neque omnes ſimiliter bo-

nos, neque omnes in æquo facienti malos: ſed quem utique & vita optima, & mores honeſti, & circa pium exercitium conſtantia, & commune reliquorum Monachorum complementum, aut maxima eorum pars idoneum ad hoc putaverit, & ſacris Evangeliis propoſitis elegerit, ad præfecturam vocari: ita ut, ſi quidem primus poſt defunctum utilis ſit, & Monachis præeſſe dignus, ille aliis præferatur[1]. Si vero qui poſt illum eſt, ſimiliter in ipſum feratur futuri præfecti calculus: ſi vero nullus horum dignus videatur; confeſtim is, qui ex omnibus idoneus erit, cujuſcunque gradus ſit, præordinetur Abbas, qui ſit videl. & vitæ honeſtæ, & honeſtæ converſationis, & qui ſervare creditos ſibi poſſit: cum ſit conveniens, omnem principatum, & omnem hominum præfecturam, non ex temporibus, neque ex ſortibus, neque ex fortuitis circumſtantiis, ſed ex electione, & ex eo, quod præſtantius eſt, fieri; & bonum apud omnes teſtimonium & probationem eſſe, fieri ordinationi ordinem.

τρόπος, καὶ ἡ περὶ τὴν ἄσκησιν συντονία, καὶ τὸ κοινὸν τῶν λοιπῶν μοναχῶν πλήρωμα, ἢ τὸ πλεῖστον αὐτῶν ἐπιτήδειον πρὸς τοῦτο νομίσῃ, καὶ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων προκειμένων ἕλοιτο, ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν καλεῖσθαι· ὥστε εἰ μὲν ὁ πρῶτος μετὰ τὸν τελευτήσαντα χρηστὸς εἴη, καὶ Μοναχῶν ἄρχειν ἄξιος, ἐκεῖνον τῶν ἄλλων προκρίνεσθαι· εἰ δὲ ὁ μετ' ἐκεῖνον ὁμοίως ἐπ' αὐτὸν φέρεσθαι τὴν τοῦ Ἡγουμένου ψῆφον. Εἰ δὲ οὐδεὶς τούτων ἄξιος φαίνοιτο· τηνικαῦτα τὸν ἐκ πάντων ἐπιτήδειον, οἱουδήποτε ἂν εἴη βαθμοῦ, προχειρίζεσθαι Ἡγούμενον, βίου τε ὄντα σεμνοῦ, καὶ πολιτείας σεμνῆς, καὶ περισώζειν τοὺς πιστευθέντας αὐτῷ δυνάμενον· προσῆκον ὂν πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἀνθρώπων ἐπιστασίαν οὐκ ἐκ χρόνων, οὐδὲ ἐκ κλήρων, οὐδὲ ἐκ τυχηρῶν περιστάσεων, ἀλλ' ἐπιλογῆς, καὶ ἐκ τοῦ καλλίονος γίνεσθαι· καὶ τὴν παρὰ πάντων μαρτυρίαν εἶναι τοῖς πράγμασι τάξιν.

§. 1. Manifeſta autem hæc fieri Deo amabili Epiſcopo: ut, cum is didicerit eum qui electus eſt, & hoc ſe recte habere adprobaverit; conſentientem electoribus calculum ferat, & promoveat ipſum ad hujuſmodi Abbatis ordinem. Adprobare vero oportet hanc ipſam electionem, & pro tempore Patriarcham, & qui in his locis ſunt, Deo amabiles Epiſcopos, habentes & ipſos judicium Dei, & futuram condemnationem metuentes, ſi non per electionem, ſed ad aliquam paſſionem ſeu affectionem reſpicientes

§. α'. Γνώριμα δὲ ταῦτα γίνεσθαι τῷ κατὰ τόπον θεοφιλεστάτῳ Ἐπισκόπῳ· ὥστε αὐτὸν μανθάνοντα τὸν ἐπιλεχθέντα, καὶ ὀρθῶς ἔχειν τοῦτο δοκιμάζοντα· σύμψηφόν τι γίνεσθαι τοῖς ἐπιλεξαμένοις, καὶ προάγειν αὐτὸν ἐπὶ τὴν τοῦ Ἡγουμένου τάξιν. Δοκιμάζειν δὲ δεῖ τὴν αὐτοῦ ἐπιλογὴν τὸν κατὰ καιρὸν Πατριάρχην, καὶ τοὺς κατὰ τόπον Θεοφιλεστάτους Ἐπισκόπους ἔχοντας καὶ αὐτοὺς τὸ κρίμα τοῦ δεσπότου Θεοῦ, καὶ τὴν μέλλουσαν κρίσιν εὐλαβουμένους, εἰ μὴ κατ' ἐκλογὴν, ἀλλὰ πρός τι πάθος ἀποβλέψαντες ἄνθρωποι τὴν

προβολὴν [c] ποιήσονται· ἐχόντων αὐτῶν καὶ ἐν τούτῳ τῷ βίῳ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ ποινὴν, οἷα τῆς αὐτῶν ἀμελείας ψυχαῖς πολλαῖς ἁμαρτημάτων αἰτίας παρεχομένης.

§. β'. Τούτων πάντων καὶ ἐπὶ τῶν εὐλαβεστάτων γυναικῶν ἢ παρθένων τῶν ἡγουμένων εὐαγῶν Μοναστηρίων κρατούντων.

§. γ'. Τῆς λοιπῆς ἱερατικῆς τάξεως ἁπάσης τῆς τοῦ Θεοῦ λειτουργίας κατὰ τοὺς ἑαυτῆς βαθμοὺς προϊούσης, καὶ οὐδὲν ἐκ τοῦ παρόντος ἡμῶν καινιζομένης νόμου.

humanam, promotionem fecerint: habituris ipſis, & in hac vita, & in futura a Deo immiſſam pœnam: videlicet ipſorum negligentia animabus plurimis peccatorum cauſas præbente.

§. 2. His omnibus & in reverendiſſimis fœminis aut Virginibus, quæ piis Monaſteriis præſunt obtinentibus.

§. 3. Reliquo omni ſacro ordine, ſacro miniſterio ſecundum ſuos gradus præſidente, & nulla in re per præſentem noſtram innovato legem. Dat. XV. Kalend. Dec. CP. LAMP. & ORESTE CONSS. 530.

[a] Refert *Photius & Balſam. tit. XI. cap. III. Nomocan.* Meminit *Nov. V.*

[b] Περὶ τὴν ἄσκησιν] *Hieronym.* Conſtat hunc mitæ ἀσκήσεως & appetitorem voluntariæ paupertatis. Hinc ἀσκήτριαι dicuntur *Socrat. lib. IV. cap. XXXIII.* & Aſcetriæ de quibus in notis ad Julianum.

[c] Τὴν προβολὴν] Ἐπὶ προβολῇ ἐπιτελείας. Conſtit. Græc. de procuratoribus pro inſtitutione procuratoris *L. XXV. C. de Epiſc. & Cleric. Cedren.* Ἐποίησε δὲ προβολὰς καὶ ἰδίους ἄρχοντας, promotiones *Paul. Aquileg. Diacon.*

[1] *Si quidem primus poſt defunctum utilis ſit, ille aliis præferatur*] *Ambroſius in cap 4. epiſt. ad Epheſ.* Primi Preſbyteri Epiſcopi appellabantur, ut recedente eo ſequens ei ſuccederet. Sed quia cœperunt ſequentes Preſbyteri indigni inveniri ad primatus tenendos, immutata eſt ratio, proſpiciente Concilio, ut non ordo, ſed meritum crearet Epiſcopum multorum judicio conſtitutum, ne indignus temere uſurparet, & eſſet multis ſcandalum. *Ivo Carnot. part. 5, cap. 268* Concilium vero Catholicorum Epiſcoporum admoneri præcipitur, ut Primatem non ex ordine loci poſtpoſitis vitæ meritis faciat, quoniam apud Dominum non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur.

De electione Epiſcopi.

μή. Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ Ἐπάρχῳ Πραιτωρίων.

ΘΕΣΠΙΖΟΜΕΝ μηδένα εἰς Ἐπισκοπὴν προχειρίζεσθαι, πλὴν εἰ μή τι ἄλλα χρηστὸς καὶ ἀγαθὸς εἴη, καὶ μήτε γυναικὶ συνοικοίη, μήτε παίδων εἴη πατὴρ, ἀλλ' ἀντὶ μὲν γυναικὸς προσκαρτερείη τῇ ἁγιωτάτῃ Ἐκκλησίᾳ· ἀντὶ δὲ παίδων, ἅπαντα τὸν

XLVIII. Idem A. Joanni P. P.

SANCIMUS, neminem [1] ad Epiſcopatum ordinari, niſi & in aliis rebus utilis & optimus ſit; & neque mulieri cohabitet, neque liberorum exiſtat pater, ſed loco uxoris, adhæreat quidem & continens ſit circa ſanctiſſimam Eccleſiam: loco vero liberorum, om-

nem Chriſtianum, & Orthodoxum habeat populum: cognoſcens, ſic ab initio ea, quæ de ſucceſſione Deo amabilium Epiſcoporum ſunt, nos diſpoſuiſſe, & cum ejuſmodi cogitatione proceſſiſſe noſtram legem: & eos qui præter hæc quid faciunt, aut fecerunt, omni Epiſcopatu indignos eſſe: qui enim, poſt hanc noſtram conſtitutionem, facere aliquos Epiſcopos præter ejus vim, aut fieri auſi fuerint, neque in Epiſcopis numerabuntur, neque manebunt in ſacris, ſed expulſi ab his, aliis dabunt locum ordinationis, cum in primis diligentiſſimæ, tum etiam Deo per omnia placentis. Dat. IV. Kalend. Sept. CP. poſt CONSS. LAMPAD.[2] & OREST. 531.

Χριστιανὸν καὶ Ορθόδοξον ἔχῃ λαόν· γινώσκων οὕτως ἐξ ἀρχῆς τὰ περὶ τῆς διαδοχῆς τῶν θεοφιλεστάτων Επισκόπων ἡμᾶς διατυπῶσαι καὶ μετὰ ταύτης τῆς ἐννοίας προελθεῖν τὸν νόμον, καὶ τοὺς παρὰ ταῦτά τι πράττοντας ἢ πράξοντας ἁπάσης Επισκοπῆς ἀναξίους εἶναι· οἱ γὰρ μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν διάταξιν ποιῆσαί τινας Επισκόπους παρὰ τὴν ταύτης δύναμιν ἢ γενέσθαι θαῤῥήσαντες, οὔτε ἐν Επισκόποις ἔσονται, οὔτε μενοῦσιν ἐπὶ τῶν ἱερῶν, ἀλλ' ἐξελαθέντες αὐτῶν, ἑτέροις δώσουσι χώραν χειροτονίας ἀκριβοῦς τε, καὶ τῷ Θεῷ διὰ πάντων ἀρεσκούσης.

[1] *Sancimus neminem, &c.*] *Photius tit. 1. cap. 6. Juſtinian. Novell. 6.*

[2] *Conſtantinopoli poſt Conſulatum Lampad.*] *Brevis Synodi Carthaginenſis:* Stilicone iterum & Anthemio V V. C C. Conſulib. 10. Kal. Septemb. quod ſi adhuc ejuſdem anni Paſchæ dies incertus ſit, illum præcedens adjungatur, quomodo ſolet Poſt Conſulatum in publicis geſtis adſcribi.

De inſtitutione Captivorum, aut Pauperum.

XLIX. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

SI quis ad declinandam legem Falcidiam, cum deſiderat totam ſuam ſubſtantiam pro redemptione captivorum relinquere, eos ipſos captivos ſcripſerit heredes: ne videatur, quaſi incertis perſonis heredibus inſtitutis, judicium ſuum oppugnandum reliquiſſe: ſancimus, ejuſmodi & talem inſtitutionem pietatis intuitu valere, & non eſſe reſpuendam.

§. 1. Sed & ſi pauperes quidem ſcripſerit heredes, & non inveniatur certum Prochotrophium, vel certæ Eccleſiæ pauperes, de quibus teſtator cogitaverit, ſed ſub incerto vocabulo pauperes fuerint heredes inſtituti, ſimili modo & hujuſmodi inſtitutionem valere decernimus.

§. 2. Et ſi quidem captivos ſcripſerit heredes, civitatis, in qua teſtator latem fovere ac degere noſcitur, Epiſcopus & Oeconomus hereditatem ſuſcipiant: & omnimodo in redemptionem captivorum procedat hereditas, ſive per annuos reditus, ſive per venditionem mobilium, ſeu ſe moventium rerum ſit: nullo penitus ex hoc lucro, vel Oeconomo, vel Epiſcopo, vel Sacroſanctæ Eccleſiæ reliquendo. Si

enim propter hoc a ſpeciali herede receſſum eſt, ut non Falcidiæ ratio inducatur, quomodo ferendum eſt, hoc, quod in ſacrum venerit, per Falcidiam vel aliam occaſionem minui?

§. 3. Ubi autem indiſtinctè pauperes ſcripti ſunt heredes: ibi Xenonem ejus civitatis omnimodo hereditatem nanciſci, & per Xenodochum in ægrotantes fieri patrimonii diſtributionem, ſecundum quod in captivis conſtituimus, vel per redituum annalium erogationem, vel per venditionem rerum mobilium, vel ſeſe moventium, ut ex his res immobiles comparentur, & annuus victus ægrotantibus accedat: Quis enim pauperior eſt hominibus, qui & inopia tenti ſunt, & in Xenone repoſiti, & ſuis corporibus laborantes, neceſſarium victum ſibi non poſſunt afferre?

§. 4. Licentia omnino danda & in priore, & in ſecunda ſpecie, & actionem movere, & debita exigere: ut in captivos, vel ægrotantes conſumantur. Si enim heredum eis & jus, & nomen dedimus, ſine Falcidiæ tamen legis emolumento: neceſſe eſt eos debita exigere, & creditoribus reſpondere.

§. 5. Sin autem ampliores in civitate Xenones vel Ptochotrophia ſint, ne incerta videatur pecuniarum datio; tunc ei Xenoni vel Ptochotrophio, qui pauperior eſſe dignoſcitur, eaſdem res vel pecunias adſignari cenſemus: hoc videlicet diſcutiendo a viro reverendiſſimo locorum Antiſtite, & ſub eo conſtitutis Clericis.

§. 6. Sin autem nullus Xenon in civitate inveniatur: tunc, ſecundum de captivis ſanctionem, pro tempore Oeconomus Sacroſanctæ Eccleſiæ vel Epiſcopus hereditatem accipiat: & ſine Falcidiæ ratione pauperibus, qui in civitate ſunt, vel penitus mendicantibus, vel alia ſuſtentatione egentibus, eædem pecuniæ diſtribuantur.

§. 7. Hæc tamen omnia locum habere ſancimus, quando non certi Xenonis vel certi Ptochotrophii, vel certæ Eccleſiæ nominatio a teſtatore ſubſecuta eſt, ſed incertus eſt ejus ſenſus. Sin autem in perſonam certam venerabilemve certam domum reſpexerit, ei tantummodo hereditatem vel legatum competere ſancimus, nulla Falcidia nec in hac parte intercedente.

§. 8. In omnibus autem hujuſmodi caſibus cœleſtes iracundias Sacroſanctarum rerum adminiſtratores expectent, ſi qualecumque lucrum ex hujuſmodi gubernationibus ſibimet acquiſierint, vel ſi hoc committi ab alio conſenſerint, & non graviſſima pœna, & interminatione, quod perperam factum eſt, ſtudeant corrigere[1].

[1] *Studeant corrigere*] Adde datum 10. Kal. Septemb. CP. Lamprid. & Oreſt. VV. CC. Conſulib.

De Captivis redimendis.

In AUTHENT. Ut cum de appell. cog. §. Si unum de prædictis. col. 8. tit. 16. al. tit. 12. ſeu Novell. 115. cap. 3.

SI captivi alicujus liberi ſeu cognati redemptionem ejus neglexerint: non ſolum exheredari poſſunt, ſed etiam lege denegatur eis ſucceſſio: & ſi fuerint ſcripti heredes, tantum valeat teſtamentum in aliis capitulis. Hæc ergo ſucceſſio defertur Eccleſiæ civitatis ejus, expendenda ſcilicet in captivorum redemptionem. Multo magis, ſi extraneos inſtituerit, qui redimere ſuperſedeant. Excipitur minor octodecim annis. Qui autem redimere ſtudent, ſi proprias non habeant pecunias, ſuper quibuſlibet rebus ipſius in eam cauſam recte contrahunt, etiamſi minores viginti quinque annis ſint, majores tamen octodecim, qui tamen pro majoribus vigintiquinque hic accipiuntur. Et captivi, ſi reverſi fuerint, coguntur habere ratum contractum. Eadem pœna eſt parentum, ſi redemptionem neglexerint liberorum.

De peculio Clericorum, & querela inofficioſi.

L. Idem A. Joanni P.P.

CUM lege Leonina viris Reverendiſſimis Epiſcopis, & Preſbyteris, & Diaconis peculium habere quaſi caſtrenſe conceſſum eſt: eo addito, ut & in ipſo teſtari poſſint: dubitabatur, ſi hujuſmodi teſtamenta debeant de inofficioſo querela expugnari: cum de omnibus perſonis, quæ hujuſmodi peculium meruerunt, eadem fuerat quæſtio exorta? Sancimus itaque, viris Reverendiſſimis Epiſcopis, & Preſbyteris, & Diaconis, qui tale peculium quaſi caſtrenſe poſſident, ſuper his tantummodo rebus, quæ quaſi caſtrenſis peculii ſunt, non ſolum ultima condere ſecundum leges elogia licere; (quod ex Leonina conſtitutione deſcendit) ſed etiam eorum ultimas voluntates ſuper his tantummodo habitas, de inofficioſo querelæ minime ſubjacere. Dat. Non. Febr.[1] CP. poſt CONS. LAMPADII & ORESTIS, anno II. 532.

[1] *Non. Febr.*] *Kalend. Septemb.*

De præſcriptione fori, & renuntiatione juris ſui.

LI. Idem A. Joanni P.P.

SI quis in conſcribendo inſtrumento ſeſe confeſſus fuerit non uſurum fori præſcriptione propter Sacerdotii prærogativam: ſancimus non licere ei adverſus ſua pacta venire, & contrahentes decipere: cum regula ſit juris antiqui, Omnes licentiam habere his, quæ pro ſe indulta ſunt, renunciare. Quam generalem legem in omnibus caſibus obtinere ſancimus, qui necdum per judicialem ſententiam vel amicabilem conventionem ſopiti ſunt. Dat. Kal. Sept. CP. poſt CONSS. LAMPAD. & ORESTIS VV. CC. 532.

De tutela & cura.

LII. Idem A. Joanni P.P.

GENERALITER ſancimus[1]; omnes viros Reverendiſſimos Epiſcopos, necnon Preſbyteros, Diaconos & Subdiaconos, & præcipue Monachos, licet non ſint Clerici, immunitatem ipſo jure omnes habere tutelæ ſive teſtamentariæ, ſive legitimæ, ſive dativæ; & non ſolum tutelæ eos eſſe expertes; ſed etiam curæ, non ſolum pupillorum, & adultorum; ſed & furioſi, & muti, & ſurdi, & aliarum perſonarum, quibus tutores, vel curatores a veteribus legibus dantur.

§. 1. Eos tamen Clericos & Monachos hujuſmodi habere beneficium ſancimus, qui apud Sacroſanctas Eccleſias, vel Monaſteria permanent[2], non divagantes[3], neque circa divina miniſteria deſides; cum propter hoc ipſum beneficium eis indulgeamus, ut, aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis miniſteriis inhæreant.

§. 2. Et hoc non ſolum in vetere Roma, vel in hac Regia civitate, ſed & in omni terra ubicumque Chriſtianorum nomen colitur, obtinere ſancimus[4].

[1] *Generaliter ſancimus, &c*] *Can. 3. Concil. Chalcedon.* excipiuntur qui legibus ad minorum ætatis tutelas ſive curationes inexcuſabiles attrahuntur, aut quibus ipſius civitatis Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum commiſit gubernacula, & Orphanorum ac viduarum, quæ indefenſæ ſunt, aut earum perſonarum maxime quæ Eccleſiaſtico indigent adminiculo, propter Dei timorem. Novella 68. Imperatoris Leonis idem cavetur quod in præſenti conſtitutione: permittit tamen Monachis & Clericis executionem teſtamentorum.

[2] *Clericos & Monachos qui apud Sacroſanctas Eccleſias vel Monaſteria permanent*] *In Conſtitutione Conſtantini a Nicephoro relata lib. 7. Hiſt. Eccleſ. cap. 44.* Qui intra Provinciam tibi creditam in Eccleſia Catholica ſunt, cui Cæcilianus præeſt, functionemque & operam ſuam ſanctiſſimæ religioni præſtant, quos Clericos nominare ſolent, eos ab omnibus prorſus muneribus immunes conſervari volumus, ut ne errore aliquo, aut lapſu ſacrilego, a cultu qui ſummo Numini debetur, abſtrahantur: ſed potius, citra omnem perturbationem, religioni ſacriſque ſuis inſerviant. Qui ſane ſi cultum ſuum, qui longe maximus eſt, Deo rite exhibeant, plurimum rebus publicis videntur afferre commodi & emolumenti.

[3] *Non divagantes*] *Can. 4. Concil. Chalcedon.* Quidam tamen Monachorum habitu utentes indifferenter per civitates incedunt, necnon & Monaſteria & ſeipſos propria præſumptione condemnant.

[4] *Obtinere ſancimus*] Adde, Dat. Kal. Nov. poſt Conſulat. Lamprid. & Oreſt. VV. CC.

In AUTHENT. De ſanct. Epiſc. §. Deo autem amabiles, coll. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 5.

PResbyteros, Diaconos, aut Subdiaconos, jure cognationis ad tutelam vel curam vocatos, ſuſcipere permittimus: ſi tamen intra quatuor menſes, ex quo vocati ſunt, apud judicem competentem in ſcriptis declaraverint, talem adminiſtrationem propria ſe voluntate ſuſcepiſſe. Si quis autem ſic fecerit, nullum ex hoc præjudicium circa alienam tutelam, vel curam patiatur.

§. 1. Epiſcopos autem vel Monachos tutelam alicujus perſonæ ſubire non permittimus. De Curialibus & Taxeotis. 4. De Clericis aut Monachis ſuum ordinem deſe-

reutibus & in armatam militiam tranſeuntibus. 2. De ſubſtitutione aut Fideicommiſſo ſub conditione defectus liberorum. 3. De ſolutione matrimonii, & dote, ac donatione propter nuptias.

LIII. Idem A. Joanni P. P.

SANCIMUS, neminem omnino, neque curialem, neque taxeotam, Epiſcopum aut Preſbyterum de cætero fieri: nihil attinente, aut attingente hac lege eos, qui ante jam hujuſmodi Sacerdotio digni habiti ſunt: de cætero vero neminem omnino, qui ſupradictæ ſit fortunæ, ad prædictas conſecrationes aſcendere: & maxime ſi & jam antea miniſtravorat, aut taxeoticis ſervierat juſſionibus. Eum enim, qui enutritus eſt in executionibus vehementibus (ſeu aſperis,) & his, quæ ex ea re accidunt, peccatis; non utique æquum fuerit, modo quidem & illico eſſe taxeotam, & buleutam, & facere omnium acerbiſſima; mox autem Sacerdotem ordinari, de humanitate & innocentia exponentem dogmata. Præterquam ſi ab infantia, & nondum quidem ephebiam excedente ætate, ei contigit inter Reverendiſſimos Monachos connumerari, & morari in eo ipſo ſchemate: tunc enim permittimus ipſi, & Preſbyterum fieri, & ad Epiſcopatum venire: cum ſit manifeſtum, ſimulatque tale quid evenerit, & dignus Sacerdotio apparuerit; quod confeſtim licentiam habebit manere in Epiſcopatu, & miniſtrare, dummodo quartam partem ſuæ ſubſtantiæ univerſæ præbeat decurionibus, & fiſco (ſecundum nuper de quarta parte poſitam a nobis legem) aut ſoli fiſco, ſi quidem

νγʹ. Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ Ἐπάρχῳ Πραιτωρίων.

ΘΕΣΠΙΖΟΜΕΝ[a], μηδένα παντελῶς, μήτε βουλευτὴν μήτε ταξεώτην Ἐπίσκοπον ἢ Πρεσβύτερον τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι· οὐδὲν ἐφαπτομένου τοῦ διὰ τοῦ νόμου τῶν τοιαύτης ἱερωσύνης πρότερον ἠξιωμένων· τοῦ λοιποῦ δὲ μηδένα παντελῶς ἐκ τῆς εἰρημένης ὄντα τύχης εἰς τὰς ῥηθείσας ἱερατείας ἀναβαίνειν, καὶ μάλιστα εἰ καὶ ἤδη λειτουργήσας, ἢ τοῖς ταξεωτικοῖς ὑπηρετήσας ἔτυχεν ἐπιτάγμασι. Τὸν γὰρ ἐντεθραμμένον εἰσπράξεσι σφοδραῖς καὶ τοῖς διὰ τούτων (ὡς εἰκὸς) ἐπισυμβαίνουσιν ἁμαρτήμασι, οὐκ ἂν εἴη δίκαιον ἄρτι μὲν εἶναι ταξεώτην[b] καὶ βουλευτὴν[c], καὶ πράττειν τὰ πάντων πικρότατα, εὐθὺς δὲ ἱερέα χειροτονεῖσθαι, περὶ φιλανθρωπίας τε καὶ ἀνεξικακίας ὑφηγούμενον δόγματα, πλὴν εἰ μὴ ἐκ νηπίας ἡλικίας[d], καὶ οὔπω τὴν ἔφηβον ἐκβάσης, ἔτυχε τοῖς εὐλαβεστάτοις μοναχοῖς ἐγκαταλελεγμένος, καὶ διαμείνας ἐπὶ τούτου τοῦ σχήματος. τηνικαῦτα γὰρ ἐφίεμεν αὐτῷ καὶ Πρεσβυτέρῳ γενέσθαι, καὶ εἰς Ἐπισκοπὴν ἐλθεῖν· προδήλου ὄντος, ὡς ἡνίκα τοιοῦτό τι γένηται, καὶ ἄξιος τῆς ἱερατείας φανείη, τηνικαῦτα ἄδειαν ἕξει μένειν ἐπὶ τῆς ἱερωσύνης, καὶ τοῦ λειτουργεῖν ἀπηλλάχθαι· τὴν τετάρτην[e] μέντοι μοῖραν τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἁπάσης παρέχων τοῖς βουλευταῖς, καὶ τῷ δημοσίῳ (κατὰ τὸν ἔναγχος ἐπὶ τοῖς τεταρτημορίοις τεθέντα παρ' ἡμῶν νόμον) ἢ μόνῳ τῷ δημοσίῳ, εἴγε ταξεωτικῆς

ταξεωτικῆς τύχης ἐτύγχανεν ὤν. Εἰ δὲ καὶ ἐν τοῖς εὐλαβεστάτοις Ἀρχιμανδρίταις ταχθείη, καὶ διαμείνῃ ἐν αὐτοῖς· καὶ οὕτως αὐτοῦ δίδομεν τὴν τῆς τύχης ἀπαλλαγήν, τὴν τετάρτην κἀνταῦθα μοῖραν τῆς αὐτοῦ περιουσίας (καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν) παρεχομένῳ· ἄλλως δὲ οὔτε ἐκείνῳ χειροτονεῖσθαι συγχωροῦμεν, οὔτε τῷ χειροτονοῦντι τοιοῦτόν τι πράττειν ἐφίεμεν. Γινωσκούσης τῆς σῆς ὑπεροχῆς, ὡς ταῦτα παραφυλακτέον ἅπασι τοῖς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις ποινὴν ὑφορωμένοις περὶ αὐτὴν τὴν ἱερωσύνην, εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν· πρὸς ὃ μηδὲ τὸν χειροτονούμενον τῆς ἱερωσύνης ἀπολαύειν, κἂν εἰ πρότερον οἷον δήποτε βαθμὸν ἱερατείας ἐπεῖχεν, ἀλλ' ἐν ἰδιώταις τετάχθαι, καὶ τὰς λειτουργίας ἐκτελεῖν, αἷς ὑπέκειτο πρότερον. Ἅπερ ἅπαντα κρατεῖν εἰς τὸν ἐφεξῆς βουλόμεθα χρόνον· ἐπειδὴ τέως πρῶτον ὑφ' ἡμῶν ἐξεύρηται· οὐ προσαπτομένου παντελῶς τοῦ δὲ τοῦ νόμου (καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν) τῶν ἅπαξ τοιαύτης ἱερωσύνης ἀξιωθέντων· ἀλλ' ἐξουσίαν ἐχόντων αὐτοὺς δι' ὑποκαταστάτων λειτουργεῖν κατὰ τὴν Θεοδοσίου καὶ Βαλεντινιανοῦ τῶν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξιν τὴν πρὸς Θωμᾶν ἀντιγεγραμμένην.

§. α'. Πρὸς τούτοις κἀκεῖνο δίκαιον εἶναι, καὶ κρατεῖν, καὶ πολιτεύεσθαι θεσπίζομεν· ὅπερ τεθὲν ἐξ ἀρχῆς, καὶ πολιτευσάμενον οὐκ ἴσμεν ὅπως παρεῶπται· μεμνήμεθα Ἀρκαδίου, καὶ Ὀνωρίου τῶν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἐντυχόντες διατάξει βουλομένῃ, τοὺς Κληρικούς, εἴπερ ἀμελήσαντες τύχοιεν τῆς ἑαυτῶν τάξεως, καὶ εἰς οἵαν δήποτε ἔνοπλον στρατείαν παραγγείλαιεν, ἢ καὶ καθῃρημένοι παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων στρατεύεσθαι τολμήσαιεν· ἐκβάλλεσθαι μὲν αὐ-

taxeoticæ fortunæ ei eſſe contigerit. Si vero, & in Reverendiſſimis Archimandritis cenſeatur, & manſerit inter ipſos: & hoc etiam modo damus fortunæ liberationem, quartam & tunc partem ſuæ ſubſtantiæ (ut prædiximus) præbituro: aliter autem neque illi ordinari concedimus, neque ordinato tale quid agere permittimus. Sciente tua Excellentia, quia hæc obſervari debent ab omnibus Deo amabilibus Epiſcopis, pœnam expectaturis circa ipſum Sacerdotium, ſi quid tale fecerint, præter id, quod etiam nec ipſe ordinatus Sacerdotio fruetur, licet fuerit antea in aliquo gradu Sacerdotii ordinatus, ſed inter privatos redigetur, & miniſteria exequetur, quibus ſubjacebat prius. Quæ omnia obtinere in futurum volumus tempus: quoniam nunc primum a nobis inventa ſunt: non pertinente ullo modo hac lege (ut diximus) ad eos, qui ſemel hac dignitate Sacerdotali decorati ſunt: ſed licentiam habentibus ipſis per ſubſtitutos miniſtrare, juxta Theodoſii, & Valentiniani piæ memoriæ conſtitutionem, quæ ad Thomam reſcripta eſt.

§. 1. Ad hæc & illud juſtum eſſe, & obtinere, & in uſu eſſe ſancimus; quod poſitum ab initio, & uſu obſervatum, neſcimus quonam modo in diſſuetudinem abiit. Meminimus enim, nos in Arcadii, & Honorii piæ memoriæ conſtitutionem incidiſſe, volentem Clericos, ſi neglexerint ſuum ordinem, & in qualemcunque armatam militiam tranſierint; vel depoſiti a Deo amabilibus Epiſcopis, militare auſi fuerint; mitti quidem ip-

ſos militia adepta, tradi vero civitatum curiis miniſtraturos in poſterum publico; quando & Domini Dei ſervitio, quamdiu militarunt, ſe abdicaverunt. Quæ omnia obtinere ex hac noſtra ſancimus lege, jubentes, ipſos ſtatim & confeſtim civitatis illius, ex qua ſunt fieri curiales: niſi vehementer curialibus abundet civitas: quo caſu vicinæ, vel ulterioris etiam uſque ad unam provinciam alteram, ubi maxime curialium conſtituta eſt penuria. Si vero latitantes, (ut probabile eſt) fiant: licentiam damus curialibus ſtatim ingredi res eorum, eorum bona detinere, & ſatis ſibi ſecundum legem inde facere. Hæc igitur ſuper Reverendiſſimis Clericis cujuſcunque gradus obtinere in perpetuum ſancimus; & in his, quæ jam perpetrata ſunt, obtinere legem eam volentes, quæ & prius erat. Quoniam autem & quandam conſtitutionem invenimus de Monachis diſſerentem, & volentem ipſos non relinquere propria Monaſteria, neque turbare civitates, quam & ad quoddam ſancitam eſſe tempus quidam ſuſpicantur: oportere exiſtimavimus occaſionem inde accipientes, perfectiorem, & in omne tempus etiam hoc reformare, ita ut nemini de cætero Reverendiſſimorum Monachorum licentia ſit, tale quid agere, & relinquere quidem Monachicum habitum, circumcingere autem qualemcunque militiam, aut cingulum, aut dignitatem, aut eorum, qui in judiciis verſantur, ſequi vitam, & Dei ſervitio humanas occupationes præferre aut cognoſcere: illo, qui tale quid fecerit, dando curiæ civitatis illius, aut illius ex qua eſt,

πρὸς τῆς στρατείας, ἧς ἔτυχον· παραδίδοσθαι δὲ ταῖς τῶν πόλεων βουλαῖς ἐναπουργήσοντας τὸ λοιπὸν τῷ δημοσίῳ. ἐπειδὴ καὶ τῇ τοῦ Δεσπότου Θεοῦ λατρείᾳ, κατὰ τὸν τῆς στρατείας ὅνπερ ἔτυχον ἀπείποντες. Ἅπερ κρατεῖν ἐκ τοῦ δὲ ἡμετέρου θεσπίζομεν τοῦ νόμου, κελεύοντες εὐθὺς αὐτοὺς καὶ παραχρῆμα τῆς πόλεως ἐκείνης ἐξ ἧς εἰσί, γίνεσθαι βουλευτάς, † Εἰ μὴ σφόδρα εὐπορείαν ἔχει βουλευτῶν ἡ πόλις· ἐπείπερ τῆς γείτονος, ἢ καὶ πορρωτέρω μέχρι μιᾶς ἐπαρχίας ἑτέρας, ἔνθα μάλιστα βουλευτῶν καθέστηκεν ἀπορία. Εἰ δὲ ἀφανεῖς (ὡς εἰκὸς) γένοιντο, ἄδειαν δίδομεν τοῖς βουλευταῖς εὐθὺς ἐπιβαίνειν τῶν προσηκόντων αὐτοῖς πραγμάτων, καὶ ταῦτα κατέχειν καὶ τὸ ἱκανὸν ἑαυτοῖς κατὰ τὸν νόμον ἐντεῦθεν ποιεῖν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοῖς εὐλαβεστάτοις Κληρικοῖς οἱουδήποτε βαθμοῦ κρατεῖν εἰς τὸ διηνεκὲς θεσπίζομεν καὶ ἐπὶ τοῖς ἤδη πεπλημμεληκόσι κρατεῖν τὸν νόμον βουλόμενοι, διότι καὶ πρότερον ἦν. Ἐπειδὴ δὲ καί τινα διάταξιν εὕρομεν περὶ Μοναχῶν διαλεγομένην, καὶ βουλομένην, αὐτοὺς μὴ καταλιμπάνειν τὰ οἰκεῖα Μοναστήρια, μήδε θορυβεῖν τὰς πόλεις, ἣν καὶ πρός τινα νενομοθετῆσθαι καιρὸν τινὸς ὑποπτεύουσι· δεῖν ᾠήθημεν ἀφορμὴν ἐντεῦθεν λαβόντες, πλειότερόν τι καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον καὶ τοῦτο ἐπανορθῶσαι. ὥστε μηδενὶ τοῦ λοιποῦ τῶν εὐλαβεστάτων Μοναχῶν ἄδειαν εἶναι τὸ τοιοῦτό τι πράττειν, καὶ καταλιμπάνειν μὲν τὸ Μοναχικὸν σχῆμα, περιβάλλεσθαι δὲ τὴν οἱανοῦν στρατείαν, ἢ ζώνην, ἢ ἀξίαν, ἢ τὸν ἐν δικαστηρίοις μεταδιώκειν βίον, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας [1] τὰς ἀνθρωπίνας ἀσχολίας αἱρεῖσθαι ἢ γινώσκειν· ὡς καὶ ὁ τοιοῦτό τι πράττων

ἐπιδοθήσεται τῇ βουλῇ τῆς πόλεως ἐκείνης, ἐξ ἧς ἐστιν, ἢ ἑτέρας· (καθὰ πρότερον εἰπόντες ἔφθημεν) εἰ μὲν χρημάτων εὐπορήσοι, καὶ χρηματικὰς ὑποστησόμενος λειτουργίας· ἐπεί τοιγε τὰς εἰς σῶμα φερούσας· κἀνταῦθα ἀδείας οὔσης ταῖς βουλαῖς, (καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν) εἰ ἀφανεῖς γένοιντο ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων, καὶ τὸ ἱκανὸν ἑαυταῖς κατὰ τὸν νόμον ποιεῖν. ἐν ἅπασι δὲ τοῖς θέμασιν, ἐφ' ὧν λαμβάνειν ἀπὸ τῶν τοιούτων τὰ βουλευτήρια προστάττομεν αἰτιῶν, βουλόμεθα τὴν μὲν ἡμίσειαν τούτων μοῖραν τοὺς βουλευτὰς κομίζεσθαι μὴ ἐν χρυσίῳ, ἀλλ' ἐν ἀκινήτῳ κτήσει, ἢ οὔσῃ ἢ ὠνουμένῃ, κατὰ τὸν ἔμπροσθεν φοιτήσαντα παρ' ἡμῶν νόμον, τὴν δὲ ἡμίσειαν τῇ δημικῇ τραπέζῃ τῆς σῆς ὑπεροχῆς εἰσφέρεσθαι· ὥστε καὶ τὸν σὸν θρόνον προνοεῖν ἀγρύπνως μηδὲν τοιοῦτο διαλαθεῖν· ἀλλ' ἅμα τῷ γίνεσθαί τι τὴν προσήκουσαν ὑπὲρ τούτου ποιεῖσθαι θεραπείαν· πλὴν εἰ μὴ νῦν γοῦν ἑκόντες οἱ τοιοῦτοι ἀπόθοιντο μὲν τὴν στρατείαν, ἢ ἁπλῶς ὅπερ ἔχουσι σχῆμα, εἰς δὲ τὸν μοναχικὸν αὖθις ἀκριβῶς τε καὶ ἀληθῶς ἐπανέλθοιεν βίον, καὶ τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς ἐγγραφῆναι σπεύσωσιν. εἰ γὰρ τοῦτο πράξαιεν εἴσω ἐνιαυτοῦ ἑνὸς, ἀφ' οὗπερ ὁ παρὼν ἡμῶν θεῖος γέγονε νόμος· ἀφίεμεν αὐτοῖς τὴν ποινὴν, ἀρκεῖν αὐτοῖς τὸν ἐκ τῆς ἀσκήσεως ἡγούμενοι σωφρονισμόν. Ταῦτα δὲ κρατεῖν εἰς τὸν ἐφεξῆς βουλόμεθα χρόνον, οὐδὲ ἐκείνους ἔξω τῆς εἰρημένης καταλιμπάνοντες ποινῆς, ὅσοι ἀπὸ τῆς ἡμῶν βασιλείας καί τοι μοναχοὶ καθεστῶτες τοιοῦτό τι πεπράχασι· τὸ γὰρ ἔμπροσθεν, ἅμα μὲν διὰ φιλανθρωπίαν, ἅμα δὲ τὸν χρόνον ἐρυθριῶντες, ἀφίεμεν· ἐπεὶ μηδὲ σαφῶς νενομοθετημένον ἔμπροσθεν ἦν.

§. ς'. Ἔτι τοῦτο θεσπίζομεν· εἴτε πατὴρ, εἴτε μήτηρ, εἴτε ἕτερός τις ἐξ ἀπαιδίας ἀποκατάστασιν ἢ ὑποκατάστασιν ἐπαγάγοι τι-

aut etiam alterius, ut prædictum eſt, & ſi quidem locuples ſit, etiam pecuniaria ſubiturus munera: ſin minus, corporalia munera, & hic licentia danda curiis, (ut prædiximus) ſi inviſibiles fiant, occupare bona, & ſibi ex his ſatisfacere ſecundum legem. In omnibus autem caſibus, in quibus accipere ex his curias jubemus cauſis, volumus mediam quidem horum partem curiales ſuſcipere non in auro, ſed immobili poſſeſſione, vel quæ ſubſit vel quæ ſit comparanda ſecundum prius a nobis emiſſam legem, aliam vero dimidiam generali menſæ tuæ Excellentiæ inferri; ut tuus etiam Thronus provideat vigilanter, ne quid tale (commiſſum) lateat: ſed, ſimulatque quid factum fuerit, conveniens ſuper hoc fiat medela, præterquam ſi nunc ipſi ultro & ſponte militiam reliquerint, vel ſimpliciter quod habent ſchema & ad monachicam rurſum ſerio & vere revertantur vitam, & inter Reverendiſſimos Clericos connumerari feſtinent. Si enim hoc fecerint intra annum unum ab hac lege lata, remittimus eis pœnam, ſufficere ipſis ex exercitio putantes emendationem. Hæc autem obtinere in ſequens volumus tempus, neque illos extra dictam relinquentes pœnam, quotquot a noſtro principatu Monachi facti, tale quid fecerunt: id enim, quod præceſſit, ſimul quidem ob humanitatem, ſimul etiam tempus verentes dimittimus, quando nihil diſerte ſtatutum prius erat.

§. 2. Item illud ſtatuimus: ſive pater, ſive mater, ſive alius quis ex defectu liberorum reſtitutionem aut ſubſtitutionem induxerit qui-

buſdam ſive maſculis, ſive fœminis, hi autem ad nuptias venire propter converſationis non elegerint modum: reſcindi tales reſtitutiones aut ſubſtitutiones; & habere ipſos poteſtatem, in quem voluerint modum: pium tamen, quæ inde proficiſcuntur, conſecrare; & aut conſumere ſuperſtites, aut relinquere morientes: ſicut & ſi ſub conditione liberorum ſuſceptionis, ipſis quid relictum fuerit: oportet & hoc ipſum habere eos, liberos ſuſcipere minime coactos. Eandem quoque legis poſitionem, & in mulieribus virginitatem profeſſis, & uxores ducere omnimodo prohibitis Reverendiſſimis Clericis extendimus & reponimus: & hanc gratiam Deo pro noſtris temporibus dignam referimus.

σιν εἴτε ἄῤῥεσιν εἴτε θηλείαις, οἱ δὲ πρὸς γάμον ἐλθεῖν διὰ τὸν τῆς ἀσκήσεως οὐχ ἕλοιντο τρόπον. περιαιρεῖσθαι τὰς τοιαύτας ἀποκαταστάσεις ἢ ἀντικαταστάσεις, καὶ ἔχειν αὐτοὺς ἐξουσίαν εἰς ὃν βούλονται τρόπον, διοικεῖν μέντοι, τὰ ἐντεῦθεν ἀφιερῶν· καὶ ἢ δαπανᾶν περιόντας, ἢ καταλιμπάνειν τελευτῶντας [k] ὥσπερ καὶ ὑπὸ αἱρέσει παιδοποιίας αὐτοῖς τι καταλειφθείη· δεῖ καὶ τοῦτο αὐτὸ ἔχειν αὐτοὺς, παιδοποιεῖν οὐκ ἀναγκαζομένους. Τὴν αὐτὴν δὲ νομοθεσίαν καὶ ἐπὶ γυναιξὶ παρθενευούσαις, καὶ ἐπὶ τοῖς γαμεῖν ὅλως κεκωλυμένοις εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς ἐπεκτείνομεν· καὶ ἀνατίθεμεν ταύτην τὴν χάριν τῷ Θεῷ τῶν ἡμετέρων χρόνων ἀξίαν.

§. 3. Ad hæc ſancimus: ſive vir ad ſolitariam vitam venire voluerit, ſive mulier, viro relicto ad exercitationem Monachicam venerit: ne hoc damni cauſam præbeat: ſed ut ſua omnimodo recipiat: ita ut liceat uxori & dotem recipere ſuam & propter nuptias donationem ei, qui cum ea cohabitaverat: & quod inde venit lucrum, non ſecundum eam, quæ per repudium fit, disjunctionem vindicare, aut manere apud eum, qui non divertit, ſed ſecundum quod in caſum mortis factum eſt pactum; quaſi videatur is, qui divertit a communi alterius convictu, mortuus eſſe in alterius contubernio, cum cohabitanti ſit omnino inutilis: quicquid autem in doralibus inſtrumentis receptum fuerit ex pactis in caſum mortis, id debitum intelligatur. Non audente muliere ante anni lapſum in aliud reſpicere matrimo-

§. γʹ. Ἔτι θεσπίζομεν· εἴτε ἀνὴρ ἐπὶ μονήρη [l] βίον ἐλθεῖν βουληθείη, εἴτε γυνὴ τὸν ἄνδρα καταλιποῦσα πρὸς ἄσκησιν ἔλθοι· μὴ τοῦτο αὐτῷ ζημίας παρέχειν πρόφασιν· ἀλλὰ τὰ μὲν οἰκεῖα πάντως λαμβάνειν· ὥστε τῇ γυναικὶ τὴν προῖκα εἶναι λαβεῖν τὴν αὐτῆς. καὶ τὴν πρὸ γάμου δωρεὰν τῷ συνοικήσαντι· ὃ δὲ ἐκ τούτου κέρδος, μὴ κατὰ τὴν ἐκ ῥεπουδίου διάζευξιν ἐκδικεῖν, ἢ μένειν παρὰ τῷ μὴ ἀποταξαμένῳ, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἐκ θανάτου σύμφωνον· οἷα δοκοῦντος τοῦ ἀφισταμένου τοῦ τῆς μετὰ τῶν ἄλλων διαίτης ἀναχωρεῖν τρόπον ἐπὶ τοῦ συνοικεσίου τεθνάναι διὰ τὸ τῷ συνοικήσαντι παντελῶς ἄχρηστον εἶναι, καὶ ὅπερ δὲ ἢ τῶν προικώων συμβολαίων δέξεσθαι δυνάμεις ἐκ τῶν ἀπὸ τελευτῆς συμφώνων, ὀφειλόμενον. Τοῦ μὴ θαῤῥεῖν τὴν γυναῖκα πρὶν ἐνιαυτὸν διελθεῖν εἰς ἕτερον ἰδεῖν συνοικέσιον διὰ τὴν

τῆς γονῆς ἀδηλίαν. Ἀλλ' ἐπεὶ μέλλοι γίνεσθαι τοιοῦτο, τηνικαῦτα στέλλεσθαι διαζύγιον, κατὰ τοῦτο δὴ τὸ καλούμενον BONA GRATIA, παρὰ τοῦ μὲν τὴν ἄσκησιν ἑλομένου προσώπου οὔτε τι παρέχειν· ἃ βούλεται, τῶν κερδῶν (κατὰ τὸν ἔμπροσθεν εἰρημένον τρόπον) προσγινομένων αὐτῷ δηλαδὴ τοῦ κερδαινομένου ἐκ τῆς τοιαύτης αἰτίας ἐκ παντὸς τρόπου, εἰ καὶ ἐπὶ τῶν προτέρων γάμων, ἢ ἡ γυνὴ, ἢ ὁ ἀνὴρ μείνῃ, ἐν τοῖς κοινοῖς παισὶ τοῖς ἐκ τοῦ γάμου τικτομένοις, εἴ τινα εἴη, φυλαττομένου.

nium, propter generationis (aut ſeminis) incertitudinem. Sed ſi quid tale futurum ſit, ſtatim mitti divórtium, quod idcirco BONA GRATIA vocatur, ab ea, quæ converſionem non eligit, perſona, atque ita agat, quod voluerit, lucris (ut ante dictum eſt) ad ipſam pertinentibus. Sane eo quod lucrandum eſſet ex tali cauſa omnimodo, ſi & in prioribus nuptiis, vel vir vel mulier manſiſſent, communibus liberis ex eo matrimonio natis, ſi qui fuerint, conſervando. Dat. v. Kal. Decemb. CP. Poſt CONSS. LAMPAD. & OREST. an. 11. 532.

[a] Θεατρίζομεν, &c.] *Phot. tit. 1. cap. v1. Nomocan. Nov. cxx111.*

[b] Ταξεώτην] *Theodor. lib. 1v. cap. xv1. Sudas:* Ταξεώτης, Ταξείδιον ὑπουργετικῶς. Hinc *Joannes Curopalates Cedreni compilator.* Εἶτα πρὸς ταξείδιον συνεχῶς ἐξιὼν δεινὰς ἐνδείκνυ τὰ ὑπὸ χεῖρα, οὐ μόνον προσθήκαις συμπληρούμενος ἄλλαις συνεισφοραῖς παντοίων εἰδῶν, ἀλλὰ καὶ λεηλασίαις ἀνυποστάτοις.

[c] Καὶ βουλευτὴν] *Evagr. lib. 111. cap. xl11.*

[d] Ἐκ νηπίας ἡλικίας] Meminit *Nov. v1.*

[e] Τὴν τετάρτην] Τρεῖς μοίρας καταλιμπανέτω τῇ βουλῇ καὶ τῷ δημοσίῳ. *Nov. xxxv111. lxxx1x. cxx111.*

[f] Γίνεσθαι βουλευτὰς] Refert Phot. *tit. 1x. cap. xxx11. Nomocan. Nov. v1.*

[g] Ὥστε μηδένα] *Synod. Chalced. Can. v11.*

[h] Μοναχικὸν σχῆμα] *Hieronym.* Nulla Schemata Monachorum oportet fieri, niſi poſt xxv. ætatis annos.

[i] Καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας] Φίλων περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἀσκητῶν, θεραπευτὰς αὐτοὺς καὶ τὰς σὺν αὐτοῖς γυναῖκας θεραπευτρίδας φησὶ, τὰς αἰτίας ἐξηγῶν τῆς τοιᾶσδε προσρήσεως, ἤτοι παρὰ τὸ τὰς ψυχὰς τῶν προσιόντων αὐτοῖς τῶν ἀπὸ κακίας παθῶν ἰατρῶν δίκην ἀπαλλάττοντας, ἀσκεῖσθαι καὶ θεραπεύειν, ἢ τῆς περὶ τὸ θεῖον καθαρᾶς καὶ εἰλικρινοῦς θεραπείας τε καὶ θρησκείας ἕνεκα.

[k] Καταλιμπάνειν τελευτῶντας] *Photius.* Καταλιμπάνει ὡς δῆλ. Εὐσεβαῖς μονῖται, *&c.*

[l] Εἴτε ἀνὴρ ἐπὶ μονήρη] Photius *tit. x1. cap. 1. Nomocan.* Ἡ αὐτὴ διάτ. φησὶν ὅτι ἐάν τις τῶν συνοικούντων μονάσῃ πέμπει ῥεπούδιον ὁ ἄλλος καὶ χωρεῖ τοῖς ἀπὸ τελευτῆς συμφώνοις, καὶ τὸ ἐντεῦθεν κέρδος φυλάττεται τοῖς ὡς εἰκὸς οὖσιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ γάμου παισὶν. ἢ τὸ κερδαίνειν προσόντων μὴ ἐλθεῖν εἰς δεύτερον γάμον. Meminit. *Nov. v. xx11. L. Deo nobis. C. de Epiſc. & Cleric. Scholiaſt. xxv111.* βασιλικῶν *tit. v11. Gregorius Hadriano:* Etſi mundana lex præcepit converſionis gratia utrolibet invito poſſe ſolvi conjugium, divina hoc lex fieri non permittit. Neque enim Deus exigit ſi quis ex alieno aliquid voverit, ſed potius uſurpare vetat alienum. Uxor non habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir. *Auguſtin. Arment.* Vid. *Nov. cxx111. cxv11.*

LIV. Idem A. Hermogenii Magiſtro officiorum.

RAPTORES Virginum vel Viduarum, vel Diaconiſſarum quæ Deo fuerint dedicatæ, peſſima criminum peccantes, capitis ſupplicio plectendos eſſe decernimus: quod non ſolum ad injuriam hominum, ſed & ad ipſius omnipotentis Dei irreverentiam committitur. Qui itaque hujuſmodi crimen commiſerint, & qui eis auxilium tempore invaſionis præbuerint: ubi inventi fuerint in ipſa rapina, & adhuc flagrante crimine deprehenſi a parentibus ſanctimonialium Virginum, vel Viduarum, vel Diaconiſſarum aut earum conſanguineis, vel tutoribus, ſeu curatoribus, convicti interficiantur. Sin autem poſt commiſſum tam deteſtabile crimen, aut potentatu raptor ſe defendere, aut fuga evadere potuerit, in hac quidem Regia Urbe tam viri excelſi Præfecti prætorio, quam glorioſiſſimus Præfectus urbi: in provinciis autem, tam viri Eminentiſſimi Præfecti prætorio per Illyricum, & Africam, quam Magiſtri militum per diverſas noſtri orbis regiones: nec non vir Spectabilis Præfectus Ægypti, & Vicarii, & Proconſules, & nihilominus viri Spectabiles Duces, & viri Clariſſimi Rectores Provinciarum, necnon alii cujuſlibet ordinis Judices, qui in locis illis inventi fuerint, ſimile ſtudium cum magna ſollicitudine adhibeant, ut eos poſſint comprehendere; & comprehenſos in tali crimine, poſt legitimas, & juri cognitas probationes, ſine fori præſcriptione, duriſſimis pœnis afficiant, & mortis condemnent ſupplicio. Bona autem eorum; ſi hoc commiſſum fuerit in ſanctimonialem Virginem, quæ vel in Aſceterio, vel Monaſterio degit; ſive eadem virgo Diaconiſſa conſtituta ſit, ſive non, eidem Monaſterio, vel Aſceterio, ubi conſecrata eſt, addicantur: ut ex his rebus & ipſa ſolatium habeat, dum vivit, ſufficiens: & res omnes Sacroſanctum Aſceterium ſeu Monaſterium pleno habeat dominio: ſin autem Diaconiſſa cujuſcunque Eccleſiæ ſit, in nullo tamen Monaſterio, vel Aſceterio conſtituta, ſed per ſe degit: raptoris ejus ſubſtantia Eccleſiæ, cujus Diaconiſſa eſt, adſignetur: ut ex his facultatibus ipſa quidem uſumfructum, dum ſupereſt, ab eadem Eccleſia conſequatur; Eccleſia vero omnem proprietatem, & plenam poſſeſſionem earundem rerum noſtro habeat beneficio: nemine vel judice vel quacunque alia perſona hæc audente contemnere. Pœnas autem, quas prædiximus (id eſt, mortis, & bonorum amiſſionis) conſtituimus non tantum adverſus raptores, ſed etiam contra eos, qui hos comitati in ipſa invaſione & rapina fuerint. Cæteros autem omnes, qui conſcii & miniſtri hujuſmodi criminis reperti & convicti fuerint, vel eos ſuſceperint, vel quamcunque opem eis tulerint; ſive maſculi, ſive fœminæ ſint; cujuſcunque conditionis, vel gradus, vel dignitatis, pœnæ capitali tantummodo ſubjicimus: ut huic pœnæ omnes ſubjaceant, ſive volentibus ſive nolentibus ſanctimonialibus

Virginibus, ſive aliis ſupradictis mulieribus, tale facinus fuerit perpe-
tratum. Datum XV. Kalend. Decemb. CP. DN. JUSTINIANO
P. P. A. II. CONSS. 533.

De filiisfamilias.

LV. Idem A.

UT non liceat parentibus impedire, quominus liberi eorum volentes Monachi aut Clerici fiant, aut eam ob ſolam cauſam exheredare: ſed ſi ipſi teſtamentum condant, neceſſe habento quadrantem illis relinquere: ſin autem hoc non fecerint, locus ſit ab inteſtato.

§. 1. Quod ſi illi Monaſteria aut Eccleſias relinquant, atque mundani fiant, omne ipſorum jus ad Monaſterium aut Eccleſiam pertinet.

De arris Sponſalitiis. De dote, & donatione propter nuptias. 1. De filiisfamilias. 2. De his qui ſanctimonialem vitam deſerunt. 3. Ne Judæus vel Paganus vel Hereticus ſervos Chriſtianos habeat.

LVI. Idem A. Joanni P. P.

DEO nobis auxilium præbente, omnia quæ pro honore Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ ad Dei placitum fieri properamus, legibus conſtituere, & operibus adimplere deſideramus. Et jam quidem multa cum ejus auxilio ſtatuimus, quæ Eccleſiaſticæ doctrinæ atque ſtatui conveniunt: in præſenti vero hoc pia deliberatione duximus corrigendum, quod hactenus contra Dei timorem fiebat. Cognitum etenim nobis eſt: quod ſi quis ſponſus, vel ſponſa, poſt datas & acceptas arras, voluiſſet ſe divino deputare ſervitio, & a ſeculari converſatione recedere, ac ſanctimonialem vitam vivere, atque in Dei timore permanere; compellebatur vir quidem ea quæ arrarum nomine dederat, amittere; ſponſa vero in duplum id quod acceperat reddere: Quod noſtræ manſuetudini, religioni contrarium eſſe viſum eſt. Unde per præſentem legem in perpetuum valituram jubemus: Ut ſi quis ſponſus vel ſponſa deſideraverit ſeculi iſtius vitam contemnere, & in ſanctimonialium converſatione vivere, ſponſus quidem omnia, quæ arrarum nomine, futuri cauſa conjugii dedit, ſine ulla deminutione recipiat; ſponſa autem non duplum (ſicut hactenus) ſed hoc tantummodo ſponſo reſtituat, quod arrarum nomine acceperat, & nihil amplius reddere compellatur, niſi quod probatum fuerit accepiſſe. Nam & maritis & uxoribus qui ſeculo renunciant, jam anteriore lege a nobis proviſum eſt: ut, ſive maritus ſive uxor religionis cauſa a conjugio receſſerit, & ſolitariam vitam elegerit, unuſquiſque eorum res ſuas recipiat, quas pro dote vel ante nuptias donatione præſtiterat, & hoc tantummodo lucri nomine conſequatur ab eo qui ſolitariam vitam elegerit, quod debuit legitime vel ex pacto per caſum mortis exigere.

§. 1. Hoc etiam cognitum nobis correctione noſtra dignum eſſe ju-

dicamus: ut, ſi quis in parentum poteſtate conſtitutus vel conſtituta, vel forſan hujuſmodi jure abſolutus vel abſoluta, elegerit ſe Monaſterio vel Clero ſociare, & reliquum vitæ ſuæ tempus ſanctimonialiter degere voluerit; non liceat parentibus eoſdem vel eaſdem quocumque modo abſtrahere, vel propter hanc tantummodo cauſam quaſi ingratum vel ingratam a ſua hæreditate vel ſucceſſione repellere, ſed neceſſe ſit eis omnimodo, cum ultimam voluntatem ſuam ſive per ſcripturam ſive alio legitimo modo perficiunt, quartam quidem portionem ſecundum leges noſtras eis relinquere: ſin autem & amplius voluerint eis largiri, hoc eorum voluntati concedimus. Sin vero ultimam voluntatem parentes neque teſtamento neque alio ultimo elogio declaraſſe monſtrati fuerint: omnem parentum ſubſtantiam heredes, quibus ab inteſtato competit, ſecundum leges noſtras, ſibi defendant: nullo eis impedimento ex ſanctimoniali converſatione generando, ſive ſoli, ſive cum aliis ad ſucceſſionem vocantur.

§. 2. Hujus autem perpetuæ noſtræ legis beneficia eos volumus obtinere, qui in Monaſterio vel Clericatu perſeveraverint. Nam ſi qui eorum, de quibus præſentem legem poſuimus, ſanctimonialem vitam elegerint, ad ſecularem autem converſationem poſtea remeaverint: jubemus omnes eorum res ad jura ejuſdem Eccleſiæ vel Monaſterii, a quo receſſerint, pertinere.

§. 3. His ita diſpoſitis, repetita lege jubemus, ut nullus Judæus, vel Paganus, vel Hæreticus ſervos Chriſtianos habeat. Quod ſi inventi in tali reatu fuerint; ſancimus ſervos omnibus modis liberos eſſe, ſecundum anteriorem noſtrarum legum tenorem. In præſenti autem hoc amplius decernimus: ut ſi quis ex prædictis Judæis, vel Paganis, aut Hereticis habuerit ſervos nondum Catholicæ fidei ſanctiſſimis myſteriis imbutos, & prædicti ſervi deſideraverint ad Orthodoxam fidem venire; poſtquam Catholicæ Eccleſiæ ſociati fuerint; in libertatem modis omnibus ex præſenti lege eripiantur; & eos tam Judices Provinciarum, quam Sacroſanctæ Eccleſiæ Defenſores, nec non beatiſſimi Epiſcopi defendant, nihil pro eorum pretiis penitus accipientibus dominis. Quod ſi forte poſthac etiam ipſi Domini eorum ad Orthodoxam fidem converſi fuerint, non liceat eis ad ſervitutem reducere illos, qui eos ad fidem Orthodoxam præceſſerunt. Sed ſi quis talia uſurpaverit, pœnis graviſſimis ſubjacebit. Hæc igitur omnia, quæ pietatis intuitu noſtra ſanxit Æternitas, omnes Judices, & religioſiſſimi Antiſtites, ſive Africanæ Diœceſeos (in qua maxime hujuſmodi vitia frequentari cognovimus) ſive aliarum Provinciarum, gnaviter & ſtudioſiſſime obſervari procurent. Nam contemptores non ſolum pecuniaria multa, ſed etiam capitis ſupplicio ferientur.

De

De legato annali.

νζ. Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰωάννῃ Ἐπάρχῳ Πραιτωρίων.

Ὁ ΠΑΡΩΝ νόμος εἰς ἑτέρου νόμου γεγραμμένου παρ' ἡμῶν διαφέρεται μνήμην, ὃν δὴ καὶ αὖθις ἐπικυρῶσαι μετά τινος καλλίονος ᾠήθημεν χρῆναι προσθήκης, μείζονα ποινὴν κατὰ τῶν πλημμελούντων ἐκφέροντες· οὐχ ὅτι ταῖς αὐξήσεσι χαίρομεν τῶν ποινῶν· (οὐδὲν γὰρ ἡμῖν οὕτως, ὡς φιλανθρωπία, καταθύμιον) ἀλλ' ἵνα τῷ δέει τῆς τιμωρίας τοὺς ἁμαρτάνειν προηγουμένους τοῦ πλημμελεῖν εἴρξωμεν. Ἴσμεν τοίνυν γράψαντες νόμον λέγοντα μηδεμίαν εἶναι παῤῥησίαν τοῖς τῶν ἁγιωτάτων Ἐκκλησιῶν Οἰκονόμοις, ἤτοι Προεστῶσι Ξενώνων, ἢ Νοσοκομείων ἢ Πτωχείων ἢ Μοναστηρίων εἴτε ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν, ἢ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων συστημάτων, ὧν ἡ προλαβοῦσα διάταξις μέμνηται τὰ διηνεκῶς αὐτοῖς καταλελειμμένα, ἅπερ ἀννάλια καλοῦσιν οἱ νόμοι, κατά τι σύμφωνον ἢ χρυσίου διαπιπράσκειν ῥητοῦ, ἢ ἐκποιεῖν ἄλλως καθ' οἷον δήποτε τρόπον, καὶ τοῖς ἐφεξῆς ἀφαιρεῖν τὴν ἐντεῦθεν παραψυχήν, καὶ τοὺς πρέποντας τῷ νόμῳ προστεθείκαμεν λογισμούς· ὡς οὐκ ἔτι διὰ ταύτην τὴν ἐγχείρησιν οὐδὲ τῆς προσηγορίας τοῦ ἀνναλίου σωζομένης, εἰ μὴ μέλλοι δίδοσθαι κατ' ἔτος, ἀλλὰ πρὸς ἅπαξ καταβληθὲν, εἶτα τελείως ἐξαπόλλοιτο. Τοῦτον αὖθις μετά τινος προσθήκης ἀνανεούμενοι τὸν νόμον θεσπίζομεν· εἴ τις ἢ τῶν εὐλαβεστάτων Οἰκονόμων, ἢ Ξενοδόχων, ἢ Νοσοκόμων, ἢ

LVII. Idem A. Joanni P. P.

PRÆSENS lex in alterius legis ſcriptæ a nobis refertur mentionem: quam proculdubio, & denuo confirmare cum quadam meliore putavimus oportere adjectione, majorem pœnam contra delinquentes proferendo; non quia augmentis delectemur pœnarum, (nihil enim nobis tam gratum eſt, quam humanitas) ſed ut metu pœnæ eos, qui ad peccandum proclives ſunt, a peccando arceamus. Scimus igitur, nos ſcripſiſſe legem dicentem, nullam eſſe licentiam ſanctiſſimarum Eccleſiarum Oeconomis, aut Antiſtitibus Xenonum, aut Noſocomiorum, aut Ptochiorum, aut Monaſteriorum ſive virorum ſive mulierum, aut aliorum talium corporum, quorum præfata conſtitutio meminit, ea quæ in perpetuum illis relicta ſunt, quæ Annalia vocant leges, ſecundum aliquod pactum aut auro diſtrahere certo, aut alienare aliter per quemcunque modum, & poſteris adimere id, quod eis obveniret exinde, ſolatium: & convenientes legi adjecimus rationes: ut quia non amplius propter tale commentum, nec appellatio quidem annui conſervetur, niſi per ſingulos annos contingat præſtari, ſed ſemel repræſentatum, poſtea perfecte pereat. Hanc iterum cum aliqua adjectione renovantes legem ſancimus: ſi quis aut Reverendiſſimorum Oeconomorum, aut Xenodochorum, aut Noſocomorum, aut

Ptochotrophorum, aut Gerontocomorum, aut Brephotrophorum, aut Orphanotrophorum, aut Archimandritarum, aut aliorum contentorum priore noſtra divina conſtitutione perſonarum; id quod in perpetuum relictum eſt venerabilibus domibus, quibus præſunt, ſive in auro, ſive in aliis rebus, tentaverit tranſmutare, ne videatur eſſe perpetuum, ſed tranſactionibus, aut venditionibus, aut quibuſdam aliis machinationibus, ut quod perpetuum manere debebat, terminetur, tentaverit, præter vim a nobis nuper profectæ in hujuſmodi rebus divinæ legis: nullam habere ullo modo licentiam hoc facere: ſed & ſi fecerit; irritum eſſe quod factum fuerit: & licentiam eſſe ei, qui poſt ipſum eandem ſuſcipiet curam, vel etiam eo negligente (ut fieri poteſt) cæteros deinceps omnes ſtatim revocare id, quod fuerit factum, & ita infirmum declarare, atque ſi ab initio non proceſſiſſet: ut & fructus medii temporis, & uſuras, & omnem utilitatem ad pium pertinere omnimodo locum: omnibus quæ medio tempore attentata ſunt, quieſcientibus. Homini etenim cuique curſus unus eſt vitæ ab opifice datus, cujus finis eſt omnino mors: venerabilibus vero domibus, & earum cœtibus, indeſinenter a Deo cuſtoditis, non eſt neque ſecundum earum poſſeſſiones inducere aliquam metam: ſed quouſque utique permanſerint venerabiles domus; (manent autem in perpetuum, & uſque ad hujus ſeculi conſummationem, quouſque Chriſtianorum nomen apud homines erit & coletur) æquum itidem eſt ma-

Πτωχοτρόφων, ἢ Γηροντοκόμων, ἢ Βρεφοτρόφων, ἢ Ὀρφανοτρόφων, ἢ Ἀρχιμανδριτῶν, ἢ τῶν ἄλλων τῶν περιεχομένων τῇ προτέρᾳ ἡμῶν θείᾳ διατάξει προσώπων, τὸ διηνεκῶς καταλειφθὲν τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις, ὧν προΐστανται, εἴτε ἐν χρυσίῳ, εἴτε ἐν ἄλλοις πράγμασι πειραθείη μεθιστᾷν εἰς τὸ μὴ δοκεῖν εἶναι διηνεκὲς, ἀλλ' ἐπὶ διαλύσεσιν ἢ πράσεσιν ἢ τισὶν ἄλλαις μηχαναῖς τὸ διηνεκὲς αὐτὸ μέλλειν παῦσαι πειραθείη, παρὰ τὴν δύναμιν τοῦ παρ' ἡμῶν ἤδη φοιτήσαντος ἐπὶ τοῖς τοιούτοις θείου νόμου· μηδεμίαν ἔχειν παντελῶς ἄδειαν τοῦτο ποιεῖν· ἀλλὰ, κἂν εἰ πράξει, ἄκυρον εἶναι τὸ γινόμενον, καὶ ἄδειαν εἶναι τῷ μετ' αὐτὸν τῆς αὐτῆς ἀντιληψομένῳ φροντίδος, ἢ καὶ τούτου ῥαθυμήσαντος (ὡς εἰκὸς) τοῖς ἐφεξῆς ἅπασιν εὐθὺς ἀνακαλεῖσθαι τὸ γινόμενον, καὶ οὕτως ἄκυρον ἀποφαίνειν, ὡς ἂν εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἔτυχε προελθόν· ὥστε καὶ τοὺς ἐν μέσῳ καρποὺς, καὶ τόκους, καὶ πᾶσαν ὠφέλειαν ἐπὶ τὸν εὐαγῆ φέρεσθαι πάντως οἶκον· τῶν ἐν μέσῳ τολμηθέντων κατὰ πάντα ἠρεμούντων. Ἀνδρὶ μὲν γὰρ ἑκάστῳ δρόμος εἷς ἐστὶ τοῦ βίου παρὰ τοῦ δημιουργοῦ δεδομένος, οὗ τέλος ἐστὶ πάντως ὁ θάνατος· τοῖς δὲ εὐαγέσιν οἴκοις, καὶ τοῖς αὐτῶν συστήμασιν, ἀτελευτήτοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ φυλαττομένοις, οὐκ ἔνεστιν οὐδὲ κατὰ τὰς κτήσεις ἐπάγεσθαι τι πέρας, ἀλλ' ἕως ἂν διαμένωσιν οἱ εὐαγεῖς οἶκοι, (μένουσι δὲ ἀεὶ πάντως, καὶ μέχρι γε αὐτοῦ τοῦ τῶν αἰώνων τέλους, ἕως οὗ τὸ Χριστιανῶν ὄνομα παρ' ἀνθρώποις ἔστι τε καὶ προσκυνεῖται) δίκαιον μέ-

νῆν καὶ τὰς διηνεκῶς καταλιμπανομένας χορηγίας ἢ προσόδους ἀθανάτους ἀεὶ ταῖς εὐσεβέσι πράξεσι ταῖς μηδέ πώποτε παυομέναις ὑπηρετουμένας. Τὸν δὲ τοιοῦτό τι πλημμελήσαντα καὶ ἀποδόσθαι τὸ πρᾶγμα χρυσίου ἢ κατ' ἄλλην τινὰ πρόφασιν θαῤῥήσαντα, βλάβην μὲν μηδεμίαν ἐπάγειν (κατὰ τὸ ἔμπροσθεν εἰρημένον) τοῖς, καθ' ὧν ταῦτα ἔπραξεν οἴκοις· ἀλλ' ἐκείνους μὲν καὶ τὸ χρυσίον ἢ τὸ πρᾶγμα κερδαίνειν, ὅπερ εἰλήφασι, καὶ οὐδὲν ἧττον τὸ καταλελειμμένον ἀπαιτεῖν δίχα τῆς οἱασοῦν ἐλαττώσεως· αὐτὸν δὲ τὸν τοῦτο πράξαντα, κληρονόμους τε αὐτοῦ, καὶ διαδόχους, καὶ τὰ τούτου πράγματα ἐνέχεσθαι τῷ πρὸς αὐτὸν συναλλάξαντι· καὶ ἐκδικεῖν αὐτοῦ, τήν τε ἐπὶ τῷ οἰκείῳ προσώπῳ καὶ τοῖς πράγμασι τοῖς ἑαυτοῦ, πρὸς τὸν συμβάλλοντα τὸ ἀζήμιον· ὅπως ἂν πρὸς μὲν τὸν εὐαγέστατον οἶκον, οὗπερ οὐ δέον κατέβλαψε, μηδεμίαν ἐλπίζοι τῶν διδομένων ἀνάληψιν, ἢ τοῦ γεγονότος σύστασιν. Ὅσον δὲ πρὸς αὐτὸν τὸν συμβάλλοντα [b], πᾶσαν ἔχοι παρὰ τῶν νόμων ἄδειαν χωρεῖν ἐπ' αὐτόν, καὶ κληρονόμους αὐτοῦ, καὶ τὰ αὐτοῦ πράγματα, καὶ τὸ διδόμενον, εἰ ἰσχύσειεν, εἰσπράττειν· ἵνα, εἰ μὴ τῇ πρὸς Θεὸν εὐλαβείᾳ, τῷ δέει γοῦν τῷ τῆς ἰδίας αὐτῶν περιουσίας, καὶ τῶν οἰκείων κληρονόμων ὀκνηρότεροι γένοιντο πρὸς τὰς τοιαύτας συνθήκας, ἃς ὁμολογημένως ἐπ' οὐδενὶ χρηστῷ πράττουσιν, ἀλλ' ἢ χρήμασι διαφθαρέντες, ἢ παθῶν τινῶν ἐλάττους γεγονότες. Ἅπερ ἅπαντα διὰ τοῦδε τοῦ θείου νόμου κωλύοντες, καὶ τοῦτον τοῖς ἱεροῖς ἡμῶν ἐγγραφῆναι νόμοις θεσπίζοντες, ἀντιτίθεμεν αὐτῷ [c] τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων Θεῷ, καὶ σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, καλόν τινα

nere, & in perpetuum relictas erogationes, aut reditus immortales ſemper piis actionibus nunquam ceſſaturis ſervituros. Eum igitur; qui tale quid deliquerit, & transferre rem auro accepto, aut per aliam occaſionem præſumpſerit, damnum quidem nullum induci (ſecundum ea, quæ prædicta ſunt) his contra quas talia perperrarunt, domibus: ſed illas quidem domos, & aurum, & rem lucrari, quam acceperunt; & nihilominus relictum exigere abſque ulla quacumque diminutione, tam ab ipſo qui hoc egit, quam ab ejus heredibus & ſucceſſoribus, & illius res, & bona obligari ipſi, qui cum eo contraxit; & ea ipſe vindicet, tam contra illius perſonam, quam bona ipſius, uſque ad plenam & competentem ipſi indemnitatem: ne ſcil. contra venerabilem domum, quam contra fas fraudavit, ullam ſperet datorum recuperationem, aut ejus quod factum eſt inſtaurationem: Quod autem ad ipſum, quo cum contraxit, attinet: omnem habeat a legibus licentiam regredi contra ipſum, & heredes ejus, & res ejus, & quod datum eſt, ſi poſſit, exigere, ut, ſi minus ob Dei metum, metu ſaltem propriæ ipſorum ſubſtantiæ, & ſuorum heredum tardiores fiant ad hujuſmodi pactiones; quas in confeſſo eſt eos nullius boni cauſa celebrare, ſed vel pecuniis corruptos, vel affectionibus quibuſdam ſuperatos. Quæ omnia per hanc divinam legem prohibentes & ipſam ſacris noſtris inſcribi legibus ſancimus, & offerimus ipſi Domino univerſorum Deo & Salvatori noſtro Jeſu Chriſto, pulchrum quoddam

& conveniens ipſi ſacrificium & ipſam adducentes. Datum prid. Id. Septemb. CP. DN. JUSTINIAN. P. P. AA. IV. & PAULINO V. C. CONSS. 534.

καὶ πρέπουσαν αὐτῷ θυσίαν καὶ ταύτην προσάγοντες.

[a] Οὐχ ἐν ταῖς αὐξήσεσι] *Nov. XVIII. Zonar.*

[b] Πρὸς αὐτὸν τὸν συμβάλλοντα] Refert Phot. *tit. II. cap. I. Nomocanon.* Vid. *Nov. VII.*

[c] Ἀνατιθέμεθα αὐτῷ] *Nov. XL.* Ἀνατιθέμεθα τῷ δεσπότῃ θεῷ.

TITULUS QUARTUS.

DE EPISCOPALI AUDIENTIA[a]; & diverſis capitulis, quæ ad jus curamque, & reverentiam [b] pertinent Pontificalem.

De modo mercandi.

I. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Julianum Comitem Orientis.

NEGOTIATORES[1], ſi qui ad domum noſtram pertinent, ne modum mercandi videantur excedere Chriſtiani[4] (quibus verus cultus eſt adjuvare pauperes, & poſitos in neceſſitate[5]) provideant Epiſcopi[6]. Datum XV. Kalend. Mart. Conſtant. VALENTIN. & VALENT. AA. CONSS. 368.

[a] *Epiſcopali Audientia*] *In literis directis a Concilio Chalcedonenſi ad Dioſcorum tom. 4. Concil. General. col. 417.* Quoniam igitur neque Piiſſimus & Chriſtianiſſimus Imperator noſter ea quæ dixiſti decrevit, ſed permiſit ſancto huic & univerſali Concilio Audientiam, &c. *Sulpitius Severus lib. 2. Hiſtor.* Epiſcopis audientiam reſervare. *In ſacra Juſtini Imperatoris pro privilegiis Concilii Vizaceni relata ad calcem pragmatica ſanctionis Imperatoris Juſtiniani inter Novellas ejuſdem a Juliano Anteceſſore de Græco in Latinum tranſlatas pag. 240.* Sancimus ſecundum Divinarum regularum tenorem atque diſpoſitionem Patris noſtri, Epiſcopos ſive omnes Clericos ſubjectos tuæ Beatitudini, ſi accuſantur ab aliquo, ſub tua Audientia ſatisfacere in his quæ ad regularem ordinem pertinent. *D. Auguſtinus epiſt. 147. ad Proculeian.* Quamvis ante pleniſſimam diſcuſſionem cauſæ, quibuſdam videri poſſit quis noſtrum erret incertum. *Collat. Carthagin. text. 162.* Ut cauſa cognoſci poſſit decernat Sublimitas tua ſuperfluam & circumſtantem nobis exire multitudinem. *Idem Auguſtinus lib. 6. Confeſſ. cap. 9.* Sic in illam domum tranſlata cauſa confuſiſque turbis, quæ de illo triumpharet jam cœperam futurus diſpenſator verbi Dei, & multarum in Eccleſia tua cauſarum examinator experientior inſtructiorque diſceſſit.

[b] *Reverentiam*] *In actis Synodi Romana Probo Rufo & Avieno juniore Coſſ.* Ad hæc Sereniſſimus ipſe taliter reſpondit, in Synodali eſſe arbitrio, in tanto negotio ſequenda præſcribere, nec aliquid ad ſe præter reverentiam de Eccleſiaſticis negotiis pertinere. Habita eſt hæc Synodus anno Chriſti 502. Extatque *tom. 4. Concil. General. col. 1332.* ubi in præceptione Theodorici ſequentia verba le-

guntur: Decuerat quidem Beatitudinem veſtram Divinæ conſiderationis reverentia excitum jam finire negotium, ut vobis ordinantibus ſubmoveri potuiſſet tanta de civitate confuſio, &c.

[3] *Negotiatores, &c.*] Uſque hodie permanet in Syria ingens negotiatorum ardor, qui per totum mundum lucer cupiditate. Diſcurrunt & tantam mercandi habent veſaniam, ut occupato nunc orbe Romano inter gladios & miſerorum neces quærant divitias, & paupertatem periculis fugiant. Negotiatores ſunt Autarii, Ferrarii, Sagarii, Pellarii, Salſarii, Vinarii.

[4] *Chriſtiani quibus verus cultus eſt*] *Lactantius lib. 4. de ver. ſap. cap. ult.* Sola igitur Catholica Eccleſia eſt quæ verum cultum retinet. Hic eſt fons veritatis, hoc eſt domicilium fidei, hoc templum Dei. *Idem lib. 4. de ver. Relig. cap. 28.* Religio veri cultus eſt, ſuperſtitio falſi.

[5] *Poſitos in neceſſitate*] *D. Ambroſius lib. 2. de Offic. cap. 15.* Qui præeſt alicui muneri, ut ſi officium Sacerdotis gerat aut diſpenſatoris, ut de his ſuggerat Epiſcopo, nec reprimat, ſi quem poſitum in neceſſitate aliqua cognoverit, aut dejectum opibus ad inopiæ neceſſitatem redactum, maxime ſi non effuſione adoleſcentiæ, ſed direptione alicujus, & amiſſione patrimonii in eam ceciderit injuriam.

[6] *Epiſcopi*] *D. Hieronymus epiſt. 3.* Gloria Epiſcopi eſt pauperum inopiæ providere.

De Clerico ante definitivam ſententiam appellante.

II. Iidem A A. ad Claudium P. P.

SI Clericus ante definitivam ſententiam, fruſtratoriæ dilationis cauſa, ad appellationis auxilium convolaverit; multam quinquaginta librarum argenti, quam contra hujuſmodi appellatores ſanctio generalis imponit, cogatur expendere. Hanc autem non fiſco noſtro volumus accedere, ſed pauperibus fideliter erogari. Dat. VI. Id. Jul. VALENTINIANO NP. & VICTORE CONSS. 369.

Qui ex carceribus die Paſchatis dimittuntur.

III. Impp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Neotherio P. P.

NEMO deinceps tardiores fortaſſis affatus noſtræ Perennitatis expectet[1]: exequantur Judices, quod indulgere conſuevimus[2]: ubi primus dies Paſchalis extiterit[3], nullum teneat carcer incluſum, omnium vincula diſſolvantur[4]. Sed ab his Secernimus eos, a quibus contaminari potius gaudia lætitiamque communem[5], ſi dimittantur, animadvertimus. Quis enim ſacrilego diebus ſanctis[6] indulgeat? quis adultero, vel ſtupri, inceſtive reo tempore caſtitatis[7] ignoſcat? quis non raptorem virginis in ſumma quiete, & gaudio communi[8] perſequatur inſtantius? nullam accipiat vinculorum requiem, qui quieſcere ſepultos quadam ſceleris immanitate non ſinit[9]: patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulter, violatorque monetæ; homicida, parricidaque quod fecit, ſemper exſpectet[10]: reus etiam majeſtatis, de domino, adverſus quem talia molitus eſt, veniam ſperare non debet. His ergo tali ſub adſtrictione damnatis, indultum noſtræ Serenitatis eo præcepti fine

concludimu, ut remiſſionem veniæ crimina niſi ſemel commiſſa non habeant[1]: nec in eos liberalitatis Auguſtæ referatur humanitas; qui impunitatem veteris admiſſi non emendationi potius, quam conſuetudini, deputaverint. Dat. Kal. Maii, ARCADIO A. & BAUTONE V. C. CONSS. 385.

1 *Nemo deinceps tardiores fortaſſis affatus noſtræ perennitatis expectet*] *D. Auguſtinus Homil. de Reſurrect. Dom. tom. 10. pag. 165.* Quando de interiori Palatio quidquid juſſerit Imperator per Imperium Romanum emanat, quidquid videtis agi per Provincias, quantus motus fit ad unam juſſionem Imperatoris intus ſedentis. Movet ille labia cùm loquitur; & movetur omnis Provincia cum fit id quod loquitur.

2 *Exequantur judices quod indulgere conſuevimus*] *Caſſiodorus lib. 11. Variar. cap. ult. de indulgentia.* Quamvis nomen ipſum judicis dicatum videatur eſſe juſtitiæ, & totius anni orbitam æquitatis jubeamur ambulare veſtigiis; his tamen diebus in domicilium pietatis jure deflectimus, ut ad Redemptorem omnium remiſſionis itinere pervenire poſſimus. Ex hac enim virtute ſuaviſſimos fructus legimus, & remittendo aliis, nobis parcimus. Nam qui periculoſe juſti ſumus, ſub ſecuritate ſemper ignoſcimus. Quapropter pœnas abdicamus, tormenta damnamus; & tunc vere judices ſumus. Macte indulgentia quæ ſolvis & præſul es. Tu patrona humani generis, tu afflictis rebus medicina ſingularis: quis tuo non egeat munere, cum ſit peccare commune?

3 *Ubi primus dies Paſchalis extiterit*] Dominica indulgentiæ, in ordine Romano, & Comite: Hieronymo, dicitur Dominica Palmarum. *D. Chryſoſtomus Homil. de Jejunio*, primi Paſchæ. *D. Auguſtinus ſerm. de temp. 154.* Dies Dominicus, dies primus atque perfectus. *Idem ſerm. de Reſurrect.* Hic igitur eſt dies, dilectiſſimi, quem fecit Dominus, celſior cunctis, lucidior univerſis. Theophilus Alexandrinus tom. 1. Biblioth. Patr. pag. 402. Inter cæteros dies hæc omnium dierum mater eſt.

4 *Nullum teneat carcer incluſum, omnium vincula diſſolvantur*] *Gregorius Nyſſenus de Reſurrect. Orat. 3.* Hoc die nexi ſolvuntur, debitor dimittitur, ſervus bono & humano præconio atque edicto Eccleſiæ manumittitur. *Auctor quæſt. ex utroque teſtamento de Paſcha, Quæſt. 121. de Paſchate.* Quam laudabilis, & glorioſa ſit ſolemnitas. O Sanctum & ſalutarem diem Paſchæ, & omni laude prædicandum, quo mors devicta eſt, diabolo regnum ablatum, Sacramentum Dei manifeſtatum, decretum quod adverſus nos erat, evacuatum, tartari Januæ confractæ, vincti ſoluti, clauſi remiſſi, cæci illuminati, imperiti ſcientia donati, &c. *Auctores de cruce:* Reges cum vinctos dimittere volunt, miſſis epiſtolis, non ita agunt, ſed tam fores quam cuſtodes relinquunt, ut oſtendant eo denuo ingrediendum eſſe. *In ſacra Honorii Auguſti ad Arcadium tom. 1. epiſt. Decretal. pag. 72.* Eſt enim proditum apud Conſtantinopolim, Sacratiſſimo Paſchæ venerabilis die, cum omnes pœnæ, &c. Truſos in cuſtodias, Sacerdotes ſcilicet, ut eo potiſſimum tempore quo indulgentia principali triſtia noxiorum clauſtra reſerantur, piæ legis & pacis miniſtros ſævus carcer incluſerit. *Auctor de Cardinalibus operibus, quem Cyprianum falſo credunt, ſerm. de unct. Chriſmat.* Hodie patent carceres & damnati libertate donantur ſervitute depoſita: hodie judices manſueſcunt. *Et inf. ibid.* Et omnino convenit ut eo tempore quo Chriſtus captivos eduxit ab inferis, reconciliati peccatores ad Eccleſiam reducantur: & quo confracta ſunt repagula carceris, judiciaria ſeveritas manſueſcat: & quo ab infernalibus tormentis ceſſatum eſt, humana ſupplicia crudelitatis horrores deponat. *In Hymno Flavii ad lotionem pedum.* Nexi ſolvuntur hodie carnis ac cordis carcere. Nam, illo die fiebat abſolutio publica. *Unde Caſſiodorus lib. 11. Variarum num. ult.* de indulgentia. Providentiſſime tanta res ſacris ſolum temporibus videtur eſſe conceſſa: ut gratius mundus acciperet, unde pro rerum novitate gauderet. Quapropter abſtine noxiam lictor ſecurim, cui licet impune facere, quod in aliis cognoſceris vindicare: ama paulisper ferrum ſplendidum, non cruentum. Catenas tuas lacrimis madidas felicior rubigo ſuſci-

piat, illud potius reconde quod ſolebas includere. Auditoria feralium vocum meliore ſorte muteſcant. Sit revera nomen cuſtodis, ſine mortibus alienis. Quid ſemper inferis laboras? Aliquando & ſuperis milita, &c. Exite incluſi vicina morte ſemper pallentes. Redite ad lucem, quos caligantes tenebræ poſſidebant: nihil amplius optata morte paſſuri, niſi quod adhuc poteratis occidi. Delicta relinquite cum catenis, dierum beneficiis abſoluti. Vivite nunc honeſte qui didiciſtis ſuperſtites mori. *D. Chryſoſtomus Homil. 6. ad populum Antiochenum.* Habeo & quid tertium dicere quod vobis perſuadere poſſit, ut conſideretis præſentem ſolemnitatem quam, & infideles fere omnes venerantur, & hic ipſe Rex ſic ſuſpexit & honoravit, ut omnes ante ſe Reges cum poteſtate imperantes ſuperaverit. Talibus quoque diebus cum epiſtolam ad ſolemnitatis honorem miſiſſet, omnes fere carcerem habitantes dimiſit. Et hanc epiſtolam admiſſus Pontifex, in conſiſtorio coram Imperatore legit, ut propriam legem commonefaceret. *Idem Homilia 30. in Geneſ. caput 10.* Enimvero & Reges ipſi declarant quam venerabiles illos dies habeant, mandantes ut omnibus ſint induciæ & feriæ qui civilibus funguntur negotiis, claudendo fores judiciorum & auferendo omnes litium & contentionum ſpecies, quo magna tranquillitate ac quiete liceat ad ſpiritualia recte perficienda feſtinare. Et hoc non ſolum, ſed & aliam liberalitatem oſtendunt. Habitantes enim in carceribus a vinculis ſolvuntur, & pro humano viribus Dominum ſuum imitantur: quia ſicut ipſe gravi nos peccatorum carcere exolvit, & innumeris bonis frui fecit, eodem modo & nobis faciendum eſt, ut ſimus imitatores Domini noſtri Jeſu Chriſti. *D. Ambroſius lib. 5. epiſt. 33.* Itaque ſanctis diebus Hebdomadis ultimæ quibus ſolebant debitores laxari, vincula ſtridunt, catenæ imponuntur collo innocentium, exiguntur ducenta pondo auri, intra totum triduum erant pleni carceres negociatoribus. Et poſt multa: Nuntiatur Imperatorem miſiſſe ut excederent milites de Baſilica, negotiatoribus quoque quod exactum de condemnatione fuerat redderetur. Quæ tunc totius plebis lætitia fuit? qui totius populi plauſus? quæ gratia? Erat autem dies quo ſeſe Dominus pro nobis tradidit, quo in Eccleſia pœnitentia relaxatur.

5 *Lætitiamque communem*] *Tertullianus de coron. milit. cap. 30.* Die Dominico commune nefas ducimus vel de geniculis adorare; eadem immunitate a die Paſchæ in Pentecoſtem uſque gaudemus. *Et adverſus Pſychicos de jejun. cap. 14.* Cur Paſcha celebramus annuo circulo in menſe primo? cur quinquaginta exinde diebus in omni exultatione decurrimus? *Pamelius annotat 38. ad Tertull. de coron. milit. pag. 351.* A die Paſchæ ad Pentecoſtem feſtus lætitiæ atque victoriæ: neque genua flectunt, neque jejunant. *D. Cyprianus de Reſurrect. Chriſti, pag. 430.* Agunt in cæleſtibus hæc Paſchalia gaudia ipſi Angelici Spiritus, & reſurgentis Domini gloriam admirantur, lætantur & delectantur in eo quod forma ſervi reverſa ſit in formam Dei. *Auctor ſermon. de Reſurrect. inter oper. ejuſd. Cyprian.* Ne tantarum abominationum recordatio Paſchalem ſerenitatem interpolet, circa ſolemnitatis inclitæ gaudia devotis & alacribus animis inſiſtamus; nec enim fas eſt ut a nobis aliqua his diebus triſtia recitentur. *Celerianus Luciano inter opera Cypriani 37.* Pro cujus factis ego in lætitia Paſchæ flens die ac nocte in cilicio & cinere, lacrimabundus dies exegi. *D. Ambroſius libro de myſterio Paſcha cap. 5.* Hæc magnæ exultationis & lætitiæ dies, &c. Nam per Reſurrectionem Chriſti aperitur tartarus, per Neophitos Eccleſiæ renovatur terra, cœlum per Spiritum Sanctum reſeratur. *Dionyſius Alexandrinus epiſt. de Dominic. Reſurrect. temp.* Paſchalis feſti celebritatem feſtumque cui diei lætitiam ante Dominicæ Reſurrectionis tempus inchoare non licet. *D. Chryſoſtomus Homil. 31. de cruc. & latron.* Ubi immolatio, amputatio peccatorum: ubi amputatio peccatorum, reconciliatio Domini, ubi reconciliatio Domini, ibi feſtivitas, & omnis gratulatio. Paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus. *Idem Homil. 32.* Videtur coronatos proceſſiſſe Chriſtianos hoc die. *Verba Chryſoſtomi ſunt:* honoremus hanc diem, magis autem coronemur celebrantes hanc diem. *D. Gregorius Nyſſenus de Paſchate:* Memineritis, ô fratres, prophetiæ quæ ait iſtam eſſe diem quam fecit Dominus, cujus opus eſt nequaquam grave, & perficiendum difficile, ſed gaudium lætitiaque. Hæc eſt dies quam fecit

Dominus, exultemus & lætemur in ea. *D. Auguſtinus epiſt. 119. ad Januar. cap. 15.* Dies quietis, id eſt lætitiæ poſt Domini Reſurrectionem. Idem tractar. 17. in Joann. cum labore celebramus quadrageſimam ante Paſcha: cum lætitia vero, tanquam acceptam mercedem, quinquageſimam poſt Paſcha. *Maximus Taurinenſis Homil. 2. de Pentecoſt.* Sic diſpoſuit Dominus, ut ſicut in ejus Paſſione in quadrageſima jejuniis contriſtaremur, ita ejus Reſurrectione in quinquageſimæ feriis lætaremur. *Euſebius Emiſſenus Homil. 6. de Paſch.* Exulta cœlum, & lætare terra. Dies iſta amplius ex ſepulchro radiavit, quam de ſole refulſit. Ovet infernus, quia reſolutus eſt: gaudeat quia viſitatus eſt: exultet quia ignoram lucem poſt ſecula longa vidit, & in profundæ noctis caligine reſpiravit. O pulchra lux quæ in candido cœli faſtigio promiſcuiſti, & ſedentes in tenebris & in umbra mortis jubila claritate viſitaſti. Confeſtim igitur æterna nox inferorum Chriſto deſcendente reſplenduit, ſiluit ſtridor ille lugentium, & catenarum diſrupta ceciderunt vincula damnatorum. *Idem Homil. 9. Maximus de die Paſcha.* Non immerito fratres hodierna die Pſalmus hic legitur, in quo Propheta exultandum præcipit & lætandum. Omnes enim creaturas ad hujus diei feſtivitatem David ſanctus invitat, ut nullus ſe a communi lætitia peccatorum conſcientia ſubtrahat, nullus a publicis votis delictorum ſarcina revocetur. Quamvis enim peccator ſit, hac die indulgentia non debet deſperare: eſt enim prærogativa non parva.

[6] *Diebus ſanctis*] Inſcriptio hymni apud Prudentium Sabbato Sancto de Cereo Paſchali. *Balſamon* Hebdomadæ Sanctæ. *D. Chryſoſtomus Homil. 7. de Reſurrect. Domin.* Licet omnes ſolemnitates quæ in Eccleſiis pro Dei honore celebrantur ſanctæ ſint atque venerabiles, tamen hodierna Dominicæ Reſurrectionis dies præcipuam quamdam ac peculiarem feſtivitatem habet. *Idem Homil. 30. in cap. 10. Geneſ.* Hebdomoda magna, quia magna quædam & ineffabilia bona contigerunt in illa. *In Ambroſianis & Hieronymi & Gregorii ritibus*, Sabbatum Sanctum ſpecialiter dicitur. *D. Joannes Damaſcenus in carm. de laud. Paſchat.* Hæc dies vocata ſancta, hæc una Sabbatorum regina & domina. *L. 1. de feriis.* Sancti Paſchæ diei. *In relatione Symmachi Præfecti urbis Honorio Auguſto, quæ extat in auctuar. num. 21.* Nam cum eo tempore ad me perlata eſſet ſacra auctoritas, quo ſancti diei erat celebranda ſolemnitas, ſtatim, ut oportebat, miſſo Primiſcrinio, Bonifacium ad me venire admonui, quod præceptum fuerat agniturum ut a proceſſione quam ſibi indebitam didicerat abſtineret. *In ſuggeſtione Dioſcori Diaconi ad Hormiſdam tom. 4. Concil. General. col. 1489.* Hoc promiſit ut poſt dies ſanctos uno ex nobis a ſede Conſtantinopolitanæ urbis directo. *Theophilus Alexandrinus epiſt. Paſchal. 2.* Sanctæ ſolemnitates. *Idem eid. tom. 1. Biblioth. Patr. pag. 380.* Hebdomada ſalutaris Paſchæ. *Idem epiſt. 3. pag. 391.* Hebdomada major, id eſt Paſchæ Venerabiles. *Idem epiſt. pag. 401.* Hebdomada Dominicæ Paſſionis.

[7] *Tempore caſtitatis*] *D. Auguſtinus ſerm. 2. de tempor.* Quotieſcumque aut dies natalis Domini, aut reliquæ feſtivitates adveniunt, ſicut ſupra admonui, ante plures dies non ſolum ab infelici concubinarum conſortio, ſed etiam a propriis uxoribus abſtinete, ab omni iracundia vos alienos efficite, peccata præterita per eleemoſynam & pœnitentiam redimantur, &c. *Et ſermon. 244.* Ante omnia ut quotiens dies Dominicus aut aliæ feſtivitates veniunt, uxorem ſuam nullus agnoſcat.

[8] *Gaudio communi*] *D. Cyprianus de Reſurrect. Chriſt. ad fin.* Non ſunt participes hujus gaudii quos damnat ambitio. Non poteſt furtivos habens loculos Paſchaliis ſolemnibus intereſſe. Nihil proditor, & venditor Magiſtri, fermentator profanus commune habet cum azymis. Omnis immundus in anima ad eſum hujus Agni prohibetur accedere.

[9] *Nullam accipiant vinculorum requiem, qui quieſcere ſepultos quadam ſceleris immanitate non ſinit*] *Tertullianus Apologet. cap. 37.* Ipſis Bachanalium furiis nec mortuis parcunt Chriſtianis, quin illos de requie ſepulturæ, de aſylo quodam mortis jam alios, jam nec totos avellant, diſtrahant. *D. Chryſoſtomus Homil. de mal. a nob. nectend.* Auri violenta cupido non ſolum in vivos, quin etiam in mortuos ipſos tales armavit manus, ut ne cum tumulatis quidem habere inducias patiantur,

tur, quin has, pleriſque ſepulchris refractis, ſcelerate injiciunt cadaveribus, neque ſinunt vita functos eorum eſſe inſidiis vacuos.

[10] *Patiatur tormenta veneficus, maleficus, &c. & quod fecit ſemper expectet*] *Petronius Arbiter:* Dii, Deæque, quam male eſt extra leges viventibus? quidquid meruerunt ſemper expectant. *Seneca:* Conſcientia aliud agere non patitur, ac ſubinde reſpicere ad ſe cogit. Dat pœnas quiſquis expectat: quiſquis autem meruit expectat. *Macrobius lib. 1. in ſomn. Scipion. cap. 10.* Nec de ſe ſuam poteſt vitare ſententiam. *Et in fin. cap.* Nunquam ſine timore victuri & cogentes ſubjectum vulgus odiſſe, dum metuat, ſemper ſibi videntur exitium quod merentur excipere.

[11] *Remiſſionem veniæ crimina niſi ſemel commiſſa non habeant*] *Tertullianus lib. de Pœnitentia cap. 7.* Collocavit in veſtibulo pœnitentiam ſecundam, quæ pulſantibus patefaciat: ſed jam ſemel, quia jam ſecundo; ſed amplius nunquam, quia proxime fruſtra. *In quæ verba Pamelius ſic:* Pœnitentia in Eccleſia niſi ſemel conceſſa: nullam enim veniam merentur qui non deſinunt peccare poſt veniam, ut reſcripſit Valentinianus Prætextato. *D. Cyrillus lib. 1. in Levitic. pag. 105.* In gravioribus enim criminibus ſemel tantum pœnitentiæ conceditur locus.

De numero, electione, & officio Prætorum.

Imperator.

TRES tantummodo Prætores electæ opinionis in hac Urbe per ſingulos annos judicio Senatus præcipimus ordinari: qui competentes cauſas & debitos actus integre diſceptare, atque retractare debeant.

De habitu virginum Deo dicatarum.

IV. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P.P.

MIMÆ, & quæ ludibrio corporis ſui quæſtum faciunt, publicæ habitu earum virginum, quæ Deo dicatæ ſunt[1], non utantur.

[1] *Habitu earum virginum quæ Deo dicatæ ſunt*] *Tertullianus lib. de veland. Virginib. cap. 3.* O ſacrilegæ manus, quæ dicatum Deo habitum detrahere potuerunt. Quem in locum Pamelius alios adducit ut probet vel tempore Tertulliani Virgines velari ſolitas. *Idem Pamelius præfat. in lib. Tertull. de Pallio,* ubi Rhenanum refellens, inter cætera contendit Patrum veterum eam fuiſſe ſententiam a temporibus Apoſtolorum, ut unanimiter omnes tam in Monachis quam Sanctimonialibus mutationem habitus agnoſcant. *D. Baſilius epiſt. 1. ad Gregorium:* Comitatur autem humiles atque abjectos animos oculus triſtis & in terram innuens, habitus neglectus, coma ſqualida, veſtis ſordida; ita ut quæ faciunt lugentes ſecundum ſtudium, ea ex ſpontaneo in nobis appareant. *D. Ambroſius ad Virginem lapſam cap. 5.* Non es memorata diei ſanctæ Reſurrectionis Dominicæ, in quo divino altari te obtuliſti velandam? *Et infra:* His tunc in illo die conſecrationis tuæ dictis & multis ſupra caſtitatem tuam præconiis ſacro velamine tecta es. *Idem lib. 6. epiſt. 36.* Paulinum ſplendore generis in partibus Aquitaniæ nulli ſecundum venditis facultatibus tam ſuis, quam conjugalibus in hos ſe induiſſe cultus ad fidem comperi, ut ea in pauperes conferret quæ redegit in pecuniam. *D. Hieronymus epiſt. 8. ad Demetriadem:* Scio quod ad imprecationem Pontificis flammeum virginale ſanctum operuit caput. *Idem epiſt. 15. ad Principiam, de Marcella:* Noſtra Vidua talibus uſa eſt veſtibus quibus arceret frigus, non membra nudaret: aurum uſque ad annuli ſignaculum repudians, & magis in ventribus ege-

norum quam in marſupiis recondens. *Idem invectiva in Sabinianum*: Motis eſt in Ægypti & Syriæ Monaſteriis, ut tam Virgo, quam Vidua quæ ſe Deo voverint, & ſeculo renuntiantes omnes delicias ſeculi conculcarint, crinem Monaſteriorum matribus offerant deſecandum, non intecto poſtea contra Apoſtoli voluntatem inceſſuræ capite, ſed ligato pariter ac velato. *D. Chryſoſtomus Homil. 69. in Matth.* Illorum in mentem tibi veniat Sanctorum, de quibus pridie ſermo habitus eſt, qui cilicio induuntur, eremum habitant, qui convenientia his nuptiis amicula poſſident. *D. Auguſtinus epiſt. 179.* In fine velationis Apophoretum gratiſſime accepimus. *Et epiſt. 179.* Scriptum eſt quidem mulieres eſſe non debere in habitu ornato, aurique circumpoſitione, & intorſione crinium, & cætera hujuſmodi quæ vel ad inanem pompam, vel ad illecebram formæ adhiberi ſolent, merito reprehenſa ſunt; ſed eſt quidam pro modulo perſonæ habitus matronalis a viduali veſte diſtinctus, qui poteſt fidelibus conjugatis, ſalva Religionis obſervantia, convenire. Hunc te maritus ſi deponere noluit, ne te velut viduam illo vivente jactares puto quia non fuerat in hac re uſque ad diſſenſionis ſcandalum perducendus, magis inobedientiæ malo, quam ullius abſtinentiæ bono. Quid enim eſt abſurdius quam mulierem de humili veſte viro ſuperbire, cui te potius expediret obtemperare candidis moribus, quam in nigellis veſtibus repugnare; quia & ſi te indumentum Monachæ delectabat, etiam hoc gratius poſſet marito obſervato excitatoque ſumi, quam illo inconſulto contemptoque præſumi. *Concilium Carthagin. 4. Can. 104. tom. 2. Concil. General. col. 1218.* Si quæ viduæ ſe devoverunt Domino, & veſte laicali abjecta ſub teſtimonio Epiſcopi & Eccleſiæ religioſo habitu apparuerint, poſtea vero ad nuptias ſeculares tranſierint, ſecundum Apoſtolum, damnationem habebunt, quoniam fidem caſtitatis quam Domino voverunt irritam facere auſæ ſunt.

De Archigeron. & Diœcetis ergoſiotanor.

V. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Gennadio Præfecto Auguſtali.

ARCHIGERONTES [1], diœcetæque ergaſiotanorum nonniſi Chriſtiani dirigantur: quod Officium tuum ſollicitis obſervet excubiis. Dat. Non. Februar. Conſtantinop. PP. Alexandriæ, EUTYCHEO, ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

[1] *Archigerontes*] Alexandrinæ plebis Primates.

Ne quis damnatum eximat. De appellatione.

VI. Iidem AA. Eutychiano.

ADDICTOS ſupplicio [1], & pro criminum immanitate damnatos, nulli Clericorum vel Monachorum, eorum etiam, quos ſynoditas [2] vocant, per vim atque uſurpationem vindicare liceat ac tenere. Sed & reos ad locum pœnæ [3] ſub perſecutione pergentes [4] nullus teneat aut defendat. Sed ſciat ſe Cognitor triginta librarum auri multa, & primates Officii, capitali eſſe ſententia feriendos, niſi uſurpatio iſta vindicetur. At ſi tanta Clericorum aut Monachorum audacia [5] eſt, ut bellum potius, quam judicium [6] futurum eſſe exiſtimetur [7] ad Clementiam noſtram commiſſa referantur, ut arbitrio noſtro mox ſeverior ultio procedat. Ad Epiſcoporum ſane culpam (ut cætera) re-

dundabit, ſi quid forte in ea parte regionis, in qua ipſi populos Chriſtianæ religionis doctrinæ inſinuatione moderantur, ex iis, quæ fieri hac lege prohibuimus, a Monachis perpetratum eſſe cognoverint, nec vindicaverint. Quibus in cauſa criminali, humanitatis conſideratione, ſi tempora ſuffragantur, interponendæ provocationis copiam non negamus. Dat. VI. Kal. Aug. Mnyzo. HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

[1] *Addictos ſupplicio*] Hæc lex repetitur *inf. de appellat. Sidonius pag. 315. notarum, & in textu epiſt. 7. lib. 5.* trahunt addictos.

[2] *Synoditas*] Id eſt Cœnobitas quibus una & eadem domus.

[3] *Reos ad locum pœnæ pergentes*] Extra portam.

[4] *Sub perſecutione pergentes*] *In Vet. Cod.* ſub proſecutione.

[5] *Si tanta Clericorum aut Monachorum audacia*] *D. Chryſoſtomus Homil. 17. ad Popul. Antiochen.* Nam quando a Rege miſſi ad commiſſionis inquiſitionem tremendum illud conſtituere judicium, omneſque ad malefactorum pœnas vocabant, & variæ mortis omnibus erat expectatio, tunc vertices montium habitantes Monachi propriam exhibuere ſapientiam. At nec niſi prius ſe neci præparaſſent cuilibet tam libere potuiſſent judices alloqui, & talem tunc exhibere magnitudinem. Etenim ante Prætorii januas totos dies agebant ſedentes abducendos de carnificum manibus eripere parati. Vide Socratem *lib. 6. cap. 7.* & Sozomenum *lib. 8. cap. 12. de Monachis Ægyptiis, qui Deum corporeum aſſerebant:* ubi obſervant hanc de Deo quæſtionem magno animorum motu agitatam a Theophilo Alexandrino ob odium quo flagrabat in quatuor fratres, quos Longos vulgo vocabant.

[6] *Bellum potius, quam judicium*] *D. Chryſoſtomus Innocentio Papæ tom. 2. Concil. General. col. 1293.* Theophilus enim Alexandrinæ Eccleſiæ Præſul, cum a quibuſdam apud Juſtinum Imperatorem inſimularetur, ſolus ad crimina diluenda magna Ægyptiorum multitudine ſociatus advenit: id ferme initio docere volens ad bellum ſe ac prælium inſtructum adveniſſe.

De his, qui ex conſenſu litigant apud Epiſcopum.

VII. Iidem A A. Eutychiano P.P.

SI qui[1] ex conſenſu apud ſacræ legis Antiſtitem litigare voluerint, non vetabuntur: ſed experientur illius in civili duntaxat negotio, more arbitri, ſponte reſidentis[2] judicium. Quod his obeſſe non poterit, nec debebit quod ad prædicti cognitoris examen conventos, potius abfuiſſe, quam ſponte veniſſe conſtiterit. Dat. VI. Kal. Aug. Mediolani, HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

[1] *Si qui, &c.*] *Can. 22. Synodi Milevitani 2. quæ extat tom. 2. Concil. General. col. 1542.* Placuit ut Presbyteri, Diaconi, vel cæteri inferiores Clerici in cauſis quas habuerint, ſi de judiciis Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini Epiſcopi eos audiant, & inter eos quidquid eſt finiant adhibiti ab eis ex conſenſu Epiſcoporum ſuorum. *Cap. 9. Concil. Carthag. 3. tom. eod. col. 1168.* Ut Clerici publica judicia non appellent placuit.

[2] *More arbitri, ſponte reſidentis*] A quo non licet appellare. *L. 1. c. de recept. arbitr.* Ex ſententia arbitri ex compromiſſo jure perfecto aditi appellari non poſſe ſæpe reſcriptum eſt. *D. Auguſtinus in Brevicul.* Donatiſtæ cum appellaſſent Honorium, ab eo condemnati ſunt, confirmata Marcellini ſententia.

VIII. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Theodoro P.P.

EPISCOPALE judicium [1] ratum ſit omnibus, qui ſe audiri a Sacerdotibus elegerint: eamque illorum judicationi adhibendam eſſe reverentiam jubemus, quam veſtris deferri neceſſe eſt Poteſtatibus [2], a quibus non licet provocare [3]. Per Judicum quoque officia, ne ſit caſſa Epiſcopalis cognitio [4], definitioni executio tribuatur. Dat. Idib. Decembr. BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

[1] *Epiſcopale judicium*] Syneſius non probat Epiſcopos qui verſantur in negotiis, *Epiſt. 57. pag. 198. & 199. Poſſidonius de vita Auguſtini cap. 19.* Propterea ſæpius audiendis cauſis maculantur. *Verba Poſſidonii in fine capitis ſunt:* Sed hanc ſuam a melioribus rebus occupationem tanquam angariam deputabat, ſuavem ſemper habens, de iis quæ Dei ſunt, vel allocutionem vel collocutionem fraternæ ac domeſticæ familiaritatis. *Can. 9. Synod. Carthagin. 3.* Recte ſtatutum eſt ut obnoxii alienis negotiis non ordinentur. *Novell. Valentin. 14.*

[2] *Eamque illorum judicationi adhibendam eſſe reverentiam jubemus, quam veſtris deferri neceſſe eſt Poteſtatibus*] *In 4. Vet. Cod.* noſtris referre. *Sozomenus lib. 1. cap. 9.* Illud porro eſt plane maximum reverentiæ Imperatoris erga religionem argumentum, quod Clericis, qui erant in judicium vocati, dedit poteſtatem, ſi modo animum inducerent Magiſtratus civiles rejicere, ad Epiſcoporum judicium provocandi: atque eorum ſententiam ratam eſſe, & aliorum judicum ſententiis plus habere authoritatis, tanquam ab ipſo Imperatore prolatam, ſtatuit.

[3] *A quibus non licet provocare*] *Can. 44. Synod. Milevitan. 2. quæ extat tom. 2. Concil. General. col. 1541.* A judicibus quos communis conſenſus elegerit non liceat provocare, & quiſquis probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare judicibus, cum hoc primæ Sedis Epiſcopo fuerit probatum, det litteras, ut nullus ei communicet Epiſcoporum, donec obtemperet.

[4] *Epiſcopalis cognitio*] Vide Syneſium *epiſt. 57. pag. 198. & 199.*

In AUTHENT. De ſanct. Epiſc. §. Si quis autem litigantium, coll. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 21.

SI quis litigantium intra decem dies contradicat his, quæ judicata ſunt, tunc locorum Judex examinet cauſam: & ſi invenerit judicium recte factum, etiam per ſententiam ſuam propriam hoc confirmet, & executioni propria tradat, quæ judicata ſunt: & non liceat victo iterum in tali cauſa appellare. Si vero ſententia Judicis contraria fuerit; tunc licet a ſententia Judicis appellare. Si tamen ex imperiali juſſione, aut judiciali præcepto Epiſcopus judicat inter quaſcunque perſonas, appellatio aut ad Principem, aut ad eum, qui tranſmiſit negotium, transferatur.

De cuſtodiis.

IX. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cæciliano P P.

JUDICES Dominicis diebus productos reos de cuſtodia carcerali videant, & interrogent, ne his humanitas clauſis per corruptos carcerum cuſtodes negetur [1]: victualem ſubſtantiam non habentibus faciant miniſtrari libellis duobus, aut tribus diurnis, vel quot exiſtimaverint Commentarienſes, decretis: quorum ſumptibus proficiant alimoniæ pauperum; quos ad lavacrum ſub fida coſtodia duci oportet.

Multa Judicibus viginti librarum auri, & Officiis eorum ejuſdem ponderis conſtituta, Ordinibus quoque trium librarum auri multa propoſita, ſi ſaluberrima ſtatuta contempſerint. Nec deerit Antiſtitum Chriſtianæ religionis cura laudabilis, quæ ad obſervationem conſtituti judicis hanc ingerat monitionem. Dat. VII. Idus Februar. Ravennæ, HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

[1] *Judices Dominicis diebus productos reos de cuſtodia carcerali videant, & interrogent, ne his humanitas clauſis per corruptos carcerum cuſtodes negetur*] *D. Cyprianus epiſt. 37. ad Cler.* Quamquam ſciam vos, fratres Chariſſimi, litteris meis frequenter admonitos eſſe, ut glorioſa voce Dominum confeſſis, & in carcere conſtitutis omnis diligentia præbeatur: tamen identidem vobis incumbo, ne quid ad curam deſit iis quibus ad gloriam nihil deeſt. *D. Chryſoſtomus Homil. 4. in cap. 2. epiſt. Paul. ad Titum*: Noſtis quippe ut his quibus carceris cuſtodia permiſſa eſt per ſupremam atrocitatem atque immanitatem ſeſe exercere ſoliti ſunt, atque fructum ex aliena calamitate percipiunt, & quos alii afflictos miſerantur & nutriunt, ab eis iſti lucra exigunt feris profecto omnibus immaniores. *Idem Homil. 10. in cap. 3. epiſt. Paul. ad Corinth.* Nonne vides quod cum humanum appellamus, qui miſericordia plenus eſt & humanitate: quando vero quiſpiam crudeliter aliquid & immaniter operatur, inhumanum eſſe dicimus. *Idem in Orat. Kalendis habit. de Flavian.* Quid carcerum cuſtodibus deterius eſſe poteſt? Nonne hæc vita omnium nequiſſima eſſe videtur. *Lipſius lib. 1. Elector. cap. 8. de frumentation.* Lex illa frumentaria menſtruum definiebat in capita, non plus quinque modios. Id calumniatur Tribunus, & ait exiguum eum modum eſſe, fere comparandum cum alimentis carceris, quorum tenuitas, ut mortem prohibet, ita vires non auget. *Euſebius Emiſſenus Homil. 8. de Paſch.* Clauſos carceres humanitas diurna ſuſtinet.

De Mathematicis.

X. Iidem AA. Cæciliano PP.

MATHEMATICOS [1], niſi parati ſunt, codicibus erroris proprii ſub oculis Epiſcoporum incendio concrematis Catholicæ religionis cultui fidem tradere; nunquam ad errorem priorem rediturі; non ſolum Urbe Roma, ſed etiam omnibus civitatibus depelli decernimus. Quod ſi hoc non fecerint, & contra Clementiæ noſtræ ſalubre conſtitutum in civitatibus fuerint comprehenſi, vel ſecreta erroris ſui & profeſſionis inſinuaverint, deportationis pœnam excipiant. Dat. Kal. Februar. Raven. HONOR. VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

[1] *Mathematicos*] *Pamelius adnotat. 51. ad lib. Tertull. de Idololatr. cap. 9. in hæc verba: Urbs & Italia interdicitur Mathematicis.* De hoc in hæc verba Suetonius in Vitellio *cap. 14.* Nullus infenſior quam Vernaculis & Mathematicis. *Et inf.* Tradit etiam Tacitus a Veſpaſiano pulſos urbe Mathematicos.

De reverſis ab hoſtibus.

XI. Iidem AA. Theodoro P.P.

CHRISTIANOS proximorum locorum volumus ſolicitudinem gerere, ut Romanos captivos [1], qui reverſi fuerint, nemo teneat,

nemo injuriis aut damnis afficiat. Dat. III. Idus Decemb. HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

[1] *Romanos captivos*] Nihil de his in Codice Theodoſiano. Roma capta ab Alarico anno 401. *Oroſius. Caſſiodorus lib. 12. Formul. 20.* Cùm Rex Alaricus urbis Romæ deprædatione ſatiatus, Apoſtoli Petri vaſa ſuis deferentibus excepiſſet, mox ut rei cauſam, habita interrogatione, cognovit, ſacris liminibus deportari deripientium manibus imperavit: ut cupiditas quæ deprædationis ambitu admiſerat ſcelus, devotione largiſſima deleret exceſſum. Sub Valentiniano a Genſerico Wandalo. *Procopius lib. 3. bell. Gothic. cap. 36. D. Gregorius lib. 2. Dialog. 15.* Tunc per ſe idem Totila ad Dei hominem acceſſit, quem cum longe ſedentem cerneret, non auſus accedere, ſeſe in terram dedit, &c. *D. Hieronymus ad Gaudent* Urbs inclita & Romani Imperii caput uno hauſta eſt incendio. Nulla eſt regio quæ non exules Romanos habeat. In cineres ac favillas ſacræ quondam Eccleſiæ conciderunt.

De Lenonibus.

XII. Impp. THEOD. & VALENT. Florentio P. P.

SI lenones patres & domini [1] ſuis filiabus vel ancillis peccandi neceſſitatem [2] impoſuerint; liceat filiabus & àncillis, & Epiſcoporum implorato ſuffragio, omni miſeriarum neceſſitate abſolvi. Dat. Kal. Maü, FELICE & TAURO CONSS. 428.

[1] *Si lenones, patres & domini, &c.*] *D. Chryſoſtomus Homil. 18. in epiſt. 1. Paul. ad Corinth.* Neque enim ſi filiam haberes, & tanta eſſet amentia ut eam lenoni locares, & meretrix efficeretur, inde Regis filius eam conſpectam tam turpi liberaret ſervitute. Novella Theodoſii & Valentiniani meminit de lenonibus.

[2] *Peccandi neceſſitatem*] D. Auguſtinus *lib. 3 quæſt. Levitic. quæſt. 20.* fuſe diſſerit de diſcrimine quod eſt delictum inter, atque peccatum.

De Clericos lite pulſantibus.

XIII. Imp. MARCIANUS A. Conſtantino P. P.

DECERNIMUS, ut quicunque Catholicarum Eccleſiarum, quæ ſub viro religioſo Archiepiſcopo hujus almæ Urbis, ſunt reverendiſſimum Occonomum, (ſive de Eccleſiaſticis, ſive de propriis, & ad ipſum ſolum pertinentibus cauſis) vel quemcunque alterum earumdem Eccleſiarum Clericum aliqua voluerit lite pulſare: apud memoratum beatiſſimum Archiepiſcopum cauſam dicat, in negotiis audiendis fidem ac ſinceritatem geminam præbiturum, & Sacerdotis, & Judicis. Volentibus tamen actoribus pateat Epiſcopale judicium: ac nullus, qui hujuſcemodi intendit in Sacroſanctas Eccleſias, vel in prædictos Clericos actionem, ad religioſiſſimum Antiſtitem ducatur invitus. Dat. VIII. Aprilis VARARI & JOANNE CONSS. 456.

De Lenonibus. 1. Ne mulier invita conjungatur mimis aut choris, aut alind ſpectaculum in theatro agat.

ιδ΄. Αὐτοκράτωρ Λέων αὐτῷ δήμῳ.

ΜΗΤΕ δοῦλον [a] μήτε ἐλεύθερον σῶμα τολμάτω τις εἰς πορνείαν προαγεῖν ἢ προϊστᾶναι· μηδὲ εἰ θυμελικὸς εἴη, ἢ ἄλλως σκηνικός. εἰ δὲ δοῦλον εἴη τὸ προστασθέν· ἐκδικείσθω εἰς ἐλευθερίαν παρὰ παντὸς τοῦ προσιόντος, δίχα τινὸς δαπάνης, τοῖς κατὰ τόπον ἄρχουσιν, ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις.

§. α΄. Οἷς μελήσει τὸ μηδὲ ἄκουσαν γυναῖκα δούλην, ἢ ἐλευθέραν συνάφθαι συγχωρεῖν μίμοις ἢ χοροῖς, ἢ ἄλλην θέαν ἐν τοῖς θεάτροις ἐκτελεῖν ἀναγκάζεσθαι.

[a] Μήτε δοῦλον, &c.] *Photius tit. XIII. cap. XXI. Nomocan. Theod. l x. Βασιλικῶν, tit. XXXVIII.* Conjunge *L. ult. C. de Spectacul.*

XIV. Imp. LEO ad populum.

NEQUE ſervum, neque liberum corpus ſit qui audeat in meretriciam vitam producere, aut proſtare: ſive thymelicus fuerit [1], ſive alio pacto ſcenica perſona: ac, ſi mancipium ſit, quod præſtat, in libertatem vindicetur a quocunque ſine ullis ſumptibus apud ejus oppidi magiſtratum aut Epiſcopum.

§. 1. Quibus curæ erit, ne etiam invitam mulierem liberam, aut ancillam conjungi patiantur mimis aut choris [2], aut alud ſpectaculum in theatro agere invitam.

[1] *Sive thymelicus fuerit*] Thymele orcheſtræ pars fuit, ſuggeſti inſtar, in qua citharedi, tibicines, ſymphoniaci, aliive cantores aut muſici canebant, quos Thymelicos appellabant. *De his in l. 4. ff. de iis qui notant. infam. & in l. 10. de pollicitat. & l. 7. C. de Spectacul.*

[2] *Mimis aut choris*] Mimos appellat quoſcumque hiſtriones, ſive fabulas agerent comœdiarum, ſive Atellenarum, ſive mimorum, ſive etiam tragici forent. Chori vero appellatione utitur pro muſicis quibuſdam, qui ſcænæ aut theatro ſervirent. Vide *l. 34. de ædilit. edict. & l. 79. de legat. 3.* A Mimis Pantomimi dicti ſunt qui omnia imitabantur geſtu potius, quam voce.

De Advocatis.

XV. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicoſtrato P. P.

NEMO vel in foro Magnitudinis tuæ, vel in Provinciali judicio, vel apud quemquam judicem accedat ad togatorum conſortium, niſi Sacroſanctis Catholicæ religionis fuerit imbutus myſteriis. Sin autem aliquid, quoquo modo, vel quadam etiam machinatione factum, vel attentatum fuerit: Officium quidem Sublimitatis tuæ centum libratum auri jacturam pro condemnatione ſuſtineat. Idem vero: Quicunque auſus fuerit, contra providum noſtræ Serenitatis decretum, officium advocationis per ſurreptionem arripere, & prohibitum patrocinium præſtiterit, ab advocationis officio remotus, ſtylum proſcriptionis ac perpetui exilii ſpecialiter ſuſtinebit: ſciturus etiam Pro-

vinciarum Rectoribus, quod is, ſub cujus adminiſtratione aliquid hujuſmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proſcriptionem, & pœnam exilii per quinquennium ſuſtinebit. Dat. pridie Kal. Aug. Conſtantinop. ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

De arris ſponſalitiis.

XVI. Iidem A A. Erythrio P. P.

SI legibus[1] prohibitæ non ſint ſperatæ nuptiæ[2], & poſt arras ſponſalitias[3], ſponſa conjugium ſponſi propter religionis diverſitatem recuſaverit[4], ſi quidem probatum fuerit, ante datas eaſdem ſponſalitias arras[5], hoc idem mulierem vel parentes ejus cognoviſſe, ſibi debeant imputare: ſi vero horum ignari, ſponſalitias arras ſuſceperint, vel poſt datas arras talis cauſa pœnitentiæ intercesſerit, iiſdem tantummodo redditis, ſuper alterius ſimpli pœna liberi cuſtodiantur. Quod ſimili modo etiam deſponſis ſuper recipiendis, nec non arris præſtitis, cuſtodiri cenſemus. Dat. Kalend. Jul. MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

1 *Si legibus, &c.*] Vide *in indice Tertulliani.* Matrimonium.

2 *Sperata nuptia*] *Higinus de Centauris:* Hercules cum in hoſpitium ad exanimem Regem, &c. Reginæ ſpem fidemque dediſſet, ſe eam ducturum, ut centaurum interfecit, ſuam ſperatam adduxit.

3 *Et poſt arras ſponſalitias*] *Euſebius Emiſſenus Homil. de Epiphan.* Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo deſcendit ad terram Eccleſiæ ex gentibus congregandæ, ſuſcepta incarnatione inungendus, cui & arras & dotes dedit. Arras quando Deus homini junctus eſt: dotes quando pro hominis ſalute immolatus eſt. *D. Hieronymus in cap. 1. epiſt. ad Epheſ. in hac verba verſ. 13. Signati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto:* Cujus ſigna arræ ſunt hæreditatis futuræ. Si ergo mortuos ſuſcitare arra eſt, quanta erit iſta poſſeſſio?

4 *Sponſa conjugium ſponſi propter religionis diverſitatem recuſaverit*] *D. Auguſtinus lib. 1. de adulter. conjug. cap. 25.* Non enim tempore revelati novi teſtamenti in Evangelio, vel ullis Apoſtolicis litteris ſine ambiguitate declaratum eſſe recolo, utrum Dominus prohibuerit fideles infidelibus jungi. Quamvis Beatiſſimus Cyprianus inde non dubitet, nec in levibus peccatis conſtituat jungere cum infidelibus vinculum matrimonii, atque id eſſe dicat proſtituere gentilibus membra Chriſti. *Idem lib. de fid. & operib. cap. 19. de eadem Cypriani ſententia mentionem faciens ſic ſcribit:* Ad eoſdem malos mores pertinere confirmet jungere cum infidelibus vincula matrimonii, nihil aliud eſſe aſſerens quam proſtituere gentibus membra Chriſti, quæ noſtris temporibus jam non putantur eſſe peccata: quoniam revera in novo teſtamento nihil inde præceptum eſt. *Concil. Chalcedon. Can. 14.* Sed neque Hæretico vel Pagano vel Judæo matrimonio conjungere, niſi utique perſona quæ Ortodoxæ conjungitur ſe ad Ortodoxam fidem convertendam ſpondeat. *Concil. Agath. Can. 67. quod extat tom. 4. Concil. General. Col. 1394.* Quoniam non oportet cum omnibus Hæreticis miſcere connubia, & vel filios, vel filias dare, ſed potius accipere, ſi tamen profitentur Chriſtianos futuros eſſe ſe, & Catholicos.

5 *Ante datas ſponſalitias arras*] *Tertullianus de coron. milit. cap. 11.* Plane ſi quos militia præventos fides poſterior invenit, alia conditio eſt. Vide *Pamelium adnotat. 136.*

Πεϱὶ

Περὶ τοῦ σιτώνου. Id eſt, *De curatore frumentario.*

XVII.

ΕΠΙΛΟΓΗ τοῦ Ἐπισκόπου καὶ τῶν πρώτων οἰκητόρων γίνεται ὁ Σιτώνης ἀπὸ τῶν στρατευομένων ἐν τῇ ἐπιχωρίῳ τάξει [a] ἢ τῶν πληρωσάντων, ἢ τῶν μελλόντων στρατεύεσθαι. καὶ ὁ παραβαίνων τριάκοντα λίτρας ζημιοῦται.

ELECTIONE Epiſcopi & primorum civium Sitonæ fiant ex militaribus ordinibus, aut ex veteranis, aut ex tyronibus, ſive militaturis. Qui id tranſgreſſus fuerit, triginta libris mulctetur.

[a] Ἐν τῇ ἐπιχωρίῳ τάξει] Κατὰ χώρας ὁποίους ταξεωτῶν τῶν στρατευομένων καὶ τῶν ἀποθεμένων τὴν τάξιν, ἢ τῶν μελλόντων στρατεύεσθαι habet *L. III. C. v.* ut nemini liceat. Addit potius, ἐπειδὴ δυσχερέστερον οὗτοι ταῖς δημοσίαις χρείαις ἐντριβόμενοι ἐκ μακροῦ χρόνου τὸ τῆς σιτωνίας δέχονται βάρος.

De annonis militum ſtationariorum.

XVIII.

ΟΙ ὑφεστῶτες, καὶ τῇ παραφυλακῇ προσκαρτεροῦντες [a] στρατιῶται ἐν τοῖς σεδίτοις [b] αὐτῶν, τὸ προσφερόμενον εἶδος [c] ἐκ τῶν ἐν τῇ πόλει, ἢ τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς γεωργουμένων δεχέσθωσαν ὑπὲρ τῶν ἀννωνῶν αὐτῶν, δοκιμασίᾳ τοῦ Ἐπισκόπου, καὶ τοῦ Ἄρχοντος, ἢ τοῦ Ἐκδίκου ἐξ ἀπολείψεως τοῦ ἄρχοντος. Καὶ οὐκ ἀναγκάζεται ὁ συντελεστὴς ἀπαργυρισμὸν διδόναι.

MILITES ' qui præſunt, & in cuſtodia conſiſtunt, in ſuis (ut vocant) ſedetis, ſive ſtationibus, ſpecies ad ſe pertinentes, ex civitatibus, aut ex ejus regionis agricolis ad ſuas annonas arbitratu Epiſcopi, aut Magiſtratus, aut Defenſoris, ſi deſit Magiſtratus, accipiant. Neque cogatur collator numeratam pecuniam præſtare.

[a] Τῇ παραφυλακῇ προσκαρτεροῦντες] Μὴ ὄντες ἐν ταῖς οἰκείαις ἀγγαρείαις. *L. XIX. C. de erogat. milit. annon.*

[b] Ἐν τοῖς σεδίτοις] Milites in locis in quibus juſſimus ſedeant *L. II. C. de Offic. præf. Præt. Afric.* Omnes milites qui in eadem Provincia ſedent. *Julian. Nov. XVII.* Milites qui ibi ſedent ἱδρυμένοι ἐκεῖσε. *Nov. XCV. Math. IIII. Eſaia IX.* Hinc ſedeta ſive ſedetæ. Ut *habet vetus rei militaris Codex tit.* Περὶ στρατιωτῶν ἢ συντελεστῶν ὑπό τινος ζημιωθέντων. Εἰ δὲ (inquit) ὁ οἱοσδήποτε ἄρχων ἢ στρατιώτης ἐν παραχειμασίᾳ, ἢ κατὰ πάροδον, ἢ εἰς τοὺς σεδέτας ζημιώσῃ στρατιώτην, ἢ συντελεστήν, καὶ τοῦτο δείξαντος οὐκ ἀποθεραπεύσει ἐν διπλῇ ποσότητι αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τῷ ζημιωθέντι ἀποκαταστήσῃ.

' *Milites, &c. ex ejus regionis agricolis ad ſuas annonas arbitratu Epiſcopi accipiant*] *D. Chryſoſtomus Homil. 22. de milit. ſpirital.* Eſcas miles regius habet, & Imperatoris annona paſcitur: non oportet eum emere ſibi cibum, neque in ejus providenti ſollicitudine occupatum ſtudiis militaribus cruciari: ubique illi domus omnis Provincialium ex præcepto regali patet, ut nihil eum de privata domo laborare neceſſe ſit.

[c] Προσφερόμενον εἶδος] *Valerianus. Ragonio. ad locum.* Non provincialem, non poſſeſſionem cogat illic frumenta ubi non habet dare. Jam ubi laridum, jam cæteræ ſpecies, in his dandæ ſunt locis ubi affatim redundant.

De defenſoribus civitatum.

XIX. Imp. ANASTASIUS A. Euſtachio P.P.

JUBEMUS eos tantummodo ad Defenſorum curam peragendam ordinati, qui Sacroſanctis Orthodoxæ religionis imbuti myſteriis, hæc in primis ſub geſtorum teſtificatione, præſente quoque religioſiſſimo fidei Orthodoxæ Antiſtite, per depoſitiones cum ſacramenti religione celebrandas patefecerint. Ita enim eos præcipimus ordinati, ut Reverendiſſimorum Epiſcoporum, nec non Clericorum & honoratorum, ac poſſeſſorum, & curialium decreto conſtituantur. Dat. XIII. Kal. Maii, SABINIANO & THEODORO CONSS. 505.

In AUTHENT. De defenſ. civ. §. Interim, col. 3. tit. 2. ſeu Novell. 15. cap. 1.

PRæſides gentium per unamquamque civitatem præparent homines non viliſſimos, ſed nobiliores civitatum habitatores, quibus aliqua ratio eſt bonæ opinionis conſtituta, nominare Defenſores per circulum: ut, eo expleto, rurſus ad eandem ſollicitudinem revertantur: decreto facto cum jurejurando omnium poſſeſſorum in ea civitate conſiſtentium: electione facienda a Deo amabili Epiſcopo, & venerabili Clero, & aliis in civitate bona opinioni ſtudentibus. Et nulli liceat defenſoris ordinationem declinare: alioqui quinque librarum auri pœna coercebitur, quæ in opera civitatis impendetur: & poſt pœnæ ſolutionem nihilominus Defenſoris officium ſuſcipere cogetur, & jurabit, omnia ſecundum leges & jus agere. *Et confirmabitur ex præcepto glorioſiſſimorum Præfectorum noſtrorum. Et in biennio ſolo adminiſtrabit. Et judex potius, quam Defenſor eſſe videbitur: ut etiam teſtamenta & donationes apud hunc inſinuentur, & acta apud eum componantur. Et habeat unum Exceptorem, & duos officiales ex Provinciali Officio: & judicet in cauſis pecuniariis uſque ad trecentos aureos. Præterea habeat Defenſor publicam habitationem, in qua monumenta recondat, & unum hominem, qui acta conſervet.*

De jurejurando à Magiſtratibus præſtando: de exterminandis Hæreticis.

Nova Conſtitutio FRIDERICI Imperatoris, de ſtatu, & conſuet. contra libert. Eccl. §. Statuimus etiam, coll. 10. conſtit. fin.

STatuimus hoc edicto in perpetuum valituro, ut Poteſtates, Conſules, ſive Rectores, quibuſcunque fungantur officiis, pro defenſione fidei præſtent publice juramentum, quod de terris ſuæ juriſdictioni ſubjectis univerſos Hæreticos ab Eccleſia denotatos, bona fide pro viribus ſuis exterminare ſtudebunt: *ita ut amodo quandocunque quis fuerit in Poteſtatem ſeu perpetuam, ſeu temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulum firmare juramento: alioqui neque pro Poteſtatibus, neque pro Conſulibus, neque pro Rectoribus habeantur, eorumque ſententias ex tunc irritas judicamus & inanes.*

De jurejurando a militibus præſtando.

XX.

NEMO militet, qui non apud acta teſtificatus eum tribus ſit, propoſitis Sacroſanctis Evan-

ΟΥΔΕΙΣ στρατευέσθω ª, εἰ μὴ ἐν ὑπομνήμασι μαρτυρηθῇ ἐπὶ τρισὶν ἐπὶ τῶν ἁγίων Εὐαγ-

γελίων Χριστιανὸς Ὀρθόδοξος, συνισταμένης τῆς πράξεως παρὰ τῷ ἄρχοντι, ἔνθα μέλλει στρατεύεσθαι, δύο νομισμάτων ὑπὲρ αὐτῆς διδομένων. Εἰ δὲ τοῦτο παραμεληθῇ, δίδωσιν ὁ ἄρχων πεντήκοντα λίτρας, καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ κ. καὶ ὁ στρατευσάμενος ι. καὶ ἐκβάλλεται· καὶ οἱ ψευδομαρτυρήσαντες σωματικῶς τιμωρηθῶσι. καὶ ποιναὶ τοῖς παραβάταις εἰσάγονται κινδύνῳ τοῦ Κόμητος.

geliis ſe eſſe Chriſtianum Orthodoxum: fiantque acta ad eum Magiſtratum, ſub quo militaturus eſt: & duo tantum aurei pro ea re præbeantur. Si vero id neglectum ſit, dabit libras quinquaginta is Magiſtratus, ejuſque Officium viginti. Qui vero militavit, decem, atque a militia ejicietur: teſtes, qui pejeraverint, in corpus punientur: Illæ vero multæ Comitis periculo rebus privatis inferentur.

ᵃ Οὐδεὶς στρατεύεται] *L. IX. C. de diverſ. Offic. Evagr. lib. IIII. cap. XVI. Τίνας τε τῶν στρατιωτῶν ἄρτι βαπτίσαντος. Procop. III. de bell. Wandalic.*

De non numerata pecunia vel dote.

XXI. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SI præſens quidem ſit, qui pecuniam numeraſſe, vel alias res dediſſe ſcriptus eſt; aliquam vero adminiſtrationem in Provinciis gerat, ut difficile eſſe videatur, denuntiationem eidem non numeratæ pecuniæ mittere, licentiam damus ei, qui memorata exceptione uti velit, alios judices adire, & per eos ei manifeſtare, quia exceptionem hujuſmodi objicit, factam a ſe ſuper non numerata pecunia querelam eſſe. Quod ſi non ſit alius adminiſtrator civilis, vel militaris, vel per aliquam cauſam ei ſit difficile, qui memoratam querelam opponit, eum adire, & ea quæ dicta ſunt facere: licentiam damus etiam per virum Reverendiſſimum Epiſcopum eandem ſuam exceptionem creditori manifeſtare, & ita tempus ſtatutum interrumpere.

§. 1. Quod etiam in exceptione non numeratæ dotis locum habere, receptum eſt. Dat. Kal. Jul. Conſtantin. DN. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

De cuſtodia reorum.

κβʹ. Αὐτοκρ. Ἰουστινιανὸς Μηνᾷ Ἐπάρχῳ Πραιτωρίων.

ΟΥΔΕΝΑ ἐμβάλλεσθαι ἐν φυλακῇ δίχα προστάξεως τῶν κατὰ τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν, ἢ ἐν ἐπαρχίᾳ ἐνδόξων, ἢ περιβλέπτων, ἢ λαμπροτάτων Ἀρχόντων ἢ τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν Ἐκδίκων βουλόμεθα.

§. αʹ. Ἐπὶ δὲ τῶν ἐμβληθέντων

XXII. Imp. JUSTIN. A. Menæ PP.

NEMINEM volumus in cuſtodiam conjici abſque juſſu glorioſiſſimorum, vel illuſtrium, vel clariſſimorum Magiſtratuum hujus feliciſſimæ Urbis, vel Provinciarum, aut Defenſorum civitatum.

§. 1. De his autem, quicunque

conjecti, aut conjiciendi ſunt, Deo amabiles locorum Epiſcopos jubemus per unam cujuſque hebdomadæ diem, id eſt, feria quarta, aut ſexta, quæ & Paraſceve appellatur, eos, qui in cuſtodia habentur, viſitare; & diligenter inquirere cauſam, ob quam detinentur: & ſive ſervi ſint, ſive liberi, ſive pro pecuniis, ſive pro aliis criminationibus, ſive pro homicidiis conjecti, illuſtriſſimos, & ſpectabiles, & clariſſimos Magiſtratus admonere; tam eos qui ſunt in hac feliciſſima Urbe, quam qui ſunt in Provinciis, ut ea exequantur circa ipſos, quæ Divalis noſtra conſtitutio ad illuſtres Præfectos ea de re emiſſa præcipit: licentia data Deo chariſſimis pro tempore Epiſcopis, ſi quam negligentiam admiſſam cognoverint ab illuſtriſſimis, & magnificentiſſimis atque clariſſimis pro tempore Magiſtratibus, vel iis, quæ illis parent Officiis, talem ipſorum negligentiam indicandi, ut conveniens adverſus negligentes animi noſtri motus inſurgat. Dat. XV. Kal. Feb. CP. DECIO CONS. 529.

ἢ ἐμβαλλομένων τοῖς θεοφιλεστάτοις τῶν τόπων Ἐπισκόποις μίαν ἑκάστην ἑβδομάδος ἡμέραν, τὴν τετράδα [a] ἢ τὴν παρασκευὴν [b], τοὺς ἐν ταῖς φυλακαῖς διερευνᾶσθαι, καὶ σὺν ἀκριβείᾳ μανθάνειν τὰς τῆς αὐτῶν κατοχῆς αἰτίας· καὶ εἴτε οἰκέται τυγχάνοιεν ὄντες, εἴτε ἐλεύθεροι, εἴτε ἐπὶ χρήμασιν, εἴτε ἐπὶ ἄλλοις ἐγκλήμασιν, εἴτε ἐπὶ φόνοις ἐμβεβλημένοι· παρασκευάζειν τοὺς ἐνδοξοτάτους καὶ περιβλέπτους καὶ λαμπροτάτους Ἄρχοντας ταύτης τε τῆς εὐδαίμονος πόλεως ὅ τῶν ἐπαρχιῶν ἐκεῖνα πράττειν ἐπ' αὐτοῖς, ἅπερ ἡ πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους Ἐπάρχους περὶ τούτου καταπεμφθεῖσα θεία ἡμῶν διαγορεύει διάταξις· ἀδείας διδομένης τοῖς κατὰ καιρὸν θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις, εἴ τινα ῥᾳθυμίαν ἴδοιεν γενομένην παρὰ τῶν κατὰ καιρὸν ἐνδοξοτάτων καὶ μεγαλοπρεπεστάτων καὶ λαμπροτάτων Ἀρχόντων, ἢ παρὰ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων, ταύτην μηνύειν, ὡς ἂν ἡ προσήκουσα κατὰ τῶν ῥᾳθυμούντων ἐνεχθείη κίνησις.

[a] Τὴν τετράδα] Meminit *βασιλικῶν* Scholiaſtes *tit. xxxv. lib. lx.* Epiphan. Περὶ πίστεως Καθολικῆς κ. Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας. *Auguſtin. Pſalm. xciii.* Una Sabbathi dies Dominicus eſt; ſecunda Sabbati, ſecunda feria, quem ſeculares diem Lunæ vocant. Quarta aut Sabbatorum quarta feria, qui Mercurii dies dicitur a paganis & a multis Chriſtianis, ſed nollemus ut dicant, atque utinam corrigantur. *Synod. Aurelian. Can. xx.* Diebus ſingulis Dominicis reos in cuſtodia carcerali videant Archidiaconi vel Præpoſiti.

[b] Ἢ τὴν παρασκευὴν] *Marc. xv.* Ἦν παρασκευὴ, ὅ ἐστι προσάββατον. Cænam puram Latine uſitatius vocarunt. *Auguſtin. Tract. cxx. in Evangel. Joan. Vet. Gloſſ.* Cæna pura, Προσάββατον. *Tertullian. adverſ. Marcion.* Dies obſervatis & menſes, & tempora, & annos & Sabbatha, ut opinor & cænas puras, & jejunia & dies magnos.

κγ΄. Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Μηνᾷ Ἐπάρχῳ Πραιτωρίων [a].

ἸΔΙΩΤΙΚΑΣ φυλακὰς πάντῃ πάντοις ἐν πόλεσιν, ἢ ἐν κώμαις ἀπαγορεύομεν καθίστασθαι· αὐτοὺς δηλαδὴ τῇ κατηγορημένων προνοίᾳ τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων τῆς κατοχῆς ἀφιεμένων.

XXIII. Idem A. Menæ P. P.

PRIVATOS carceres modis omnibus in urbibus atque in vicis conſtitui vetamus: ipſis, qui cuſtodiuntur, Dei amiciſſimorum loci Epiſcoporum providentia a detentione remiſſis. Dat. XII. Kal. Feb. CP. DECIO COS. 529.

[a] Meminit *Scholiaſt. lib. xx. βασιλικῶν tit. xxxv.*

De infantibus expoſitis.

XXIV. Idem A. Demoſtheni P P.

NEMINI licere [1] volumus, ſive ab ingenuis genitoribus puer parvulus procreatus, ſive a libertina progenie, ſive ſervili conditione maculatus, expoſitus ſit, eum puerum in ſuum dominium vindicare, ſive nomine dominii, ſive adſcriptitiæ, ſive colonariæ conditionis. Sed neque his, qui eos nutriendos ſuſtulerint, licentiam concedimus penitus cum quadam diſtinctione eos tollere: Sed nullo diſcrimine habito, hi, qui ab hujuſmodi hominibus educati, vel nutriti, vel aucti ſunt, liberi & ingenui appareant, & ſibi acquirant: & in poſteritatem ſuam, vel extraneos heredes omnia, quæ habuerint, quo modo voluerint, tranſmittant. Hæc obſervantibus non ſolum Præſidibus Provinciarum, ſed etiam viris religioſiſſimis Epiſcopis. Dat. Chalcedone VIII. Kal. Jul. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

[1] *Nemini licere, &c.*] *Concil. Arelat. 2. Can. 32.* Si quis autem mancipia Clericorum pro ſuis mancipiis ad Eccleſiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes Eccleſias diſtrictiſſima damnatione feriatur. *Plinius lib. 10. epiſt. 72.* Quæſtio iſta quæ pertinet ad eos qui liberi nati expoſiti, deinde ſublati a quibuſdam & in ſervitute educati ſunt ſæpe tractata eſt. *Et infra:* Ideo nec aſſertionem denegandam iis qui ex ejuſmodi cauſa in libertatem vindicabuntur, neque ipſam libertatem redimendam pretio alimentorum.

De alea ſeu cottis.

κε΄. Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Δημοσθένει Ἐπάρχῳ Πραιτωρίων.

ὍΣΑ περὶ [a] τῶν καλουμένων κύβων, ἤτοι κότλων καὶ τῆς τούτων κωλύσεως ἡμῖν νενομοθέτηται, ταῦτα ἄδειαν δίδομεν καὶ τοῖς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις καὶ ἀνερευνᾷν, καὶ γινόμενα

XXV. Idem A. Demoſtheni P. P.

QUÆ de alea [1] ſive (ut vocant) cottis, ac de eorum prohibitione a nobis ſancita ſunt, ea liceat Dei amiciſſimis Epiſcopis, & perſcrutari, & cohibere, ſi fiant,

& flagitioſos per clariſſimos Præſides Provinciarum, & Patres defenſoreſque civitatum ad modeſtiam reducere. Dat. x. Kal. Octob. CP. DECIO COS. 529.

παύειν, καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας διὰ τῶν λαμπροτάτων Ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῶν Πατέρων καὶ τῶν Ἐκδίκων τῶν πόλεων ἐπὶ σωφροσύνην ἐπανάγειν.

ᵃ *Alea*] *D. Chryſoſtomus Homil. 12. in epiſt. 4. Paul. ad Corinth. verſ. 1.* Aleæ ludus ab externis legum latoribus non punitur, & nemo eorum adhuc aliquo uſus eſt ſupplicio Videnda eſt conſtitutio prima Græca *de alea uſu*, quæ male ab aliis ultima *de Religioſis* conſcripta eſt.

ᵃ Ὅσα περὶ, &c.] Refert *Epitomator βασιλικῶν ex lib. III. tit 1. κεφ. III.* Meminit *Theod. l x. βασιλικῶν tit. VIII.*

De his, quæ ſingulis annis ad civitates pertinent. 1. De diſcuſſoribus, aut ratiocinatoribus, aut exæquatoribus. 2. De ſportulis. 3. De formis non emittendis a Magiſtratibus. 4. De locis publicis, ſeu univerſitatis. 5 De aquarum diſtributione. 6. De cautionibus. 7. De ſportulis, & deſcriptione. 8. De officio Epiſcopi. De metatorum exactione. De rapinis.

XXVI. Idem A. Juliano P. P.

DE his, quæ ſingulis annis ad civitates pertinent (ſive civiles reditus ſint, ſive fructus, ex publicis, aut privatis pecuniis, quæ ab aliquibus eis, aut relinquuntur, aut donantur, aut alio pacto excogitantur, aut inſtituuntur, ſive ad opera, ſive ad rem frumentariam, ſive ad publicos aquæductus, ſive ad balneorum calefactionem, ſive ad portus, ſive ad murorum, aut turrium ædificationem, ſive ad pontium atque viarum refectionem, ſive ad publicas denique cauſas pertineant; tam ex publicis, quam ex privatis, ut dictum eſt, cauſis) ſancimus; ut in unum conveniant religioſiſſimus Epiſcopus, ac tres bonæ exiſtimationis, & qui cæteris præſtant in ea civitate, ac ſingulis annis inſpiciant opera facta; & curent, ut & metiantur, & rationem conficiant, qui ea adminiſtrant, aut qui adminiſtraverunt, & in monumentorum geſtione oſ-

κϛʹ. Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰουλιανῷ Ἐπάρχῳ Πραιτωρίων.

ΠΕΡΙ τῶν καθ' ᵃ ἕκαστον ἔτος ταῖς πόλεσι προσιουσῶν πολιτικῶν προσόδων, ἢ πόρων, ἐκ δημοσίων ἢ ἐξ ἰδιωτικῶν χρημάτων, παρά τινων αὐταῖς ἢ καταλιμπανομένων, ἢ δωρουμένων, ἢ ἄλλως ἐπινοουμένων, ἢ προσποιηθησομένων, εἴτε εἰς ἔργα, εἴτε εἰς σιτωνίαν, εἴτε εἰς δημόσιον ὁλκὸν, εἴτε εἰς ἐκκαύσεις βαλανείων, εἴτε εἰς λιμένας, εἴτε εἰς τειχῶν ἢ πύργων οἰκοδομάς, ἢ γεφυρῶν, ἢ ὁδοστρωσιῶν ἐπανόρθωσιν, ἢ ἁπλῶς εἰς τὰς τῶν πολιτικῶν χρείας προχωρούντων, εἴτε ἀπὸ δημοσίων, εἴτε ἀπὸ ἰδιωτικῶν (ὡς εἴρηται) προφάσεων, θεσπίζομεν, εἰς τὸ αὐτὸ συνιόντας τὸν θεοφιλέστατον Ἐπίσκοπον πρός τε τῶν εὖ ὑπολήψεων καὶ ἐν ἅπασι προεχόντων κατὰ τὴν πόλιν, ἕκαστον ἔτος ἐποπτεύειν τὰ γινόμενα ἔργα, καὶ παρασκευάζειν μετρεῖσθαι, καὶ λογοθετεῖν τοὺς ταῦτα διοικοῦντας, ἢ διοικήσαντας, καὶ ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων φανερὸν γίνεσθαι ὅ

πεπληρῶσθαι τὰ ἔργα ἢ διῳκῆσθαι τά τε σιτωνικὰ χρήματα, τά τε λουτρικὰ, ἢ περὶ ὁδοστρωσίας, ἢ περὶ ὁλκοὺς ὑδάτων, ἢ ἕτερα τοιαῦτα τινά. Ἅπερ ἅπαντα ἀμείωτα μένειν εἰς τὸν ἅπαντα βουλόμεθα χρόνον. Καὶ ἐπὶ τῆς πράξεως τῶν ὑπομνημάτων δηλοῦσθαι· ὡς ὑπεύθυνός ἐστιν ὁ ταῦτα διοικήσας· ἢ καὶ ἀνεύθυνος μὲν ὤφθη, ὃ δὲ ὀφειλόμενον ἀπέδωκε· καὶ οὕτως ἔχειν ἀσφάλειαν τὸν ταύτης τετυχηκότα τῆς πράξεως· στελοῦμεν γὰρ ἡμεῖς, ἡνίκα ἂν βουληθείημεν, τὸν ἡμῖν δοκοῦντα, ὃς ἐποπτεύσει τὰ παρ' αὐτοῖς γενόμενα λογοθέσια· καὶ, εἴπερ ὀρθῶς ἔχοντα εὕροι ψῆφον, ποιήσεται [b] ἀσφαλὲς αὐτοῖς καὶ κληρονόμοις αὐτῶν καὶ διαδόχοις τελείας περιποιοῦσαν, ἐφ' ᾧ μηκέτι δευτέρων λόγων ἢ ζητήσεων ἀφορμὰς ἐπιλελεῖφθαι· πάντων ἐπὶ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων [c] οὕτω σὺν ἀκριβείᾳ πραττομένων ὡς τῆς ἡμετέρας αὐτοῖς ἐπιστησομένης, ἡνίκα ἂν βουληθείημεν, ἐξετάσεως. Χρὴ μέντοι σπουδάζειν τὸν θεοφιλέστατον Ἐπίσκοπον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ποιουμένους τοὺς λογισμοὺς, ὅπως ἂν τὰ ἔργα εἰς ἀπέραντα τῆς δαπάνης ἀφωρισθῇ καθ' ἕκαστον ἔτος ἐπιμελῶς γίνοιτο ἐκ τῶν πολιτικῶν ἀνανεούμενα πόρων τε καὶ προσόδων. Εἰ μέντοιγε μὴ βουληθείη λογισμοὺς ὑπέχειν ὁ ταῦτα διοικήσας, μηδὲ ἀναγαγεῖν τοῦ θεοφιλεστάτου τῶν τόπων Ἐπισκόπου, καὶ τῶν κτητόρων τῶν πρὸς τοῦτο ἀφωρισμένων εἰς λογισμοὺς αὐτὸν καλούντων· τηνικαῦτα ἀναγκάζεσθαι τοῦτο πράττειν διὰ τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας Ἄρχοντος, καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ τάξεως, ζημίας πάσης χωρὶς συνωθούμενον, ἐφ' ᾧτε πᾶσι τρόποις λογισμοὺς ὑπέχειν τῷ θεοφιλεστάτῳ τῆς πόλεως Ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς πρωτεύουσι τῆς πόλεως· καὶ τὸ φαινόμενον ἐποφείλεσθαι, παρ' αὐτοῦ ἀποδοῦναι τῇ πόλει.

§. α'. Πᾶσαν δὲ ἄδειαν αἰτουμένων

tendant impletionem operum, aut adminiſtrationem ſitonicarum, & balneariarum pecuniarum, ſive quæ in viis muniendis, aut aquæductibus, aut aliis rebus conſumuntur. Quæ omnia nunquam omnino minui volumus. In monumentorum vero geſtione appareat; ſitne ſolutus, an obligatus, qui ea adminiſtraverit; & an, quod debuit, ſolverit: atque ita erit cautum ei, qui eam curam ſuſcepit. Mittemus enim nos, cum placuerit, quem commodum erit, ut inſpiciat rationes ab eis factas: & cum recte factas eſſe repererit, calculum feret, quo ipſis heredibuſque, & ſucceſſoribus conſuletur: neque aliarum rationum, aut controverſiarum occaſio relinquetur. Omnia vero, propoſitis ſanctis Evangeliis, diligenter fiant. in inquiſitionem nos cum libuerit fieri jubebimus. Oportet itaque ſtudere religioſiſſimum Epiſcopum, & qui cum eo rationes conficiunt, ut opera in ingentes ſumptus præſcripta, ſingulis annis diligenter fiant ex publicis fructibus atque reditibus reparanda. Sin autem noluerit rationibus ſubeſſe, qui ea adminiſtrat, neque ferat ſanctiſſimum ejus loci Epiſcopum, & illos poſſeſſores, qui ad eam rem conſtituuntur, & qui ad rationes reddendas eum vocant: cogatur id agere per clariſſimum Provinciæ Præſidem, & cohortem, quæ ei parere ſolet: ac ſine ullo damno compellatur, ut modis omnibus rationes ſubmittat religioſiſſimo Epiſcopo, & primis illius civitatis: quodque appareat ab eo deberi, civitati reddatur.

§. 1. Omnem vero libertatem

tollimus noſtris Præſidibus mittendi in agros diſcuſſores, aut ratiocinatores, aut exæquatores ad publicarum rationum executionem. Sed ſi quid hujuſmodi nobis ignorantibus fiet, ſi quidem ſacra forma ad aliquos per ſubreptionem emanaverit, liceat religioſiſſimo Epiſcopo ejus civitatis ſuſcipere quidem ſacram formam, renunciare tamen nobis ut nos cognoſcamus, an ex noſtra ad illum Præſidem juſſione, an per obreptionem facta ſit: ut ſi per ſubreptionem facta eſſe videatur, quod factum ſit inutile fiat, & periculum ſubeat, qui eam quæſivit. Si vero ab aliquo e noſtris Præfectis emiſſum decretum, aut commonitorium ſit, aut præceptum aliquod, aut rationum ſcriptura; & de aliquo ex prædictis capite permittatur; volumus ut modis omnibus non ejus urbis Epiſcopus, & primi civitatum illis rebus præficiantur, ſed liceat Provinciæ Præſidi, & ipſis poſſeſſoribus, ac civibus juſſiones rejicere: ac ne obolum quidem ea de cauſa præſtare. Si vero in ea re ſanctiſſimus Epiſcopus negligens fuerit; habebit & Dominum Deum noſtrum infenſum, & imperialem vindictam expectabit, ſi ea ſervili ſilentio, ſacerdotalique licentia indigno, prætererit.

§. 2. Si quis autem [a] in Provincia renunciaverit Magiſtratuum, aut Conſulum proceſſiones [b], ſive generales formas glorioſiſſimorum Præfectorum, aut alicujus alterius e noſtris Magiſtratibus, ſive conſtitutionem, ſive ſacrum commonitorium, ſive generales literas, ſive erectionem Imperialium ſtatuarum indicaverit: non liceat am-

τοῖς ἡμετέροις ἄρχουσι πέμπεσθαι ἐν ταῖς χώραις diſcuſſoras ἢ λογοθέτας [d] ἢ ἐξισωτὰς [e] ἐπὶ ταῖς τῶν δημοσίων λογισμῶν ἐξετάσεσιν. Ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτο πράξειεν παρὰ γνώμην ἡμετέραν· τηνικαῦτα, εἰ μὲν θεῖός τις τύπος κατὰ συναρπαγὴν προελθοίη, ἄδειαν εἶναι τῷ θεοφιλεστάτῳ Ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως προσδέχεσθαι μὲν τὸν θεῖον τύπον, μηνύειν δὲ εἰς ἡμᾶς, ὅπως ἂν ἡμεῖς γνοίημεν, εἴτε κατὰ θείαν ἡμῶν πρόσταξιν πρὸς αὐτὴν τὴν ἀρχὴν γεγραμμένην, εἴτε κατὰ συναρπαγὴν γέγονε. ὥστε εἰ κατά τινα γινόμενος φανείη συναρπαγὴν τηνικαῦτα τὸ γινόμενον ἄκυρον εἶναι, κίνδυνόν τε ὑποστῆναι τὸν τοῦτο προεισάμενον. Εἰ δέ τινος τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων πεμφθείη ψῆφος, ἢ καὶ κομμονιτώριον [f], ἢ πρόσταγμά τι, καὶ λογοθέσιον περὶ τούτων δὲ τῶν προειρημένων κεφαλαίων ἐπιτραπείη, πάντη βουλόμεθα τέως, τὸν θεοφιλέστατον τῆς πόλεως Ἐπίσκοπον, καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει πρωτεύοντας, μὴ προσίεσθαι ταῦτα· ἀλλ' ἄδειαν εἶναι καὶ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ, καὶ αὐτοῖς γε δὴ τοῖς κτήτορσι, καὶ πολίταις, διωθεῖσθαι τὰς τοιαύτας πράξεις, καὶ μηδὲ ὀβολὸν ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας παρέχειν. Εἰ δὲ τοῦτο ῥαθυμήσειεν ὁ θεοφιλέστατος Ἐπίσκοπος ἕξει μὲν δυσμενῆ τὸν Δεσπότην Θεὸν, καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν ἀναμενέτω, ὅτι σιγὴν ἐσίγησεν, ἀνελεύθερόν τε καὶ ἱερατικῆς παρρησίας ἀνάξιον.

§. β'. Ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἐμφανίσει κατὰ χώραν ἢ Ἀρχόντων οἱωνδήποτε, ἢ Ὑπάτων προαγωγὰς, ἢ γενικοὺς τύπους τῶν ἐνδοξοτάτων Ὑπάρχων, ἢ καὶ ἑτέρου τινὸς τῶν ἡμετέρων Ἀρχόντων, ἢ διατάξεων, ἢ θείων κομμονιτωρίων, ἢ γραμμάτων γενικῶν ἢ μὴν τοι ἐμφανίσεις ποιοῖτο, ἢ καὶ ἀνδριάντων βασιλικῶν καθιδρύσεις· μὴ εἶναι τούτῳ

παρρησίαν,

παῤῥησίαν, περαιτέρω δὲ νομισμάτων ἐφ' ἑκάστῃ μηνύσει, ἢ ἐφ' ἑκάστῳ τύπῳ, ἢ ἐφ' ἑκάστῃ διατάξει, ἢ θείῳ κομμονιτωρίῳ, ἢ γράμματι γενικῷ, ἢ ἀνδριάντων καθιδρύσει, κομίζεσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν, εἰς ἣν ταῦτα παρέλαβεν· ὥστε ὁπόσας ἂν ἔχοι πόλεις ἡ ἐπαρχία, μηδὲν αὐτοῖς διαφέρειν, ἀλλὰ τοὺς ἓξ μόνους κομίζεσθαι χρυσοῦς. Εἰ δέ τι πλέον κομίσοιντο, τοῦτο τετραπλάσιον ἀποδιδῶσι, ἄδειαν ἔχοντος καὶ τοῦ τῆς πόλεως Ἐπισκόπου τοῦτο κωλύειν. κἀνταῦθα τὴν ἴσην ἐπικειμένην ποινὴν, τοῦτ' ἔστι τὴν ἀνὰ δέκα τοῦ χρυσίου λιτρῶν, τῷ τε τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ, τῇ τε πειθομένῃ τάξει, καὶ τῷ θεοφιλεστάτῳ Ἐπισκόπῳ, εἴπερ ἐνδιδοῖεν αὐτοῖς ὑπερεκπράττειν βουλομένοις, ἀλλὰ μὴ πᾶσι τρόποις τοῦτο κωλύωσιν.

§. γ'. * Οὐδενὶ γὰρ παντελῶς ἐφίεμεν τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων, τοιούτους τινὰς τύπους περὶ τὰς ἐπαρχίας ἐκπέμπειν περὶ τῆς ὑδροῤῥόων [h], ἤτοι ὑπονομῶν, ἢ ἀνακαθάρσεως ἢ περὶ τῆς τῶν οἰκοδομημάτων πρὸς τοῖς τείχεσι καθαιρέσεως, ἢ τῶν ἐν ταῖς στοαῖς γινομένων καταλύσεων, ἢ τῶν καλουμένων προσοδυλείων, καὶ ἐρειπίων τόπων, ἤτοι μεσοστύλων ἀνατροπῆς [i], ἢ περὶ εἰκόνων [k], ἢ τοιουτοτρόπων ὅλως ἐπινοιῶν ἢ πολιτικῶν ἁπλῶς ζητήσεων. ἀλλ' ἐξέστω τῷ θεοφιλεστάτῳ Ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως, καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει πρωτεύουσι, καὶ τοῖς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένοις, καὶ κτήτορσι [l], καὶ πολίταις, τοιούτου τινὸς ἐμφανισθέντος τύπου, μὴ προσίεσθαι τοῦτον, ἀλλὰ κωλύειν καὶ διωθεῖσθαι πάντα ἐκβιβασμὸν καὶ πᾶσαν εἴσπραξιν ἐντεῦθεν ἐπαγομένην· τῆς αὐτῆς ἐπιούσης ποινῆς καὶ κατὰ τῶν θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων, εἰ μὴ τοῦτο κωλύσαιεν.

§. δ'. Δεῖ δὲ τὸν θεοφιλέστατον Ἐπίσκοπον, τόν τε Πατέρα, τούς τε λοιποὺς ἐν ὑπολήψει κτήτορας προνοεῖν ὡς μηδένα τόπον πολιτικὸν

plius ſex nummis aureis in ſingulas nunciationes, aut in ſingulas formas, aut conſtitutiones, aut ſacra commonitoria, aut generales literas, aut ſtatuarum erectiones accipere in ſingulis Provinciis, ad quas literas accepit: ac, licet multæ ſint in ea Provincia Urbes, nihil amplius præſtetur, quam illi ſex nummi. Si quid vero amplius acceperit, ejus quadruplum reſtituet: liceatque ejus Urbis Epiſcopo hoc prohibere. Eadem tamen pœna decem librarum auri, & Provinciæ Præſidi, & ei ſubdito Officio, & Epiſcopo imponitur, ſi illis permittant plus petere, neque id modis omnibus prohibuerint.

§. 3. Nemini enim omnino permittimus noſtrorum Magiſtratuum hujuſmodi formas circa Provincias emittere de rivorum, aut de cloacarum purgatione, aut de amolitione ædificiorum a muris, aut ſtationum a porticibus, aut eorum, quæ produlia [a] appellantur, aut de ruderum ac dimidiatarum columnarum everſione, aut de imaginibus, aut ſi quid alio pacto ſit excogitatum, aut etiam de civilibus quibuſcunque controverſiis. Sed liceat Epiſcopo, & iis, qui Primi ſunt ejus urbis, & Præſidibus Provinciarum, & poſſeſſoribus ac civibus inſinuata aliqua forma, ei quidem non deferre, ſed prohibere, ac coërcere omnem exactionem, omnemque vim, quæ ex eo eveniat. Eademque pœna afficiat ſanctiſſimos Epiſcopos, niſi id prohibuerint.

§. 4. Sed & oportet Epiſcopum, ac Patrem civitatis, & cæteros bonæ opinionis poſſeſſores providere, ne locus aliquis civilis,

aut publicus juxta muros urbis, aut in publicis porticibus aut in plateis, aut in quocunque alio loco ab aliquo indebite poſſideatur, neve publicus locus alicui ſine noſtra ſacra forma tradatur.

§. 5. Iidem inquirant de aquarum diſtributione, quæ ſacra aliqua forma cuique pertineat: ut ne hic plus, ille minus habeat, quam ei competit.

§. 6. Neque vero fideijuſſionis cauſa, aut ſupra mandati formam noſtros ſubjectos affici pateremur, ſed ſiquidem immobiles res habeant idoneas, jusjurandum tantum præſtent, & conſcribatur: ſin autem non habeant, uſque ad quantitatis æſtimationem, fidejuſſionem ſine ullo damno præbeant. Si vero dubitaverint exactores de fidejuſſorum fide, facultatibus aut cautione: in eundem locum religioſiſſimus Epiſcopus, & Pater civitatis, ac Defenſor conveniant, ac decernant, an idoneus eſſe fidejuſſor videatur uſque ad quantitatem, de qua agitur, & neceſſe habeat exactor ſuſcipere eum in fidejuſſorem, qui nihil pro fidejuſſione, aut ſacramento præſtabit, præterquam ſi privata noſtra, aut cujuſquam Magiſtratus majoris juſſione perſonam ducendam eſſe, fidejuſſori non eſſe credendum decernatur: Tunc enim licebit exactori fidejuſſorem non accipere, id vero agere ſine ullo detrimento. Cæterum eadem multa adverſus religioſiſſimum Epiſcopum, & clariſſimum Provinciæ Præſidem imponitur, ſi quid eorum tranſgredi paſſi fuerint, aut ſi cum tranſgreſſum erit, non id ſtatim renuntiaverint.

§. 7. Neque etiam patiantur,

ἢ δημόσιον πρὸς τῷ τείχει, ἢ ταῖς δημοσίαις στοαῖς, ἢ πλατείαις, ἢ ὅπου δήποτε κειμένον, συγχωρεῖν ὑπό τινος ἀλόγως κατέχεσθαι· μηδὲ ἐκδίδοσθαι πολιτικὸν τόπον χωρὶς ἡμετέρου θείου τύπου τινί.

§ ε'. Τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ τὰ περὶ τὴν καλουμένην νομὴν τοῦ ὕδατος δηλαδὴ τὴν ἐκ θείου τύπου τινὶ ἀπονεμηθεῖσαν ἀναζητεῖν· καὶ μὴ τὸν μὲν πλέον, τὸν δὲ ἔλαττον τοῦ προσήκοντος ἔχειν.

§. ϛ'. Ἀλλ' οὐδὲ προφάσει ἐγγυητικῆς ζημίαις τοὺς ἡμετέρους ὑποβάλλεσθαι συγχωροῦμεν ὑποτελεῖς, ἢ ὑπὲρ στάσεως ἐντολῆς, ἀλλ' εἰ μὲν ἀκίνητον ἔχοιεν οὐσίαν ἀξιόχρεων, οἱ ὑπομνησθέντες ὅρκου γραμματεῖον ἐκτίθεσθαι μόνον· Εἰ δὲ οὐκ ἔχοιεν τηλικαύτην μὲν ἐγγύην ἄχρι τῆς ἤδη κεκρινούσης ποσότητος παρέχειν, χωρὶς μέντοι ζημίας ἁπάσης. Εἰ δὲ ἀμφισβητοῖεν οἱ πράκτορες περὶ τῆς τῶν ἐγγυητῶν ἀξιοπιστίας ἢ τῆς διωμοσίας, κοινῇ συνιόντα εἰς ταὐτὸ τὸν θεοφιλέστατον Ἐπίσκοπον, τόν τε Πατέρα, τόν τε Ἔκδικον τῆς πόλεως, κρίνειν τὸν ἀξιόπιστον φαινόμενον ἐγγυητὴν πρὸς τὴν τῆς εἰσαγωγῆς ποσότητα, καὶ ἀνάγκην ἔχειν τὸν πράκτορα δέχεσθαι τοῦτον ἐγγυώμενον, μηδὲν κομιζόμενον ὑπὲρ ἐγγυητικοῦ, ἢ ἐξωμοσίας, πλὴν εἰ μὴ ἐξ ἰδικῆς ἡμῶν ἢ τινὸς τῶν μεγίστων Ἀρχόντων προστάξεως κελευσθείη τὸ πρόσωπον ἀχθὲν ἐγγυητῇ μὴ καταπιστεύεσθαι. Τηνικαῦτα γὰρ ἄδεια ἔσται τῷ πράκτορι, ἐγγυητὴν μὴ κομίζεσθαι, καὶ τοῦτο μέντοι πράττειν, χωρὶς ἁπάσης ζημίας. κὰ ταῦτα τὴν αὐτὴν κειμένων ἐπιτιμίαν· κατά τε τοῦ θεοφιλεστάτου Ἐπισκόπου, καὶ τοῦ λαμπροτάτου τῆς Ἐπαρχίας Ἄρχοντος· εἴ τι τούτων παραβαθῆναι συγχωρήσαιεν, ἢ παραβαινομένου τινὸς, μὴ θᾶττον ταῦτα μηνύσαιεν.

§ ζ'. Δηλαδὴ μὴ συγχωρούντων

αἰτίαν, μηδὲν πλέον τι τοῦ διωρισμένου μέρους τῇ ἡμετέρᾳ διατάξει προφάσει σπορτούλων κομίζεσθαι· μηδὲ διαγραφὴν ἐξ οἵας δήποτε αἰτίας ἐν ταῖς πόλεσι ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι· πλὴν ἢ μόνων ἐκείνων τὴν αἰτίαν, ἃς περὶ τὰς ἐμφανίσεις τῶν προαγωγῶν, καὶ τῶν διατάξεων, καὶ θείων ἢ ἡμικῶν κομμονιτωρίων, ἢ τύπων, ἢ γραμμάτων, καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων, περὶ ὧν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐνομοθετήσαμεν, καὶ ἀφ' ὧν ὑπὲρ ἰδίας ὠφελείας καὶ σωτηρίας οἱ τῆς πόλεως βουληθεῖεν εἰς ἔργα πολιτικὰ τυχὸν, ἢ εἰς σιτωνίαν, ἢ εἰς ἑτέραν ἀρέσκουσαν ἅπασιν αἰτίαν κατὰ φιλοτιμίαν ποιήσασθαι· ἐξ ὧν τὸ κοινὸν τῆς πόλεως ὠφεληθήσεται. Φυλαττομένων κατὰ τῶν παραβαίνειν ταῦτα ἐπιχειρούντων, καὶ μὴ εἰς ἡμᾶς ἀγόντων θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων, τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν ἠπειλημένων.

§. η'. Δεῖ δὲ τὸν θεοφιλέστατον Ἐπίσκοπον ἑκάστης πόλεως πάντα γινώσκοντα τὰ παρ' ἡμῶν ἐπὶ τούτοις διατεταγμένα, καὶ μὴν καὶ ἀπαργυρισμοῦ [p] μιτάτων [q], καὶ κωλύσεως ἀφοπλισμοῦ [r], καὶ τούτων, ὅσα περιέχεται τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει τῇ περὶ τούτων ἐν κοινῷ γεγραμμένῃ, πέρας ἐπιθεῖναι προσῆκον.

ut plus definita parte a noſtra conſtitutione pro ſportulis accipiatur; neve deſcriptio ob aliquam cauſam in civitatibus fiat: niſi ob illas tantum, quas ſupra enumeravimus, renuntiationes proceſſionum, conſtitutionum, ſacri & generalis commonirorii, aut formæ, aut literarum, & hujuſmodi omnium rerum, de quibus antea ſanximus: item quæ propter ſuam conſervationem, atque ſalutem cives facere voluerint ad opera forte publica, vel ad ſitoniam, vel ad aliam quamvis cauſam, quæ omnibus placeat propter urbis honorem fieri, ex quo Reſp. adjuvetur: Contra eos vero qui hæc tranſgredi tentaverint, & ſi ad nos religioſiſſimi Epiſcopi id non retulerint, ea ſerventur, quæ antea a nobis commonita ſunt.

§. 8. Atque oportet ſingularum urbium Dei amantiſſ. Epiſcopos, cum omnia cognoverint, quæ a nobis de his rebus diſpoſita ſunt, & de metatorum exactione[3], & de rapinarum prohibitione, ac de cæteris rebus quæ noſtra ſacra conſtitutione continentur, quæ de omnibus edita eſt, finem competentem imponant. Dat. VIII. Kalend. Jul. Chalcedon. LAMPAD. CONS. 530.

[a] Περὶ τῶν καθ', &c.] *Nov. XXIIII. XXVI. XXX.*

[b] Ψῆφον ποιήσονται] Αμεριμνίαν.

[c] Επὶ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων] Fuit hoc in more poſitum inſtitutoque majorum: videturque ad eam rem nonnihil pertinere quod Zonaras ad ſeditionem ſedandam factum eſſe ſcribit in Juſtiniano. Formula Jurisjurandi quod fit tactis Evangeliis extat *Action. v. Synod. Conſtantinop. v.*

[d] Diſcuſſorac ἢ λογοθέται] *Firmic. lib. III.* Exactores Imperatorum &

[1] *Calculum feret*] Significare videtur redditis rationibus liberationem.

[2] *Si quis autem*] Similis fuit conſtitutio ſecunda Græca. Publicæ lætitiæ vel Conſulum nuntiatores, &c. Vide *Conſtitut. Græc. 4. de diſcuſſorib.* quæ huic multis in rebus conſentiens eſt.

[3] *Conſulum proceſſiones*] Vide *Novell. 105. Authent. de Conſulib.*

[4] *Produlia*] *In Vet. Cod. Prudolia:* quæ interpretantur baſes ſtatuarum quæ ἰδώλια dicuntur. Alii ad ſervitutem ſtillicidii, vel cloacæ pertinere exiſ-

timant. *In al. Vet. Cod. Proluvia. In al. preludia.*

[e] *Metatorum exactione*] Vide *titul. de metatis & Epidemeticis.* Metatores olim hoſpitia militibus parabant, & caſtrorum metatores dicebantur. Eo prætextu nonnunquam municipia vexabant, dictaque metata ſunt ea onera præbendorum hoſpitiorum.

qui annuas fiſcaliorum rationes repetant, diſcuſſores rationales. *Vet. Gloſſ.* Diſcuſſor λογοθέτης. Diſcuſſio, λογοθεσία *Gloſſ. Baſilienſ.* λογοθέτης. Ratiocinator, diſcuſſor, diſputator.

[e] Η ὀξιωσαῖς] *Euſeb. λόγ. δ'. εἰς τὸν τοῦ Κωνσταντίνου. Lucianus* Philopatride.

[f] Κομμονιτωρίων] *Sud.* Κομμονιτώριον. Επιστολὴ προστακτικὴ ἀποστελλομένη εἰς χώρας. *Gloſſ. Græc.* κομμονιτώριον, ἐπιστολὴ ἀποστελλομένη μετὰ προστάξεως. Calliſtrato monitorium aliud eſt, ut Auguſtino ad Quod vult deum, & Quod vult deus ad Auguſtinum, Juſtiniano de concept. Digeſtor.

[g] Γραμματεῖον ῥητικῶν] *Baſiliſci* εἰκύλλιον γράμμα *Theodor.* τύπον ῥητικὸν appellat.

[h] Περὶ τῆς ὑδρορρόων] *L. 1 v. C. de Diſcuſſor.* Περὶ φανερᾶς ἀνακαθάρσεως ὀχετῶν ἢ τῶν πρὸς τοῖς τείχεσιν οἰκοδομημάτων, καὶ τῆς αὐτῶν καταλύσεως, ἢ τῶν ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς γινομένων τῶν καλουμένων παραδυλλίων καὶ ἐρειπίων. *Gloſ. Baſilicuſ.* Ερείπιον, Semirutum, Semiturus. *Sud.* Ερείπιον, τὸ ἡμιπέπτωτον οἴκημα. Vide *Nov. xxv. Nov. xvii.*

[i] Μεσοσύλων ἀναξοπῆς] Η τῶν ἐν ταῖς μεσοσύλοις τῆς πόλεως οἰκοδομουμένων. An ἐν τοῖς μέσοις τῶν κιόνων τόποις, uti Zeno loquitur, arbitror. Sic enim Conſtitutionis Zenonis Synopſis: Τὰ δὲ μεσόσυλα ὡς αἱ δοκιμάσωσιν ὁ τῆς πόλεως Επαρχος γινέσθωσαν, ἴσον τόπον πᾶσιν αὐτοῦ φυλάττοντος.

[k] Η περὶ εἰκόνων] Supra: ἢ καὶ ἀνδριάντων Βασιλικῶν καθιδρύσεως. Vide *Gregor. Epiſt. In actis Nicen. Synod. II.* legitur, labrata & iconas miſſas ad civitates vel regiones, obvios adiiſſe populos cum cereis & incenſis, non cera perfuſam tabulam, ſed Imperatorem honorantes. Quod deſumptum videtur ex Chryſoſt. *Sermon. in ſanctum quintum diem Paſcha.* Labrata ſcripſi propter veriloquium: Græci etiam illa verba *L. I. C. Public. latit.* Si ſacros vultus inhiantibus forte populis inferimus, ita vertunt. Εἴτε λάβρατον καταγγέλλοιεν. Et forte *Action. III. Concil. Chalcedon. in libello Sophronii* legendum eſt. Nam & ſacra labrata cum pro felicitate orbis terræ & in Alexandrinam civitatem introiiſſent, non recuſavit agere, multas diſpergens pecunias ut ea de civitate depelleret. Vulgo, Sacra laureata. Neque neſcio de Impp. litteris Laureatis. Et quidem *Veter. Gloſſ.* Labratum, φίλημα Βασιλικὸν, interpretantur. Et ἀσπαστικὸν Βασιλέως. *Nov. xxx.* Μὴ δυναμένων αὐτῶν πλάττειν ὀνόματα καὶ ὑπὲρ τῶν ὀνομάτων τούτων ὑπέχειν ζημίας ἀσπαστικῶν τε ἕνεκεν ἢ ξαντικῶν.

[l] Καὶ κτήτορσι] *Liberat. cap. xx.* Poſſeſſores civitatis, & corporatos, & milites, & nobiles. *Synod. Eliber. Can. xl. xlix. Act. v. Synod. Conſtantinop. v.*

[m] Στοαῖς ἢ πλατείαις] Depravate *L. I v. c. de diſcuſſ.* στοαῖς ἢ λαχείαις.

[n] Αχρι τῆς ἤδη κρατούσης ποσότητος] *L. I v. c. de Sportul.* Εἰ δὲ οὐκ ἔχουσιν ὀγδοήκοντα ἕως πεντήκοντα χρυσίου λιτρῶν παρεχέσθωσαν ἀζήμιον.

[o] Κατ' αὐτὰ τῶν αὐτῶν κρατούντων ἐπιτιμίων] *d. L. I v.* Ο δὲ θεοφιλὴς τῶν τόπων ἐπίσκοπος, &c. τῆς θείας προσκρούσεως καὶ βασιλικῆς πειραθήσεται κινήσεως, &c.

[p] Απαργυρισμοῦ] *Gloſſ. Baſilicuſ.* Απαργυρισμὸς. Adæratio. *Harmenop. lib. II. Julian. Nov. cxxIII.* Neque occaſione tranſitus ſui adærationem aliquam a civitatibus vel provinciis exigere. Sic *Vet.* ἐν ἀπαργυρισμῷ τι.

[q] Μητάτων] *Cedren.* Τῶν δὲ στρατιωτῶν αὐτοῦ παραζεύξαντων τὴν πόλιν διὰ μητάτα ἐκακοποίησαν οἱ Θεσσαλονικεῖς. Poſteriores ἄπληκτα vocavere. Περὶ μητάτων ἤτοι ἀπλήκτων καὶ τίνες οὐχ ὑπόκεινται αὐτοῖς. De metatis & epidemeticis Nicephorus περὶ παραδρομῆς πολέμου. Οἱ δὲ προέχοντες τοῦ λαοῦ τῶν πολεμίων καταλαβεῖν τὸν τόπον πρὸς τὸ ἀποκρινῆσαι τὰ ἑαυτῶν ἄπληκτα, ὡς εἰώθει, οὓς μινσουράτορας εἰώθασι Ρωμαίους καλεῖν.

[r] Κωλύσεως ἀφοπλισμῶν] *L. XII. C. de metat. & epidem.* Αφοπλίζεσθαι καθ' αὐτὸ ἁπλῶς λέγεται, ἀφοπλίζεσθαι δὲ ὅπλα ἐσπλως. *Euſtathius.*

De curatore furioſi.

XXVII. Auguſt. Juliano P. P.

De creationibus curatorum, qui furioſis utriuſque ſexus dantur, neceſſarium nobis viſum eſt conſtituere, quemadmodum eas celebrari oporteat. Et, ſi quidem pater curatorem furioſo vel furioſæ in ultimo elogio hæredibus inſtitutis, vel exhæredatis dederit, ubi & fidejuſſionem ceſſare neceſſe eſt paterno teſtimonio pro ejus ſatiſdatione ſufficiente, ipſe, qui datus eſt, ad curationem perveniat: ita tamen ut in Provinciis apud Præſides earum, præſente eis tam viro religioſiſſimo locorum Antiſtite, quam tribus Primatibus, actis interveniendibus, tactis Sacroſanctis ſcripturis, deponat, omnia ſe recte & cum utilitate furioſi gerere, neque prætermittere, quæ utilia eſſe furioſo putaverit, neque admittere ea, quæ non utilia furioſo eſſe exiſtimaverit: &, inventario cum omni ſubtilitate publice conſcripto, res ſuſcipiat, & ſecundum ſui opinionem diſponat ſub hypotheca rerum ad eum pertinentium, ad ſimilitudinem tutorum & curatorum adulti. Sin autem teſtamentum quidem parens non confecerit, lex autem curatorem, utpote agnatum, vocaverit: vel, eo ceſſante, aut, non idoneo forſitan exiſtente, ex judiciali electione curatorem ei dare neceſſe fuerit: tunc ſcil. & in Provinciis apud Præſides cujuſcunque Provinciæ, & virum religioſiſſimum Epiſcopum civitatis, necnon tres Primates creatio procedat: ita ut, ſi quidem curator ſubſtantiam idoneam poſſidet, & ſufficientem ad fidem gubernationis, ſine aliqua ſatiſdatione creatio procedat. Sin autem non talis cenſus ejus inveniatur; tunc & fidejuſſio in quantum poſſibile eſt, ab eo exploretur: creatione omnino, Sacroſanctis Scripturis propoſitis, in omni cauſa, celebranda: ipſo autem curatore, cujuſcunque ſubſtantiæ vel dignitatis ſit, præfatum ſacramentum pro utiliter rebus gerendis præſtante, & inventarium publice conſcribente: & hypotheca rerum curatoris modis omnibus adhibenda, quatenus res poſſint furioſi undique utiliter gubernari. Dat. Kal. Septemb. Conſtantin. Lamp. & Oreste VV. CC. Conss. 530.

De liberis furioſi, vel dementis nuptias contrahentibus.

XXVIII. Iidem A. Juliano P. P.

Tam dementis, quam furioſi liberi, cujuſcunque ſexus, poſſunt legitimas contrahere nuptias: tam dote, quam ante nuptias donatione a curatore eorum præſtanda: æſtimatione tamen in hac quidem Regia urbe excellentiſſimi Præfecti urbi, in Provinciis autem virorum clariſſimorum earum Præſidum vel locorum Antiſtitum; tam opinione perſonæ, quam dotis moderatione, & ante nuptias donationis, ſtatuenda; præſentibus tam curatoribus dementis, quam furioſi,

necnon his, qui ex genere eorum nobiliores ſunt: ita tamen, ut nulla ex hac cauſa oriatur, vel in hac Regia urbe, vel in Provinciis jactura ſubſtantiæ furioſi, vel dementis, vel mente capti: ſed gratis omnia procedant: ne tale hominum infortunium etiam expenſarum detrimento prægtavetur.

De his qui parentes. 1. Aut liberos furioſos negligunt.

In Authent. Ut cum de appell. cog. §. Si quis de prædictis parentibus furioſus, coll. 8. tit. 16. al. 12. ſeu Novell. 115. c. 3.

Liberi furioſi, qui curam ejus negligunt præbere, tam exheredatione digni ſunt, quam aliis pœnis legitimis. Nam ſi quis alius, atteſtatione ad eos miſſa, cum adhuc negligant, in domum ſuam eum ſuſceperit, & procuraverit: ex hoc erit ejus ſucceſſor legitimus, licet teſtatus eſſet etiam in liberos forte: manentibus tamen aliis teſtamenti capitulis.

§. 1. *Eadem pœna parentibus imponenda, ſi quidem de liberis in furore conſtitutis curare neglexerint.*

De foro Clerici & Epiſcopi accuſati.

XXIX. Idem A. Juliano P. P.

Sancimus, ut nemo venerabilis Clericus ab aliquo ſive Clerico, ſive Laïco ab initio apud beatiſſimum Provinciæ Patriarcham accuſetur; ſed prius juxta ſacra inſtituta apud Epiſcopum civitatis, in qua Clericus verſatur: tum, ſi is ſuſpectus eſt, apud Metropolitanum Epiſcopum reum agat: ſed ſi forte ne ei quidem accuſatio placuerit, ad ſacram ejus regionis Synodum accuſatum deducat: & cum Metropolitano tribus convenientibus religioſiſſimis Epiſcopis qui cæteris propter ordinationem præferuntur, de cauſa coram tota Synodo cognoſcatur: & ſi quidem ei, quæ judicata erunt, placuerint, ab accuſando diſcedat. Si vero ſe lædi exiſtimaverit, provocet illius Provinciæ beatiſſimum Patriarcham, atque iis, quæ ipſe judicaverit, omnino pareat: perinde ac ſi eum ab initio judicem eſſet

κθʹ. Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἰουλιανῷ Ἐπάρχῳ Πραιτωρίων.

ΘΕΣΠΙΖΟΜΕΝ[a], μηδένα τῶν εὐλαβεστάτων Κληρικῶν, εἴτε παρά τινος συγκληρικοῦ, εἴτε παρὰ τῶν καλουμένων Λαϊκῶν τινός, εὐθὺς καὶ ἐκ πρώτης ἐν αἰτιάσει γίνεσθαι παρὰ τοῖς μακαριωτάτοις Πατριάρχαις διοικήσεως ἑκάστης· ἀλλὰ πρότερον κατὰ τοὺς ἱεροὺς θεσμοὺς [b] παρὰ τῷ τῆς πόλεως Ἐπισκόπῳ, καθ' ἣν ὁ Κληρικὸς διάγει· εἰ δὲ ὑπόπτως ἔχει πρὸς ἐκεῖνον· παρὰ τῷ τῆς Μητροπόλεως Ἐπισκόπῳ τοῦτο πραττέσθω· εἰ δὲ (ὡς εἰκὸς) οὔτε τὰ κατ' ἐκεῖνον αὐτῷ ἀρέσκοι, τηνικαῦτα πρὸς τὴν θείαν Σύνοδον τὴν τῆς χώρας ἄγειν αὐτὸν δικαζόμενον, τριῶν ἅμα τῷ Μητροπολίτῃ συνιόντων θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων τῶν κατὰ τὴν τάξιν τῆς χειροτονίας προτιθεμένων, καὶ τὴν δίκην ἐν τάξει τῆς ὅλης Συνόδου [c] ἐξεταζόντων· καὶ εἰ μὲν στερχθείη τὰ κεκριμένα, πραγμάτων ἀπηλλάχθαι. εἰ δὲ οἰηθείη βεβλάφθαι, τηνικαῦτα ἐπικαλεῖσθαι τὸν μακαριώτατον Πατριάρχην τῆς διοικήσεως ἐκείνης, καὶ

τοῖς παρ' αὐτῷ κρινομένοις πάντως ἐμμένειν, ὡς ἂν εἰ ἔτυχον ἐξ ἀρχῆς [d] αὐτοὺς εἱρημένος δικαστής. κατὰ γὰρ δὴ τῶν τοιούτων Ἐπισκόπων ἀποφάσεων οὐκ εἶναι χώραν ἐκκλήτῳ τοῖς πρὸ ἡμῶν νενομοθέτηται. Τοῦ αὐτοῦ τούτου φυλαττομένου, καὶ εἴπερ Ἐπίσκοπος ὁ μεμφθεὶς εἴη, εἴτε παρά τινος τῶν καλουμένων Λαϊκῶν, εἴτε παρά τινος τῶν θεοφιλεστάτων Κληρικῶν, εἴτε καὶ παρ' ἑτέρου τινὸς θεοφιλοῦς Ἐπισκόπου. τὸ γὰρ εὐθὺς τὰς αἰτίας εἰσαποτίθεσθαι παρὰ τοῖς ἁγιωτάτοις Πατριάρχαις, καὶ τοὺς αἰτιωμένους εἰς ἑτέρας ἀπάγεσθαι χώρας, παντελῶς ἀπαγορεύομεν· πλὴν εἰ μὴ τὴν αἰτίασιν τις ἐπὶ τούτῳ θείη, ἐφ' ᾧτε παραπεμφθῆναι τὴν ὑπόθεσιν τῷ τῆς χώρας θεοφιλεστάτῳ Ἐπισκόπῳ. τηνικαῦτα γὰρ ἄδειαν μὲν ἔστω τὴν αἰτίασιν ἀποτίθεσθαι καὶ παρὰ τοῖς θεοφιλεστάτοις Πατριάρχαις, γράμματα δὲ γίνεσθαι πρός τινα τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων, ὥστε αὐτὸν ἀκροάσασθαι τῆς ὑποθέσεως κατὰ τὸν ἔμπροσθεν ὑφ' ἡμῶν ὑπαγορευμένον τρόπον.

§ α'. Οὐ μὴν τούτῳ ἄδειαν παρέχειν τοῖς εὐλαβεστάτοις Κληρικοῖς κατιέναι, καὶ ἀμετρίᾳ τῶν καλουμένων σπορτούλων τοὺς ὑπομιμνησκομένους ἐπιτρίβειν. ὅπερ δή τι μέχρι τοῦ νῦν ἁμαρτάνεσθαι μεμαθήκαμεν. ἐφ' ἑκάστῳ γὰρ προσώπῳ τῶν ἐγκαλουμένων ὑπερτέραν τὴν ἕκτην τοῦ νομίσματος· μοῖραν κατὰ πρόφασιν σπορτούλων δίδοσθαι συγχωροῦμεν τοῖς παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων Πατριαρχῶν καὶ Μητροπολιτῶν στελλομένοις, ἢ εἴπερ Ἐπίσκοπος εἴη ὁ πεμφθεὶς, ἄχρι νομισμάτων ἕξ, ἐφ' ὅσῃ δήποτε ποσότητι, καὶ οἱᾳδήποτε αἰτίᾳ, παρέχεσθαι μόνον, καὶ πλέον τούτου μηδέν. ἀλλὰ τοῦτο κρατείτω καὶ ἐπὶ τῶν Μητροπολιτῶν, ὅταν παρ' αὐτοῖς ἀποτεθείη τις αἰτίασις κατά τινος καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς Ἐπισκόπων, ἢ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης Κληρικῶν. εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν πολιτικῶν δικῶν συστεῖλαι τὸ τῶν σπορτούλων, καὶ δαπανημάτων μέτρον ἐσπουδάσαμεν, καὶ τοῦτο

conſecutus: nam contra horum Antiſtitum ſententias non eſſe locum appellationi a majoribus noſtris conſtitutum eſt [e]. Hoc idem ſervandum eſt, ſi Epiſcopus ab aliquo Laïco, ſive ab aliquo Clerico, ſive ab altero religioſiſſimo Epiſcopo accuſatus ſit. Nam ut ſtatim accuſatio ad ſanctiſſimos Patriarchas deferatur; & ut accuſati in aliam Provinciam mittantur, omnino prohibemus: præterquam ſi accuſationem quis ob eam rem intulerit, quod cauſa illius regionis religioſiſſimo Epiſcopo commiſſa fuerit: quo caſu licet ad ipſos quoque ſanctiſſimos Patriarchas deferre accuſationem. Literæ tamen conficiantur ad aliquem ex Epiſcopis eorum locorum, ut is cauſam audiat, ut antea a nobis dictum eſt.

§. 1. Non vero ei liceat facere, ut deſcendant in Provincias venerabiles Clerici, & immodicas ſportulas, dum accuſantur, inferant, qua in re hucuſque peccarum eſſe cognovimus. Neque enim in ſingulas reorum perſonas plus ſexta aurei nummi parte pro ſportulis dari concedimus iis, qui a ſanctiſſimis Patriarchis ac Metropolitanis mittuntur: aut, ſi Epiſcopus miſſus eſt, ſex tantum aurei ex quacunque quantitate ac cauſa, neque amplius præbeatur. Hoc in Metropolitanis etiam teneat, cum ad eos accuſatio contra Epiſcopum, qui ſub eo ſit, aut ejus Provinciæ Clericum defertur. Nam ſi in civilibus judiciis moderari ſportularum, & ſumptuum modum curavimus, eaque ex lege præſtari vo-

luimus; multo magis in Eccleſiaſticis accuſationibus modum ſervari ſancimus.

§. 2. Enimvero, ſi remiſſa cauſa ad ſanctiſſimum Patriarcham, aut ad aliquem ex religioſiſſimis Metropolitanis, aut ad alium Dei amantiſſimum Epiſcopum ſententia lata ſit, quæ alicui parti diſpliceat, ac provocetur: ad Archiepiſcopalem hanc ſedem referatur appellatio [e], in qua (ut adhuc ſervatum eſt) lis cognoſcatur.

§. 3. Si vero quis auſus fuerit adverſus hæc quicquam tentare; is quidem omne, quod accepit, cum altero tanto ei, qui negotium paſſus eſt, præſtabit, fietque Eccleſiaſticæ multæ ſubjectus apud ſanctiſſimum Patriarcham, aut religioſiſſimum Metropolitanum, qui tunc erit Eccleſiaſticorum numero ejiciendus.

§. 4. Has autem actiones, ſiquidem ad Eccleſiaſtica negotia pertinent, neceſſe fore jubemus, ut a ſolis religioſiſſimis Epiſcopis aut Metropolitanis, aut a ſacris Synodis, aut a ſanctiſſimis Patriarchis cognoſcantur: ſi vero civilium rerum controverſia ſit, volentes quæſtionem apud Antiſtites inſtituere, patiemur, invitos tamen non cogemus: cum judicia civilia ſint, ſi ea adire malint, apud quæ licet etiam de criminibus cognoſcere.

§. 5. Quoniam vero quidam ſunt ſanctiſſimi Patriarchæ, qui in Provinciis, in quibus exiſtunt, Metropolitanorum officium gerunt: alii per totam Diœceſim, Epiſcoporum Metropolitanorum, atque aliorum qui ſub eis ſunt, ordinationes faciunt: ea de cauſa illud

νομοθεσίᾳ παραδοῦναι συνείδομεν· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν Ἐκκλησιαστικῶν μέμψεων τὴν συμμετρίαν φυλάττεσθαι νομοθετοῦμεν.

§. β'. Εἰ μέντοι, παραπεμφθείσης τῆς ὑποθέσεως παρὰ τῷ θεοφιλεστάτῳ Πατριάρχῃ ἢ τινὶ τῶν θεοφιλεστάτων Μητροπολιτῶν, ἢ ἄλλῳ τῶν θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων, ἐξενεχθείη ψῆφος, καὶ μὴ στερχθείη παρὰ θατέρου μέρους, ἐκκλητός τε γένηται· τηνικαῦτα ἐπὶ τὸν Ἀρχιερατικὸν θρόνον φέρεσθαι τὴν ἔφεσιν, κἀκεῖσε κατὰ τὸ μέχρι νῦν κρατοῦν ἐξετάζεσθαι.

§. γ'. Εἰ δέ τις τολμήσειε παρὰ ταῦτα πρᾶξαι, ἀποδώσει μὲν πᾶν, ὅσον εἴληφε τῷ ὑπ' αὐτοῦ προσαχθέντι, διπλάσιον, γενήσεται δὲ καὶ ὑπὸ Ἐκκλησιαστικὸν ἐπιτίμιον παρὰ τῷ κατὰ καιρὸν ἁγιωτάτου Πατριάρχου, ἢ τοῦ θεοφιλεστάτου Μητροπολίτου, τῶν Ἐκκλησιαστικῶν ἐκβαλλόμενος καταλόγων.

§. δ'. Τὰς δὲ αἰτιάσεις, εἰ μὲν εἰς Ἐκκλησιαστικὴν ὁρῶν τὸ πρᾶγμα κατέστασιν· καὶ ἐξ ἀνάγκης παρὰ μόνοις γίνεσθαι τοῖς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις, ἢ Μητροπολίταις, ἢ παρὰ τῇ ἁγίᾳ Συνόδῳ, ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις Πατριάρχαις κελεύομεν· εἰ δὲ πολιτικὰ [f] τὰ τῶν ἀμφισβητήσεων εἴη· ἑκόντας αὐτοὺς τὰς τοιαύτας ζητήσεις παρὰ τοῖς εἰρημένοις θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις προτιθέναι συγχωροῦμεν· ἄκοντας δὲ οὐκ ἀναγκάζομεν, ὄντων αὐτοῖς τῶν πολιτικῶν δικαστηρίων, εἴπερ ἐκεῖσε μᾶλλον ἂν θέλοιεν, παρ' οἷς ἔξεστι καὶ ὑπὲρ ἐγκλημάτων δικάζεσθαι.

§. ε'. Ἐπειδὴ δέ τινες θεοφιλεστάτων Πατριαρχῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐν αἷς εἰσὶ, καὶ Μητροπολιτικὸν ἔχουσι σχῆμα [g]· τινὲς δὲ καθ' ὅλην τὴν Διοίκησιν τὰς χειροτονίας ποιοῦνται τῶν ὑπ' αὐτοὺς θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων, εἴτε Μητροπολιτῶν, εἴτε τῶν ἄλλων ἐπ' αὐτοῖς. ἐκεῖσε θεσπίζομεν,

θεσπίζομεν, ἅπερ ἐπὶ τῶν θεοφιλεστάτων Μητροπολιτῶν ἤδη διετάξαμεν· αὐτὸς γὰρ ἂν εἴη Μητροπολίτης δικαίως καλοῖτο, ὁ τὴν ἐξουσίαν τὴν ὑπὸ τὴν Μητρόπολιν Ἐπισκόπων ἐκ τῶν θείων ἔχων κανόνων.

obſervari ſancimus, quod de Metropolitanis antea diſpoſuimus: is enim jure Metropolitanus vocatur, qui in Epiſcopos minores ex ſacris regulis eam poteſtatem habet. Dat. XV. Kalend. Nov. CP. LAMP. CONS. 530.

[a] Θεσπίζομεν, &c.] Refert Photius *tit. IX. cap. VI.* & Balſam. *cap. I. Nomocan.* Meminit *Nov. LXXIX. Nov. LXXXIII.*

[b] Κατὰ τοὺς ἱεροὺς θεσμοὺς] *Chalcedon. IX.*

[c] Ἐν τάξει τῆς ὅλης Συνόδου] *Photius.* Ἐκ προσώπου τῆς ὅλης Συνόδου. Leo Τακτικῶν γ'. Στρατηγὸς κύριος ἐλέγετο ἐκ προσώπου τοῦ βασιλέως ἐπὶ πάντων κεφαλὴ ἀποστελλόμενος. *Alexius Comnenus.* Εὐθὺς μετὰ τοὺς ἄρχοντας ἵστασθαι τῷ ἁγιωτάτῳ Πατριάρχῃ παρισταμένους ὡς ἐκπροσωπεύοντας αὐτόν. *Paulus Aquilegienſis Diacon* ex perſona, vocat, quos ἐκ προσώπου *Theophilus de ſuſpector. tutor.*

[d] Ὡς ἂν εἰ ἔτυχεν ἐξ ἀρχῆς] *Photius* ὡς ἂν εἰ ἐξ ἀρχῆς αὐτοὺς ἐδίκασεν. *Anonymus.* ὡς ἂν εἰ ἐξ ἀρχῆς αὐτοῖς ἐδίκασεν· οὕτω γὰρ ἐκκαλοῦνται αἱ τῶν Πατριαρχῶν ψῆφοι τὸ ἐξ ἀρχῆς non placet quod amentiæ fortaſſe videbitur multis nimium effrenatæ. Epiſcoporum enim Judicationi ea adhibenda eſt reverentia, quam Eparchicis neceſſe eſt referre poteſtatibus, a quibus non licet appellare. *L. VIII. C. de Epiſcop. audient.* Vid. *L. I. c. Th. de Epiſcop. audient.* cujus meminit Sozomenus *lib. I. cap. IX.* Nicephor. *lib. VII. cap. XLVII.* Acta Concilii Africani *Nov. CXXIII.* Gregor. *lib. II. epiſt.* Pachymer. *lib. V.* Synod. Carthaginen. & *Can. XXXI.* Balſam.

[e] Οὐ περαιτέρω τὴν ἕκτην τοῦ νομίσματος] *Phot.* Οὐ πλέον τεσσάρων κερατίων. Duodecim Pholles ſive oboli ſiliquam ſive κεράτιον, duæ ſiliquæ miliariſium, duodecim miliariſia Nomiſma faciunt. *Nov. CVI. Cedren.* Προσεπέταξεν τοῖς διοικηταῖς τῶν δημοσίων ἀπαιτεῖν εἰς τὸν χαλκὸν κατὰ νόμισμα, μιλιαρήσιον ἐν· χαλκὸν ἀπεχαράττοντο ι' συνήθως παρέχειν τὰ δικάστα τοῖς διοικηταῖς. *Zonar.* Διὸ προστέτακται παρ' ὑμῶν προστήκειν ἐν τοῖς δημοσίοις φόροις χαλκοῦς φόλλεις εἴκοσι καὶ τέσσαρας ἐφ' ἑκάστῳ νομίσματι. *Cedren. in Mauricio.* Depravate Suidas μιλιαρήσιον τὸ τοῦ νομίσματος δέκατον. Φυλλις Hebraicum eſt origine. Radix eſt Palas. Miliariſium Latinum. An inde *liar* Gallicum?

[f] Εἰ δὲ πολιτικὰ] Ex conſenſu apud Epiſcopum litigare civiliter non vetabantur. *L. VIII. C de Epiſcop. audient. Auguſtin. de oper. Monachorum. Poſſidius de Vita Auguſtini.*

[1] *Nam contra horum Antiſtitum ſententias non eſſe locum appellationi a majoribus noſtris conſtitutum eſt*] De his conſtitutionibus non liquet. Eaſque intelligere oportet, ſalva Sedis Apoſtolicæ Romanæ auctoritate, ad quam licet omnibus appellare. Idque Nicæno Concilio ſtatutum fuiſſe multi teſtantur. Julius *epiſt. ad Orientales cap. 18. 19. & 41.* Zoſimus *in commonitorio relato in Concilio Carthaginenſi Græco, & Carthaginenſi 6. Latino cap. 3. & in epiſtola ejuſdem Concilii ad Bonifacium Papam.* Felix II. *epiſt. 1.* Leo *epiſt. 12.* Idem ſtatutum eſt in Concilio Sardicenſi *cap. 4. & 5. Græcis & 6. & 7. Latinis.* Vide *Innocentium III. in Concil. Lateran. cap. 5. quod eſt caput 23. de privileg.*

[2] *Referatur appellatio*] Si cauſa delegata eſt a Patriarcha Conſtantinopolitano, & commiſſa inferiori Metropolitano, aut etiam Primati vel Patriarchæ, & provocetur a ſententia lata ab eodem inferiore, non eſt dubium quin idem delegans appellationis ordinarius Judex ſit. At ſi appelletur a Patriarcha Alexandrino, vel Antiocheno, non Conſtantinopolitanus, ſed Romanus Judex erit. Quod ſi Patriarcha inferior ſit, quos rectius Primates appellant, ab ejus ſententia jure ad Patriarcham ſuperiorem provocatur, is enim parum a Metropolitano abeſt, ut hac eadem conſtitutione paulo poſt expreſſum eſt.

b Μητροπολιτικὸν ἔχουσι σχῆμα] An inde *Nov. cxxxvii.* Συμβαίνει παρὰ μὲν τοῖς μακαριωτάτοις Πατριάρχαις ἐκείνους τοὺς παρ' αὐτῶν μὲν χειροτονουμένους μὴ ἔχοντας τὸ δίκαιον ἄλλους Επισκόπους χειροτονεῖν. Vide Balſam. *Can. VIII. Synod. VI.*

De tutoribus, vel curatoribus dandis.

XXX. Idem A. Joanni P. P.

SANCIMUS, in curationibus juniorum, ſive primæ, ſive ſecundæ ſint ætatis, aut alii quidam, quibus lex dat curatores, ſiquidem uſque ad quingentos aureos & ſolummodo facultates ſint juniorum, non Præſidum Provinciarum expectare creationem, neque impenſis maximis ſubjici, præſidibus forte neque morantibus in urbibus illis, in quibus proſpici curationi contingit, ſed apud civitatis illius Ecdicum, Defenſorem aut Strategum Magiſtratum municipalem, vel in Alexandrina civitate apud ejus Juridicum, una cum religioſiſſimo ejus Epiſcopo, aut aliis etiam publicis perſonis, ſi harum copiam habeat civitas, fieri creationes curatorum ſeu tutorum; fidejuſſore ſecundum menſuram facultatum dato ſecundum dictarum perſonarum judicium: & aliis omnibus procedentibus quæcunque ſuper tutorum vel curatorum fidejuſſione & ſecundum modum facultatum conſueta ſunt: ſola perſonarum tranſmutatione, per quas hæc fiant propter minorum utilitatem a præſenti ſanctione introducta: omnibus videlicet his ſub ſola duorum nomiſmatum, id eſt, ſolidorum datione conficiendis, præſertim cum hac maxime de cauſa hæc poſita eſt conſtitutio, pœna imminente, ſi quis plus accipere auſus fuerit, aut diſtulerit

λ. Ο αὐτὸς Βασιλεὺς Ιωάννῃ Επάρχῳ Πραιτωρίων.

ΘΕΣΠΙΖΟΜΕΝ, ταῖς κηδεμονίαις τῶν νέων, εἴτε τῆς πρώτης εἴτε τῆς δευτέρας εἶεν ἡλικίας [a], ἢ καὶ ἕτεροί τινες, οἷς ὁ νόμος δίδωσι κηδεμόνας, εἴπερ ἄχρι πεντακοσίων χρυσῶν [b] καὶ μόνον τὰ τῆς περιουσίας εἴη τῶν νέων, μὴ τὴν τῶν Αρχόντων τῶν Επαρχιῶν περιμένειν χειροτονίαν, μηδὲ δαπάναις μεγάλαις περιβάλλεσθαι, τῶν ἀρχόντων ἴσως οὐδὲ ἐνδημούντων ταῖς πόλεσι ἐκείναις, ἐν αἷς προνοεῖσθαι τὴν κηδεμονίαν συμβαίνει· ἀλλὰ παρὰ τῷ τῆς πόλεως ἐκείνης Εκδίκῳ, ἢ Στρατηγῷ, κατὰ τὴν τῶν Αλεξανδρέων παρὰ τῷ ταύτης juridico [c], ἅμα τῷ θεοφιλεστάτῳ ταύτης Επισκόπῳ [d], ἢ καὶ δημοσίοις προσώποις [e], εἴγε εὐπορεῖ τούτων ἡ πόλις, γίνεσθαι τὰς χειροτονίας τῶν κηδεμόνων· ἐγγυητοῦ τε πρὸς τὸ μέτρον τῆς οὐσίας διδομένου κατὰ τὴν τῶν εἰρημένων προσώπων κρίσιν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων προϊόντων, ὁπόσα ἐπὶ τῶν κηδεμόνων, ἐγγυητοῦ τε πρὸς τὸ μέτρον εἴθισται· μόνης τῆς τῶν προσώπων ἐναλλαγῆς [f], παρ' οἷς ταῦτα πράττεται, διὰ τὸ τῶν νέων χρήσιμον ἀπὸ τῆς παρούσης νομοθεσίας εἰσαγομένης· πάντων δηλονότι ἐπὶ μόνη δύο νομισμάτων δόσει πραττομένων, δι' ὃ καὶ μάλιστα ἡ τοιαύτη τέθειται διάταξις· ποινῆς ἐπικειμένης, εἴ τις πλέον λαβεῖν θαρρήσειεν, ἢ ἀναβάλλοιτο καταστῆσαι τὴν κηδεμονίαν ἐλπίδι μείζο-

κος κέρδους· καὶ οὐ μόνον διπλάσιον ἀναδιδόντος ταῦ, ὅπερ ἂν λάβοι, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ φροντίσματος ἀπαλλαττομένου. Ηνίκα δὲ ἂν περὶ Εκδίκου γένοιτο αἱ τῶν κηδεμόνων προβολαὶ, παρόντος καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου τῆς πόλεως Επισκόπου, ἐν αὐτοῖς τῆς ἁγιωτάτης Εκκλησίας ἀρχείοις [d], ἀποτίθεσθαι τὰ πεπραγμένα θεσπίζομεν ὥστε εἶναι διηνεκῆ τοῦ πράγματος μνήμην, καὶ μὴ παραπόλλυσθαι ταῖς τύχαις τῆς κηδεμονίας τὴν ἐντεῦθεν ἀσφάλειαν. Τὰς ἐπὶ τῆς μεγάλης ταύτης τῆς πόλεως κηδεμονίας παρὰ μόνῳ τῷ λαμπροτάτῳ Πραίτωρι πραττομένας, καθάπερ ἤδη νενομοθέτηται.

conſtituere tutelam ſeu curationem ſpe majoris lucri: & eo non ſolum triplum reddituro omne, quidquid acceperit, ſed etiam ab ipſa ſollicitudine & adminiſtratione removendo. Cum autem factæ fuerint tutorum aut curatorum creationes, præſente etiam religioſiſſimo civitatis Epiſcopo, in ipſis ſanctiſſimis Eccleſiæ archiis deponi geſta ſancimus: ut ſit perpetua rei memoria, & non intercidat caſibus fortuitis curationis exinde quæſita cautela. His, quæ in magna hac civitate fiunt, tutelis aut curationibus apud ſolum clariſſimum Prætorem faciendis, uti jam ſancitum eſt. Dat. v. Kalend. Aug. CP. poſt CONS. LAMP.

[a] Πρὸς τὸ εἶτα δευτέρας ἡλικίας] Sic.

[b] Χρυσῶν] *Juſtinianus* Solidorum *Theophil.* νομισμάτων *Zonar. Can. XVII. Synod. Nicæn.* Τοῖς νῦν αἱ λίτραι μέχρι τῶν οβ'. νομισμάτων ἀριθμοῦνται, τοῖς παλαιοῖς δὲ ἑκατοντάδες ἦσαν, ſive ut Balſam. ait ἡ λίτρα σήμερον ἐξάγια ἔχει οβ. καὶ ἔχει ρ. ὡς τὸ παλαιόν.

[c] Juridico] Atque ita ſi privato concedat arma facere Alexandrinæ civitatis Præfectus xx. lib. auri pœna percellitur, & magiſtratu ſuo caret. Cæteratim autem Provinciarum Præſides x. libras auri pœnæ nomine præſtant. *Nov.* περὶ ὅπλων. Fuere enim ſemper ſeditioſi & turbulenti Ægyptii, ut oraculorum quoque loquitur fides. *Vopiſcus Saturnino, edict. XIII. Procop.* λογ. ϛ. περὶ τῶν τῆς Ιουστινιανοῦ κτισμάτων. Erubeſcit apud illos ſi quis non inficiando tributa, plurimas in corpore vibices oſtendat. *Ammian. Marcell. lib. XXII.* audaces ad inferenda quæ debentur. *L. I. C. de Offic. Præf. Auguſt.* quos Proterio communicare vix tandem ſuis conſtitutionibus adegit *Martianus L. VIII. C. de Hæret.* Quo mortuo rurſum magnus populi motus factus eſt. *Evag. lib. II. cap. VIII. Leo Imp. Epiſcopis univerſis.* Et propterea Auguſtus inter alia dominationis arcana, vetitis, niſi permiſſu ingredi Senatoribus, ſepoſuit Ægyptum, neve fame urgeret Italiam quiſquis eam Provinciam inſediſſet. *Dio lib. LI.* Καὶ τοῖς Αλεξανδρεῦσιν ἄνευ βουλευτῶν πολιτεύεσθαι ἐκέλευσε, & Juridicum dedit, & ad ſimilitudinem Proconſulis Præfectum totius Provinciæ, non tamen ex Senatoribus. *Tacit. lib. I. Hiſt.* Ægyptum copiaſque quibus coërceretur jam inde a D. Auguſto equites Ro. obtinent loco regum, *Idem lib. XII. Annal.* Divus Auguſtus apud Equeſtres qui Ægypto præſiderent lege agi decretaque eorum proinde haberi juſſit ac ſi Magiſtratus Romani conſtituiſſent. Quod pertinet ad L. XXI. D. de manumiſſ. vind. Cur non Proconſulem? faſces conſulares ingredi Alexandriam non licebat, cujus rei etiam Ciceronem, cum contra Gabinium loquitur, meminiſſe ſatis novimus. Fertur enim apud Memphim in aurea columna Ægygptiis literis ſcriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore, cum in eam veniſſent Romani faſces & prætexta Romanorum. *Trebellius Pollio in Æmiliano.*

[d] Επισκόπου] *Auguſt. ſermon. X. de Verb. Apoſtol.* Pro magno commendantur Epiſcopis patrimonia pupillorum, quanto magis gratia parvulorum? Pupillum

tuetur Epiſcopus ne mortuis parentibus ab extraneis opprimatur. *Idem Fœlici.* Novit optime religio tua, quam curam tuendis cum omnibus hominibus, tum maxime pupillis, Eccleſia, vel Epiſcopi debeant.

[e] Καὶ δημοσίοις προσώποις] Juſtinianus. Vel alias publicas perſonas, id eſt, Magiſtratus. Aliter *L. Orphanotrophos C. de Epiſcop. & Cleric.* Præſentibus publicis perſonis, id eſt, tabulariis, τῶν δημοσίων ταβελλαρίων παρόντων. Et §. Cum autem de Adoption. publicæ perſonæ, id eſt, tabulario qui forte ſervus publicus dicitur L. 1. §. exigere, D. de Magiſt. conveniend. ut apud Auguſtin. *epiſt. lxviii.*

[f] Τῆς τῶν προσώπων ἐναλλαγῆς] Nam Magiſtratus, ſive Στρατηγοὶ & Defenſores civitatum ſatiſdationes ſuo periculo exigebant. *Theoph. §. ult. de ſatiſd. tutor.*

[g] Ἀρχείοις] Scrinium Gregorius vocat *lib. vii. Epiſtol.* Nec enim γραμματοφυλάκιον habuere Defenſores civitatis. *Nov. xv.*

De interruptione præſcriptionis.

XXXI. Idem A. Joanni P. P.

SANCIMUS, ut ſi quando abfuerit is, qui res alienas vel creditori obnoxias detinet, & deſideret dominus rei, vel creditori ſuam intentionem proponere, & non ei licentia ſit, abſente adverſario ſuo, qui rem detinet, vel infantia, vel furore laborante, & neminem tutorem, vel curatorem habente, vel in ſumma poreſtate conſtituto, eandem rem auctoritate ſua uſurpare : licentia ei detur adire Præſidem Provinciæ, libellumque ei porrigere, & hæc in querimoniam deducere, & intra conſtituta tempora interruptionem facere : ſin autem nullo poterit modo Præſidem adire : ſaltem ad Epiſcopum locorum eat, & ſuam manifeſtate voluntatem in ſcriptis deproperet. Dat. Conſtantin. Kalend. Octob. poſt CONSS. LAMPADII & ORESTIS VV. CC COSS. 531.

De Emphyteuſi.

XXXII. Idem A. *

DIFFERENTE domino recipere Emphyteuma, licentiam habet Emphyteuta conſignate ipſum, & Conſtantinopoli quidem in fine triennii conteſtari idipſum apud Hyparchos ſeu Præfectos prætorio, aut apud Præfectum urbis, aut competentem recuſantis Magiſtratum, aut Patriarcham, ſi Dominus homo ſit potens : in Provinciis autem apud Præſidem, aut, eo non morante ibi, apud Defenſorem, aut Epiſcopum civitatis, in qua eſt is qui recuſat : & unius ipſorum aſſumere teſtationem : ac niſi aut ſic accepe-

λβ. Ο αὐτὸς Βασιλεύς. *

ΑΝΑΒΑΛΛΟΜΕΝΟΥ [a] τοῦ δεσπότου δέξασθαι τὸ Ἐμφύτευμα, ἄδειαν ὁ Ἐμφυτευτὴς ἔχει σφραγίζειν αὐτό, καὶ ἐν μὲν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ πέρατι τῆς τριετίας ἐκμαρτύρεσθαι τοῦτο παρὰ τοῖς Ὑπάρχοις, ἢ τῷ Ἐπάρχῳ, ἢ παρὰ τῷ προσφόρῳ τοῦ παραιτουμένου Ἄρχοντι, ἢ παρὰ τῷ Πατριάρχῃ, τοῦ δεσπότου δυνάστου ὄντος· ἐν δὲ ταῖς Ἐπαρχίαις παρὰ τῷ Ἄρχοντι, ἢ μὴ ἐνδημοῦντος αὐτοῦ, παρὰ τῷ Ἐκδίκῳ, ἢ τῷ Ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως, καθ' ἣν ἐστὶν ὁ παραιτούμενος, καὶ τὴν τοῦ ἑνὸς [b] αὐτῶν προσλαβεῖν μαρτυρίαν· καὶ, εἰ μὴ

δὲ οὔτε λέξηται, οὔτε τὸ Ἐμφύτευμα λύεται, καὶ κερδαίνει δὲ τέλος ὁ Ἐμφυτευτὴς καὶ τοῦ ἑξῆς χρόνου, ἕως ἂν ὁ δεσπότης στείλῃ διαμαρτυρίαν ἀπαιτῶν· ἐξ ἐκείνου γάρ, οὐ μὴν ἀπὸ τοῦ παρελθόντος χρόνου, λήψεται, καὶ ἐπὶ τριετίαν μετὰ τὴν διαμαρτυρίαν, ἀγνωμονοῦντα τὸν Ἐμφυτευτὴν ἐξωθεῖσθαι δυνήσεται.

rit Canonem, Canon ſolvitur, & lucratur Canonem Emphyteuta etiam ſequentis temporis: & eouſque quo dominus mittat per teſtationem petitum: exinde etenim, non autem ex præterito tempore accipiet, & poſt triennium poſt atteſtationem ejuſmodi indevotum Emphyteutam expellere poterit.

[a] Ἀναβαλλομένου, &c.] Meminit Juſtinianus *L. 11. C. de Jur. Emphyteut.*
[b] Καὶ τοῦ ἑνός] L. L. de unius teſtimonio. Sicuti & apud Harmenop. *lib. 1. tit. VI. Prochiri.*

De ſcenicis mulieribus & de nuptiis.

λγ'. Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις.

ΘΕΙΑΝ [a] ἐποιησάμεθα διάταξιν, οὐδενὶ συγχωροῦντες, οὐδὲ ἄκουσαν γυναῖκα δούλην ἢ ἐλευθέραν εἰς σκηνὴν [b] ἢ Ὀρχήστραν καθέλκειν, οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι βουλομένην κωλύειν τοὺς ἐγγυητὰς τῆς αὐτῆς, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου χρυσίου ῥητὸν ὁμολογήσαντες ἀπαιτεῖν· ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτο γένηται, κωλύεσθαι ταῦτα παρά τε τῶν λαμπροτάτων τῶν Ἐπαρχιῶν Ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν ταῖς πόλεσι θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων διεταξάμεθα, δόντες ἄδειαν τοῖς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις ἅμα τῷ λαμπροτάτῳ τῆς Ἐπαρχίας Ἄρχοντι, καὶ ἄκοντας ἄγειν πρὸς ἑαυτοὺς τοὺς βιασαμένους, ἢ τοὺς ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἐργασίας κωλύοντας, καὶ δημοσίαν μὲν αὐτῶν ποιεῖν τὴν οὐσίαν, ἐκείνους δὲ τῆς πόλεως ἐξελαύνειν. Εἰ δὲ ὁ τὴν ἐπαρχίαν ἰθύνων, αὐτὸς ὁ βιαζόμενος εἴη, ἢ τὴν ἐκ τῆς εἰρημένης ἐργασίας ἀπαλλαγὴν κωλύων· δίδομεν ἄδειαν καὶ μόνοις τοῖς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις προσιέναι τὴν

XXXIII. Idem A. Ubique terrarum conſtitutis Epiſcopis.

SACRAM fecimus conſtitutionem [a], nemini permittentes, neque invitam mulierem ancillam, aut liberam in ſcenam, aut Orcheſtram [b] pertrahere, neque converti volentem, prohibere eam ejus fidejuſſores, quaſi ſuper hoc ipſo certum auri modum promiſſum repetendo: ſed ſi quid tale factum fuerit prohiberi hæc & a Clariſſimis Provinciarum Præſidibus, & a civitatum religioſiſſimis Epiſcopis conſtituimus, dantes licentiam religioſiſſimis Epiſcopis una cum Clariſſimo Provinciæ Præſide, etiam invitos trahere ad ſe eos, qui compulerint, aut qui mutari, ſeu converti ab ea actione prohibuerint: & publicam quidem fieri eorum ſubſtantiam, ipſos vero civitate expelli. Si vero qui Provinciam regit, ipſe ſit, qui eas compulerit, aut a prædicta actione converſionem ſeu reſipiſcentiam prohibuerit: damus licentiam, & ſolos religioſiſſimos Epiſcopos adire eam, quæ ta-

lia patitur, aut ejus fidejuſſorem, hunc vero (Epiſcopum) adverſari magiſtratum habenti, & non permittere injuſte agere: aut, ſi minus fuerint ad id exequendum potentes, indicare id noſtro Imperio, ut a nobis competens exerceatur pœna, fidejuſſionibus ſimul liberandis, & fidejuſſoribus indemnibus conſervandis, licentiam dantes converſis hujuſmodi mulieribus liberis & ingenuis exiſtentibus ad matrimonium tranſire legitimum, etiamſi contigerint honeſtiſſimis dignitatibus qui illas duxerint, decorari non amplius indigentibus imperialibus reſcriptis, ſed ſua poteſtate nuptias celebrantibus, nuptialibus nimirum inſtrumentis omnimodo inter ipſos factis. Eademque & de filiabus ſcenicarum conſtituentes.

§. 1. Hanc autem dictam conſtitutionem, & in quinto libro omnium conſtitutionum hujus ſcilicet noſtræ pietatis cognominis libri [1], ad civiles Magiſtratus reſcriptam, poſuimus. Quoniam enim oportebat per præſentem ſanctionem & vobis ubique terrarum poſitis religioſiſſimis Epiſcopis hæc facere manifeſta, propterea congregantes, quæ ad ipſam pertinent, expoſitione latiore ſancita etiam eandem divinam conſtitutionem fecimus ad vos, ut Sacerdotalem conſervantes reverentiam, & continentiæ ſtudioſi, hæc cuſtodiatis: tam magni Dei metum, quam imperialem indignationem, ſi quid horum prætermiſeritis, conſiderantes. Dat. Kal. Novemb. CP. DN. JUSTIN. IV. & PAULINO CONSS. 534.

ταῦτα πάσχουσαν, ἢ τῆς αὐτῆς ἐγγυητὴν, τὸν δὲ ἐναντιοῦσθαι τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι, καὶ μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν, ἢ μὴ ἰσχύοντας πρὸς τοῦτο ἱκανοὺς, μηνύειν εἰς τὴν βασιλείαν· ὥστε ἐξ ἡμῶν τὴν προσήκουσαν ἐξενεχθῆναι ποινὴν, τῶν ἐγγυῶν καθάπαξ λυομένων, καὶ τῶν ἐγγυητῶν ἀζημίων φυλαττομένων· ἄδειαν διδόντες ταῖς ἀπαλλαττομέναις τοιαύταις γυναιξὶν ἐλευθέραις καὶ εὐγενέσιν οὔσαις πρὸς γάμον χωρεῖν νόμιμον, κἂν εἰ τύχοιεν τῆς σεμνοτάτης ἀξίας οἱ ταύτας λαμβάνοντες κεκοσμημένοι, μηκέτι δεομένας βασιλικῆς ἀντιγραφῆς· ἀλλὰ κατ' ἐξουσίαν τὸν γάμον πληρούσαις, γαμικῶν μέντοι συμβολαίων ἐκ τρόπου παντὸς μεταξὺ αὐτῶν γινομένων· τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν θυγατέρων τῶν σκηνικῶν διαταξάμενοι.

§. α΄. Τὴν μὲν εἰρημένην διάταξιν καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ τῶν πασῶν διατάξεων τούτου δὴ τοῦ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐπωνύμου βιβλίου πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς ἀντιγεγραμμένην τεθείκαμεν. Ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν διὰ τῆς παρούσης νομοθεσίας καὶ ὑμῖν τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις ταῦτα ποιῆσαι φανερά· διὰ τοῦτο συνελθόντες τὰ κατ' ἐκείνην ἀφηγήσει πλατυτέρᾳ νομοθετηθέντα, τὴν δὲ θείαν διάταξιν ποιούμεθα καὶ πρὸς ὑμᾶς, ὅπως τὴν ἱερατικὴν διασώζοντες σεμνότητα, καὶ σωφροσύνης ἀντεχόμενοι, ταῦτα φυλάττοιτε· τότε ἐκ τοῦ μεγάλου Θεοῦ δέος καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν, ὅτι τούτων παραβαίνοιτε, λογιζόμενοι.

[1] *Sacram fecimus conſtitutionem*] Ul-

[a] Θεῖον, &c.] Meminit Photius

tit. XIII. cap. XXI. Nomocan. Theodor. *Ex.* Βασιλικῶν, *tit. XXXVIII.*

[b] Εἰς σκηνὴν] *Photius, Sudas* σκηνή. *Vitruvius lib. V.*

[c] Γαμικῶν μὲν τοι συμβολαίων] Οὐ γὰρ συνίσταται γάμος ἀπὸ Ἰλλουστρίων κὴ περαιτέρω, εἰ μὴ συμβόλαια γαμικὰ γένωνται. *Nov. CXVII.*

timam ſcilicet *de nuptiis* Græcam. Vide etiam *14. Græcam ſub hoc eod. tit. & 7. de ſpectacul.*

[z] *In ſcenam aut in Orcheſtram*] In ſcena verſabantur hiſtriones, in Orcheſtra Muſici canebant. Hi etiam thymelici dicebantur, illi mimi. Thymele Orcheſtræ pars fuit, ſuggeſtu inſtar, in qua citharedi, tibicines, ſymphoniaci aliive cantores aut muſici canebant, quos thymelicos appellabant. De quibus *ff. l. 4. de iis qui notant. &c. & l. 10. de Pollicitat.* Mimi autem erant hiſtriones, ſive fabulas agerent comœdiarum, ſive Atellanarum, ſive mimorum, ſive etiam tragici forent.

[1] *Quinto libro conſtitutionum hujus ſcilicet noſtræ pietatis cognominis libri*] Hæc conſtitutio data eſt Juſtiniano Conſule: quo tempore altera editio Codicis facta eſt, & in ea editione permultæ conſtitutiones tam Græcæ quam Latinæ adjectæ ſunt. in quibus hæc non adjecta ſolum, ſed etiam tum primum conſcripta fuit. Et ex hoc loco facile apparet has conſtitutiones in Codice deſiderari.

De ludis & ſpectaculis.

λδ΄. Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, καὶ οἰκουμενικῷ Πατριάρχῃ.

ΣΦΟΔΡΑ [a] πιστεύομεν, ὡς ἡ τῶν ἱερέων καθαρότης τε καὶ εὐκοσμία, καὶ ἡ πρὸς τὸν δεσπότην Θεὸν καὶ Σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συντονία, καὶ αἱ παρ' αὐτῶν ἀναπεμπόμεναι διηνεκεῖς εὐχαί, πολλὴν εὐμένειαν τῇ καθ' ἡμᾶς πολιτείᾳ καὶ αὔξησιν παρέχονται, δι' ὧν ἔστιν ἡμῖν καὶ βαρβάρων κρατεῖν, καὶ γίνεσθαι κυρίους ἐκείνων, ἃ πρόσθεν οὐκ εἴχομεν· καὶ ὅσωπερ ἂν τὰ τῆς αὐτῶν αὔξηται σεμνότητός τε καὶ κοσμιότητος, τοσούτῳ καὶ τὴν ἡμετέραν πολιτείαν ἐπιδιδέναι πιστεύομεν. Εἰ γὰρ οἱ μὲν προέχοιντο βίον σεμνόντε, καὶ πανταχόθεν ἀνεπίληπτον, τὸν δὲ λοιπὸν ἅπαντα λαὸν νουθετοῖεν, ὥστε πρὸς τὴν αὐτῶν σεμνότητα βλέποντα, τῶν πολλῶν ἁμαρτημάτων ἀπέχεσθαι πρόδηλον, ὡς εἰκὸς ἂν αἵτε ψυχαὶ πᾶσι βελτίους ἔσονται καὶ

XXXIV. Idem A. Epiphanio ſanctiſſimo Archiepiſcopo hujus feliciſſimæ urbis, & univerſali Patriarchæ.

CERTISSIME credimus, quia Sacerdotum puritas, & decus, & ad Dominum Deum & Salvatorem noſtrum, Jeſum Chriſtum fervor, & ab ipſis miſſæ perpetuæ preces, multum favorem noſtræ Reipublicæ & incrementum præbent, per quas datur nobis, & Barbaros ſubjugare, & in dominium redigere illos, quæ antea non obtinuimus: & quanto plus rebus illorum accedit honeſtatis & decoris, tanto magis, & noſtram rempublicam augeri credimus. Si enim hi prætulerint vitam honeſtam, & undique irreprehenſibilem, & reliquum populum inſtruxerint, ut is ad illorum honeſtatem reſpiciens, multis peccatis abſtineat, planum eſt, quod inde & animæ

omnibus meliores erunt, & facile nobis tribuetur a maximo Deo, & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto clementia conveniens.

§. 1. Hæc igitur nobis ſpeculantibus nunciatum eſt, præter communem rerum fidem, quoſdam ex reverendiſſimis Diaconis, itemque Preſbyteris, (nam eo amplius etiam dicere erubeſcimus, Deo amantiſſimos, nempe Epiſcopos) quoſdam, inquam, ex his non vereantur, alii quidem per ſeipſos, cubos, ſeu teſſeras contrectare, & adeo pudendum atque ipſis etiam idiotis a nobis frequenter interdictum ſpectaculum participare: alii vero talem ludum non accuſant, ſed vel communicant facientibus, aut ſedent ſpectatores actus indecori: & ſpectant quidem cum aviditate omnimoda tes omnium rerum importuniſſimas: ſermones vero audiunt blaſphemos, quos in talibus neceſſe eſt fieri: polluunt etiam ſuas manus, & oculos, & aures ſic damnatis & prohibitis ludis: alii vero neque obſcure, aut latenter, aut equorum certaminibus ſe immiſcent: aut etiam invitant aliquos ſuper equorum profligatione aut victoria, vel per ſeipſos, vel per alios quoſdam, ut quia non decenter talia ludant: aut ſcenicorum, vel thymelicarum ſpectatores fiunt ludorum, aut earum, quæ in theatris certantium ferarum pugnæ fiunt, neque cogitant, quemadmodum ipſi vel his, qui modo & recens initiati ſunt, & adorandis myſteriis dignari, ipſi prædicunt, ut abrenuntient adverſarii dæmonis cultus, & omnibus pompis ejus, quarum non minima pars talia ſpectacula fiunt.

ῥᾳδίως ἡμῖν ἐνδοθήσεται παρὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φιλανθρωπία προσήκουσα.

§ α' Ταῦτα τοίνυν ἡμῖν ἀνασκοπουμένοις προσήγγελται παραδόξως τινὰς τῶν εὐλαβεστάτων Διακόνων, ἔτι γε μὴν καὶ Πρεσβυτέρων (ὃ γὰρ ἔτι πορρωτέρω τούτου καὶ εἰπεῖν ἐρυθριῶμεν, φαμὲν δὴ ὃ τῶν θεοφιλῶν Ἐπισκόπων) ὡς τούτων τινὲς οὐκ αἰσχύνονται οἱ μὲν αὐτόθεν κύβων ἅπτεσθαι, καὶ τὴν οὕτως ἀσχήμονα καὶ αὐτοῖς τοῖς ἰδιώταις παρ' ἡμῶν κατὰ τὸ πλεῖστον ἀπηγορευμένην θέαν μετιέναι· οἱ δὲ τὴν τοιαύτην παιγνίαν οὐ κατηγοροῦσιν, ἀλλ' ἢ κοινωνοῦσι τοῖς πράττουσιν, ἢ κάθηνται θεαταὶ πράξεως ἀτόπου, καὶ θεῶνται μὲν σὺν ἐπιτιμίᾳ πάσῃ τὰ πάντων ἀτοπώτατα, λόγων τε ἀκούουσι βλασφήμων, οὓς ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνάγκη γίνεσθαι, μολύνουσί τε τὰς ἑαυτῶν χεῖρας, τάς τε ὁράσεις, τάς τε ἀκοὰς οὕτω κατεγνωσμένοις καὶ ἀπηγορευμένοις παιγνίοις· οἱ δὲ καὶ ἀπαρακαλύπτως ἢ ταῖς τῶν ἵππων ἁμίλλαις [b] παραβάλλουσι, ἢ καὶ προσκαλοῦνταί τινας ὑπὲρ τῆς τῶν ἵππων ἥττης, ἢ νίκης, ἢ δι' ἑαυτῶν ἢ διά τινων ἑτέρων οὐκ εὐσχημόνως τὰ τοιαῦτα παίζοντες, ἢ τῶν ἐν σκηνῇ καὶ θυμέλαις [c] θεαταὶ γίνονται παιγνίων, ἢ ταῖς ἐν θεάτροις τῶν μαχομένων [d] πρὸς τὰ θηρία μάχαις παραγίνονται, καὶ οὐκ ἐννοοῦσιν, ὡς καὶ τοῖς ἄρτι μυουμένοις καὶ τῶν προσκυνητῶν ἀξιουμένοις μυστηρίων αὐτοὶ προκηρύττουσιν ἀποτάττεσθαι [e] τῇ τοῦ ἀντικειμένου δαίμονος λατρείᾳ, καὶ πάσῃ πομπῇ, ἧς οὐκ ἐλάχιστον μέρος τὰ τοιαῦτα καθέστηκε.

§. β' Πολλάκις

§. β΄. Πολλάκις μὲν αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα φυλάττεσθαι προηγορεύσαμεν· ὁρῶντες δὲ τὴν περὶ τούτων γινομένην ἡμῖν προσαγγελίαν, εἰς ἀνάγκην ἤλθομεν ἐπὶ τὸν παρόντα νόμον διὰ τὴν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀφίκεσθαι σπουδήν· καὶ ἅμα μὲν ὑπὲρ τῆς ἱερωσύνης αὐτῆς, ἅμα δὲ ὑπὲρ τε τοῦ κοινῇ τῇ πολιτείᾳ συμφέροντος.

§. γ΄. Καὶ θεσπίζομεν μηδένα, μήτε Διάκονον, μήτε Πρεσβύτερον, καὶ πολλῷ μᾶλλον Ἐπίσκοπον, (ὅπερ καὶ ἄπιστον ἴσως ἂν δόξειεν· ὧν ἐν ταῖς χειροτονίαις εὐχαί τε [f] εἰς τὸν δεσπότην ἀναπέμπονται Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ ἐπίκλησις τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ γίνεται Πνεύματος, καὶ ταῖς αὐτῶν κεφαλαῖς ἢ ταῖς χερσὶν [g] ἐπιτίθεται τὰ ἁγιώτατα τῶν παρ' ἡμῖν μυστηρίων· ὅπως ἂν αὐτοῖς τὰ αἰσθητήρια πάντα καθαρά τε γένοιτο, καὶ καθιερωθείη Θεῷ) μηδένα τοίνυν τούτων τολμᾶν τοῦ λοιποῦ μετὰ τὸν δὲ τὸν θεῖον ἡμῶν νόμον ἢ κυβεύειν τὴν οἱανοῦν τῶν κύβων παιδιὰν, ἢ τοῖς τοῦτο πράττουσι κοινωνεῖν, ἢ παρακαθῆσθαι, καὶ τέρπεσθαι καὶ συνδιατίθεσθαι τοῖς γινομένοις, ἢ παραβάλλειν ταῖς δημώδεσι ταύταις θέαις, ἃς ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, καὶ τι τῶν ἐπ' αὐταῖς ἀπηγορευμένων ποιεῖν, ἀλλὰ πάσης πρὸς ταῦτα μετουσίας τὸ λοιπὸν ἀπέχεσθαι. Τὸ γὰρ ἤδη προειληφὸς, εἰ καὶ ἀναζητεῖν ἐχρῆν, καὶ μὴ μετιέναι προσηκόντως, ὅμως διὰ φιλανθρωπίαν συγχωροῦμεν, τὴν ἐκ τοῦ παρόντος νόμου παρατήρησιν ἅπασιν εἰς τὸν λοιπὸν ἐπιτιθέντες χρόνον. Πρέπει γὰρ ἐστὶν αὐτοῖς νηστείαις τε, καὶ ἀγρυπνίαις, καὶ ταῖς ἀσκήσεσι τῶν θείων λογίων, καὶ ταῖς ὑπὲρ πάντων σχολάζειν εὐχαῖς· ἀλλὰ μὴ ταῦτα καταλιμπάνοντας, τῶν

§. 2. Sæpe quidem ipſis talia cuſtodire debere prædicavimus: videntes autem de his factam nobis relationem, in neceſſitatem incidimus ad præſentem veniendi legem, tum propter noſtrum ſuper religione ſtudium, tum etiam propter Sacerdotii ipſius ſimul,&communis Reipublicæ utilitatem.

§. 3. Et ſancimus neminem; neque Diaconum, neque Presbyterum,& multo magis, neque Epiſcopum (quod quidem, & incredibile forte videri poſſit; ut quorum in ordinationibus preces ad Dominum mittuntur Chriſtum Deum noſtrum, & invocatio ſancti & adorandi fit Spiritus[1], & eorum capitibus, aut manibus imponuntur ſanctiſſima eorum, quæ apud nos ſunt myſteriorum, ut ſcilicet ipſis ſenſoria omnia inſtrumenta pura fiant; & conſecrentur Deo) neminem igitur horum audere de cætero,& poſt divinam noſtram legem, aut cubicare, 1. teſſeris, ſeu aleis ludere, quocumque aleæ genere, aut ludo, aut ita ludentibus communicare, aut converſari, aut una recreari, aut una cum eis agere, aut eis teſtimonium perhibere, aut intereſſe plebeis hujuſmodi ſpectaculis, quæ prius diximus, aut quid eorum, quæ in his prohibentur facere, ſed omni ad illa participio in poſterum abſtinere. Quod enim præceſſit jam, tametſi etiam inquirere oportuerat, nec participare indecenter oportebat, tamen propter humanitatem indulgemus; præſentis legis obſervationem omnibus in poſterum injungentes tempus. Decet enim ipſos jejuniis & vigiliis, & meditationibus; ſeu exercitationibus in divinis oracu-

lis, & pro omnium ſalute fundendis vacare precibus: at eos, qui talia non reliquerint, nec ceſſaverint, omnino polluta & prohibita contrectare. Idem enim etiam ſancimus, & in reliquos Clericos, (Subdiaconos nempe, & lectores:) quando & ipſi ſacræ menſæ, & omnis circa ſanctiſſima Eccleſias ornatus conſtituti ſunt miniſtri & operarii, & ſacra contrectantes eloquia: dum ſacras nobis ex ſacris noſtris Bibliis illi quidem legunt ſcripturas, hi vero hymnos & odas canunt [i].

§. 4. Si vero quis de cætero tale quid faciens deprehenſus fuerit, & delatus fuerit id vel in hac felici civitate tuæ Sanctitati, vel Provinciis ſub ipſa poſitis, Deo amantiſſimis Metropolitis & cæteris Epiſcopis, quorum ordinationem tuæ Beatitudinis facit thronus, & talis quædam ſupervenerit accuſatio, aut Diacono, aut Preſbytero, & multo magis Epiſcoporum Deo amabilium cuidam: tuam hic Beatitudinem, & in Provinciis poſitos ſub te Deo amantiſſimos Metropolitas, &, qui ſub ipſis ſunt, Epiſcopos, hæc cum diligentia omni ſecundum ordinationis ordinem quærere, & perſcrutari, neque defunctoriam facere inquiſitionem, ſed & teſtes fide dignos audire, & per omnem viam procedere ad eruendam veritatem: ſicut enim ipſis talia interdicimus, ita & calumniam peti a quibuſdam vetamus: & ſi, undique diſcuſſione divinis propoſitis eloquiis facta, vere ſe habere accuſatio apparuerit, & convictus fuerit Diaconus aut Preſbyter, vel aleator eſſe, vel aleatorum particeps, aut talibus adſi-

πάντάπασι βεβήλων τε καὶ ἀπηγορευμένων ἅπτεσθαι. Ταῦτα δὲ τοῦτο θεσπίζομεν καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν Κληρικῶν ὑποδιακόνων τε, καὶ ἀναγνωστῶν φαμέν· εἴπερ καὶ αὐτοὶ τῆς τε ἱερᾶς τραπέζης [h] καὶ παντὸς τοῦ περὶ τὰς ἁγιωτάτας Ἐκκλησίας κόσμου καθεστῶσιν ὑπουργοί τε, καὶ ὑπηρέται, καὶ τὰ θεῖα μεταχειριζόμενοι λόγια τὰς ἱερὰς ἡμῖν ἐκ τῶν θείων ἡμῶν Βιβλίων οἱ μὲν ἀναγινώσκουσι γραφὰς [i], οἱ δὲ ὑμνοῦσιν ᾠδάς.

§. δ΄. Εἰ δέ τις τοῦ λοιποῦ τοιοῦτό τι πράττων φανείη, καὶ προσαγγελθείη τοῦτο ἢ κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν τῇ σῇ Ἁγιωσύνῃ, ἢ κατὰ τὰς Ἐπαρχίας τοῖς ὑπ' αὐτὴν τεταγμένοις θεοφιλεστάτοις Μητροπολίταις, καὶ τοῖς λοιποῖς Ἐπισκόποις, ὧν τὴν χειροτονίαν ὁ τῆς σῆς Μακαριότητος ποιεῖται θρόνος· καὶ τοιαύτη τις ἐπέλθοι μέμψις, ἢ Διακόνῳ, ἢ Πρεσβυτέρῳ, καὶ πολλῷ μᾶλλον τινὶ τῶν θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων· τὴν σὴν ἐνταῦθοι Μακαριότητα, καὶ ἐν ταῖς Ἐπαρχίαις τοὺς ὑπό σε θεοφιλεστάτους Μητροπολίτας, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοὺς Ἐπισκόπους ταῦτα σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ κατὰ τὴν τῆς ἱερωσύνης τάξιν ζητεῖν, καὶ ἀνερευνᾶν, μηδὲ πάρεργον ποιεῖσθαι τὴν ἐξέτασιν, ἀλλὰ καὶ μαρτύρων ἀξιοπίστων ἀκούειν, καὶ διὰ πάσης ὁδοῦ χωρεῖν, ὥστε τὸ ἀληθὲς λαβεῖν· ὥσπερ γὰρ αὐτοὺς τῶν τοιούτων εἴργομεν, οὕτω καὶ συκοφαντεῖσθαι παρά τινων κωλύομεν, καὶ εἰ πανταχόθεν τῆς ἐξετάσεως τῶν θείων προκειμένων λογίων γενομένης, ἀληθῶς ἔχειν ἡ μέμψις φανείη, καὶ ἀποδειχθείη Διάκονος ἢ Πρεσβύτερος, ἢ κυβεύων, ἢ κοινωνῶν τοῖς κυβεύουσιν, ἢ τοῖς τοιούτοις παρα-

καθήμενος ματαιότησιν, ἢ ταῖς εἰρημέναις, παραβάλλων θέαις [k] ἢ καὶ ἴσως τις θεοφιλεστάτων Επισκόπων (ὅπερ οὐδὲ ἔσεσθαι πιστεύομεν) ὅλως τοιαύτης τινὸς ἀνάσχηται θέας, ἢ τοῖς κυβεύουσιν ἢ προσκαθεσθῆναι καὶ συνδιαθεῖναι τοῦ λοιποῦ θαρρήσῃ· τὸν τοιοῦτον εὐθὺς ὑπὸ τῆς σῆς Μακαριότητος, ἢ ὑπὸ τοῦ Μητροπολίτου ἢ τοῦ γε θεοφιλεστάτου Επισκόπου, ὑφ' ὃν τέτακται, εἴπερ τις τῶν εἰρημένων εἴη Κληρικῶν, τῆς ἱερᾶς ἀφορίζεσθαι λειτουργίας, ἐπιτίθεσθαί τε αὐτῷ Κανονικὸν ἐπιτίμιον, καὶ ὁρίζεσθαι χρόνον, οὗπερ ἐντὸς προσήκει ἐπὶ αὐτὸν νηστείαις τε καὶ ἱκεσίαις χρώμενον τὸν μέγαν ἐξιλάσκεσθαι Θεὸν ὑπὲρ τοῦ τοιούτου πλημμελήματος· καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τὸν ὁρισθέντα χρόνον ὁ τοιοῦτον ἐπιτίμιον δεξάμενος μείνῃ δάκρυσί τε, καὶ μετανοίᾳ, καὶ νηστείᾳ, καὶ τῇ πρὸς τὸν δεσπότην Θεὸν εὐχῇ ἄφεσιν τοῦ πλημμελήματος ἐξαιτῶν, τηνικαῦτα τὸν, ὑφ' ᾧ τέτακται, ταῦτα ἀκριβῶς μανθάνοντα, καὶ περιεργαζόμενον κοινὴν, μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖν εὐχὴν [l] γίνεσθαι, σὺν πάσῃ δὲ ἀκριβείᾳ παρεγγυᾷν αὐτῷ τοῦ λοιποῦ τῆς τοιαύτης ἱεροπρεποῦς ὕβρεως ἀπέχεσθαι· καὶ εἰ νομίσειεν, αὐτὸν αὐτάρκως πρὸς μετάνοιαν ἐλθεῖν, τηνικαῦτα τῆς ἱερατικῆς αὐτῷ μεταδιδόναι φιλανθρωπίας· εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸν ἀφορισμὸν εὑρεθείη μήτε γνησίως τῇ μετανοίᾳ χρώμενος, περιφρονῶν τε τοῦ πράγματος, καὶ καθαρῶς ὑπὸ τοῦ ἀντικειμένου κατειλημμένος τὴν ψυχὴν, τοῦτον μὲν αὐτὸς ὁ ἱερεὺς ὑφ' ᾧ τελεῖ τῶν ἱερῶν ἐξωθείτω καταλόγων, παντάπασιν αὐτὸν καθαιρῶν· ὁ δὲ οὐκ ἔτι παντελῶς ἄδειαν ἕξει πρὸς ἱερατικὴν ἐλθεῖν

dens vanitaribus, vel prædictis intereſſe ſpectaculis, aut etiam forte aliquis Deo amabilium Epiſcoporum (quod quidem neque eventurum eſſe confidimus) prorſus talis cujuſdam particeps eſſe ſpectaculi, aut cum alearoribus una ſedere & diſponere ac paciſci, aut ſponſiones facere de cætero auſus fuerit, cum mox a tua Beatitudine, aut a Metropolita, aut Deo amantiſſimo Epiſcopo, ſub quo ordinatus eſt, ſi quidem aliquis prædictorum ſit Clericorum, a ſacra ſeparari liturgia, imponi autem ipſi Canonicam pœnam, & definiri tempus intra quod conveniat ipſum jejuniis & ſupplicationibus utentem, magnum propitiari Deum ſuper tali tranſgreſſione: & ſi per definitum tempus, qui talem pœnam ſuſcepit, maneat lachrymis & pœnitentia, & jejunio & ad Dominum Deum oratione, remiſſionem delicti exorans confeſtim eum, cui ſubjectus eſt, hoc diligenter cognito, & ſolicite requiſito, communem quidem pro ipſo orationem fieri curabit, & cum omni diligentia injunget ipſi, ut poſtea a tali Sacerdotii dedecoratione abſtineat: & ſi putaverit ipſum ſufficienter ad pœnitentiam veniſſe, tunc Sacerdotali eum reſtituere dignetur clementiæ: ſi vero & poſt excommunicationem inventus fuerit neque vera pœnitentia uſus, & alias etiam aſpernatus eam rem, & manifeſte ab adverſario diabolo mente ineſcatus, ipſum quidem Sacerdos, ſub quo degit, ſacris eximat catalogis, omnino eum deponens: ille autem non amplius ullo modo licentiam habeat ad Sacerdotalem venire

gradum: ſed ſi quidem habeat facultates, civitatis illius curiam, in qua conſecratus eſt primum, aut ſi non habeat curiam ea civitas, alia curia Provinciæ, quæ maxime indiget curiali accipiet illum in poſterum curiæ cum ſuis facultatibus ſerviturum: ſi vero facultates non habet, officialis in poſterum fiat Provincialis officii pro eo, quod ante fuit ſacratus, & eam ob rem quod Dei officium dereliquit, erit officialis Provincialis, hanc ſibi turpitudinem pro priſtino honore imponens.

§. 5. Hæc igitur omnia ſancimus in hac quidem felici civitate tuam cuſtodire ſanctitatem, & ſingularum Eccleſiarum Defenſores & Occonomos quibus curæ erit hæc inquirere, & denunciare, & convictos privare datæ eis, a ſanctis Eccleſiis annonæ erogatione: in Provinciis autem, qui ſub tua ordinari ſunt Beatitudine, Deo amantiſſimi Metropolitæ; ad hæc etiam, qui illis ſubſint religioſiſſimis Epiſcopis, & eorum Eccleſiecdici & Oeconomi & ipſi ad eundem modum qui prædictus eſt, re urentes, & ſacram venerationem undique irreprehenſibilem & inculpabilem cuſtodientes, conſervabunt quidem iſta: ut & glorioſiſſimi ſacrorum noſtrorum Prætoriorum Præfecti (dicimus autem Orientis cum ſubditis gentibus eorum juriſdictioni, item Illyrici, atque etiam Afrorum præeminentes Diœceſi) & parentia eis officia & clariſſimi Provinciarum Præſides & civitatum Defenſores: ipſi quidem, qui maximos Magiſtratus gerunt indignationem noſtram ſubverentes, officia autem non obſecundantia ipſis decem au-

τάξιν· ἀλλ', εἰ μὲν ἔχοι περιουσίαν, τὸ τῆς πόλεως ἐκείνης βουλευτήριον, καθ' ἣν ἱερᾶτο πρότερον, ἤ, εἴπερ οὐκ ἔχοι βουλευτήριον ἡ πόλις, ἕτερον βουλευτήριον τῆς Ἐπαρχίας, ὅπερ μάλιστα χρήζει βουλευτοῦ παραλήψεται τοῦτον τὸ λοιπὸν ἅμα τῇ περιουσίᾳ δουλεύοντα· εἰ δὲ οὐσίαν οὐκ ἔχοι, ταξεώτης τὸ λοιπὸν ἔσται τῆς ἐπιχωρίου τάξεως ἀντὶ τοῦ πρόσθεν ἱερέως· καὶ ἐπειδὴ τὴν τοῦ Θεοῦ τάξιν ἐκλέλοιπεν, ἔσται ταξεώτης ἐπιχώριος, ταύτην ἑαυτῷ τὴν αἰσχύνην ἀντὶ τῆς ἔμπροσθεν τιμῆς ἐπιθείς.

§. ε'. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα θεσπίζομεν ἐπὶ μὲν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως τὴν σὴν φυλάττειν ἁγιωσύνην, καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην ἁγιωτάτην Ἐκκλησίαν Ἐκδίκους τε καὶ Οἰκονόμους, οἷς ἐπιμελὲς ἔσται τὰ τοιαῦτα ἀναζητεῖν, καὶ προσαγγέλλειν, καὶ τοὺς ἁλισκομένους ἀφαιρεῖσθαι τῆς διδομένης αὐτοῖς παρὰ τῶν ἁγιωτάτων Ἐκκλησιῶν σιτήσεώς [m] τε καὶ χορηγίας· ἐν δὲ ταῖς Ἐπαρχίαις οἵτε ὑπὸ τῇ σῇ τεταγμένοι Μακαριότητι θεοφιλέστατοι Μητροπολῖται, καὶ πρός γε οἱ ὑπ' αὐτοὺς θεοσεβεῖς Ἐπίσκοποι, καὶ οἱ τούτων Ἐκκλησιέκδικοι, καὶ Οἰκονόμοι, καὶ αὐτοὶ τὸν ἴσον τρόπον καθ' ὃν ἔμπροσθεν εἴπομεν, τῷ πράγματι χρώμενοι, καὶ τὸ ἱερὸν σέβας πανταχόθεν ἀνεπίληπτόν τε καὶ ἀμώμητον φυλάττοντες, διαφυλάξουσι δὲ ταῦτα καὶ οἱ ἐνδοξότατοι τῶν ἱερῶν ἡμῶν Πραιτωρίων Ὕπαρχοι (φαμὲν δὲ τοὺς τῆς ἑῴας ἐπὶ τοῖς ἐπιτεταγμένοις ἔθνεσι τῇ αὐτῶν δικαιοδοσίᾳ, οἵτε τῆς Ἰλλυρίδος, οἵτε τῶν Ἀφρῶν προεστῶτες Διοικήσεως) καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς, καὶ οἱ λαμπρότατοι τῶν Ἐπαρχιῶν Ἄρχοντες· καὶ οἱ τῶν πόλεων Ἔκδικοι· αὐτοὶ μὲν, οἱ τὰς μεγάλας ἀρχὰς Ἄρχοντες ἀγανάκτησιν ἡμετέραν ὑφορώμενοι· αἱ δὲ μὴ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς, δέκα χρυ-

σίου λιτρῶν ἀγωνιῶσαν ποινήν. Ἄρχοντες δὲ Ἐπιχώριοι μείζους τε καὶ ἐλάττους, καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς, καὶ προσέτι γε οἱ τῶν πόλεων Ἔκδικοι, ἀνὰ πέντε χρυσίου λιτρῶν ποινὴν εὐλαβούμενοι· εἰ ταῦτα μαθόντες μὴ προσαγγείλαιεν καὶ αὐτοὶ τοῖς ἱερεῦσι· (τουτέστιν ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις, ἢ τοῖς ὁσιωτάτοις Μητροπολίταις, ἢ τοῖς ἑκάστης Διοικήσεως ἁγιωτάτοις Πατριάρχαις, καθ' ἣν ἂν ἕκαστος τελεῖν χώραν: ὥστε ἐκείνους ταῦτα μαθόντας κατὰ τὸ ἔμπροσθεν διωρισμένον ἅπασιν ἐπεξελθεῖν) καὶ ἐπειδὴν παρ' αὐτῶν ὁ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἁλοὺς καθαιρεθείη, μὴ τῇ Βουλῇ τῆς πόλεως, ἢ τῇ τάξει τοῦτον παραδοθῆναι παρασκευάσαιεν· καὶ ὁ ἐνδοξότατος Ὕπαρχος τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως ταῦτα παραφυλάξει, εἴπερ ἐπὶ ταύτης ἁμαρτάνοιτο τῆς Βασιλίδος ἡμῶν πόλεως, ἅμα τῇ πειθομένῃ αὐτῷ τάξει· αὐτὸς μὲν ἀγανάκτησιν ἡμετέραν ὑφορώμενος· ἡ δὲ αὐτοῦ τάξις δέκα χρυσίου λιτρῶν εὐλαβουμένη ποινήν.

§. ϛ'. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ταῦτα νομοθετικῶς περιελάβομεν. Ἐκεῖνο δὲ τῶν ἀνωμολογημένων ἐστίν, ὡς ἡμῖν μὲν ἀφωσίωται πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν τῶν ἱερέων σεμνότητος. Εἰ δὲ αὐτοὶ παραβαίνοιεν τὰ τεταγμένα, καὶ παρασιωπῷεν, καὶ μὴ ἐπεξίοιεν, ἀλλά τινα δῆθεν φιλανθρωπίαν οὐκ ἐπαινετὴν ἕλοιντο πρὸς τὰς ἐξ οὐρανοῦ ποινὰς ἕξουσι καὶ τὴν ἐκεῖθεν κρίσιν· ἥτις αὐτοῖς ἐν αὐτῷ τῷ τοῦ Θεοῦ παραστήσεται βήματι τὴν οὐκ εὐπρεπῆ παρασιώπησιν ἐλέγχουσά τε καὶ μετιοῦσα. Εἰ δὲ καί τις τῶν πολιτικῶν ἀρχόντων μειζόνων τε καὶ ἐλαττόνων, ταξεωτῶν, ἢ Ἐκδίκων, ἢ μαθὼν ταῦτα μὴ μηνύσειεν, ἢ ἐπεξελθεῖν

ri librarum expertura pœnam: Præſides vero Provinciales majores pariter & minores, & obtemperantia ipſis officia & inſuper civitatum Defenſores quinque auri librarum pœnam metuentes, ſi hæc cognoſcentes, non adnunciaverint & ipſi Sacerdotibus, (id eſt, aut Deo amabilibus Epiſcopis, aut ſanctiſſimis Metropolitis, aut uniuſcujuſque Diœceſeos ſanctiſſimis Patriarchis, ſecundum ſuam cuique regionem, ut ipſi hæc intelligentes, ſecundum quod antea definitum eſt, omnibus ſe opponant & reſiſtant) & poſtquam ab eis, is qui harum rerum convictus fuerit, depoſitus fuerit non curiæ civitatis aut officio eum tradi curaverit: & glorioſiſſimus Præfectus hujus felicis civitatis hæc cuſtodiet, ſiquidem in hac peccetur regia noſtra civitate, una cum obediente ipſi officio, ipſe quidem indignationem noſtram ſubveritus, ipſius autem officium decem librarum auri metuens pœnam.

§. 6. Verum iſta quidem nos legiſlationis modo confecimus. Illud vero in confeſſo eſt: quia nobis quidem conſecrata ſunt Deo pro Sacerdotum ipſius honeſtate. Si vero ipſi tranſgreſſi fuerint ea, quæ ſunt ordinata, & diſſimulent, & non vindicent: ſed quadam videlicet humanitate non laudabili capti fuerint, præter cœleſtes pœnas habebunt & illinc condemnationem quæ illis in ipſo Dei repræſentabitur tribunali, quæ indecentem diſſimulationem arguet & vindicabit. Si vero & aliquis civilium magiſtratuum majorum, aut minorum officialium, aut Defenſorum, aut cum hæc didicerit, non

judicaverit, aut cum vindicare licerer, neglexerit, aut rem mercede prodiderit, ſciat, quod præter interminatas a nobis pœnas habebit & a maximo Deo noſtro pœnam ſequentem, & obnoxius erit execrationibus omnibus, quæ ſacris continentur libris.

§. 7. Sicut autem hæc nobis ob nihil aliud, quam ob Domini ſancita ſunt cultum, ſic & hoc addimus, ut inquiſitiones cum ſumma diligentia fiant, & ne quis calumniator inſurgat in aliquos aut falſo accuſaturus, aut falſum teſtimonium laturus his de rebus: ſicut enim Sacerdotibus, ſi quid tale egerint, tales impoſuimus pœnas, ita & his, qui calumniari ipſos tentarint, ex cœlo & legibus noſtris pœnas imminere volumus, ſi accuſatione cœpta, ſeu adnunciatione aut perſequi noluerint, aut perſeverare in hujuſmodi accuſationibus non quiverint. D. Pr. Non. Nov. C. P. JUSTINIANO P. P. A. IV. & PAULINO VC. CONSS. 534.

ὀξὺν ῥαθυμήσειεν, ἢ καὶ τὸ πρᾶγμα μισθοῦ καταπροδοίη· ἴστω, ὡς πρὸς ταῖς ἠπειλημέναις παρ' ἡμῶν ποιναῖς ἕξει καὶ τὴν παρὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ ἡμῶν τιμωρίαν ἑπομένην, καὶ ἔνοχος ἔσται ταῖς ἀραῖς ἁπάσαις ταῖς τοῖς ἱεροῖς περιεχομέναις βίβλοις.

§ ζ. Ὥσπερ δὲ ταῦτα ἡμῖν δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ διὰ τὴν τοῦ Δεσπότου νενομοθέτηται θεραπείαν· οὕτω κἀκεῖνο προστίθεμεν, ὥστε τὰς ἐξετάσεις σὺν ἀκριβείᾳ γίνεσθαι, καὶ μηδένα συκοφαντίαν ἐπανίστασθαί τισι, καὶ ψευδοκατηγορεῖν, καὶ ψευδομαρτυρεῖν ἐν τοῖς τοιούτοις· καθάπερ γὰρ τοῖς ἱερεῦσιν, εἴ τι τοιοῦτο πράξειεν, τηλικαύτας ἐπεθήκαμεν ποινάς· οὕτω καὶ τοῖς συκοφαντεῖν αὐτοὺς πειρωμένοις ἐξ οὐρανοῦ καὶ τῶν ἡμετέρων νόμων ποινὰς ἐπικεῖσθαι βουλόμεθα· εἰ προσαγγείλαντες εἴτε ἐπεξελθεῖν μὴ βουληθεῖεν ἢ συστῆσαι τὰς τοιαύτας κατηγορίας οὐκ ἰσχύσαιεν.

1 *Invocatio ſancti & adorandi ſit Spiritus*] *Theodoretus in illud .. epiſt. Paul. ad Timoth. verſ. 5. Manus cito nemini impoſueris:* Oportet enim prius examinare vitam ejus qui ordinatur: deinde in ipſum invocare gratiam Spiritus. *Theophilactus in illud 2. ad eund. Timoth. Admoneo te ut excites gratiam:* Quia novi te non ſimulatam habere fidem, exciro te ut gratiam Spiritus, quam accepiſti ad Præfecturam Eccleſiæ, ad ſignorum operationem, & ſimpliciter ad omnem quæ Epiſcopum deceat virtutem, ut hanc exſuſcires; hoc eſt ut ſemper vivam & floridam efficias. *Oecumenius in eumdem locum Pauli:* Spirituale acceperat donum, & ſuadet ut illi animi promptitudine, attentione & vigilantia efficiat vehementius & efficacius. D. Ambroſius *cap. 5. de dignitat. Sacerdot.* diſſerit adverſus eos qui pretio donum Dei

a Σφόδρα, &c.] Refert Photius *tit. ix. cap. xxvii. & cap. xxxix.* Meminit Theodor. *lx.* Βασιλικῶν *tit. viii.* Præfationis ſumma extat *1. ad Timoth. cap. ii. verſ. ii. cap. iii. verſ. ii. vii. & viii.*

b Ταῖς τῶν ἵππων ἁμίλλαις] *Evagr. lib. iiii. cap xxvi.* Θωμᾶ τὸν αὐτόθι τῆς Ἐκκλησίας θρόνον διέποντος, ἀνδρὸς λόγῳ τε καὶ ἔργῳ δυνατωτάτου, ὃς καὶ συνδιαθεῖναι τῷ Χοσρόῃ τὴν τῶν ἵππων ἅμιλλαν ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ παρὰ τὸ νενομισμένον σοφῶς ὑπέστη.

c Σκηνῇ καὶ θυμέλαις] *Synod. Laodic. Can. liiii.*

d Ἐν θεάτροις τῶν μαχομένων] Amphitheatrum Titi, θέατρον κυνηγετικὸν Xiphilinus vocat.

e Ἀποτετάχθαι] *Salvianus lib. vi. de vero Dei Judic. Tertullianus de ſpectacul.* Igitur ſi ex idololatria univerſam ſpe-

ctaculorum paraturam conſtare conſtiterit, indubitate præjudicatum erit etiam ad ſpectacola pertinere ab renunciationis noſtræ teſtimonium in lavacro, quæ diabolo & pompæ & angelis ejus ſint mancipata. Renuntiabant ad Occidentem ei qui in Occidente eſt, & ſic verſi ad Orientem pactum inibant cum ſole juſtitiæ.

[f] *Ἐν ταῖς χειροτονίαις ἀρχαῖς τι*] Ὅτι καὶ ἡ ἐπ᾽ ἐκκλησίας χειροτονία διὰ μυστικῶν ἀρχῶν τελεῖται.

[g] Ἡ τῆς χειρὸς] An ἡ tollendum? ταῖς αὐτῶν κεφαλαῖς ἐπέθηκαν τὰς χεῖρας, qui ritus ab Hebræis fluxit, & in Eccleſia aliter in Epiſcopis ac Clericis conſtituendis ſervatus eſt περὶ ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας. Articulus tamen ferri poteſt.

[h] Ἱερᾶς ζωνίζεις] *Iſidorus de Officiis*, quod initio Diaconorum fuerat. *August. quæſtion. 61. Vet. & Novi Teſtam.*

[i] Οἱ μὲν ἀναγινώσκουσι γραφὰς] Alius diſtinguendæ lectioni aptior eſt, alius Pſalmo gratior, uti Ambroſius loquitur. Propterea alii lectores, alii cantores poſtremo nominari ſunt, quorum meminit auctor Epiſtol. ad Antiochenos.

[k] Παραβάλλων θεαῖς] *Euſtat. Odyſſ.* Α. Παραβάλλεσθαι παρακινδυνεύειν, ἐπεὶ δὴ καὶ ὁ παράβολος αὐθέντης, ὁ κινδύνοις ἑαυτὸν παραβάλλων ὁ ἐστι παρακινδυνευτής, καὶ περίλημα παράβολον ὅπερ ὁ τοιοῦτος ποιεῖ. Et parabolarii Firmico & Anaſtaſio Bibliothecario. Corrupte alicubi. Plutharcus παράβολος.

[l] Ποιεῖν ἀρχὴν] *Auguſtin. de Civit. Dei lib. V. cap. XXVI.* Sic egit pœnitentiam, ut Imperatoriam celſitudinem, pro illo populus orans magis fleret videndo proſtratam. Pœnitentiæ tempus intra delicti modum definitum, neque receptos niſi debite & explorate pœnitentes notum eſt, & ordo pœnitentibus præſcriptus, ut ſequitur προσκλαύσις, ἀκρόασις, ὑπόπτωσις, σύστασις, μέθεξις.

[m] Ἐκκλησιαστικὸν σπόρτιον] Quam Clericis erogabant Oeconomi *Nov. 11.* Quæ additur in fine conſtitutionis execratio, in ore fuit omni populo.

comparari poſſe putant, & gratiam non gratis conferunt, pro conceſſo ordine pecuniam expectantes. *Idem in illud 1. ad Corinth. 12. diviſiones gratiarum:* Sicut enim qui dicit Dominum Jeſum, in Spiritu Sancto dicit, qualiſvis ſit: ita & in loco ordinis Officii Eccleſiaſtici poſitus gratiam habet qualiſvis ſit, non utique propriam, ſed Ordinis, per efficaciam Spiritus Sancti. *D. Auguſtinus epiſt. 50. ad Bonifac. prop. fin.* Eccleſia Catholica ſola corpus eſt Chriſti, cujus ille caput eſt Salvator corporis ſui. Extra hoc corpus neminem vivificat Spiritus Sanctus; quia, ſicut ipſe dicit Apoſtolus, charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis. *Idem cap. 18. de bono conjugali.* Non abſurde viſum eſt eum qui exceſſit uxorum numerum ſingularem non peccatum aliquod commiſiſſe, ſed normam quamdam ſacramenti amiſiſſe, non ad vitæ bonæ meritum, ſed ad ordinationis Eccleſiaſticæ ſignaculum neceſſariam. *Idem cap. 24.* Si fiat ordinatio Cleri ad plebem congregandam, etiam plebis congregatio non ſubſequatur, manet tamen in illis ordinatis ſacramentum ordinationis. *Idem ſerm. de geſt. cum Emerit.* Baptiſmus non eſt ipſorum, ſed Chriſti. Invocatio nominis Dei ſupra caput ipſorum quando ordinantur Epiſcopi, invocatio illa Dei eſt, non Donati. *Idem lib. 2. cont. Parmenianum cap. 11.* Spiritus autem Sanctus in Eccleſiæ Præpoſito vel miniſtro ſic ineſt, ut ſi fictus non eſt operetur per eum Spiritus Sanctus, & ad ejus mercedem in ſalutem ſempiternam, & eorum regenerationem vel ædificationem qui per eum ſive conſecrantur, ſive evangelizantur. *D. Dionyſius cap. 4. Eccleſiaſt. Hierarch.* Tum Pontifex ſumptum unguentum in divino altari duodecim pennis ſive velis factis obtectum locat, canentibus omnibus ſanctiſſima voce ſacrum canticum Alleluya, quod Deo correpti Prophetæ, Divino ſpiritu dictante, exceperunt: perfectaque ſuper eo ſolemni, qua illud conſecravit, precatione, in ſanctiſſimis eorum, quæ conſecrantur, illud adhibet in omni fere Pontificio munere. *Euſebius lib. 10. Hiſtor. Eccleſ. cap. 4.* Amici & Sacerdotes Dei, qui ſacra tunica talari induti, & cæleſtis gloriæ corona decorati, divinaque unctione delibuti, & Sacerdotali Sancti Spiritus veſte amicti eſtis. *Pacianus epiſt. 3. ad Sempronian. initio.* Immaculatus aliquis & purus, qui Novatum non

audierit, qui nunquam Eccleſiam deſerverit, qui ab Epiſcopis Epiſcopus factus eſt, qui jure ordinario conſecratus, qui vacantem cathedram in Eccleſia conſecutus.

[a] *Dum ſacras nobis ex ſacris noſtris Bibliis, illi quidem legunt ſcripturas, hi vero hymnos & odas canunt*] *Clemens Romanus lib. 2. cap. 61.* Si vero lector e ſuperiori loco prius legit libros Moſis, alius Davidis hymnos canit. *Synodus Vaſenſis 2. habita ann. 529. Can. 1.* Ut Preſbyteri juniores lectores doceant Pſalmos parare, Divinis lectionibus inſiſtere, & in lege Domini erudire contendant. *Synodus Remenſis 2. habita ann. 813. Can. 4.* Lectæ ſunt epiſtolæ Pauli, qualiter Subdiaconi miniſterium eſt eumdem Apoſtolum legere, ut officium ſibi commiſſum implere tectius potuiſſet. *Can. 5.* Lectum eſt Evangelium, ut Diaconi etiam inſtruerentur qualiter Chriſto, cujus funguntur officio, condigne valerent miniſtrare. *Can. 14.* Ut Epiſcopi diligentius operam dent, lectionique divinæ incumbant; id eſt Canonicis libris & opuſculis Patrum, & Verbum Dei omnibus prædicent.

TITULUS QUINTUS.

DE HÆRETICIS ET MANICHÆIS & Samaritis [1].

De Privilegiis & muneribus.

I. Imppp. CONSTANTIN. CONSTANTIUS & CONSTANS ad Dracilianum Præfect. Urbi.

PRIVILEGIA, quæ contemplatione religionis indulta ſunt [2], Catholicæ tantum legis obſervatoribus prodeſſe oportet [3], Hæreticos non ſolum ab his privilegiis alienos eſſe volumus, ſed etiam diverſis muneribus conſtringi & ſubjici: P. P. Kal. Septemb. Generaſto [4]; CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO [5] CONSS: 326.

[1] *Samaritis*] *Epiphanius pag. 30. edition. Petaviana, verba faciens de Doſitheo:* Cum enim Judæus eſſet, ſeſe ad Samaritanos adjunxit. *De Samaritis porro agere incipit pag. 24. Philaſtrius Brixienſis lib. de Hæreſib.* Samaritani a Samaro Rege ita nuncupati ſunt: alii autem aiunt a filio Chanaam, qui hoc nomine Samarus vocabatur, a quo Samaritani ſunt appellati. Iſti legem accipiunt Moiſis, id eſt quatuor ſolum libros; judicium futurum non expectantes, Reſurrectionem negantes, Chriſtum Dominum Dei Filium in lege & Prophetis nunciatum ante non credentes.

[2] *Privilegia quæ in contemplatione religionis indulta ſunt*] Poſt habitum Nicænum Concilium, & devictis Sabellio, Manete, Paulo, Apollinari, Arrio, & cæteris qui modo remoti & Eccleſiis ſpoliati, Paulin. & Julian. Coſſ. Unde *Sozomenus Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 30.* Contra iſtos omnes legem tulit Imperator, mandavitque ut templa ipſis adimerentur, Eccleſiiſque adjungerentur.

[3] *Catholica tantum legis obſervatoribus prodeſſe oportet*] *Idem Sozomenus loc. ſup. citat.* Illis expoſuit quod præſtaret cum Eccleſia Catholica communicare, atque ad eam accedere hortatus eſt. *D. Cyrillus Catecheſ. 18.* Si iveris in aliquam urbem, non petas ubi ſit Eccleſia, vel domus Dei, nam etiam Hæretici dicunt ſe habere domum Dei & Eccleſiam. *D. Auguſtinus cont. epiſt. fundam. cap. 4.* Id enim nomen proprium eſt hujus ſanctæ Eccleſiæ matri omnium noſtrum. *Idem ibid.* Quærenti peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniatur nullus Hæreticorum

ticorum vel Baſilicam ſuam vel domum audeat oſtendere. *Idem cap. 7. de ver. Relig.* Chriſtiana religio Catholica nominatur non ſolum a ſuis, verum ab omnibus inimicis: velint enim nolintve ipſi quoque Hæretici & Schiſmatum alumni, quando non cum ſuis, ſed cum extraneis loquuntur, Catholicam nihil aliud quam Catholicam vocant. Non enim poſſunt intelligi niſi hoc eam nomine diſcernant quæ ab univerſo orbe nuncupatur. *Idem lib. 1. de tempor. ſerm. 131.* Catholicam dicit toto orbe diffuſam, quia diverſorum Hæreticorum Eccleſiæ ideo Catholicæ non dicuntur, quia per loca atque per ſuas quaſque Provincias continentur. *Idem cap. 7. de utilit. credend.* Eorumdem autem Chriſtianorum cum ſint plures Hæreſes, atque omnes ſe Catholicos velint videri, alios præter ſe Hæreticos nominent, una eſt Eccleſia, ut omnes concedunt, ſi totum orbem conſideres, refertior multitudine: ut autem qui noverunt affirmant, etiam veritate ſincerior cæteris omnibus. *Lactantius lib. 4. cap. 30.* Cum enim Phryges, aut Novatiani, aut Valentiniani, aut Marcionitæ, aut Anthropiani, aut Arriani, ſeu quilibet alii nominantur, Chriſtiani eſſe deſierunt qui Chriſti nomine amiſſo humana & externa vocabula induerunt. Sola igitur Catholica Eccleſia eſt quæ verum cultum retinet. Hic eſt fons veritatis, domicilium fidei, hoc eſt templum Dei, quo ſi quis non intraverit, vel a quo ſi quis exiverit, a ſpe vitæ ac ſalutis æternæ alienus eſt.

[4] *Generaſto*] Forte Geraſti, vel Beryti, ut *L. 1. Cod. Theod. de Glad.* Sed non fuit eo anno Beryti Conſtantinus, ſed Roma decedens acceſſit Spoletum, demum Mediolanum adiit, *in eod. Cod. l. 3. de bon. vac. l. 2. de Hæret. l. 1. Unde vi.*

[5] *Conſtantio*] Nam ut decennalibus Criſpum & Conſtantinum filios Cæſares declaraverat, ſic vicenalibus Conſtantium eadem appellatione affecit Paulino & Juliano Coſſ. *Sic in Cod. Theodoſ. l. 5. de curſ. public. l. 2. ad leg. Cornel. de falſ.*

In AUTHENT. De privileg. dot. hæ. mul. §. Quia enim dedimus, coll. 8. tit. 10. al. 5. ſeu Novell. 119. cap. 1.

ITem privilegium dotis, quo mulier creditoribus tempore prioribus anteponitur, necnon de tacitis hypothecis, & alia omnia mulieribus a lege data, clauduntur his, qui Catholicam non participant communionem.

Ut omnes Hæreſes perpetuo quieſcant. 1. Qui dicuntur Hæretici.

II. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. ad Heſperium PF. P.

OMNES vetitæ legibus divinis & imperialibus conſtitutionibus Hæreſes perpetuo quieſcant[1]. Nemo ulterius conetur, quæ reperit profana præcepta vel docere, vel diſcere[2]. Nec Antiſtites eorundem audeant fidem inſinuare, quam non habent[3]: nec miniſtros creare, qui non ſunt[4]. Nec per conniventiam Judicantium, omniumque quibus per conſtitutiones paternas ſuper hoc cura mandata eſt, ejuſmodi audacia negligatur, & creſcat.

§. 1. Hæreticorum autem vocabulo continentur, & latis adverſus eos ſanctionibus ſuccumbere debent, qui vel levi argumento a judicio Catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deviare[5]. Datum III. Non. Auguſt. Mediolani, AUSONIO & OLYBRIO CONSS. 372.

[1] *Omnes vetita legibus divinis & imperialibus conſtitutionibus Hæreſes perpetuo quieſcant*] Antiquato reſcripto, quod apud Syrmium iiſdem Conſulibus emerſe-

rat, ut præter Manichæos, Photinianos & Eunomianos, quam quiſque Religionem vellet pro arbitrio coleret.

2 *Profana præcepta vel docere, vel diſcere*] *Vincentius Lirinenſis commonit. 1. cap. 33.* Profana quæ nihil habent ſacri, nihil religioſi, ab Eccleſiæ penetralibus, quæ eſt templum Dei, penitus extranea.

3 *Nec Antiſtites eorumdem audeant fidem inſinuare quam non habent*] *Damaſus Proſpero Numidiæ primæ Sedis Epiſcopo, &c. pag. 31. & 34. Epiſt. Decretal.* Quia quod non habent, dare nequaquam poſſunt. *Tertull. de Baptiſm. cap. 15.* Nec Baptiſmus unus quia non idem, quem cum rite non habeant, ſine dubio non habent: nec capit numerari quod non habetur: ita nec poſſunt accipere, quia non habent.

4 *Nec miniſtros creare, qui non ſunt*] *D. Cyprianus de ſimplicit. Prælator.* Qui ſe Præpoſitos ſine ulla ordinationis lege conſtituunt; qui nemine Epiſcopatum dante Epiſcopi ſibi nomen aſſumunt. *Idem lib. 1. epiſt. 6.* Novatianus in Eccleſia non eſt, neque Epiſcopus computari poteſt, quia Apoſtolica traditione contempta nemini ſuccedens a ſe ipſo ordinatus eſt. *D. Hilarius adverſ. Arrian. pag. 312.* Oro vos Epiſcopi, qui hoc vos eſſe creditis. *D. Ambroſius lib. 1. Offic. cap. 41.* Quo Sacerdos ſancte ſine Diacono properas? nunquam ſacrificium ſine Miniſtro offerre conſueveras. *D. Hieronymus in Vigilant.* Eccleſia vindicat, quæ veros Sacerdotes habet: Hæreſis non poteſt, quæ Sacerdotes Dei non habet. *Philippus Presbyter in Job:* Hoc putantes ſe eſſe quod non ſunt. *Zoſimus Cler. ordin. & pleb. conſiſtent. Maſſil.* Cum ipſe jam non ſit Epiſcopus, Epiſcopos facit. *Damaſus Proſper. tom. 2. Concil. General. col. 877.* Hi nomen non habent, qualiter officium habebunt. Uſuardus Archidiaconus etiam ſalutaris & Miniſter ſecundus in Officio Miniſtrorum.

5 *Hæreticorum autem vocabulo continentur, qui vel levi argumento a judicio Catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deviare*] *D. Ambroſius in fun. ſatyr. fratr.* Nam quamvis Lucifer pro fide exulaſſet, & fidei ſuæ reliquiſſet hæredes, tamen non eſt fides in Schiſmate: & licet fidem erga Deum teneret, tamen erga Dei Eccleſiam non tenebat. Onus patiebatur velut artus dividi & membra lacerari. *D. Auguſtinus de Agon. Chriſtian.* ubi a capite 14. uſque ad finem, per inductionem oſtendit omnem omnino errorem rejiciendum eſſe, & omnem omnino veritatem amplectendam. *Idem in Pſalm. 57.* In ventre quippe Eccleſiæ veritas manet. Quiſquis ab hoc ventre Eccleſiæ ſeparatus fuerit, neceſſe eſt ut falſa ſequatur.

De locis. 1. De litaniis.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Clearcho Præfecto urbi.

CUNCTI Hæretici proculdubio noverint omnia ſibi loca adimenda eſſe[1]: ſive ſub Eccleſiarum nomine teneantur[2], ſive Diaconica appellentur[3], vel etiam decanica[4]: ſive in privatis ædibus, vel locis hujuſmodi cœtibus copiam præbere videantur: his ædibus, vel locis privatis, Eccleſiæ Catholicæ vindicandis.

§. 1. Ad hoc interdicatur his omnibus[5], ad litanias faciendas[6] nocte[7], vel die prophanis coire conventibus: ſtatuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium Sublimitatis tuæ: vel Præſidale, quinquaginta, ſi quid hujuſmodi fieri vel in publico, vel in privatis ædibus concedatur. Datum v. Non. Martii, ARCADIO IV. & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

1 *Cuncti Hæretici proculdubio noverint omnia ſibi loca adimenda eſſe*] *In conſtitu-*

tione Conſtantin. & Licin. Imperat. Euſeb. lib. 10. cap. 5. Ac quoniam ipſi Chriſtiani non ſolum ea loca in quæ convenire ſolent, ſed alia etiam habuiſſe cognoſcuntur, quæ non privatim ad ſingulos, ſed ad jus totius ipſorum communitatis, id eſt Chriſtianorum ſpectabant: ſingulis qui ea poſſident mandes velim, ut omnia per legem quam ſupra poſuimus, abſque ulla controverſia Chriſtianis, id eſt ſocietati ipſorum & conventui reddant. *Idem Euſeb. lib. 3. de vit. Conſtantin. cap. 63.* Per hanc legem mandamus ne quis veſtrum poſt hac conventus cogere audeat; & propterea etiam jubemus, ut univerſæ ædes veſtræ, in quibus congreſſus illos celebrare conſuevistis, penitus evertantur. *Pammelius adnotat. 109. ad Tertull. de præſcript. adverſ. Hæretic.*

[2] *Sive ſub Eccleſiarum nomine teneantur*] *D. Cyrillus Catecheſ. 18. & D. Auguſtinus cap. 4. cont. epiſt. fundam:* eorum verba ſuperius relata *ad legem. 1. num. 3.* Euſebius *lib. 3. de vit. Conſtant. cap. 63.* Mandavimus ut omnia ſuperſtitionis veſtræ loca, in quibus convenire ſoletis, omnia dico Hæreticorum templa, ſi modo templa appellare convenit, ſine recuſatione aut controverſia diruantur, & diruta abſque mora Catholicæ tradantur Eccleſiæ.

[3] *Sive Diaconica appellentur*] Diaconicum Eccleſiæ Secretarium, ſic dictum, quod Diaconorum curæ incumberet. *Gloſſ. manuſcript. ad Concil. Laodic. Can. 21.* In Diaconio, id eſt, in Sacrario.

[4] *Vel etiam decanica*] *In Concil. Colonienſ. ann. 1260. Can. 1. & 2.* Decanicum carcer Eccleſiaſticus, carcer Canonicalis diſciplinæ. *Julianus Antecessor conſt. 73.* Executor autem litium conſtitutus in Decanicis Eccleſiarum recludatur, pœnas competentes luiturus.

[5] *Interdicatur his omnibus profanis coire conventibus*] *Seneca 3. declamat.* Qui cœtum fecerit, capitale ſit. *Suetonius cap. 4. in Cæſar.* Ac ne qui novi cœtus.

[6] *Ad litanias faciendas*] Litaniæ triduanæ ſupplicationes. *Euſebius Emiſenus Homil. de litan.*

[7] *Nocte*] *Hiſtor. tripartit. lib. 10. cap. 8.* Arriani extra civitatem collectas agebant. Sabbato autem atque Dominica intra portas & porticus congregati Hymnos & Antiphonias ex Arriano dogmate compoſitas decantabant, & hoc maxima noctis parte facientes. Quam ob cauſam, *ut refert Socrates lib. 6. cap. 8.* Joannes Epiſcopus Conſtantinopolis precationes quæ noctu fieri conſueverant primus ampliavit. *D. Auguſtinus lib. 22. de Civit. Dei, cap. 8.* Ibi cum jaceret vel morti proximus, vel ſimillimus mortuo, ad veſpertinos illuc hymnos & orationes cum ancillis ſuis & quibuſdam ſanctimonialibus ex more Domina poſſeſſionis intravit, atque hymnos cantare cœperunt.

De legibus & moribus. 1. De publico crimine. De publicatione bonor. 2. De liberalitate & ſucceſſione. 3. De donatione & contractibus. 4. De morte & memoria rei. 5. De ultima voluntate. 6. De liberis, de pœnitentia. 7. De his qui Hæreticos recipiunt. 8. De ſervis Hæreticorum.

IV. Iidem & THEOD. AAA. ad Senatorem P. Urb.

MANICHÆOS ſeu Manichæas vel Donatiſtas [1] meritiſſima ſeveritate perſequimur. Huic itaque hominum generi nihil ex moribus, nihil ex legibus commune ſit cum cæteris.

§. 1. Ac primum quidem volumus eſſe publicum crimen [2]: quia quod in religionem divinam committitur, in omnium fertur injuriam: quos bonorum etiam omnium publicatione perſequimur.

§. 2. Ipſos quoque volumus amoveri ab omni liberalitate & ſucceſſione quolibet titulo [3] veniente.

§. 3. Præterea non donandi, non emendi, non vendendi, non

poſtremo contrahendi cuiquam convicto relinquimus facultatem.

§. 4. In mortem quoque inquiſitio extendatur². Nam ſi in criminibus Majeſtatis licet memoriam accuſare defuncti, non immerito & hic debet ſubire tale judicium.

§. 5. Ergo & ſuprema illius ſcriptura irrita ſit ſive teſtamento, ſive codicillo, ſive epiſtola, ſive quolibet alio genere reliquerit voluntatem, qui Manichæus fuiſſe convincitur.

§. 6. Sed nec filios hæredes eis exiſtere, aut adire permittimus, niſi a paterna pravitate diſceſſerint. Delicti enim veniam pœnitentibus damus.

§. 7. In eos etiam auctoritatis noſtræ aculei dirigantur, qui eos domibus ſuis damnanda proviſione defendunt.

§. 8. Servos inſuper extra noxam eſſe volumus: ſi dominum ſacrilegum evitantes, ad Eccleſiam Catholicam ſervitio fideliore tranſierint. Dat. VIII. Kal. Matt. Romæ, HONORIO VII. & THEODOSIO II. AA. CONSS. 407.

[1] *Manichæos ſeu Manichæas vel Donatiſtas*] *D. Auguſtinus epiſt. 48.* Sed Donatiſtæ nimium inquieti ſunt, quos per ordinatas a Deo poteſtates cohiberi atque corrigi mihi non videtur inutile, nam de multorum jam correctione gaudemus qui tam veraciter unitatem Catholicam tenent atque defendunt, & a priſtino errore liberatos ſe eſſe lætantur. *Idem lib. 1. cont. epiſtol. Parmen. cap. 6.* Qui autem Donatiſtis conſentiunt, eoſque defendunt, fatentur ſe illius Eccleſiæ eſſe quæ cauſam ſuam, qualiſcumque illa fuerit, non potuit tamen in tranſmarinis tot diſceptationibus obtinere, & eorum adverſus judices murmura & crimina credula vanitate ſuſcipiunt. *D. Proſper de Manichæis repertis Romæ ſub Theodoſio juniore ad annum 444.* Hoc tempore plurimos Manichæos intra urbem latere diligentia Papæ Leonis innotuit, qui eos de ſecretis ſuis erutos, & oculis totius Eccleſiæ publicatos omnes dogmatis ſui turpitudines & damnare fecit & prodere, incenſis eorumdem codicibus, quorum magnæ moles fuerant interceptæ. *Epiſtol. 1. Anaſtaſ. PP. tom. 2. Concil. General. col. 1191.* Manichæos vero quos in urbe Roma invenimus & ſequaces eorum nolite recipere, neque eis communicare, aut ullam cum eis participationem habere, priuſquam ad rectam convertantur fidem.

[2] *Ac primum quidem volumus eſſe publicum crimen*] An Hæretici morte puniendi? *Bellarminus lib. 3. de Laicis cap. 21.* An cogendi vel interficiendi? *Pamelius adnotat. 7. ad ſcapulam in hæc verb. cap. 2 Sed nec Religionis eſt cogere Religionem.* Ne quis locum hunc detorqueat ad ſectarum licentiam: adnotanda venit Auctoris ſententia eorumdem libertati prorſus contraria initio Scorpiaci Ad officium Hæreticos compelli non illici dignum eſt. Duritia vincenda eſt, non ſuadenda.

[3] *Ipſos quoque volumus amoveri ab omni liberalitate & ſucceſſione quolibet titulo*] *In Commonitorio Concilii Africani ad Principes adverſus Donatiſtas tom. 1. Concil. General. 1109. fratribus Theaſio & Evodio Legatis ex Carthaginenſi Concilio ad glorioſiſſimos, Religioſiſſimoſque Principes miſſis.* Petendum etiam ut lex quæ Hæreticis vel ex donationibus vel ex teſtamentis aliquid capiendi vel relinquendi denegat facultatem, ab eorum quoque pietate hactenus repetatur, ut eis relinquendi vel ſumendi jus adimat, qui pertinaciæ furore cæcati in Donatiſtarum errore perſeverare voluerint. Cæterum illis qui conſideratione unitatis & pacis ſe corrigere voluerint, abſque interdicto hujus legis capiendæ hæreditatis aditus pateat, ſi adhuc in errore Hæretico conſtitutis aliquid ante donationis vel hæreditatis obvenit: his ſane exceptis, qui lite pulſati putaverint ad Catho-

licam tranſeundum: quia de talibus credibile eſt non metu cæleſtis judicii potius, quam terreni commodi aviditate unitatem Catholicam præoptaſſe. Ad hæc autem omnia præſidio opus eſt poteſtatum ſuarum quarumcunque Provinciarum.

[4] *In mortem quoque inquiſitio extendatur*] *D. Auguſtinus Homil. de Ovibus cap.* 1. Vigilate Hæretici. audite a paſtore teſtamentum pacis; venite ad pacem. Iraſcamini Chriſtianis Imperatoribus, quia teſtamenta veſtra valere noluerunt in domibus veſtr[illegible]. Videte quam digna ſit pœna, & quid eſt quod teſtamentum veſtrum non valet in domo veſtra. Quid eſt? quantum eſt? Dolor ipſe admonitio eſt, nondum dam[illegible]

Si dominus temporalis terram ſuam purgare neglexerit ab Hæretica pravitate.

Nova Conſti[illegible] Friderici Imperatoris de ſtatu & conſuet. §. Si vero dominus, collat. x. conſtitut. fin.

SI vero dominus temporalis requiſitus & admonitus ab Eccleſia terram ſuam purgare neglexerit ab Hæretica pravitate, poſt annum a tempore monitionis elapſum, terram ipſius exponimus Catholicis occupandam: qui eam exterminatis Hæreticis abſque ulla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſervent: ſalvo jure domini principalis, dummodo ſuper hoc nullum præſtet obſtaculum, nec aliquod impedimentum apponat. Eadem nihilominus lege obſervata contra eos, qui non habent domos principales.

De credentibus, receptatoribus, defenſoribus, & fautoribus Hæreticorum.

Nova Conſtitutio Friderici Imp. de ſtatu, & conſuet. §. Credentes, collat. x. conſt. fin.

CRedentes præterea, receptatores, defenſores & fautores Hæreticorum damnamus, firmiter ſtatuentes, ut ſi poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, ſatisfacere contempſerit intra annum, ex tunc ipſo jure ſit infamis, nec ad publica officia, ſeu conſilia, vel ad eligendum aliquos adhibeatur, neque ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, ut nec teſtandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ei ſuper quocunque negotio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Quod ſi forte judex extiterit, ejus ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſa aliqua ad ejus audientiam perferantur. Si vero fuerit advocatus ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, inſtrumenta per ipſum confecta nullius penitus momenti cenſeantur. Ne Hæretici in loco Romano conveniendi morandive facultatem habeant. De Manichæis pellendis, & ultimo ſupplicio tradendis. Confirmatio legum contra Hæreticos latarum. De donationibus. De ultimis voluntatibus. De ædificiis. De procuratore. De auxilio civili, militari, curiarum, defenſorum, judicum. De militia, & variis pœnis. De beneficio adverſus leges impetrato.

V. Impp. THEOD. & VALENTIN. C. Florentio P. P.

ARIANI[1], & Macedoniani[2] Pneumatomachi, Apollinariani[3], Novatiani[4], ſeu Sebatiani, Eunomiani[6], Tetraditæ[7], ſeu Teſſareſcædecaditæ[8], Valentiniani[9], Pauliani, Papianiſtæ[10], Montaniſtæ[11], ſeu Priſcillianiſtæ[12], vel Phryges[13], vel Pepuzitæ[14], Marcioniſtæ[15], Borboritæ[16], Meſſaliani[17], Euchitæ[18], ſive Enthouſiaſtæ, Donatiſtæ[19], Audiani[20], Hydroparaſtatæ[21], Taſcodrogitæ[22], Batrachitæ[23], Hermoge-

niani [14], Photiniani [15], Pauliniani [16], Marcelliani [17], Ophitæ [18], Encratitæ [19], Carpocratitæ [20], Saccophori [21], & qui ad imam uſque ſcelerum nequitiam pervenerunt Manichæi [22], nuſquam in Romanum locum conveniendi morandique habeant facultatem: Manichæis etiam de civitatibus pellendis, & ultimo ſupplicio tradendis: quoniam his nihil relinquendum loci eſt, in quo ipſis etiam elementis fiat injuria. Cunctis quoque legibus quæ contra eos cæteroſque, qui noſtræ fidei reſtagantur, olim diverſiſque temporibus latæ ſunt, ſemper vindi obſervantia valituris, ſive de donationibus in Hæreticorum conventicula (quæ ipſi audacter Eccleſias nuncupare conantur) factis, ſive ex ultima voluntate rebus qualitercumque relictis, ſive de privatis ædificiis, in quæ domino permittente vel connivente convenerint, venerandæ nobis Catholicæ Eccleſiæ vindicandis: ſive de procuratore, qui hoc neſciente domino fecerit, decem librarum auri multam, vel exilium, ſi ſit ingenuus, ſubituro: metallum vero poſt verbera, ſi ſervilis conditionis ſit. Ita ut nec in publicum convenire locum, nec ædificare ſibi quaſi Eccleſias, nec ad circumſcriptionem legum quicquam meditari valeant, omni civili & militari, curiarum etiam, & defenſorum, & judicum ſub viginti librarum auri interminatione prohibendi auxilio. Illis etiam omnibus in ſua manentibus firmitate, quæ de militia pœniſque variis, deque diverſis Hæreticis promulgata: ut nec ſpeciale quidem beneficium adverſus leges valeat impetratum. Dat. Conſtantinop. III. Kal. Jun. FELICE & TAURO CONSS. 428.

1 *Ariani*] *V. C. Adriani. D. Auguſtinus lib. de Hæreſib. Homil. 49.* Ariani ab Ario in eo ſunt notiſſimi errore, quo Patrem & Filium & Spiritum Sanctum nolunt eſſe unius ejuſdemque naturæ, atque ſubſtantiæ, aut ut expreſſius dicatur eſſentiæ.

2 *Macedoniani*] *D. Auguſtinus Hæreſ. 52.* Macedoniani ſunt a Macedonio Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopo, quos & πνευματομάχους Græci dicunt eo quod de Spiritu Sancto litigent.

3 *Apollinaris*] *V. C. Apollinariſtæ. D. Auguſtinus Hæreſ. 55.* Apollinariſtas Apollinaris inſtituit, qui de anima Chriſti a Catholica diſſenſerant, dicentes, ſicut Ariani, Deum Chriſtum carnem ſine anima ſuſcepiſſe.

4 *Novatiani*] *Conſtantinus Harmenopulus lib. de Sectis inſerto tom. 11. Biblioth. SS. Patr. pag. 536. de Novatian.* Novatiani, cætera pii, nuptias ſecundas abominabantur; & lapſos, poſteaquam reſipuiſſent, non admittebant. *Concil. Conſtant. ann. 381. tom. 2. Concil. General. col. 952.* Novatianos qui dicunt ſeipſos Catharos & Ariſteros, hoc eſt mundos, vel ſiniſtros, recipimus, dantes quidem libellos, & omnem Hæreſim anathematiſantes.

5 *Sebatiani*] *V. C. Sabatiani. Harmenopulus de ſect.* Sabatiani cum Novatianis eadem ſentientes, Judæorum morem in celebrandis feſtis obſervabant. V-cantur & ſiniſtri quod manum lævam abominentur, nec ea ſumere quicquam audeant. *L. 59. Cod. Theodoſ. de Hæretic.* Novatiani & Sabbatiani cæterique Hæretici ſciant univerſa ſibi hac conſtitutione denegari. *Et l. 65.* Novatianis autem & Sabbatianis omnis innovationis adimatur licentia.

6 *Eunomiani*] Vet. Cod. variant, *Eunomaniani, Eunominiani, Audiani.* D. Auguſtinus horum meminit Hæreſ. 50. & Vadianos etiam appellat.

7 *Tetradita*] Seu Quartani, propterea quod Paſcha celebrantes non ad alios divertere, ſed jejunare malunt: quo pacto nos quarto quoque die facere ſolemus. *Harmenopulus.*

[8] *Teſſareſcædecadita*] *Vet. Cod. variant, Teſſariſcedadita, Teſſariſcedacavita, Taſcadrogita, Taſcodrochita, Aſcodragita. D. Auguſtinus lib. de Hæreſib. 29.* Teſſareſcedecaditæ hinc appellati ſunt, quod nonniſi quartadecima luna menſe Martio Paſcha celebrant, quilibet ſeptem dierum occurrat dies; & ſi dies Dominicus occurrerit, ipſo die jejunant & vigilant.

[9] *Valentiniani*] *D. Auguſtinus lib. de Hæreſib. 11.* Valentiniani a Valentino, qui de natura rerum multa fabuloſa confinxit, triginta ſæcula aſſerens extitiſſe.

[10] *Papianiſtæ*] *V. C. Papioniſta, Papinonſta, Papianiſta, a Papia, Chiliaſta. Philaſtrius Epiſcopus Brixienſis lib. de Hæreſ.* Alia eſt Hæreſis Chilionetitarum, id eſt mille annorum, quæ docet ita: Cum venerit Chriſtus de cœlo mille anni illi erunt iterum nobis carnaliter ad vivendum.

[11] *Montaniſtæ*] *Harmenopulus pag. 536.* Montani ſectatores ejus qui ſe paracletum appellabat, & duas mulierculas ſe comitantes habebat, Priſcillam & Maximillam, quas alias Teares nominabat.

[12] *Priſcilliániſta*] *Harmenopulus ibidem.*

[13] *Phryges*] *Harmenopulus ibid. loquens de Montano:* Pepuzam Phrygiæ vicum auguſtiorem reddens, Hieruſalem nominabat.

[14] *Pepuzita*] *D. Auguſtinus Hæreſ. 27.* Pepuſiani a loco quodam nominati ſunt, quam civitatem deſertam dicit Epiphanius. Hanc autem iſti divinum aliquid eſſe arbitrantes Hieruſalem vocant, tantum dantes mulieribus Principatum, ut Sacerdotio quoque apud eos honorentur.

[15] *Marcioniſta*] *Vet. Cod. Martianiſta, Marcianiſta. D. Auguſtinus Hæreſ. 22.* Marciom quoque a quo Marcioniſtæ ſunt qui Leodonis ſecutus eſt dogmata de duobus principiis.

[16] *Borborita*] *V. C. Borboriani, Borborita. Philaſtrius Hæreſ. 26.* Vitiis implicati ſæculi, & malis concupiſcentiis ſervientes non ſperant judicium futurum, ſed potius carnalem ſæculi concupiſcentiam laudant. Hi itaque in cœnam euntes, obliti de cœno facies, & membra deformantes.

[17] *Meſſaliani*] *D. Auguſtinus Hæreſ. 57.* Pſallianorum poſtremam ponit Epiphanius Hæreſim, quod nomen ex lingua Syra eſt. Græce autem dicuntur Εὐχῖται, ab orando ſic appellati; tantum enim orant, ut eis qui hæc de illis audiunt incredibile videatur.

[18] *Enchita*] *V. C. Enchiſiaſta, Enthouſiaſta.*

[19] *Donatiſta*] *Theodoretus 108.* De his Sanctus Auguſtinus mentionem facit. *Hæreſ. 69.* teſtaturque eos Schiſma in Hæreſim vertiſſe: & ſingulos eorum errores variis libris refellit.

[20] *Audiani*] De his *ſupra num. 10.* Adde Theodoret. *107.* & *L. 11. Cod. Theodoſ. de Hæretic* ubi de Eunomianis.

[21] *Hydroparaſtata*] *V. C. Idroparaſtita. Idem Theodoretus 92.*

[22] *Taſiodrogita*] *V. C. Aſcodrogita. Philaſtrius Hæreſ. 28.* Alii ſunt Aſcodrogitæ in Galatia qui utrem inflatum ponunt, cooperiunt in ſua Eccleſia, & circumeunt eum inſanientes potibus, & bacchantes ſicut Pagani libero Patri.

[23] *Batrachita*] Qui Ranas colunt. *Philaſtrius 8.*

[24] *Hermogeniani*] *Vet. Cod. Herinei, Etriani, Æliani. Harmenopul. 562.*

[25] *Photiniani*] *V. C. Fortiniani, Eptimani, Photiani. Philaſtrius Hæreſ. 18.* Photinus doctrinam ejus, Pauli ſcilicet Samoſateni, ſecutus in omnibus ſimiliter prædicabat; inque hoc mendacio perſeverans projectus eſt de Eccleſia Sirmienſium civitatis, a Sanctis Epiſcopis ſuperatus.

[26] *Pauliniani*] *Paulini in V. C. D. Auguſtinus Hæreſ. 44.* Pauliani a Paulo Samoſateno, Chriſtum non ſemper fuiſſe dicunt, ſed ejus initium, ex quo de Maria natus eſt aſſeverant.

[27] *Marcelliani*] *Iſidor. 50.*

[28] *Ophita*] *Offita in V. C. D. Auguſtinus Hæreſ. 17.* Ophitæ a Colubro nominati ſunt. Coluber enim Græce ὄφις dicitur. Hunc autem Colubrum, qui decepit Adam & Evam, Chriſtum arbitrantur, ſed habent etiam verum Colubrum quem nutriunt & venerantur.

29 *Encratitæ*] *D. Auguſtinus Hæreſ. 2.* Prohibet iſtos ſicut Encratitas vel Apotactitas non admittere ad communionem ſuam, niſi continentes. *Idem Hæreſ. 25.* Taciani a Tacio quodam inſtituti ſunt, qui & Encratitæ appellati ſunt. Nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus aliiſque corruptionibus faciunt. *Timotheus Presbyter magnæ Eccleſiæ tom. 5. Biblioth. Patr. 931. Theodoret. 92. L. 11. Cod. Theod. de Hæret.*

30 *Carpocratitæ*] *V.C. Ampotacritæ, Carporatiani.. D. Auguſtinus Hæreſ. 7.* Carpocratiani ſunt a Carpocrate, qui docebat omnem turpem operationem, omnemque adinventionem peccati: nec aliter evadi atque tranſiri Principatus & Poteſtates quibus hæc placent, ut poſſit ad cœlum ſuperius perveniri.

31 *Saccophori*] *V.C. Saccofori, Saccofoni. L. 11. Cod. Theod. de Hæret.*

32 *Et qui ad imam uſque ſcelerum nequitiam pervenerunt Manichæi*] *S. Leo ſerm. 5. de jejun.* Sed cum in cunctis perverſitatibus multiformem teneret principalem arcem, tamen ſibi in Manichæorum ſtruxit inſaniam, & latiſſimam in eis aulam, in qua ſe exultantius jactaret invenit: ubi non unius pravitatis ſpeciem, ſed omnium errorum impietatumque mixtum generaliter poſſideret.

33 *Conventicula quæ ipſi audacter Eccleſias nuncupare conantur*] *D. Cyprianus de unitat. Eccleſ.* Et dum Hæreſes & Schiſmata poſtmodum nata ſunt, dum conventicula ſibi adverſa conſtituunt. *D. Auguſtinus cont. epiſt. fundam. cap. 3.* Hac tamen lege ſervata ut vobiſcum non orem, ut conventicula vobiſcum non celebrem, ut Manichæi nomen non accipiam. *Concil. Carthag. 4. Can. 71.* Quod Hæreticorum cœtus non Eccleſia, ſed Conciliabulum ſit. *In Cod. Theodoſ. l. 5. de Hæret.* Hi conciliabulis damnatæ dudum opinionis abſtineant. *Epiſt. Pelag. PP. 2. pag. 630. epiſtol. Decretal.* Quidquid in prædicto veſtro conventiculo, quia Synodus taliter præſumpta eſſe non potuit. *Et paulo poſt pag. 631.* Quapropter, ut jam dictum eſt recte, non Concilium ſed veſtrum conventiculum vel conciliabulum caſſatur. Vincentius Lirinenſis *commonit. 1. cap. 37.* Audent enim polliceri & docere quod in Eccleſia ſua, id eſt in communionis ſuæ conventiculo magna & ſpecialis, ac plane perſonalis quædam ſit Dei gratia.

De nominibus Hæretic. 1. De lib. Neſtorii. De diſputationibus. De conventicul. ſanctio.

VI. Iidem AA. ad Leontium P. Urbi.

DAMNATO portentoſæ ſuperſtitionis auctore Neſtorio [1] nota congrui nominis ejus inuratur gregalibus, nec Chriſtianorum appellatione abutantur [2]: ſed quemadmodum Ariani ab Ario, lege divæ memoriæ Conſtantini ob ſimilitudinem impietatis: Porphyriani a Porphyrio nuncupantur: ſic ubique participes nefariæ ſectæ Neſtorii, Neſtoriani vocentur [3]: ut cujus ſcelus ſunt in deſerendo Deum imitati, ejus vocabulum jure eſſe videantur ſortiti [4].

§. 1. Nec vero impios libros nefandi & ſacrilegi Neſtorii adverſus venerabilem Orthodoxorum ſectam decretaque ſanctiſſimi cœtus Antiſtitum Epheſi habiti ſcriptos habere, aut legere, aut deſcribere quiſquam audeat [m]: quos diligenti ſtudio requiri ac publice comburi decernimus, ita ut nemo in religionis diſputatione aliquam ſupradicti nominis faciat mentionem: aut quibuſdam eorum habendi Concilii gratia, in ædibus aut villa aut ſuburbano ſuo, aut quolibet alio loco conventiculum clam aut aperte præbeat: quos omnes cœtus celebrandi licentia privari ſtatuimus. Scientibus univerſis, violatorem hujus legis publicatione bonorum eſſe coërcendum. Dat. III. Kal. Auguſt. Conſtantinop.

tantinop. THEODOSIO XV. & VALENTINIANO IV. AA. CONSS. 435.

[1] *Damnato portentoſæ ſuperſtitionis auctore Neſtorio*] Hæc conſtitutio refertur integra magis *in 5. Synod. Conſtantinop. coll. 5.* Cujus collatione locus unus aut alter hic emendabitur. *In edicto Martiani Imperatoris ad Conſtantinopolitanos cives de confirmat. geſtor. Chalced. tom. 4. Concil. General. col. 841.* Quo tempore etiam Neſtorianus error excluſus eſt, ejus auctore damnato. *In interpretat. leg. Theodoſ. jun. tom. eod. col. 564.* Nos confirmantes quæ ſalubriter definita ſunt ab eodem ſancto Concilio quod Epheſi congregatum eſt, generaliter promulgavimus legem, quæ tam prædictum Neſtorium, quam eos qui ei ſimilia ſapiunt, damnat: præcipientes ne Chriſtiani, ſaltem nomine, cenſerentur, ſed ut Simoniani potius vocarentur, quoniam blaſphemiam Simonis dilexerunt; definivimus enim cæteris eos debere ultionibus ſubjacere quas continet præfata præceptio. *D. Auguſtinus de corrept. & grat. cap. 15.* Ipſa quæ damnatio nominatur, quam fecit Epiſcopale judicium, qua pœna in Eccleſia nulla major eſt, ſi Deus voluerit in correptionem ſaluberrimam cedere. *Gelaſius PP. epiſt. 8. tom. 4. Concil. General. col. 1184.* Quemadmodum ergo non evidenter apparet etiam cunctos ſimili tenore conſtringi, & qui eorum communicatores & complices extiterunt, atque omnes omnino a Catholica atque Apoſtolica merito communione diſcerni. *Idem epiſt. 11.* Ut autem ab eorum qui in errore ſunt poſiti noxia ſocietate caveatis, nullum talibus communicantem ad veſtrum recipiatis qualibet ſubreptione conſortium.

[2] *Nec Chriſtianorum appellatione abutantur*] *Lactantius lib. 4. cap. 30.* Cum Marcionitæ aut Arriani nominentur Chriſtiani eſſe deſierunt, qui, Chriſti nomine amiſſo, humana & externa vocabula induerunt. *D. Ambroſius cap. 14. de Salomone.* Hæretici ſub prætextu nominis Chriſtiani abſconſa perfidiæ ſaxa fallaci confeſſione oris obducunt, in quæ homines, dum illis quod Chriſtiani ſint fides adhibetur, impingunt.

[3] *Sed quemadmodum Ariani ab Ario, lege divæ memoriæ Conſtantini ob ſimilitudinem impietatis, Porphyriani a Porphyrio nuncupantur: ſic ubique participes nefariæ ſectæ Neſtorii, Neſtoriani vocentur*] *In litera Conſtantini Imperatoris de reb. Synod. Nicæna ad Eccleſias lib. 8. Hiſtor. Eccleſ. Nicephor. cap. 25.* Ita & nunc placitum nobis eſt Arrium & Arrii ſuffragatores Porphyrianos quidem nominari, ut quorum imitati ſunt mores, eorum quoque obtineant appellationes. *D. Hieronymus adverſ. Pelag. ad Cteſiphontem.* Nec erubeſcas de ſocietate talium, tenens eorum nomina quorum blaſphemiis jungeris. Lex Conſtantini extat apud Socratem *lib. 1. Hiſtor. Eccleſ.* Vide Photium *tit. 12. cap. 3. Nomocan.*

[4] *Ut cujus ſcelus ſunt in deſerendo Deum imitati, ejus vocabulum jure videantur ſortiti*] *Concilium Aquileiæ epiſt. ad Gratian. Valentinian. & Theodoſ. tom. 2. Concil. General. col. 998.* Unde & nomen Hæreſis accepit, ea videlicet gratia ut quoniam Arrianos ſe negare conſueverant Arii blaſphemiam aut incuſando damnarent, aut a ſtruendo defenderent, aut certe non recuſarent nomen ejus, cujus impietatem perfidiamque ſequerentur. *D. Auguſtinus de utilit. credend. cap. 7.* Una eſt Catholica Eccleſia, cui Hæreſes aliæ diverſæ nomen imponunt, cum ipſæ ſingulæ propriis vocabulis quæ negare non audeant appellentur. *Juſtinus Dialog. cum Tryphon. Judæo:* Et ſunt diſtincti cognominibus, denominati a quibuſdam viris ut quiſque fuit auctor alicujus novæ doctrinæ. Ex ſuis alii vocantur Marcionitæ, alii Valentiniani, & alii alio vocabulo: quiſque a primo inventore ſui dogmatis. *D. Athanaſius ſermon. 2. cont. Arian.* Certe a beatis Apoſtolis præceptoribus noſtris appellationes adepti non ſumus, ſed a Chriſto Chriſtiani ſumus & nuncupamur. Illi vero qui aliunde ſuæ fidei originem deducunt, petita auctorum ſuorum cognomenta præ ſe ferunt. *Theodoſius Auguſtus:* generalem promulgavimus legem qua tam prædictum Neſtorium, quam eos qui ei ſimilia ſapiunt damnamus: præcipientes ne Chriſtianorum nomine cenſerentur, ſed

ut Simoniani potius vocarentur; quoniam blaſphemiam Simonis dilexerunt. *Concil. Chalcedon. actione 3.*

[5] *Nec vero impios libros nefandi & ſacrilegi Neſtorii , &c. legere quiſquam audeat*] *Liberatus de cauſa Neſtoriana* Imperiali lege prohibitum fuerat ne quis libros Neſtorii legeret.

De muneribus.

VII. Iidem A A. Florentio P. P.

CURIALES omnium civitatum oneroſis, quinetiam militiæ, ſeu diverſis officiis facultatum & perſonalium munerum obligatos, ſuis ordinibus cujuſque ſectæ ſint, inhærere cenſemus, ne videamur hominibus execrandis contumelioſo ambitu immunitatis beneficium præſtitiſſe, quos volumus hujus conſtitutionis auctoritate damnari. Dat. Prid. Kalend. Februar. THEODOSIO A. XVI. & FAUSTO CONSS 439.

De Apollinariſtis ſeu Eutychianiſtis.

VIII. Impp. VALENT. & MARTIANUS AA. Palladio P. P.

QUICUNQUE in hac ſacra urbe, vel Alexandrina, vel in omni Ægyptiaca Diœceſi, diverſiſque aliis Provinciis Eutychetis profanam perverſitatem ſequuntur, & ita non credunt, ut trecenti decem & octo ſancti Patres tradiderunt, Catholicam fidem in Nicæna civitate fundantes: centum quoque & quinquaginta alii venerabiles Epiſcopi, qui in alma urbe Conſtantinopolitana poſtea convenerunt: & ſicut Athanaſius, & Theophilus, & Cyrillus ſanctæ recordationis Epiſcopi Alexandrinæ civitatis credebant, quos etiam Epheſina Synodus (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit, in qua Neſtorii error expulſus eſt) in univerſis ſecuta eſt, quos & nuper venerabilis Chalcedonenſis Synodus eſt ſecuta [1], prioribus Conciliis Sacerdotum ex omni prorſus parte conſentiens, nihilque adimens ſacroſancto ſymbolo [2], neque adjiciens, ſed Eutychetis dogmata funeſta condemnans: ſciant ſe eſſe Hæreticos Apollinariſtas: Apollinaris enim facinoroſiſſimam ſectam Eutyches & Dioſcorus mente ſacrilega ſunt ſecuti [3].

§. 1. Ideoque hi homines, qui Apollinaris vel Eutychetis perverſitatem ſequuntur, illis pœnis, quæ divorum retro Principum conſtitutionibus contra Apollinariſtas, vel ſerenitatis noſtræ poſtmodum ſanctiones contra Eutychianiſtas, vel hac ipſa Auguſtiſſima lege contra eoſdem decretæ ſunt, noverint ſe eſſe plectendos.

§. 2. Idcirco Apollinariſtas, hoc eſt, Eutychianiſtas (quibus etſi eſt in appellatione diverſitas, tamen eſt in Hæreſis pravitate conjunctio, & diſpar quidem nomen, ſed idem ſacrilegium) ſive in hac alma urbe, diverſiſque Provinciis, ſive in Alexandrina civitate, ſive intra Ægyptiacam Diœceſin ſunt, & neque ita credunt, ut prædicti venera-

biles Patres credebant, neque viro reverendiſſ. Alexandrinæ urbis Antiſtiti Procerio fidem Orthodoxam tenenti communicant, Epiſcopos, & Preſbyteros, alioſve Clericos, creare, & habere prohibemus: ſcientibus tam his Eutychianiſtis, & Apollinariſtis, qui auſi fuerint cuiquam Epiſcopi, vel Preſbyteri, vel Clerici nomen imponere, quam his qui paſſi fuerint impoſitum ſibi nomen Sacerdotale retinere, pœnam exilii cum facultatum ſuarum amiſſione ſe ſubituros.

§. 3. Univerſi præterea Apollinariſtæ vel Eutychianiſtæ non Eccleſias, non Monaſteria ſibi conſtruant, paraſynaxes, & conventicula tam diurna quam nocturna * non contrahant: neque ad domum vel poſſeſſiones cujuſquam, neque ad Monaſterium vel quemcunque alterum locum operaturi ſectæ funeſtiſſimæ congregentur. Quod ſi fecerint, & hoc factum fuiſſe domino volente conſtiterit: poſt rem in examine judicis approbatam, domum vel poſſeſſionem ejus in qua convenerint, vel Monaſterium ejus civitatis Orthodoxæ Eccleſiæ, in cujus territorio eſt, jubemus addici. Si vero ignorante domino, ſciente vero eo qui penſiones domus exigit, vel actore vel conductore prædii paraſynaxes, & conventicula interdicta collegerint, conductor vel procurator, ſive actor, vel quicunque eos in domum vel poſſeſſionem, vel Monaſterium receperint, ac paſſi fuerint illicitas paraſynaxeis conventuſque celebrari, ſi vilis & abjectæ ſint conditionis, fuſtibus publice & in pœnam ſuam, & in aliorum coërceantur exemplum: ſi honeſtæ vero ſint perſonæ, decem libras auri, multæ nomine fiſco noſtro cogantur inferre.

§. 4. Nullum præterea Apollinariſtam vel Eutychianiſtam ad aliquam jubemus aſpirare militiam. Et ſi inventi fuerint militari cingulo ſoluti, honeſtorum hominum & palatii communione priventur, nec in aliqua nec in qua nati ſunt civitate, vel vico, aut regione verſentur. Si qui vero in hac alma urbe nati ſunt, tam ſacratiſſimo comitatu, quam omni per Provincias Metropolitana civitate pellantur.

§. 5. Nulli inſuper Eutychianiſtæ vel Apollinariſtæ publice vel privatim convocandi cœtus, vel circulos contrahendi, & de errore Hæretico diſputandi, ac perverſitatem facinoroſi dogmatis adſerendi tribuatur facultas. Nulli etiam contra venerabilem Chalcedonenſem Synodum liceat aliquid, vel dictare, vel ſcribere, vel edere, atque emittere, aut aliorum dicta vel ſcripta ſuper eadem re proferre. Nemo hujuſmodi habere libros, & ſacrilega ſcriptorum audeat monumenta ſervare. Quod ſi qui in his criminibus fuerint deprehenſi perpetua deportatione damnentur. Eos vero qui diſcendi ſtudio adierint de infauſta Hæreſi diſputantes, decem librarum auri, quæ fiſco noſtro inferendæ ſunt, jubemus ſubire diſpendium. Ultimo etiam ſupplicio coërceantur, qui illicita docere tentaverint. Omnes vero hujuſmodi chartæ, ac libri, qui funeſtum Eutycheris ſcilicet & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur: ut facinoroſæ perverſitatis veſtigia flammis combuſta depereant. Æquum namque eſt, ut im-

maniſſima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat. Scientibus moderatoribus Provinciarum, eorumque apparitoribus, defenſoribus etiam civitatum: quod ſi ea, quæ legis hujus religioſiſſima ſanctione cuſtodienda decernimus, aut neglexerint, aut aliqua permiſerint temeritate violari, denarum librarum auri multam fiſco noſtro inferre cogantur: inſuper etiam exiſtimationis ſuæ periculum ſuſtinebunt. Dat. Conſtant. Id. Aug. CONSTANTIO & RUFO CONSS. 457.

[1] *Quos & nuper venerabilis Chalcedonenſis Synodus eſt ſecuta*] Quidam enim non dubitarunt Sacroſanctam Synodum Chalcedonenſem rejicere, quaſi adverſaretur his quæ Nicææ a ſanctis Patribus ſtatuta fuerant. *Nicephorus lib. 15. Hiſt. Eccleſ. cap. 16.* Alexandriæ autem plebs ipſa, atque etiam primores viri Dioſcoro addicti, Chalcedonenſis Synodi Decretum non ſuſcepere, &c. Timotheum quemdam cognomento Ælurum ad Epiſcopalem evehere dignitatem conſtituerunt, qui Monaſticam egerat vitam, & deinde Preſbyter Eccleſiæ Alexandrinæ factus fuerat. Et quod magnopere in Chalcedonenſem Synodum inveheretur, &c. Hæc res ubi ad piiſſimum Imperatorem Leonem eſt delata, non ille rurſus Synodum cogendam eſſe duxit, ſed circularibus per orbem literis ad Eccleſias miſſis, quibus ſententiam ſuam inſeruit, opinionem Epiſcopum quemque ſuam reſcribere ſibi juſſit cum de Chalcedonenſis Synodi conſtitutionibus an ſequi illas vellent, de electione & conſecratione Æluri, quæ ita, ſicut dictum eſt, facta eſſet, reprehenderentne eam, ut quæ minus legitime proceſſiſſet, an Epiſcopatum illum gerere permitterent. Leo hæc ſic ad omnes ubique Epiſcopos ſcripſit. Illi autem, quamquam locorum intercapedine inter ſe diſſiti, ſimul tamen omnes, cum ſupra mille eſſent, ſuffragiis omnibus Chalcedonenſem Synodum comprobarunt, Decretumque ejus egregie confirmarunt: *Epiſt. Pergamii Epiſcopi Antiochiæ Piſidiæ Metropolis & cæterorum Epiſcoporum ad Leonem Imperatorem de Chalcedonenſi Synodo tom. 4. Concil. General. col. 928.* Si vero fidem ſancti Chalcedonenſis, univerſaliſque Concilii Timotheus negare præſumit, & quicumque nefandorum ejus actuum miniſtri ſociique reperiuntur, nihil mirum eſt. Nam quia divina pace monſtrantur extranei, ſine dubio & ab Eccleſiaſticis ſanctionibus ſimul, & æquitatis contra Romanum Imperium contenti ſunt inimici, non eſt mirandum ſi etiam a ſenſibus propriis exciderunt, veſane blaſphemantes & anathematiſantes ſaluberrimæ fidei Doctores atque cuſtodes ſanctiſſimos & Apoſtolicos Patres, & Archiepiſcopos, omneſque ſimul Deo amantiſſimos Epiſcopos ſequentes ſanctiſſimos Epiſcopos, qui per generationes ſingulas rectæ fidei lumina fuiſſe noſcuntur, & Deo amantiſſimos ſenioris & novæ Romæ Archiepiſcopos qui his concordes exiſtunt. Quorum firma & immobilis & inexpugnabilis fides in Chriſto probata eſt apud ſanctam & univerſalem Synodum Chalcedone celebratam.

[2] *Sacroſancto ſymbolo*] *Martianus Alexandrinis:* Et venerabile ſymbolum Trecentorum decem & octo Sanctorum Patrum qui in Nicæa convenerunt, integrum per omnia cuſtodiunt, neque imminutione, neque adjectione immutant. Credit quidem noſtra Tranquillitas ſanctas literas noſtras, necnon & præcepta propoſita ſufficerent ad perſuaſionem eorum qui neſcio quomodo dubitant, eo quod nihil innovatum ſit a ſancto Catholicoque Concilio.

[3] *Apollinaris enim facinoroſiſſimam ſectam Eutyches & Dioſcorus mente ſacrilega ſunt ſecuti*] Tertium Apollinaris dogma Eutyches delegit, ut negata humanæ carnis atque animæ veritate, totum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unius adſeruerit eſſe naturæ. *Leo ad Paleſtin. epiſt. 83. cap. 20.* Eutyches quoque eodem percellatur anathemate qui per impios veterum Hæreticorum volutatus errores tertium Apollinaris dogma delegit, ut negata humanæ carnis atque animæ veritate, totum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unius aſſerat eſſe naturæ, tanquam Verbi Deitas ipſa ſe in carnem animamque converterit. *Idem epiſt. 97.*

ad Leonem Auguſtum cap. 1. Eadem verba repetit. *Hiſtoria Concil. Chalcedonenſis.* Hic Eutychis fides in diſceptationem vocatur, quidque de Chriſto crederet proferre in medium jubetur. Is primum profiteri dicturum ſe quæ ante non dixerit, paratum ſe eſſe amplecti quæ Synodus imperabat. Verum poſtquam iterum atque iterum juſſus eſt prodere, non quam ex imperio, ſed quam ex animi ſententia rectam fidem putaret eſſe, vomere continuo latentem ſaniem, & duas quidem aſſeverare naturas priuſquam carni verbum copularetur: unam vero duntaxat poſtquam Divinitas ac ſervilis forma in unam hypoſtaſim coïere. *Evagrius lib. 2. cap. 4.* Illos denique qui ante unitionem quidem duas Domini naturas fabulabantur, unam vero poſt unitionem fuiſſe confingunt anathemate percellit Synodus Chalcedonenſis. *Marcellinus Comes indict. 4.* Martiano Auguſto & Adelfio Conſulibus, Leone Pontifice ſedem tenente B. Petri DCXXX. Patrum Sancta & Univerſalis Synodus contra Eutychetem nefandiſſimorum Præſulum Monachorum ſanctæ Euphemiæ firmata eſt: ſolus Dioſcorus Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus diſſenſit; ſtatimque ab iiſdem Catholicis Patribus Sacerdotio abdicatus eſt. *Liberatus in Breviario cap. 13.* Omnibus rite diſcuſſis, clamantibus Epiſcopis anathema Neſtorio, anathema Eutychi, anathema qui dividit, anathema qui confundit, iniquitas Dioſcori reſerata & manifeſtata eſt de Flaviani morte & de Epiſcoporum Orthodoxorum depoſitione.

4 *Conventicula tam diurna quam nocturna*] *L. 10. Cod. Theodoſ. de Hæretic.* Taſcodrocitæ a ſedibus quidem ſuis minime propellantur: ad nullam tamen Eccleſiam Hæreticæ ſuperſtitionis turba conveniat: aut ſi forte convenerit, a conventiculis ſuis ſine aliqua mora propulſetur. *D. Cyprianus de unit. Eccleſ.* Et dum Hæreſes & Schiſmata poſtmodum nata ſunt, dum conventicula ſibi adverſa conſtituunt. *D. Auguſtinus contra epiſtol. fundament. cap. 3.* Hac tamen lege ſervata ut vobiſcum non orem, ut conventicula vobiſcum non celebrem.

De Sepultura.

Hanc Conſtitutionem edidit Cujac. lib. 12. obſ. cap. 30. Notatur in Nomocan. tit. 8. cap. 7. eſſe hujus tit. Conſt. 8. al. in qua cavetur, ut qui inopia premuntur Hæretici, ἀξιωματικὰ non accipiant a judiciis, vel Eccleſiis.

IX. Imp. MARTIANUS.

ΑΝΘΡΩΠΙΝΟΝ[a] καὶ ὅσιον εἶναι λογισάμενοι, τοῖς αἱρετικοῖς ἐπιτρέπομεν θάπτεσθαι ταῖς νενομισμέναις ταφαῖς.

HUMANUM & pium hoc arbitrati Hæreticos permittimus ſepeliri legitimis ſepulchris. Dat. Conſtantinop. Id. Auguſt. CONSTANT. & RUFO CONSS. 457.

[a] Ἀνθρώπινον] *Idem Martian. Archimandritis in Helia.* Non enim terrore aut violentia aliquos volumus ad viam trahere veritatis. Vide de hac Conſtitutione Doctorem meum Cujacium *lib. 12. obſervat. cap. 30.*

Epitome ſuperioris Conſtitutionis ex Nomocan. tit. 12. cap. 2.

ΟἹ αἱρετικοὶ κατὰ τὸ νενομισμένον θάπτονται.

HÆRETICI legitimo modo, ut cæteri ſepeliuntur [1].

[1] *Hæretici legitimo modo, ut cæteri ſepeliuntur*] *D. Auguſtinus de Civit. Dei lib. 1. cap. 13.* Non ſunt abjicienda corpora defunctorum, maxime juſtorum atque fi-

delium. Hanc conſtitutionem refert Theodorus Balſamon in Scholiis ad Photium *tit. 12. cap. 2. Nomocan. Bachiarius Epiſcopus ad Damianum de recipiend. lapſ. tom. 3. Bibliothec. Patr. col. 121.* Sed prætermiſſis his plangatur defunctus, ſepeliatur mortuus, id eſt partim noſtro labore, partim verecundiæ ſuæ confuſione peccatum ejus celetur, & auferatur e medio. *Victor Uticenſis lib. 1. de perſecut. Wandal.* Quis vero ſuſtineat atque poſſit ſine lacrimis recordari dum præciperet noſtrorum corpora defunctorum ſine ſolemnitate hymnorum cum ſilentio ad ſepulturam perduci. *Syneſius epiſt. 58. ad Epiſcop.* Ac cum privatos omnes & Magiſtratus hortor ut nec ejuſdem cum illo tecti, neque menſæ participes eſſe velint; tum Sacerdotes imprimis qui nec viventes illos ſalutabunt, nec mortuos funebri pompa deducent. *Joannes Epiſcopus Cypri in reſponſis ad conſtitutionem Cabazitarum apud Boneſidium.* Sepulturæ Imperatorum & Regum etiam infidelium inveniuntur in templis noſtris. Exempli gratia Julianus ſepultus eſt in templo Apoſtolorum, ſicut ſepulturæ ejuſmodi Apoſtolorum inveniuntur in templis noſtris. *Gregorius Turonenſis lib. 6. Hiſtor. cap. ult.* Ideoque cum ſpiritum exhalaſſet Chilpericus, omnes eum reliquerunt ſui. Malulfus autem Silvanectenſis Epiſcopus qui jam tertia die in territorio deſidebat, & ipſum videre non poterat, ut eum interemptum audivit, advenit: ablutumque veſtimentis melioribus induit. Nocte in hymnis deducta, in navi levavit, & in Baſilica Sancti Vincentii, quæ eſt Pariſius, ſepelivit, Fredegunde Regina in Eccleſia derelicta. *Lactantius lib. 6. cap. 12.* Ultimum illud ac Maximum pietatis officium eſt peregrinorum & pauperum ſepultura, quod illi virtutis juſtitiæque Doctores prorſus non attigerunt. *Paſchalis Papa ad Leonem Hoſtienſem.* Ipſos jam diu Martyres jam in cœleſtibus poſitos terribiliter juſſiſſe, ſcilicet ut ſceleratiſſimorum cadavera de ejus Baſilicis ejicerentur, ne quibus viventibus non communicavimus, jam mortuis communicare poſſimus. *Chronicon Caſſinenſe agens de Gregorio VII. lib. 3. cap. 35.* Defunctus eſt octavo ſcilicet Kalendas Junii die Dominica, & honorabiliter intra Eccleſiam beati Mathæi Apoſtoli & Evangeliſtæ ſepultus.

De his, quæ in Hæreticos conferuntur, de templis.

X. Imp. ANASTAS. A. Eryrhtrio.

SI qui Orthodoxæ religionis emptione vera, vel fictitia aut quocunque alio jure, vel titulo prædia, vel poſſeſſiones, reſque immobiles, in quibus Orthodoxæ fidei Eccleſiæ vel oratoria conſtituta ſunt, in Hæreticæ ſectæ, & contrariæ Orthodoxæ fidei ſentientem quamcumque perſonam transferre voluerint: nullam hujuſmodi vel inter vivos habitam vel ſecreto judicio compoſitam valere volumus voluntatem, etiamſi ab Orthodoxæ fidei venditore, vel quocunque modo alienatore commentitio ſub qualibet occaſione fuerint aſſignata: ſed irrita omnia hujuſmodi documenta, & tanquam nec penitus ſcripta eſſe cenſemus. Hæc enim prædia & poſſeſſiones, quæ in Hæreticas perſonas quocunque modo tranſlatæ fuerint vel collatæ, fiſci noſtri juribus decernimus vindicari. Sive enim apud dominos poſſeſſoreſve Orthodoxos ea prædia maneant, ſive ad fiſci noſtri jura pervenerint: neceſſe eſt in his Eccleſias & oratoria conſtituta diligentius & ſolicitius inſtaurari. Noſtræ etenim ſerenitatis undique ad hunc exitum providentia ducit, ut omnipotentis Dei templa in quibus noſtræ fidei inſtituta perdurant cultu aſſiduo per omnia ſecula rediviva ſerventur. Nec enim dubitari poteſt: ſi in Hæreticos tales veniant poſſeſſiones, in

quibus veræ fidei Eccleſiæ vel oratoria conſtituta ſunt, & integritas colitur: omnimodo ab his deſeri, atque deſtitui, & omni cultu vacare, omnibus ſacris & ſolitis viduari myſteriis, omni ſplendore privari, nullis populorum conventionibus, nullis Clericorum obſervationibus celebrari, & ex hoc ſine dubio eaſdem Eccleſias perire, ruere, & complanari. Nec enim de earum inſtauratione Hæretici potuerunt aliquando cogitare, quas penitus eſſe nolebant. Quæ omnia reſecantes ad præſentem legem pervenimus. Dat. v. Id. Auguſt. BOETIO V. C. CONSS. & EUTHERICO. 511.

[1] *Si qui, &c.*] *Symmachus ſub Anaſtaſio pag. 425. epiſt. 5. num. 1.* Poſſeſſiones igitur quas unuſquiſque Eccleſiæ proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienari quibuſlibet titulis atque contractibus vel ſub quocumque argumento non patimur.

De Manichæis ſupplicio afficiendis.

XI. Græca Conſtitutio ANASTASII aut JUSTINIANI, ejus Epitome.

ΟΠΟΥΔΗΠΟΤΕ οἱ Μανιχαῖοι εὑρισκόμενοι, κεφαλικῶς τιμωροῦνται.

UBICUNQUE [1] Manichæi inveniantur, capite damnandi ſunt.

[1] *Ubicunque, &c.*] Romæ quoque ſub Zenone Manichæos repertos & deportatos teſtatur Pontificalis liber in Gelaſio & Hormiſda. *Sigebertus:* Gelaſius Romanæ Eccleſiæ XLVIII. præſidet. Hic Manichæos Romæ inventos in exilium deportari fecit, & codices eorum igni mandari. *Conſtantinus Manaſſes lib. 12. in Juſtin.* Perpetuum cum Manichæis bellum gerebat.

Alia Epitome ex Eclog. Βασιλ. lib. 1. tit. περὶ Μανιχαίων, cap. 25.

Ὁ ΜΑΝΙΧΑΙΟΣ ἐν Ῥωμαϊκῷ τόπῳ διάγων ὀφθεὶς ἀποτεμνέσθω.

MANICHÆO in loco Romano degere deprehenſo caput amputator.

De Manichæis capite puniendis. De dignitatibus & militiis. De Gothis. 1. Si parentes diverſæ fidei & religionis ſunt.

XII. Græca Conſtitutio JUSTINI A. Ejus Epitome ex collatione Græca Conſtitutionum Eccleſiaſticarum.

ΤΟΥΣ αἱρετικούς. οἱ μὲν Μανιχαῖοι [a] πανταχόθεν ἐλαύνονται καὶ κεφαλικῶς τιμωροῦνται. οἱ δὲ λοιποὶ (αἱρετικὸς δέ ἐστι [b] πᾶς μὴ Ὀρθόδοξος) καὶ οἱ Ἕλληνες, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ Σαμαρεῖται κωλύονται ἄρχειν, καὶ ἀξίας ἔχειν, ἢ δικολογεῖν, ἢ Ἐκδίκοι, ἢ Πατέρες πόλεων γίνεσθαι,

MANICHÆI undique expelluntor [a] & capite puniuntor. Reliqui autem Hæretici (Hæreticus eſt omnis non Orthodoxus) & Græci ſeu pagani & Judæi, & Samaritæ prohibentur Magiſtratum gerere, & dignitatem habere, aut jus dicere [b], aut Defenſores, aut Patres civitatum fieri,

(ne habeant licentiam vexare, aut judicare Chriſtianos, aut Epiſcopos.) Item militare quoque prohibentur, præterquam ſi ex genere Cohortalinorum ſunt: hi enim manent, onera quidem ſuſtinentes: non offendentes autem, neque in Orthodoxos quid exequentes in publicis, vel privatis cauſis. Qui autem tentaverit quid horum facere, præterquam quod factum pro infecto erit, dabit etiam XX. libras, & qui publicis ipſos deſcriptionibus inſerere conati fuerint, etiam XX. & Præſides quinquaginta: & omnes hæ privatis rebus inferuntur. Excipiuntur Gotthi, qui fiunt Fœderati, & aliter prout viſum Imperatori fuerit, honorantur [3].

(ἵνα μὴ ἔχωσιν ἄδειαν ἐπηρεάζειν ἢ δικάζειν τοῖς Χριστιανοῖς, ἢ Ἐπισκόποις) ἢ στρατεύεσθαι, πλὴν τῶν ἐκ γένους Κορταλίνων [c]. Οὗτοι γὰρ μένουσι τὰ μὲν βάρη ὑπέχοντες, μὴ προσκόπτοντες δὲ, μήτε τοὺς Ὀρθοδόξους ἐκβιβάζοντες ἐπὶ δημοσίαις, ἢ ἰδιωτικαῖς αἰτίαις. Ὁ δὲ πειραθεὶς τι τούτων γενέσθαι, πρὸς ἀπορρίπτῳ τῇ ἐξορίᾳ δίδωσιν κ. λίτρας, καὶ οἱ ταῖς δημοσίαις αὐτοὺς ἀπογραφαῖς ἐντάττοντες, κ. καὶ οἱ ἄρχοντες, ν. καὶ πᾶσαι τοῖς πριβάτοις εἰσκομίζονται. Ἐξῄρηνται οἱ Γότθοι [d], οἱ γίνονται Φεδεράτοι [e], καὶ ἄλλως πρὸς τὸ δοκοῦν τῇ Βασιλείᾳ τιμῶνται.

Alia ejuſdem pars ex Theodoro Hermopolita.

§. I. Parentibus diverſæ fidei exiſtentibus & religionis, illius ſententia prævaleat, qui ad Orthodoxam illos elegerit perducere fidem: & quamvis pater ſit, qui contradicit: ne exinde ſuccenſendi materiam captans, neceſſariis eos privet alimentis, aut aliis neceſſariis expenſis.

§. α'. Γονέων δὲ διαφόρου πίστεως ὄντων καὶ θρησκείας ἐκείνου μᾶλλον ἡ γνώμη κρατείτω τοῦ τὴν Ὀρθόδοξον, ἐπ' αὐτοῖς αἱρουμένου πίστιν· κἂν εἴη πατὴρ ὁ ἀντιλέγων· μὴ ἐντεῦθεν ἀγανακτῶν τῆς ἀναγκαίας αὐτοὺς στερείτω τροφῆς, ἢ τῶν ἄλλων ἀναγκαίων δαπανημάτων.

[1] *Manichæi undique expelluntur, &c.*] Nam permiſſu Anaſtaſii Manichæi & cunctæ prorſus hæreſes opiniones ſuas habuerant publice licentiam profitendi. *Symmach. Apologet. Theod. lect. 2.*

[2] *Magiſtratum gerere aut jus dicere*] *Novell. 3. Theodoſ.* Neminem judicem.

[3] *Excipiuntur Gotthi, qui fiunt Fœderati, & aliter prout viſum Imperatori fuerit honorantur*] *Paulus Aquilegienſis:* Juſtinus ſexto Imperii ſui anno, Orthodoxæ fidei ſtudio omnimode ſatagere cœpit, ut Hæreticorum nomen extingueret, ſtatueretque ut ubique eorum Eccleſiæ Catholicæ Religioni conſervarentur. Quod dum in Italia Rex

[a] Οἱ μὲν Μανιχαῖοι] *Cedrenus, Conſtantinus Manaſſes in Juſtino* τῷ ζήλῳ δὲ πυρούμενος τῆς εὐσεβοῦς θρησκείας, τοῖς Μανιχαίοις ἄσπονδον πόλεμον ἐξανάψαι καὶ διωγμὸν βαρύτερον τῶν μνημονευθέντων τοῖς συντηροῦσι τοὺς λεπροὺς λήρους τοῦ Νεστορίου. Manichæorum auditu obſcœna ſcelera, in judicio Leonis Papæ manifeſta quorundam confeſſione patefacta ſunt. *Nov. 11. Theodoſii & Valentinian.* Quæ ipſe idem Leo narrat ſermone v. de Jejunio, meminit Proſper Aquitanicus. Superſtitio Paganis damnata temporibus conſtitutione Diocletiani & Maximiani Juliano Proconſ. Africæ favit Manichæis maxime Anaſtaſius, Auguſt. Si non ut Evagrius ait

Εἰρηναῖος

σιεπαῖος τις ἂν, Hæreticos clementia retinere ſatius eſſe credidit quam metu. Et ſane conſtitutio quæ in hoc titulo incipit: *Si quis Orthodoxa*, non videtur Anaſtaſii. Nam & Erythrii P. P. meminere ſæpe Leo & Anthemius. Et Boëtius ſolus Conſulatum geſſit ſub Z‥none Aug.

[b] Αἱρετικὸς δὲ ἐςὶ] Photius *tit. XII. cap. II. Nomocan.* τὸ *δικολογεῖν* quod ſequitur *συνηγορεῖν* ſignat *L. XVIII.*

[c] *Ex τῶν ἐκ κορταλίνων*] *L. LXI. L. XLVIII. c. Th. de Hæretic. Martianus Aug Palladio* P. P. Ad nullam patimut aſpirare militiam, niſi forte ad cohortalitiam, vel limitaneam, quod idem Martianus ſcripſerat, *L. quicunque, C. de Hæretic* Et forte *L.* Curratos, *C. de Hæretic.* legendum eſt ut in *Novell. II. Theodoſ.* Curiales omnium civitatum, necnon cohortales. Græc. *τῶν βουλευτικῶν ἢ ταξεωτικῶν λειτουργιῶν οὐκ ἀπολύονται. Nov. XLV.*

[d] Ἐξηρίευται οἱ Γότθοι] Qui jam inde a Phritigetne Arrii dogma ſequuti ſunt. *Socrat. lib. IIII. cap. XXVII.* Sed ad rem. *Paulus Diacon. lib. XV. Hiſtor.* Juſtinus ſexto Imperii ſui anno, Orthodoxæ fidei ſtudio omnimodis ſatagere cœpit, ut Hæreticorum nomen extingueret, ſtatuitque ut ubique eorum Eccleſias Catholica religione conſecratet. Quod dum R‥x Theodoricus Arriana lue pollutus audiſſet, Joannem Papam, ſimulque cum eo Theodorum, &c. ad eum miſit. Mandat quoque per eum interminans, quod niſi quantocyus Hæreticis ſuas Eccleſias redderet, eoſque in pace degete ſineret, univerſos Italiæ populos ipſe gladio extingueret, &c. quorum fletibus Juſtinus permotus, iis quod petebant conceſſit, Arrianoſque ſui juris reliquit. *Joannes Pap. ad Epiſcop. Ital.*

Theodoticus Arriana lue pollutus audiſſet, Joannem P‥p‥m, ſimulque cum eo Theodorum, Hypatium, atque Agapetum conſultores viros, atque Agapetum Patricium ad Ju‥ſtinum Principem miſit, & intercedere pro Arrianis ut non compelleret illos ab Hæreſi ſua diſcedere. Nam & Theodoticus ſic in Orthodoxos qui in Italia erant facere minabatur. Qui pervenientes ad Auguſtum, magnis cum de ſua ſuorumque ſalute ſollicitì fletibus poſtulant, ut ſuæ legationis ſeriem, quamquam eſſet injuſta, libenter exciperet, Italiæque perituræ conſuleret. Quotum fletibus Juſtinus permotus, iis quod petebant conceſſit, Arrianoſque ſui juris reliquit. *Anaſtaſius Bibliothecarius, Sigebertus, Olimpiodorus in excerptis Hiſtoricis 853. Joannes epiſt. ad Epiſcop. Ital.* Quando fuimus Conſtantinopoli, ſuadente atque hortante, Arrianoſque extirpante Juſtino Orthodoxo, qualcumque illis in partibus eorum Eccleſias reperire potuimus, Catholicas eas, Domino opem ferente, conſecravimus. Et Juſtinus edictum propoſuerat ut Arrianorum Eccleſiæ ubique Catholica Religione conſectarentur. *Sigonius pag 47.* Idem exemplum habemus in vita Athanaſii, incerto auctore *pag. 534.* & apud Metaphraſtem *pag. 559. Sigonius pag. 417.*

[e] Φοιδεράτοι] *Jordanes Epiſcop. de Origine actibuſque Getar.* Nam & dum famoſiſſimam & Romæ æmulam de ſuo nomine conderet civitatem, Gothorum interfuit operatio, qui fœdere inito cum Imperatore XL. ſuorum millia illi in ſolatium contra gentes varias obtulere, quorum & numerus & militia uſque ad præſens in Repub. nominatur, id eſt Fœderati. Et poſt multa: Defuncto ergo Athanarico cunctus ejus exercitus in ſervitio Theodoſii Imp. perdurans Romano ſe Imperio ſubdens, cum milite velut unum corpus effecit, militiaque illa dudum ſub Conſtantino principe, fœderatorum renovata, & ipſi dicti ſunt Fœderati. *Sudas.* φοιδεράτοι.

De filiis Orthodoxis patrum non Orthodoxorum.

XIII. Græca Conſtitutio Juſtini vel Juſtiniani ejus Epitome.

ΑΙΡΕΤΙΚΟΙ [a] πατέρες μηδὲν ἔχοντες νόμιμον εἰςελθ…

HÆRETICI patres nihil habentes legitimum quo

accuſent Orthodoxos filios, coguntur præter facultates ſuas etiam alimenta erogare illis, & reliqua neceſſaria, & conjungere (in matrimonium) Orthodoxis, & dare dotes & antenuptiales donationes, providentia Præſidum & Epiſcoporum.

τοῖς Ὀρθοδόξοις παισὶν, ἀναγκάζονται παρὲς τῆς οὐσίας αὐτῶν τροφὰς χορηγεῖν, καὶ τὰ λοιπὰ ἀναγκαῖα, καὶ συνάπτειν Ὀρθοδόξοις, καὶ διδόναι προῖκας, καὶ προγαμιαίας δωρεὰς, προνοίᾳ τῶν Ἀρχόντων καὶ τῶν Ἐπισκόπων.

§. 1. Orthodoxi filii Hæreticorum, qui nihil deliquerunt in parentes, illibatum accipiunt & indeminutum quod eis ab inteſtato competit, & adverſus hæc facta ultima voluntas infirmatur: conſervatis libertatibus, niſi aliqua lege prohibeantur. Si vero quid deliquerint in parentes, accuſantur, & puniuntur. Habent autem, & cum deliquerint, quartam facultatum ipſorum partem, teſtamento facto.

§. α'. Οἱ Ὀρθόδοξοι παῖδες τῶν Αἱρετικῶν μὴ ἁμαρτήσαντες κατ' αὐτῶν, ἀμείωτον λαμβάνουσι τὸ ἐξ ἀδιαθέτου αὐτοῖς ἁρμόζον· καὶ ἡ παρὰ ταῦτα γινομένη τελευταία βούλησις ἀκυροῦται, φυλαττομένων τῶν ἐλευθεριῶν, εἰ μὴ κατά τινα νόμον κωλύονται. Εἰ δέ τι πλημμελήσωσιν εἰς τοὺς γονεῖς, κατηγοροῦνται, καὶ τιμωροῦνται. Ἔχουσι δὲ καὶ ἡμαρτηκότες τὸ δ'. τῆς οὐσίας αὐτῶν κατὰ διαθήκας.

§. 2. Eadem & in Judæis & Samaritis obtinent.

§ β'. Τὰ αὐτὰ καὶ περὶ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρειτῶν.

ª Αἱρετικοὶ] *Hermenop. lib. IIII. tit. 1.* Quod & Juſtinianus conſtituit *L. Cognovimus C. de Hæretic.*

Quæ interdicuntur Hæreticis.

XIV. Græca Conſtitutio ejuſdem Imperatoris. Epitome ex Græca collectione Conſtitutionum Eccleſiaſticarum & Nomocan. tit. 12. cap. 2.

HÆRETICI ſynacteria, ſeu collectas facere non poſſunt [a], aut paraſynaxes aut Synodos, aut ordinationes [b], aut Baptiſmata, aut Exarchos habere, aut Paternitates ſeu Abbatias, aut defenſiones inſtituere, aut curare ſeu adminiſtrare villas per ſeipſos, aut per interpoſitas perſonas, aut quid prohibitorum facere. Qui tranſgreſſus hæc fuerit, ultimum ſupplicium luit.

ΟΙ Αἱρετικοὶ συνακτήρια ποιεῖν οὐ δύνανται, ἢ παρασυνάξεις, ἢ Συνόδους, ἢ χειροτονίας, ἢ Βαπτίσματα, ἢ Ἐξάρχους ἔχειν, ἢ Πατρείας [a], ἢ Ἐκδικίας ἐγχειρίζεσθαι, ἢ φροντίζειν, ἢ διοικεῖν χωρία δι' ἑαυτῶν, ἢ διὰ παρενθέτων προσώπων, ἢ τι τῶν ἀπηγορευμένων ποιεῖν· ὁ δὲ παραβαίνων, ἐσχάτως κινδυνεύει.

[a] *Hæretici Synacteria ſeu collectas facere non poſſunt*] Cedrenus hanc conſtitutionem ad idem tempus refert quo

[a] Η πατρείας] Fuere & patres Synagogarum *L. IIII. C. Th. de Jud.* Et patres civitatis ἀστυνόμοι. Nam curato-

res ἀγωγιμαῖοι dicebantur ὡς λογικὰς χαλοῦμεν. *Ariſtoph. Scholiaſt.* Ἀχαρνέ-σιν. *L. III. C. de mod. multar. L. XV. D. de Excuſat. Sudas.*

lata eſt lex 41. ſup. de Epiſcop. & Cleric. ita ut ipſius ſubſcriptio debeat ſic eſſe. Datum Kal. Martii Conſtantinopoli Juſtiniano P. P. Auguſto II. Conſule.

[a] *Ordinationes*] *Cap. 12. Synod. Milevit.* Placuit ut preces vel orationes ſeu miſſæ quæ probatæ fuerunt, ſive precationes, ſive commendationes, ſive manus impoſitiones ab omnibus celebrentur: nec aliæ omnino dicantur in Eccleſia, niſi quæ a prudentioribus tractatæ vel comprobatæ in Synodo fuerunt.

De Manichæis habentibus liberos Orthodoxos.

XV. Græca Conſtitutio. Epitome ex indice Baſilicorum κατασιχείων.

ΟΙ Μανιχαῖοι [a] παῖδας μὲν ἔχοντες Ὀρθοδόξους, ἐπ' αὐτοὺς καὶ μόνους ἐξ ἀδιαθέτου διαπεμπέσθωσαν τὴν οὐσίαν· μηδενὶ δὲ ἑτέρῳ ζῶντες ἢ τελευτῶντες, ἐκποιείτωσαν παντελῶς, τῆς αὐτῶν οὐσίας εἰς τὸν δημόσιον διαλυομένης λόγον.

MANICHÆI liberos quidem habentes Orthodoxos, in eos & ſolos ab inteſtato tranſmittant: nulli autem alii viventes aut morientes alienanto, ſeu per inſtitutionem, ſeu per legatum, ſeu per donationem, omnimodo eorum facultatibus ad fiſcalem reddituris rationem.

[a] Οἱ Μανιχαῖοι, &c.] Οἱ Μανιχαῖοι καὶ μετὰ θάνατον ἐλέγχονται, καὶ ὅτι οὐδεὶς κληρονομεῖ αὐτοὺς ἐκ διαθήκης, ἢ ἐκ ἀδιαθέτου, κἂν συγγενεῖς εἰσιν Ὀρθόδοξοι πλὴν παίδων· ἀλλ' εἰσκομίζονται τὰ πράγματα αὐτῶν. μόνοι γὰρ οἱ παῖδες αὐτῶν Ὀρθόδοξοι ὄντες κληρονομοῦσιν αὐτούς. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ τῶν Δονατιστῶν. Nec abſimilia ſunt valde, quæ leguntur *Conſtitutione IIII. C. de Hæretic.* qua in mortem quoque inquiſitio extenditur, quod & decretum eſt Synodo Conſtantinopolitana V.

De Manichæis. 2. Et eorum libris manifeſtandis.

XVI. Græcæ Conſtitutionis Epitome ex collectione Græca Eccleſiaſticarum Conſtitutionum.

Ο ΑΠΟ Μανιχαίων [a] γενόμενος Ὀρθόδοξος, ἐὰν εὑρεθῇ τὰ τῆς πλάνης ποιῶν, ἢ ψιλῶς συνδιάγων, ἢ ὁμιλῶν Μανιχαίοις, καὶ μὴ παραχρῆμα παραδιδοὺς αὐτὰ νομίμῳ δικαστῇ, ἐσχάτως τιμωρεῖται.

EX Manichæo factus Orthodoxus, ſi inventus fuerit ea quæ priſtini erroris erant, facere, aut ſaltem una degere duntaxat, & converſari cum Manichæis, nec confeſtim prodiderit illa competenti judici, ultimo ſupplicio punitur [a].

§. α'. Καὶ οἱ ἐν ἀξίαις καὶ στρατείαις ὄντες ἐπιμελῶς τοὺς ἐν αὐτοῖς τοιούτους ὄντας ἀναζητείτωσαν καὶ παραδιδότωσαν· ἐπεὶ συλλαμβανόμενος ὁ Μανιχαῖος ἐὰν εἴποι γινώσκεσθαι

§. 1. Idem qui in dignitatibus & militiis ſunt, ſollicite eos, qui in ſuo conſortio ſunt ejuſmodi inquitant, & prodant: quia ſi comprehenſus Manichæus dixerit ſciri ſe,

& noſci talem a quibuſdam, congrue illi puniuntur, ut qui eadem deliquerint, tametſi non ſint tales: eadem enim delinquere videntur ſcientes quidem delinquentem, non facientes autem illum manifeſtum.

παρά τινων, ἁρμοδίως τιμωρῶνται, ὡς τὰ αὐτὰ ἁμαρτάνοντες, κἂν μὴ ἦσαν τοιοῦτοι· τὰ αὐτὰ γὰρ ἁμαρτάνειν [b] δοκοῦσιν οἱ γινώσκοντες μὲν τὸν ἁμαρτάνοντα, μὴ ποιοῦντες δὲ τοῦτον κατάδηλον.

§. 2. Qui habet libros Manichaicos, & non manifeſtat eos ut comburantur, punitur.

§. β'. Ὁ ἔχων βιβλία [c] Μανιχαϊκὰ, καὶ μὴ φανερῶν αὐτὰ ἐπὶ τῷ καυθῆναι, τιμωρεῖται.

[a] *Ex Manichæo factus Orthodoxus, ſi inventus fuerit ea quæ priſtini erroris erant, facere, aut ſaltem una degere duntaxat, & converſari cum Manichæis, nec confeſtim prodiderit illa competenti judici, ultimo ſupplicio punitur*] *D. Chryſoſtomus oration. adverſ. Jud.* Quemadmodum non ipſi fures tantum dant pœnas, verum etiam eadem pœna plectuntur ii, quibus cum eſſet poteſtas vetandi, non vetuerunt tamen; ita non ſolum qui inique agunt, verum etiam illi, qui cum poſſint ab impietate revocare, tamen, vel ob pigritiam, vel ob timiditatem, id facere nolunt, ſimili pœna plectuntur. *Gelaſius Anaſtaſ. Imperat.* Legibus noſtris criminum conſcii ſuſceptoreſque latrocinantium pari judiciorum pœna conſtringuntur; nec expers facinoris æſtimatur, qui, licet ipſe non fecerit, facientes tamen familiaritate & fœdere receperit. *Tatianus pag. 203. & 204.* Una enim eademque culpa eſt eorum qui aut diſſimulando conniventiam, aut non damnando favorem noxium præſtiterint.

[a] Ὁ ἀπὸ Μανιχαίων, &c.] Οἱ Μανιχαῖοι Χριστιανοὶ γενόμενοι μετὰ ταῦτα τὰ τῶν Μανιχαίων διαπραττόμενοι, ἢ τοῖς τοιούτοις ἐντυγχάνοντες καὶ μὴ παραδιδόντες τοῖς ἄρχουσιν, ἐσχάτῃ τιμωρίᾳ ὑπόκεινται. καὶ οἱ ἐν ἀξίαις, ἢ στρατείαις, ἢ συστήμασιν ὄντες ὀφείλουσι φροντίζειν μή τις αὐτῶν ἐστὶ τοιοῦτος. ἐπεὶ τοίγε εἰ ἴσασιν αὐτὸν καὶ μὴ παραδιδῶσιν, κἂν Ὀρθόδοξοι εἰσὶν, ἐσχάτῃ τιμωρίᾳ ὑποβάλλονται. Refert Harmonop. *lib. VI. tit. XI.* Meminit Græcus Scholiaſt. *LX.* Βασιλ. *tit. XXXIX.* Et Theodor. *tit. XXVII.* Balſam. *tit. XII. cap. III. Nomocan. Photii.*

[b] Τὰ αὐτὰ γὰρ ἁμαρτάνειν] Καθάπερ τῷ λῃστεύοντι συνειδότες, κἂν μὴ λῃστὴς αὐτὸς ᾖ, ἀλλ' ὅμως διὰ τὸ συνεισιδέναι τιμωρίας μεταλαμβάνει. *Τατιανὸς περὶ ἐλλιμῶν.* Legibus certe noſtris (uti Gelaſius loquitur) criminum conſcii ſuſceptoreſque latrocinantium, pari judiciorum pœna conſtringuntur, nec expers facinoris æſtimatur, qui licet ipſe non fecerit, facientis tamen familiaritatem fœduſque receperit.

[c] Ὁ ἔχων βιβλία] Πρὸς τούτοις πάντα τὰ Μανιχαίων καιέσθωσαν βιβλία καὶ μηδεὶς αὐτὰ τὴν οἱανδήποτε περιβαλλόμενος πρόφασιν ἐχέτω. ἁρμοδίαν καὶ αὐτὸς ποινὴν ὑποστησόμενος. *Balſamo.*

De Synagogis. 1. Succeſſionibus, donationibus, & aliis alienationibus Samaritanorum.

XVII. Græcæ Conſtitutionis Juſtin. Epitome ex eadem collectione.

SANCTÆ, &c. Samaritanorum Synagogæ deſtruuntur: &, ſi alias tentent facere, puniuntur.

SANCTÆ, &c. [a] Αἱ τῶν Σαμαρειτῶν Συναγωγαὶ καταιροῦνται· καὶ ἐὰν ἄλλας ἐπιχειρήσωσι ποιῆσαι, τιμωροῦνται.

§. α'. Οὐ δύνανται δὲ διαδόχους ἔχειν ἐκ διαθήκης, ἢ ἐξ ἀδιαθέτου πλὴν Ὀρθοδόξων. οὔτε δωρεῖνται, ἢ ἄλλως ἐκποιοῦσι [b] τοῖς μὴ οὖσιν Ὀρθοδόξοις, ἀλλὰ ὁ φίσκος αὐτὰ ἐκδικεῖ προνοίᾳ τῶν Ἐπισκόπων καὶ τῶν ἀρχόντων.

§. 1. Non poſſunt ſucceſſores habere ex teſtamento, vel ab inteſtato, præter Orthodoxos: neque donanr, aut aliter alienant hi qui non ſunt Orthodoxi: ſed fiſcus ipſa vindicar providentia Epiſcoporum & Præſidum.

[a] Sanctæ, &c.] *Cedrenus. In Juſtiniano* τούτῳ τῷ ἔτει Σαμαρῖται καὶ Ἰουδαῖοι ἐν Παλαιστίνῃ Βασιλέα τινὰ Ἰουλιανὸν ἔστεψαν καὶ κατὰ Χριστιανῶν ὅπλα κινήσαντες ἁρπαγὰς καὶ φόνους καὶ ἐμπρησμοὺς εἰργάσαντο. οὓς ὁ Θεὸς παρέδωκεν εἰς χεῖρας Ἰουστινιανοῦ καὶ πάντας ἀφανίσας τὸν Ἰουλιανὸν ἀπεκεφάλισε, καὶ μετὰ τὸν διωγμὸν τῶν ἑλλήνων καὶ πάσης αἱρέσεως, καὶ μετὰ τὸ τεθῆναι δόγμα ἑλληνίζοντας μὴ πολιτεύεσθαι ἢ αἱρετικοὺς εἰ μὴ μόνους τοὺς Ὀρθοδόξους Χριστιανοὺς, προθεσμίαν δίδωσι τοῖς τοιούτοις εἰς ἐπιστροφὴν τριῶν μηνῶν. *Nicephor. lib. XVII. Paulus Diacon. lib. XVI.* Defectionis hujus meminit Juſtinianus. *Nov. CIII. & Nov. CXXIX.* Τῆς Καισαρέων cum ait, Παλαιστίνης ſubaudiendum eſt. Sed & anno Juſtiniani XXIX. ſeditionem iidem fecerunt. *Cedren.* propter quam nondum bene compoſitam forte lata eſt de Samaritanis Novella altera, quæ Juſtini minoris eſſe in veterib. lib. dicitur.

[b] Ἢ ἄλλως ἐκποιοῦσι] *Nov. CXXIX.* Καὶ λήγατα διδόναι καὶ δωρεὰς γράφειν ἢ τὰς ὅλως ἐκποιήσεις.

Productio ſuperioris legis de Samaritis ad alios Hæreticos.

XVIII. Græcæ Conſtitutionis ejuſdem Juſtiniani Epitome ex eadem collectione.

ΤΑ περὶ [a] τῶν Σαμαρειτῶν νομοθετηθέντα ἐπὶ ταῖς Συναγωγαῖς καὶ ταῖς διαδοχαῖς κρατεῖ καὶ ἐπὶ τοῖς Μοντανισταῖς [b], καὶ τοῖς Ἀσκοδρούγοις, καὶ Ὀφίταις· μόνοι γὰρ Ὀρθόδοξοι κληρονομοῦσιν αὐτοὺς ἐκ διαθήκης, καὶ ἐξ ἀδιαθέτου, καὶ λήγατα λαμβάνουσιν· οἱ δὲ λοιποὶ Αἱρετικοὶ, τουτέστιν οἱ μὴ Ὀρθόδοξοι, καὶ οἱ Ἕλληνες οὐ στρατεύονται οὔτε ἀξιωματικοὶ γίνονται, οὔτε δημόσιον μεταχειρίζονται φρόντισμα, οὔτε παιδεύουσιν, οὔτε συνηγοροῦσιν. Εἰ δέ τις χάριν τοῦ τυχεῖν τινὸς τούτων προσποιήσηται τὸν Ὀρθόδοξον, καὶ φανῇ ἔχων γυναῖκα [c] ἢ παῖδας Αἱρετικοὺς, καὶ μὴ προσαγάγῃ αὐτοὺς τῇ Ὀρθοδοξίᾳ, ἐκβάλλεται. Εἰ δὲ καὶ λάθοι, οὐ δύναταί τι τῶν αὐτοῦ δωρεῖσθαι ἢ ἄλλως ἐκποιεῖν Αἱρετικῷ, ἀλλὰ ταῦτα καὶ τὴν Αἱρετικὴν καταφερο-

QUæ de Samaritis lege ſtatuta ſunt circa Synagogas & ſucceſſiones obtinenr, & in Montaniſtis, & Aſcodrogitis, & Ophitis. Soli enim Orthodoxi ſuccedunt ipſis ex teſtamento, & ab inteſtato, & legata capiunt: cæteri autem Hæretici, id eſt, qui non ſunt Orthodoxi, & Græci, ſeu Pagani & Samaritæ non militant [1], neque ulla dignitate decorantur, neque publicam adipiſcuntur curam, neque docent, neque advocationibus funguntur. Si vero quis ad ea obtinenda ſimulet ſe Orthodoxum, & appareat uxorem habens, aut liberos Hæreticos, & non adducat ipſos ad Orthodoxiam, ejicitur. Si vero etiam lateat, non poteſt quid ſuarum rerum donare, aut aliter alienare Hæretico, ſed hæc & Hæreticam delatam ip-

ſius ſucceſſionem vindicat fiſcus: In univerſum enim qui participes ſunt militiæ, aut dignitatis, aut advocationis, aut publicæ liberalitatis, aut applauſus, ſolos Orthodoxos habet ſucceſſores, & res ipſorum quocunque modo ad Hæreticum delatas fiſcus vindicat.

§. 1. Si alter conjugum Orthodoxus ſit, & alter Hæreticus, oportet fieri liberos eorum Orthodoxos: Quod ſi ex his alii Orthodoxi fiant, alii Hæretici maneant, ſoli ſuccedunt utrique parenti Orthodoxi. Si vero omnes ſint Hæretici, cognati Orthodoxi ſuccedunt, aut iis non exiſtentibus fiſcus.

§. 2. Habet (conſtitutio) diverſas pœnas contra neglectores, & non perſequentes aut indicantes præſides, & officia civilia, vel militaria, & Epiſcopos, qui quidem & de neglectoribus præſidibus referunt Principi: pœnæ vero fiſco applicantur.

μόνων αὐτοῦ κληρονομίαν ἐκδικεῖ τὸ δημόσιον. καθόλου γὰρ οἱ μετέχοντες στρατείας, ἢ ἀξίας, ἢ συνηγορίας, ἢ δημοσίας φιλοτιμίας, ἢ συγκροτήσεως, παρὰ μόνων Ὀρθοδόξων κληρονομοῦνται, καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ὅπως οὖν εἰς Αἱρετικὸν ἐρχόμενα τὸ δημόσιον ἐκδικεῖ.

§. α'. Ἐὰν ἕτερος τῶν συνοικούντων Ὀρθόδοξος εἴη, καὶ ὁ ἄλλος Αἱρετικὸς, δεῖ γίνεσθαι τοὺς παῖδας αὐτῶν Ὀρθοδόξους· εἰ δὲ οἱ μὲν Ὀρθόδοξοι γένωνται, οἱ δὲ μείνωσιν Αἱρετικοὶ, μόνοι κληρονομοῦσιν ἑκατέρου γονέως οἱ Ὀρθόδοξοι. εἰ δὲ πάντες εἶεν Αἱρετικοὶ, συγγενεῖς Ὀρθόδοξοι κληρονομοῦσιν, ἢ μὴ ὄντων αὐτῶν ὁ φίσκος.

§. β'. Ἔχει διαφόρους ποινὰς κατὰ τῶν ῥαθυμούντων, καὶ μὴ ἐξιόντων, ἢ μηνυόντων ἀρχόντων, καὶ τάξεων πολιτικῶν καὶ στρατιωτικῶν, καὶ Ἐπισκόπων, οἵτινες καὶ περὶ τῶν ῥαθυμούντων ἀρχόντων ἀναφέρουσι τῷ Βασιλεῖ· αἱ δὲ ποιναὶ τῷ φίσκῳ ἁρμόζουσι.

[1] *Cæteri autem Hæretici, id eſt, qui non ſunt Orthodoxi, & Græci, ſeu Pagani & Samaritæ non militant*] *Hujus legis meminit Paulus Aquilegienſis lib. 16.* Præterea Samaritæ & Judæi in Paleſtina Imperatorem quemdam Julianum coronantes, & arma contra Chriſtianos commoventes, rapinas, homicidia, & incendia operati ſunt, quos Deus tradidit in manus Juſtiniani. Tertio itaque Imperii ſui anno promulgavit legem, ut non militarent Pagani, nec Hæretici, niſi ſoli Orthodoxi Chriſtiani, datis illis induciis uſque ad menſes tres ad converſionem.

[a] Τὰ περὶ; &c.] Refert Phot. *tit. x. cap. VIII. Nomocan.* Meminit Cedrenus. Juſtinianus *Nov. cxv. L. Cognovimus L. ult. C. de Hæretic. Nov. cxv.* Getimerem inter Patricios referre non licuit, quod a ſecta Arriana nollet diſcedere. *Procop. lib. III. de bell. Wandal.*

[b] Ἐπὶ τοῖς Μοντανισταῖς] Samaritanis & qui illis non abſimiles ſunt, Montaniſtis, Aſcodrogitis & Ophitis pro reatus ſimilitudine omnis legitimus actus interdictus eſt *L. Quoniam, C. de Hæretic.* Quorum fœdiſſima retrudi‑erat ſentina. *Leo epiſt. XCIII.*

[c] Φανῇ ἔχων γυναῖκα] *Phot. tit. I. cap. x. Nomocan.*

De parentibus non Orthodoxis habentibus, vel non habentibus liberos Orthodoxos,

XIX. Idem A. Juliano P. P.

COGNOVIMUS multos eſſe Orthodoxos liberos, quibus nec pater, nec mater Orthodoxæ ſunt religionis. Et ideo ſancimus: ut non tantum in caſu, ubi alter non Orthodoxæ religionis eſt; ſed etiam in his caſibus, in quibus uterque parens alienæ ſectæ ſit, id eſt, pater & mater: hi tantummodo liberi ad eorum ſucceſſionem, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato vocentur, & donationes, ſeu aliæ liberalitates his accedere poſſint, qui Orthodoxorum venerabili ſunt nomine decorati: cæteris liberis eorum, qui non Dei omnipotentis amorem, ſed paternam, vel maternam impiam affectionem ſecuti ſunt, ab omni beneficio repellendis. Liberis autem Orthodoxis non exiſtentibus, ad agnationem, vel cognationem eorum (Orthodoxos tamen) eaſdem res, vel ſucceſſiones pervenire. Quod ſi nec agnatio vel cognatio recta inveniatur; tunc eaſdem res fiſci noſtri juribus vindicari.

§. 1. Sed ne videamur morientibus quidem genitoribus, liberis providere; viventibus autem nullam inferre providentiam (quod etiam ex facto nobis cognitum eſt) neceſſitatem imponimus talibus genitoribus Orthodoxos liberos ſecundum vim patrimonii alere; & omnia eis præſtare, quæ ad quotidianæ vitæ converſationem ſufficiant: ſed & dotes pro filiabus & neptibus dare, & ante nuptias donationes pro filiis, vel nepotibus perſcribere, in omni caſu ſecundum vires patrimonii hujuſmodi liberalitatibus æſtimandis: ne propter divini amoris electionem, paterna, vel materna ſint liberi proviſione defraudati. Omnibus videlicet, quæ noſtræ conſtitutiones de pœnis Paganorum, & Manichæorum, & Borboritarum, & Samaritarum, Montaniſtarum, & Taſcodrogitarum, & Ophitarum, cæterorumque Hæreticorum jam conſtituerunt, ex hac noſtra lege confirmandis, & in perpetuum valituris. Dat. Conſtant. x. Kalend. Decembr. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

In AUTHENT. Ut cum de app. cog. §. Generalem, collat. 8. tit. 16. al. tit. 11. ſeu Novell. 115. cap. 3. §. 14.

IDem eſt de Neſtorianis & Acephalis: quia ſi quis ex his liberos habet Eccleſiæ ſanctæ communicantes, his ſolis teſtamento vel ab inteſtato hæreditatem tranſmittere poteſt. Si vero permixti ſunt, portio infidelium interim reſideat penes Orthodoxos: ipſis, ſi converſi fuerint, reſtituenda quidem, ſed abſque ratione fructuum & adminiſtrationis. Permanebit autem apud Orthodoxos, ſi ipſi perſeverent in nequitia. Si autem omnes liberi perverſi ſint, vocentur agnati rectæ fidei. Quibus non inventis, ſi Clericus fuerit, ab Eccleſia intra annum admittatur: quo tranſacto ſi non fuerit Clericus, ſuccedat fiſcus.

De pœnis Hæreticorum. 1. De ſuſpectis.

In AUTHENT. De ſtatu & conſuetud. §. Gazaros, coll. 10. Conſtit. fin.

Gazaros, Patarenos, Leoniſtas, Speroniſtas, Arnoldiſtas, Circumciſos, & omnes Hæreticos utriuſque ſexus, quocunque nomine cenſeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus, atque bannimus: cenſentes, ut omnia bona talium confiſcentur, nec ad eos ulterius revertantur: ita quod filii eorum ad ſucceſſionem eorum pervenire non poſſint, cum longe gravius ſit, æternam, quam temporalem offendere majeſtatem.

§. 1. Qui autem inventi fuerint ſola ſuſpicione notabiles: niſi ad mandatum Eccleſiæ juxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtraverint: tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur: ita quod ſi ſic per annum permanſerint, ex tunc omnes tanquam Hæreticos condemnamus.

De his, quæ interdicuntur Hæreticis.

XX. Conſt. Græcæ Epitome ex ead. collectione.

HÆRETICI communicantes, aut Synaxes, aut Baptiſmata facientes puniuntur, ut qui leges tranſgrediuntur: & qui domos ipſis ad hoc præbent, jam ſancitis pœnis ſubjiciuntur.

§. 1. Soli Orthodoxi intra ſacra ſepta habentes ergaſteria utuntur privilegiis, non item Hæretici, qui nec intra ſacra ſepta negotiantur, ne divina audiant myſteria [1].

§. 2. Montaniſtæ vero, neque commorantur cum his, qui ex his Orthodoxi facti ſunt: & qui dicuntur ex ipſis Epiſcopi, aut Clerici, expelluntur urbe Conſtantinopolitana.

§. 3. Vetantur mercati mancipia, neque erogationes percipiunt, qui ex his egentes ſunt, eas quæ dicuntur honoraria ex judiciis, vel Eccleſiis: & qui tribuit eis irrationabilem præfecturam, decem libris multatur, & decem quoque libris Præſides ex negligentia, & Comes privatarum, & Officium eorum.

ΟἹ Αἱρετικοὶ [a] κοινωνοῦντες, ἢ Συνάξεις, ἢ Βαπτίσματα ποιοῦντες, τιμωροῦνται, ὡς οἱ τοὺς νόμους παραβαίνοντες [b] καὶ οἱ τοὺς οἴκους αὐτοῖς ἐπὶ τοῦτο παρέχοντες, τοῖς ἤδη νομοθετηθεῖσιν [c] ὑπόκεινται.

§ α'. Μόνοι οἱ Ὀρθόδοξοι ἐντὸς τῶν ἱερῶν περιβόλων [d] ἔχοντες ἐργαστήρια, κέχρηνται προνομίοις. οὐ μὴν οἱ Αἱρετικοί, οὔτε ἔσω τῶν ἱερῶν περιβόλων πραγματεύονται, ἀλλ' ὃ μὴ τῶν θείων ἀκροᾶσθαι μυστηρίων.

§. β'. Οἱ δὲ Μοντανισταὶ οὔτε συνδιαιτῶνται τοῖς ἐξ αὐτῶν γενομένοις Ὀρθοδόξοις· καὶ οἱ λεγόμενοι ἐξ αὐτῶν Ἐπίσκοποι, ἢ Κληρικοί, ἐξωθοῦνται Κωνσταντινουπόλεως.

§. γ'. Κωλύονται ἐμπορεύεσθαι ἀνδράποδα, καὶ οὐ χορηγοῦνται οἱ πενόμενοι αὐτῶν τὰ λεγόμενα ἀξιωματικὰ [e] ἐκ τῶν δικαστηρίων, ἢ τῶν Ἐκκλησιῶν· καὶ ὁ νέμων αὐτοῖς ἄλογον προστασίαν, δέκα λίτρας προστιμᾶται, καὶ δέκα οἱ Ἄρχοντες ἐξ ἀμελείας, καὶ ὁ Κόμης τῶν πριβάτων, καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ.

[1] *Non item Hæretici, qui nec intra ſa-*

[a] Οἱ Αἱρετικοὶ] Refert Balſam. *tit. xii. cap. ii.*

cap. II. Nomocan. Photii. Cujus beneficio unde dejecta erat teſtitui. *In actis Conſtantinop. Synod. v.* Non enim latuit tuam Beatitudinem quod quanquam piiſſimus noſter Imperator mandaverit non reconventiculare neque rebaptizare, Zoaras tamen tale præceptum deſpexit, & parabaptizavit.

[b] Παρασυνάξεις] Extra collectas, *Liberatus*, ut Synaxeis collectas, *cap. XVI.* Neque collectas, neque baptiſmata cum Eccleſiis celebraret. Et ita vet. Interpres *Novellæ CXXXII. Sozom. lib. v. cap. XXI. Dorotheus διδασκ. θ.*

[c] Τοῖς ἤδη νομοθετεῖσιν] *Libellus Monachor. ad Menam Patriarcham:* Nam leges imperiales ſanciunt omnem locum & rem, in quo, & per quam, ſive per errorem, ſive ſecundum veritatem, ſactum factum eſt, ſanctis Dei Eccleſiis offerri: quod vobis divina ſcriptura expoſuit, quando Moſes Dei ſervitor ſtatuit improperia non ſacra in præparationem templi venire. Atque hoc Conſtantinum, Theodoſium, Arcadium & Honorium conſtituiſſe, conſtitutiones quæ ſunt in Codice Theod. Euſebius, Ruffinus, Auguſtinus indicant, quos ſequutus Juſtinianus *Nov. XLII.* Εἰδότας (inquit) τοὺς ποινὰς τὰς τῆς θείας ἡμῶν ἤδη περιεχομένας διατάξεσιν, αἵπερ καὶ τὰς οἰκίας αὐτὰς ἐν αἷς τοιοῦτό τι πράττεται, καὶ τὰ χωρία ἐξ ὧν τὰς τροφὰς χορηγοῦνται τῆς ἁγιωτάταις Ἐκκλησίαις προσνέμουσι. *Nov. CXXVII.* Cedrenus, *Nov. XLIII.*

cap. II. Nomocan. Photii.

[d] Τῶν ἱερῶν περιβόλων] *Zonaras Can. LXXVI. Synod. VI.* Ὅτι οὐ χρὴ ἔνδον τῶν ἱερῶν περιβόλων, καπηλεῖον ἢ τὰ διὰ βρωμάτων εἴδη προτιθέναι, ἢ ἑτέρας πράσεις ποιεῖσθαι. Περίβολα δὲ (inquit) εἰσὶν ἱεραὶ αἱ τῶν θείων ναῶν ἅπασαι περιοχαί, ὥστε οὐδὲν προτεθμίσμασιν, οὐδ᾽ ἐν προαυλίοις τοιοῦτόν τι γίνεσθαι παραχωρεῖ ὁ κανὼν, εἰ καὶ ναῷ αἱ ἐπιλαβαὶ ταῦτα γίνονται.

[e] Ἀξιωματικά] *Photius tit. VIII. cap.* Τίσι δεῖ τοὺς Ἐπισκόπους βοηθεῖν, καὶ περὶ Πρεσβυτέρων καὶ Διακόνων μὴ χειροτονούντων τοῖς ἐνδέουσιν Ἐκκλησιαστικοῖς. Quidam codices Ἐκκλησιαστικὰ habent. *Canon. XI. Chalcedon.* τοῖς πένησι καὶ δεομένοις ἐπικουρείας dantur Ἐκκλησιαστικά, non συστατικά, ὡς μὲν βούλομαι (ut quidam ait) οὐ δυνάμαι. Si non in hoc titulo integræ conſtitutiones deſiderantur aliæ, deſunt ſaltem integræ alicubi ſententiæ. *Photius & Balſam. tit. IX. cap II. Nomocan.* Niſi quod de curialibus notant *L. Quoniam, C. de Hæretic.* ἐν τῷ πλάτει. *Ex Nov. XLV.* Expreſſum ſit. Julianus Conſt. Anteceſſor in dictato: Quod ſi apud te quæſitum fuerit de teſtibus Hæreticis, lege *in lib. I. Codicis tit. v.* Conſtitutionem ultimam. Leges autem & *LX. Conſtit. Novell.* Invenies quod Hæretici de curiali conditione omnino poſſunt teſtimonium dicere.

Extra ſepta negociantur, ne divina audiant myſteria] *D. Gregor. Nazianzen. in definitionib.* Myſterium quid? cultus arcanus Dei. Nam recitata ſacrorum librorum lectione extra templi ambitum collocabantur Catechumeni, Energumeni, & ii quos ſuperioris vitæ pœnitebat. Manebant autem ii qui divinatum rerum & aſpectu digni ſunt & communione. Diaconus clamabat, Ne quis Auditorum, ne quis infidelium: & Januæ claudebantur. *D. Auguſtinus ſerm. 6. de verb. Domin.* Qui autem inter nos Catechumeni vel Audientes vocantur, poterant eſſe cum legeretur audientes. Ex Divo Chryſoſtomo *Homil. 83. in Matth. Homil. 3. & 4. de Dei natura. Et Homil. 60. ad popul. Antiochenum*, patet Energumenos non expelli templo.

De teſtimoniis. De Hæreticis, quibus omnis legitima converſatio interdicitur.

XXI. Idem A. Joanni P. P.

QUONIAM multi judices in dirimendis litigiis nos interpellaverunt, noſtro indigentes oraculo, ut eis referetur quid de teſtibus Hæreticis ſtatuendum ſit, utrumne accipiantur eorum teſtimonia, an reſpuantur, ſancimus, contra Orthodoxos quidem litigantes ne-

mini Hæretico, vel his etiam qui Judaïcam ſuperſtitionem colunt, eſſe in teſtimonia communionem : ſive utraque pars Orthodoxa ſit, ſive altera. Inter ſe autem Hæreticis, vel Judæis, ubi litigandum exiſtimaverint, concedimus fœdus permixtum, & dignos litigatoribus etiam teſtes introducere : exceptis ſcilicet his, quos vel Manichaicus furor, (cujus partem & Borboritas eſſe manifeſtum eſt) vel Pagana ſuperſtitio detinet : Samaritis nihilominus, & qui illis non abſimiles ſunt, Montaniſtis, & Taſcodrogitis & Ophitis; quibus pro reatus ſimilitudine omnis legitimus actus interdictus eſt. Sed his quidem, id eſt, Manichæis, Borboritis, & Paganis, necnon Samaritis, & Montaniſtis, & Taſcodrogitis, & Ophitis omne teſtimonium, ſicut & alias legitimas converſationes ſancimus eſſe interdictum. Aliis vero Hæreticis tantummodo judicialia teſtimonia contra Orthodoxos, ſecundum quod conſtitutum eſt, volumus eſſe inhibita. Cæterum teſtamentaria teſtimonia eorum, & quæ in ultimis elogiis, vel in contractibus conſiſtunt, propter utilitatem neceſſarii uſus eis ſine ulla diſtinctione permittimus, ne probationum facultas anguſtetur. Dat. v. Kal. Aug. Conſtantinop. poſt Conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 532.

De teſtamentis militum.

XXII. Idem A. Joanni P. P.

DIVINAM noſtram ſanctionem, per quam juſſimus neminem errore conſtrictum Hæreticorum, hereditatem, vel Legatum, vel Fideicommiſſum accipere, etiam in ultimis militum voluntatibus locum habere præcipimus, ſive communi jure, ſive militari teſtentur. Dat. Kal. Septembr. poſt Conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. ann. ſecundo Imperii JUSTINIANI 532.

TITULUS SEXTUS.

NE SANCTUM BAPTISMA ITERETUR.

I. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. ad Flavianum Vicarium Africæ.

ANTISTITEM [1], qui ſanctitatem Baptiſmatis illicita uſurpatione geminaverit, Sacerdotio indignum eſſe cenſemus. Eorum enim condemnamus errorem, qui Apoſtolorum præcepta calcantes, Chriſtiani nominis ſacramenta ſortitos, alio rurſus baptiſmate non purificant, ſed inceſtant [2], lavacri nomine polluentes [3]. Dat. XVI. Kal. Novembr. Conſtant. GRATIANO A. IIII. & MEROBAUDE CONSS. 377.

[1] *Antiſtitem, &c.*] Sumpta eſt hæc lex *ex l. 1. & 2. Cod. Theodoſ. ne ſanct.*

Baptiſm. &c. Leo Papa epiſt. 3. ad Aquileienſ. Epiſc. In magno habeant beneficio, ſi adempta ſibi ſpe omnis promotionis in quo inveniuntur ordine ſtabilitate perpetua maneant: ſi tamen iterata tinctione non fuerint maculati. *Idem epiſt. 37. ad Leon. Ravennat. cap. 2.* Quod ſi ab Hæreticis baptiſatum quempiam fuiſſe conſtiterit, erga hunc nullatenus ſacramentum regenerationis iteretur, ſed hoc tantum quod ibi defuit conferatur, ut per Epiſcopalis manus impoſitionem virtutem Sancti Spiritus conſequatur. *D. Auguſtinus epiſt. 66.* Sic enim fecerunt majores veſtri, ſeparaverunt ab Eccleſia Chriſti populum habentem Baptiſma Chriſti, & quicumque illis accreverunt Baptiſmo Chriſti eos rebaptiſaverunt. *Idem lib. 1. cont. epiſt. Parmen. cap. 11. & 12.* Quid opus eſt jam plura diſcutere, niſi forte illud movebit, quia cum probare Parmenianus vellet carnales homines non poſſe ſpirituales filios procreare, addidit ex Evangelio teſtimonium, Quod natum eſt de carne caro eſt: & quod natum eſt de ſpiritu, ſpiritus eſt.

[2] *Non purificant, ſed inceſtant*] *D. Cyprianus de unitat. Eccleſ.* Non abluuntur illic homines ſed potius ſordidantur. *D. Auguſtinus lib. 7. de Baptiſm. cont. Donat. cap. 6.* Extra Eccleſiam qui baptiſantur, non lavantur, ſed ſordidantur. *Idem lib. 1. cap. 1. cont. epiſt. Petilian. cap. 2.* Hoc ergo ille primum in epiſtola ſua poſuit dicens: quod eis objiciamus bis Baptiſma, qui ſub nomine Baptiſmi animas noſtras reo lavacro polluimus. Quid autem prodeſt omnia ejus contumelioſa verba refellere? nam quoniam aliud eſt documenta firmare, aliud maledicta refellendo tractare: illud potius attendamus quo pacto demonſtrare voluerit nos baptiſmum non habere, & ideo ſe non repetere quod jam erat, ſed dare quod non erat. *Idem lib. 2. cap. 20.* Petilianus dixit, bis Baptiſma nobis objiciunt ii qui ſub nomine Baptiſmi animas ſuas reo lavacro polluerunt, quibus equidem obſcœnis ſordes cunctæ mundiores ſunt, quos perverſa munditia aqua ſua contingit inquinari? Auguſtinus reſpondit, nec aqua noſtra inquinamur, nec veſtra mundamur, ſed aqua Baptiſmi.

[3] *Lavacri nomine polluentes*] Multa ſunt Baptiſmatum genera, ſed unum Baptiſma, dicit Apoſtolus, gentium Baptiſmata ſunt lavacra, non Baptiſmata: caro lavatur, non culpa dimittitur. *D. Ambroſ. de Sacram. Idem cap. 4. de his qui myſter. initiant:* Non ſanat Baptiſmus perfidorum; non mundat, ſed polluit. *Leo epiſt. 37. ad Ravennat. Epiſcop.* Non purificant, ſed inceſtant. *Idem epiſt. 79. ad Nicet. cap. 6.* Non de lavacro Judæorum aut Hæreticorum qui dum lavant ſordidant. *Clemens Romanus lib. 6. cap. 15.* Non abluere, ſed ſordidare.

II. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

SI quis rebaptizare quempiam de miniſtris Catholicæ ſectæ fuerit detectus, una cum eo, qui piaculare crimen commiſit, (ſi tamen criminis per ætatem capax ſit) & hic cui perſuaſum ſit, ultimo ſupplicio percellatur. Dat. XII. Kal. Aprilis, Conſtant. LUCIO V. C. CONSS. 413.

III. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

NULLI Hæreticorum danda licentia eſt, vel ingenuos, vel ſervos proprios, qui Orthodoxorum ſunt initiati myſteriis, ad ſuum rurſus Baptiſma deducendi, necnon illos, quos emerint, vel qualitercunque habuerint, necdum ſuæ ſuperſtitioni conjunctos, prohibendi Catholicæ ſequi religionem Eccleſiæ[1]. Quod qui fecerint, vel, cum ſit ingenuus, in ſe fieri paſſus ſit; vel factum non detulerit, exilio, ac decem librarum auri multa damnabitur: teſtamenti & dona-

tionis faciendæ utriſque deneganda licentia. Quæ omnia ita cuſtodiri decernimus, ut nulli judicum liceat delatum ad ſe crimen minori, aut nulli coërcitioni mandare : niſi ipſe idem pati velit, quod aliis diſſimulando conceſſerit [b]. Dat. III. Kalend. Jun. Conſtantinopoli, FELICE, & TAURO CONSS. 428.

[a] *Nulli Hæreticorum licentia eſt, ſervos quos emerint, vel qualitercumque habuerint, nec dum ſua ſuperſtitioni conjunctos prohibendi Catholicæ ſequi religionem Eccleſiæ*] *Sozomenus Hiſt. Eccleſ. lib. 3. cap. 16.* Quinimo lege ſanciverunt, ut nullus Judæus ſervum ex alia ſecta emeret. Quod ſi ſecus faceret, ſervum publicum eſſe. Nam cum omnibus modis Religionem augere ſtuderent, huic rei etiam providerunt, ut nemo impune eos qui ex eo genere non eſſent ad ritum Judæorum attraherent; ſed ut hi, qui ſpem in Religione Chriſtiana poſuerant, in Eccleſia continerentur.

[b] *Nulli judicum liceat delatum ad ſe crimen minori, aut nulli coercitioni mandare: niſi ipſe idem pati velit, quod aliis diſſimulando conceſſerit*] Ex præſenti lege pœna erat exilium, & decem librarum auri. *Sozomenus loco ſupra laudato.* Si ſervus ex alia gente quam Judæorum circumcideretur, capitis ſupplicio & bonorum ademptione mulctabatur.

TITULUS SEPTIMUS.

DE APOSTATIS.

De publicatione bonorum.

I. Impp. CONSTANT. & JULIAN. CC. ad Thalaſſium P. P.

SI quis lege venerabili conſtitutus, & ex Chriſtiano Judæus effectus, ſacrilegis cœtibus aggregetur: cum accuſatio fuerit approbata, facultates ejuſdem dominio fiſci jubemus vindicari. Dat. V. Non. Jul. Mediol. CONSTANTIO A. IX. & JULIANO Cæſ. II. CONSS. 357.

De accuſatione defuncti.

II. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Hypatium P. P.

SI quis defunctum violatæ, atque deſertæ Chriſtianæ religionis accuſat, eumque vel ad ſacrilegia templorum, vel ad ritus Judaïcos tranſiſſe contendit, eaque gratia teſtari minime potuiſſe confirmat: intra juge quinquennium, quod de inofficioſis actionibus conſtitutum eſt, proprias exigat actiones, futurique judicii hujuſcemodi ſortiatur exordium. Dat. XII. Kal. Jun. Patavi, MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

De teſtimonio, teſtamenti factione, ſucceſſione, reſtitutione, pænitentia.

III. Imppp. THEOD. VALENT. & ARCAD. Flaviano P. P.

HI, qui ſanctam fidem prodiderunt, & ſanctum Baptiſma Hæretica ſuperſtitione profanarunt [1], a conſortio omnium ſegregati ſint [2], a teſtimoniis alieni teſtamenti (ut ante jam ſancimus) non habeant factionem: nulli in hereditate ſuccedant, a nemine ſcribantur heredes. Quos etiam præciperemus procul abjici, ac longius amandari, niſi pœnæ viſum fuiſſet eſſe majoris, verſari inter homines, & hominum carere ſuffragiis [3]. Sed nec unquam in ſtatum priſtinum revertantur [4]: nec flagitium horum obliterabitur pœnitentia: neque umbra aliqua exquiſitæ defenſionis, aut muniminis obducetur: quoniam quidem eos, qui fidem, quam Deo dedicaverant, polluerunt, & prodentes divinum myſterium in profana migraverunt; tueri ea quæ ſunt commentitia & concinnata, non poſſunt. Lapſis etenim & errantibus ſubvenitur [5]: perditis vero, hoc eſt, ſanctum Baptiſma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ, (quæ ſolet aliis criminibus adeſſe) ſuccurritur [6]. Dat. v. Id. Maii, Concordiæ, TATIANO & SYMMACHO CONSS. 391.

[1] *Sanctum Baptiſma Hæretica ſuperſtitione profanarunt*] *Can. 2.* Synodi cui præfuit Fœlix Romanus. Conſtat neminem ad ſecundum tinctorem venire poſſe, niſi ſe palam Chriſtianum negaverit, & profeſſus fuerit ſe eſſe Paganum.

[2] *A conſortio omnium ſegregati ſint*] Pammelius *adnotat. ad Tertull. de præſcript. adverſ. Hæretic. cap. 16. in hæc verba, poſt unam correptionem*, obſervat incorrigibiles, qui non audierint Eccleſiam, pro Publicanis habendos.

[3] *Niſi pœna viſum fuiſſet eſſe majoris, verſari inter homines, & hominum carere ſuffragiis.*] *Caſſius 177.* Majus exemplum eſſe viventis miſerabiliter criminoſi, quam occiſi voluit. *Capitolinus in Antonino Pio:* Vivere illis naturæ legibus non licebat.

[4] *Sed nec unquam in ſtatum priſtinum revertantur*] *D. Chryſoſtomus Homil. 5. cont. Jud.* Nam quemadmodum omnia ſunt abrogata, ſi non ſit templum, & ſi quid videatur fieri, facinus eſt adverſus legem commiſſum; ita poſteaquam oratio demonſtravit nunquam fore ut templum redeat ad priſtinum ſtatum, eadem opera & illud demonſtratum eſt, quod neque cæteri ritus & cultus ad priſtinum ſtatum ſint redituri. Non Sacerdos erit quiſpiam, non Rex.

[5] *Lapſis etenim & errantibus ſubvenitur*] Id eſt, qui in Catholica fide baptiſati ſunt, & poſt prævaricatione damnabili in Hæreſim tranſierunt. *Can. 6. Synod. Agath tom. 4. Concil. General. col. 1392.*

[6] *Perditis vero, hoc eſt, ſanctum Baptiſma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ, ſuccurritur*] *D. Auguſtinus ſerm. in natal. Dom.* Inclinet ad remedium humilitas pœnitentium. *Can. 25. Concil. Arelat.* Hi qui poſt ſanctam Religionis profeſſionem apoſtatant, & ad ſæculum redeunt, & poſtmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, ſine pœnitentia communionem penitus non accipiant. Sicut unum eſt Baptiſma, ita una debet eſſe pœnitentia. *D. Auguſtinus epiſt. 54.* Quamvis ergo caute ſalubriterque proviſum ſit, ut locus illius humillimæ pœnitentiæ ſemel in Eccleſia concedatur, ne medicina vilis minus eſſet utilis ægrotis, quæ tanto magis ſalubris eſt, quanto minus contemptibilis fuerit: quis tamen audeat dicere Deo, Quare huic homini qui poſt primam pœnitentiam rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterum parcis? *S. Leo epiſt. 9. ad Theodorum Foroju-*

lier.ſ. Epiſcop. Multiplex miſericordia Dei ita lapſibus ſubvenit humanis, ut non ſolum per Baptiſmi gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æternæ, ut qui regenerationis donum violaſſent, proprio ſe judicio condemnantes, ad remiſſionem criminum pervenirent: ſic divinæ bonitatis præſidiis ordinatis, ut indulgentia Dei niſi ſupplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri. *Euſebius Emiſenus Homil. ad Pœnitent.* Pœnitentia quidem præcipuum, ſed extremum remedium eſt. Perveniſtis ad illud: tenete illud quaſi primum, cuſtodite quaſi ſolum. Sicut in Chriſto tenatis jam aliud Baptiſmum nun poteſt ſubveniri niſi ſola pœnitentiæ medicina, ita poſt pœnitentiam nulla res ſubvenit. Inter naufragia peccatorum corripuiſtis nos ad tabulam fidei quæ perduxit vos ad pœnitentiæ navem. Baptiſmus non poteſt niſi ſemel ſuſcipi, ſic pœnitentia quæ cum Baptiſmo conjuncta eſt non niſi ſemel agebatur. Ideo Paulus *ad Hebræos cap. 6.* ait, impoſſibile eſſe turſus renovari ad pœnitentiam. *Lindanus lib. 4. cap. 62. Panoplia.* Solemnis pœnitentia non niſi ſemel permittebatur, ſecus vero publica nec ſolemnis. *Socrates lib. 6. Hiſtor. Eccleſ. cap. 19. loquens de Joanne:* Nam cum a Concilio Epiſcoporum, illis qui ſemel duntaxat poſt Baptiſmum lapſi fuerant, locus pœnitentiæ concederetur, ille non dubitavit dicere, ſi millies lapſus pœnitentiam egeris in Eccleſiam ingredere. Ob quam doctrinam, etſi in aliorum multorum, etiam qui ei familiares erant, offenſionem incurrit. Tamen a Siſinnio in primis Novatianorum Epiſcopo, qui librum contra hoc ejus dictum conſcripſit, graviter exagitatus eſt.

De præſcriptionibus. De teſtamentis, donationibus, venditionibus.

IV. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Baſſo P.P.

APOSTATARUM ſacrilegum nomen, ſingulorum vox continua accuſatione inceſſet, & nullis finita temporibus hujuſcemodi criminis arceatur indago. Quibus quamvis præterita interdicta ſufficiant, tamen etiam illud iteramus, ne, poſtquam a fide deviaverint, teſtandi aut donandi quippiam habeant facultatem. Sed nec venditionis ſpecie facere legi fraudem ſinantur, totumque ab inteſtato Chriſtianitatem ſectantibus propinquis potiſſimum deferatur. In tantum autem contra hujuſcemodi ſacrilegia perpetuari volumus actionem; ut univerſis ab inteſtato venientibus, etiam poſt mortem peccantis, abſolutam vocem inſimulationis congruæ non negemus. Nec id patiemur obſtare, ſi nihil in conteſtatione prophano dicatur vivente productum. Sed ne hujus interpretatio criminis latius in incerto vagetur errore: eos præſentibus inſectamur oraculis, qui nomine Chriſtianitatis induti, ſacrificia ſacrilega vel fecerint, vel facienda mandaverint: quorum etiam poſt mortem comprobata perfidia, hac ratione plectenda eſt, ut donationibus teſtamentiſque reſciſſis, hi quibus hoc deferret legitima ſucceſſio, hujuſmodi perſonarum hereditate potiantur. Dat. VII. Idib. April. Ravennæ, THEODOSIO XII. A. & VALENTINIANO A. II. CONSS. 426.

De eo, qui alium in nefandam ſectam ritumve tranſduxit.

V. Iidem A A. Florentio P. P.

EUM qui ſervum ſive ingenuum invitum, ſeu ſuaſione plectenda, ex cultu Chriſtianæ religionis in nefandam ſectam ritumve traduxerit, cum diſpendio fortunarum capite puniendum eſſe cenſemus. Dat. Prid. Kalend. Febr. THEODOSIO XV. & VALENTINIANO IV. AA. CONSS. 435.

De Clericis, vel Monachis Apollinariſtis, vel Eutychianis.

VI. Impp. VALENT. & MARTIAN. A A. Palladio P. P.

EOS, qui Catholicarum Eccleſiarum Clerici, vel Orthodoxæ fidei Monachi, relicto vero Orthodoxæ religionis cultu, Apollinaris, vel Eutychetis hæreſim, & dogmata abominanda ſecuti fuerint; omnibus pœnis, quæ prioribus legibus adverſus Hæreticos conſtitutæ ſunt, jubemus teneri, & extra ipſum quoque Romani Imperii ſolum repelli, ſicut de Manichæis præcedentium legum ſtatuta ſanxerunt[1]. Dat. Kal. Auguſt. VALENTINIANO A. VII. & AVIANO CONSS. 450.

[1] *Sicut de Manichais pracedentium legum ſtatuta ſanxerunt*] Non dubie enim Manichæorum confœderantur errori, qui ab unigenito Dei Filio verum & noſtræ naturæ hominem negant eſſe ſuſceptum, omneſque ejus corporeas functiones ſimulatorii volunt fuiſſe phantaſmatis. *S. Leo epiſt. ad Conſtantinop. Et in ea ad Epiſcop. Iſauria Provincia cont. Eutich.* Dum multum proferre volunt, ſermonem quo veritas carnis Dominicæ deſignatur, peſſima ſemina Manichæorum latenter ſimpliciorum inſerunt animabus.

TITULUS OCTAVUS.

NEMINI LICERE SIGNUM SALVATORIS Chriſti humi, vel in ſilice, vel in marmore, aut inſculpere, aut pingere.

I. Impp. THEOD. & VALENTIN. A A. Eudoxio P. P.

CUM ſit nobis cura diligens per omnia ſuperni Numinis religionem tueri: ſignum Salvatoris Chriſti [1] nemini licere vel in ſolo, vel in ſilice, vel in marmoribus humi poſitis inſculpere, vel pingere [2]: ſed quodcunque reperitur tolli, graviſſima pœna multando eo, qui contrarium ſtatutis noſtris tentaverit, ſpecialiter imperamus. Datum XII. Kal. Jun. HIERIO & ARDABURIO CONSS. 427.

[1] *Signum Salvatoris Chriſti*] Forte abeſſe debet vox Chriſti, ſicut Baſilicæ Sal-

vatoris in Martyrologiis. *D. Ambroſius ſerm. 43.* Debemus ergo ſurgentes gratias Chriſto agere, & omne Dei opus in ſigno facere Salvatoris. *D. Auguſtinus tract. 118. in Evangel. Joann.* Quid eſt quod omnes noverunt ſignum Chriſti, niſi crux Chriſti? Vide *Caniſium de fid. & Symbol.*

[2] *Nemini licere vel in ſolo, vel in ſilice, vel in marmoribus humi poſitis inſculpere, vel pingere*] *Can. 8. Concil. in Trullo tom. 6. Concil. General. col. 1177.* Ut ergo quod perfectum eſt, vel colorum expreſſionibus omnium oculis ſubjiciatur, ejus qui tollit peccata mundi Chriſti Dei noſtri humana forma characterem etiam in imaginibus deinceps pro veteri agno erigi ac depingi jubemus. *Paulus Diaconus lib. 18. de Liberio.* Nam ubique pingebatur in domo, in muris, in januis, in feneſtris, in lectis, in navigiis, veſtibus, armis, thalamis, vaſis argileis. *Euſebius lib. 4. cap. 15. de vita Conſtantini.* Quanta vero fidei vis divino quodam inſtinctu in ejus animo defixa fuerit, vel ex eo intelligi poteſt, quod in aureis nummis, imaginibus ita inſculpi curavit, ut panſis manibus inſtar precantis cœlum contueri videretur. Quod genus nummi hac effigie ſculpti per omnes Romani Imperii gentes volitabat. *Sozomenus Hiſtor. Eccleſ. lib. 1. cap. 3. de eodem Conſtantino.* Cum animo inſtitueret bellum contra Maxentium gerere, dubitare cœpit quem ſibi adjutorem adſciſceret. Qui in tali cogitatione poſitus, per viſionem ſignum crucis in cœlo ſplendeſcens conſpicatus eſt: atque ei jam viſione obſtupefacto, ſancti Angeli aſtantes dixerunt: In hoc, ô Conſtantine, vinces.

TITULUS NONUS.

DE JUDÆIS, ET COELICOLIS.

De Legatis.

I. Imp. ANTONIN. A. Claudio Triphonino.

QUOD Cornelia Salvia [1] Univerſitati Judæorum, qui in Antiochienſium civitate conſtituti ſunt, legavit, peti non poteſt. Dat. Prid. Kal. Jul. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

[1] *Quod Cornelia Salvia*] Salviam familiam inter Patricios cooptatam a Claudio ſcribit Suetonius *in Othone cap. 1.* Nomen enim mihi videtur Romanum. Et forſitan hæc lex eſt etiam de Chriſtianis qui Antiochiæ primi fuerant. *Lampridius in Alexandro 221.* Judæis privilegia reſervavit, Chriſtianos eſſe paſſus eſt: nam Antiochiæ primum Chriſtiani nomen.

De Feſtivitatibus.

II. Græcæ Conſtitutionis Epitome ex eadem collectione, & Nomocan. tit. 7. cap. 4. & Euſtathio de temporibus.

IN Feſtivitatibus aut Sabbatis ſuis Judæi corporalia munera non obeunt, neque quicquam faciunt, neque propter publicam privatamque cauſam in jus vocantur, aut ipſi Chriſtianos in jus vocant.

ΕΝ ταῖς ἑορταῖς [a] αὐτῶν οἱ Ἰουδαῖοι σωματικῶς οὐ λειτουργοῦσιν.

[a] Ἐν ταῖς ἑορταῖς] Refert Photius ſimul cum quibuſdam ejuſdem tituli legibus

bus *tit. XII. cap. II. Nomocan. & tit. VII. cap. IIII.* Εἴρηται δὲ (inquit) *βιβλίῳ α. τιτ. θ'. διατ. ϛ'. ιγ'. ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι ἐν τοῖς σαββάτοις καὶ ταῖς ἄλλαις αὐτῶν ἑορταῖς οὔτε σωματικὰς λειτουργοῦσιν οὔτε τι ποιοῦσιν οὔτε διὰ δημοσίαν ἢ ἰδιωτικὴν αἰτίαν ἐνάγονται ἢ Χριστιανοῦ ἐνάγουσιν*, quæ quidem conſtitutionis eſſe XIII. in Baſilicis Balſamo ſcribit. Nam ſecundam non habent. Quam Euſtathius ita refert *μὴ ὑφιστάσθω Ἰουδαῖος σωματικὰς λειτουργίας ἢ ἀγγαρείας ἐν ἀπράκτῳ ἤτοι ἑορτασίμῳ αὐτοῦ ἡμέρᾳ*. Circumcidere Judæis filios ſuos reſcripto Divus Pius permiſit. *L. XI. D. de leg. Cornel. de Sicar.* Bellum enim ſub Hadriano moverant quod mutilare genitalia vetarentur. Privilegia reſervavit Alexander cujus videtur hæc conſtitutio. Chriſtianos eſſe paſſus eſt Lampridius.

De his, qui converſos ad Chriſtianiſmum injuria afficiunt.

III. Imp. CONSTANT. A. ad Evagrium P. P.

JUDÆIS, & Cœlicolis[1], & Majoribus eorum, & Patriarchis volumus intimari, quod, ſi quis poſt hanc legem aliquem, qui eorum feralem fugerit ſectam, & ad Dei cultum reſpexerit, ſaxis, aut alio furoris genere (quod nunc fieri cognovimus) auſus fuerit attentare, mox flammis dandus eſt, & cum omnibus ſuis participibus concremandus. Dat. XV. Kalend. Novemb. Murgillo, CONSTANTINO A. IV. LICINIO IV. CONSS. 315.

[1] *Cœlicolis*] Qui ſacrificant Reginæ cœli.

De militibus velut hoſpitii merito irruentibus in Synagogam Judaïcam.

IV. Impp. VALENT. & VALENS AA. Remigio Magiſtro Offic.

IN ſynagogam[1] Judaicæ legis, velut hoſpitii merito, irruentes milites jubeas emigrare: quos privatorum domus, non religioſarum loca habitationum merito convenit attingere Dat. Prid. Non. Martias, VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

[1] *In ſynagogam*] *Palladius in Chryſoſtom. 187.* Hoſpitales aut in ſtabulis, ubi ſcortorum erat multitudo, aut in Samaritanorum vel Judæorum Synagogis.

De muneribus.

V. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS & THEOD. AAA. Hypatio P. P.

JUSSIO, qua ſibi Judaicæ legis homines blandiuntur[1], per quam eis curialium munerum dabatur immunitas, reſcindatur. Datum XVIII. Kalend. Maii, Mediolani, MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

[1] *Juſſio, qua ſibi Judaicæ legis homines blandiuntur*] *D. Chryſoſtoms orat. 2. adverſ. Judæos.* Quemadmodum igitur medicus, fracto vaſe, ægrotum cohibet ab intempeſtivo frigidi potus appetitu, ſic & Deus, everſa civitate ipſa, adeoque funditus diruta, ut omnibus facta ſit inacceſſa, Judæos a ſacrificiis abduxit. Nam ſi hoc non agebat, cur religionem illam in unum locum concluſit, qui nuſquam

Ee

non eſt præſens, qui implet univerſa? Cur igitur cultum redigit ad victimas, victimas ad certum locum, locum ad tempus, tempus ad unam civitatem contraxit. Adde quod mirum eſt & incredibile, totus terrarum orbis conceditur Judæis ad ſacrificandum; ubi fas non eſt ſacrificari, ſolam Hieroſolymam illis adire non licet, in qua ſola licet immolare. An non igitur etiam admodum tardis clarum perſpicuumque eſſet quam ob cauſam ea civitas fuerit ſubverſa.

De nuptiis.

VI. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P.

NE quis Chriſtianam mulierem in matrimonium Judæus accipiat[1]: neque Judææ Chriſtianus conjugium ſortiatur. Nam ſi quis aliquid hujuſmodi admiſerit, adulterii vicem commiſſi hujuſmodi crimen obtinebit: libertate in accuſandum publicis quoque vocibus relaxata. Dat. Prid. Idib. Mart. Theſſalonicæ, THEODOSIO A. II. & CYNEGIO CONSS. 388.

[1] *Ne quis Chriſtianam mulierem in matrimonium Judæus accipiat*] *D. Ambroſius de Abraham lib. 1. cap. 19.* Cave Chriſtiane Gentili aut Judæo filiam tuam tradere. Cave, inquam, Gentilem aut Judæum, aut alienigenam. *Et ad Vigilium epiſt. 70.* Doce ergo plebem, ut non ex alienigenis, ſed ex domibus Chriſtianis conjugi quæratur copula.

Nuptiæ inter Chriſtianos prohibitæ, etiam inter Judæos prohibentur, ipſorum lege ceſſante.

VII. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Infantio Comiti Orientis.

NEMO Judæorum morem ſuum in conjunctionibus retineat, nec juxta legem ſuam nuptias ſortiatur, nec in diverſa ſub uno tempore conjugia conveniat. Dat. III. Kalend. Januat. THEODOSIO A. III. & HABUNDANTIO CONSS. 393.

De judiciis & arbitris.

VIII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano.

JUDÆI communi Romano jure viventes[1], in his cauſis, quæ tam ad ſuperſtitionem eorum, quam ad forum & leges ac jura pertinent, adeant ſolemni more judicia, omneſque Romanis legibus conferant, & excipiant actiones[2]. Si qui vero ex his communi pactione ad ſimilitudinem arbitrorum apud Judæos in civili duntaxat negotio putaverint litigandum; ſortiri eorum judicium jure publico non vetentur. Eorum etiam ſententias Judices exequantur, tanquam ex ſententia cognitoris arbitri dati fuerint. Dat. VI. Non. Febr. HONOR. A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

[1] *Judæi communi Romano jure viventes*] *Divus Gregorius lib. 12. epiſt. 18.* Præ-

dictos vero Judæos gravari vel affligi contra ordinem rationis prohibemus. Sed ſicut Romanis vivere legibus permittuntur annuente juſtitia, actuſque ſuos, ut norunt, nullo impediente diſponant. *D. Ambroſius lib. 5. epiſt. 29.* Et cum ipſi Romanis legibus ſe vindicandos putent. *Symmachus Apologet. adverſ. Anaſtaſ.* Nec viventes in jure Romano lacerari convenit a Romanis. *Novell. 10. Valentin.* Negabant & ſe Romanis legibus teneri. *Caſſiodorus lib. 7. Variar. cap. 4.* Milites tibi commiſſi vivant cum provincialibus jure civili.

[2] *Omneſque Romanis legibus conferant, & excipiant actiones*] *L. 1. Cod. Theodoſ. de conductorib. & hominib. dom. Auguſt.* Quotiens de cauſa ad domum regiam pertinente aliquid quæſtioois emergit, non aliter quam ex legum ordine, quibus ſimiliter omne hominum genus tenetur, vel excipiant, vel inferant actionem.

De pretio rerum venalium.

IX. Iidem A A. ad Judæos.

NEMO extetus religionis Judæorum, Judæis pretia ſtatuet, cum venalia proponunt: juſtum eſt enim ſua cuique committere [1]. Itaque Rectores Provinciarum vobis nullum diſcuſſorem aut moderatorem eſſe concedent. Quod ſi quis ſumere ſibi curam (præter vos, proceresque veſtros) audeat: eum, velut aliena appetentem, ſupplicio coërcere feſtinent.. Dat. Kalend. Mart. Conſtant. ARCADIO IV. & HONORIO III. A. CONSS. 396.

[1] *Nemo externus religionis Judæorum, Judæis pretia ſtatuet cum venalia proponunt: Juſtum eſt enim ſua cuique committere*] *Cicero Verrin. 6.* Quæ fuit cauſa cur tam diligenter nos in provinciis ab emptione removeret, hæc Judicis, quod putabat exceptionem eſſe non emptionem, cum venditori ſuo arbitratu vendere non liceret.

De curia obnoxiis.

X. Iidem A A. THEODOSIUS A. Eutychiano P. P.

QUICUNQUE ex Judæis obnoxii curiæ comprobantur, curiæ mancipentur. Dat. III. Kalend. Januar. THEOD. A. I. & RUMORIDIO CONSS. 403.

De ſolemnibus. De ſancta cruce.

XI. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

JUDÆOS quoſdam feſtivitatis ſuæ ſolemnia ad pœnæ quondam recordationem incendere, & ſanctæ crucis adſimulatam ſpeciem in contemptum Chriſtianæ fidei ſacrilega mente exurere, Provinciarum Rectores prohibeant: neve locis ſuis fidei noſtræ ſignum immiſceant, ſed ritus ſuos citra contemptum Chriſtianæ legis retineant: amiſſuri ſine dubio permiſſa hactenus, niſi ab illicitis temperaverint. Dat. IV. Kalend. Jun. Conſt. BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

De Cælicolis, & eorum ædificiis.

XII. Iidem AA. Jovio P. P.

COELICOLARUM [1] nomen inauditum quodammodo novum crimen ſuperſtitionis vindicavit. Hi niſi ad Dei cultum venerationemque Chriſtianam converſi fuerint, his legibus, quibus præcipimus Hæreticos adſtringi, ſe quoque noverint adſtringendos. Ædificia autem eorum, quæ neſcio cujus novi dogmatis conventus habent, Eccleſiis vindicentur. Certum enim eſt, quidquid a fide Chriſtianorum diſcrepat, legi Chriſtianæ eſſe contrarium. Dat. Kalend. April. Ravennæ, HONOR. VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

[1] *Cælicolarum*] Fortunæ, ſive Reginæ cœli ſacrificant.

De Feſtivitatibus.

XIII. Iidem AA. Jovio P. P.

DIE Sabbato ac reliquis ſub tempore, quo Judæi cultus ſui reverentiam ſervant, neminem aut facere aliquid, aut ulla ex parte conveniri debere præcipimus: ita tamen, ut nec illis detur licentia eodem die Chriſtianos Orthodoxos convenire, ne Chriſtiani forte ex interpellatione Judæorum ab Officialibus, præfatis diebus, aliquam ſuſtineant moleſtiam: cum fiſcalibus commodis, & litigiis privatorum conſtet reliquos dies poſſe ſufficere. Dat. VII. Kal. Aug. Ravennæ, DD. NN. HONORIO VIII. & THEOD. Aug. III. CONSS. 409.

Ne Judæi lædantur, & ne inſoleſcant.

XIV. Iidem AA. Philippo P. P. per Illyricum.

NULLUS tanquam Judæus, cum ſit innocens obteratur, nec expoſitum eum ad contumeliam religio qualiſcunque perficiat: non paſſim eorum Synagogæ, vel habitacula concrementur, vel perperam ſine ulla ratione lædantur: cum alioquin, etiam ſi ſit aliquis ſceleribus implicitus, idcirco tamen judiciorum vigor, juriſque publici tutela videtur in medio conſtituta, ne quiſquam ſibi ipſi permittere valeat ultionem. Sed ut in hoc perſonis Judæorum volumus eſſe proviſum: ita id quoque monendum eſſe cenſemus, ne Judæi forſitan inſoleſcant, elatique ſui ſecuritate, quicquam præcipites in Chriſtianam reverentiam ultionis admittant. Dat. VIII. Idib. Aug. Conſtant. HONOR. IX. & THEOD. V. AA. CONSS. 412.

De judice competenti.

XV. Iidem AA. Aureliano P.P.

SI qua inter Chriſtianos & Judæos[1] ſit contentio, non a Senioribus Judæorum, ſed ab ordinariis Judicibus dirimatur. Datum XIII. Kal. Novemb. HONOR. XII. & THEOD. VIII. AA. CONSS. 418.

[1] *Si qua inter Chriſtianos & Judæos, &c.*] *D. Hieronymus in Iſaïam cap. 3.* Sed ne judices quidem habent proprios Romaniſque ſubjiciuntur judicibus, in tantum ut de Principibus eorum qui eſſe videntur in populo Romani Principes judicent.

De Circumciſione.

XVI. Iidem AA. Aſclepiodoto P. P.

JUDÆI & bonorum proſcriptione, & perpetuo exilio damnabuntur, ſi noſtræ fidei hominem circuncidiſſe eos, vel circuncidendum mandaſſe conſtiterit. Dat. Prid. Kal. Februar. THEOD. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De anniverſario Canone.

XVII. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Joanni Comiti ſacrarum largitionum.

JUDÆORUM Primates[1], qui in utriuſque Palæſtinæ ſynedriis dominantur, vel in aliis Provinciis degunt, periculo ſuo anniverſarium Canonem de Synagogis omnibus, Palatinis compellentibus, exigant, ad eam formam, quam Patriarchæ quondam coronarii auri nomine poſtulabant: & hoc, quod de Occidentalibus Patriarchis conferri conſueverat, noſtris largitionibus inferatur. Dat. III. Kalend. Jun. Conſtantinop. FLORENTIO & DIONYSIO CONSS. 429.

[1] *Judæorum Primates*] Judæi Magiſtratus ſibi deſignabant menſe Septembri, quos Ἄρχοντας appellabant.

De Judæo Chriſtianum ad ſuam religionem traducente.

XVIII. Idem Græca Conſtitutio ex lib. 60. Baſil. tit. 54. cap. 31. & Nomocan. titul. 9. cap. 25.

JUDÆUS, qui eum qui Judaicæ religionis non eſſet, contraria doctrina ad ſuam religionem traducere præſumpſerit, bonorum proſcriptione damnetur, miſerumque in modum puniatur.

Eadem Conſtitutio Græce & Latine ex Baſil. lib. 1. ex lib. 60. tit. 54. cap. 31.

SI Judæus pertrahere Chriſtianum ad religionem ſuam auſus fuerit, proſcribitur, & ſanguinis pœnam ſuſtinet.

ΕΑΝ Ιουδαῖος Χριστιανὸν πρὸς τὴν οἰκείαν θρησκείαν ἐφελκύσαι τολμήσῃ, δημεύεται, καὶ τὴν δι' αἵματος τιμωρίαν ὑφίσταται.

De adminiſtrationibus & dignitatibus, de Synagogis.

XIX. Iidem AA. Florentio P. P.

HAC valitura in omne ævum lege [1] ſancimus, neminem Judæorum, quibus omnes adminiſtrationes & dignitates interdictæ ſunt, nec Defenſoris civitatis fungi ſaltem officio, nec patriæ honorem arripere concedimus: nec adquiſiti ſibi officii auctoritate muniti, adverſus Chriſtianos, & ipſos plerunque ſacræ religionis Antiſtites, veluti inſultantes fidei noſtræ, judicandi, vel pronunciandi quamlibet habeant poteſtatem.

§. 1. Illud etiam pari conſideratione rationis arguentes, præcipimus, ne qua Judaica Synagoga in novam fabricam ſurgat: fulciendi veteres permiſſa licentia, quæ ruinam minantur.

§. 2. Quiſquis igitur, vel infulas acceperit, quæſitis dignitatibus non potiatur: vel ſi ad officia vetita irrepſerit, ab his penitus repellatur: vel ſi Synogogam extruxerit, compendio Catholicæ Eccleſiæ noverit ſe laboraſſe [2]. Et qui ad honores & dignitates irrepſerit, habeatur, ut antea conditionis extremæ, etſi honorariam illicite promeruerit dignitatem. Et qui Synagogæ fabricam cœperit, non ſtudio reparandi, cum damno quinquaginta librarum auri fraudetur auſibus ſuis. Cernat prætetea bona ſua proſcripta, mox pœnæ ſanguinis deſtinandus, quaſi qui fidem alterius expugnavit perverſa doctrina. Dat. Prid. Kal. Febr. THEODOS. A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

[1] *Hac valitura in omne ævum lege*] *Altercatio Synagogæ. Evagrius lib. 1. Hiſtor. Eccleſ. cap. 13. de Simeone.* Virtus porro divinæ gratiæ tam penitus in iſtius inſedit animo, uti ad Imperatorem Theodoſium per legem jubentem ut Judæis Antiochiam incolentibus, ipſorum Synagogæ, quas ante Chriſtiani ab illis abſtuliſſent, redderentur, adeo libere ſcripſit, adeoque acriter eum propterea increpavit, ut Imperator Theodoſius, quo Chriſtianorum ſatisfaceret voluntati, ſua mandata revocaret, Præfectumque, qui ipſum de Judæorum Synagogis reddendis docuerat, abdicaret magiſtratu. *D. Gregorius lib. 7. epiſt. 26.* Sicut Judæis non debet eſſe licentia quicquam in Synagogis ſuis ultra quam permiſſum eſt lege præſumere, ita his quæ eis conceſſa ſunt nullum debent præjudicium ſuſtinere. *Concil. Meldenſ. ann. 845. Can. 73. tom. 7. Concil. General. col. 1541.* Uti erga Judæos a Chriſtianis Principibus, ac cæteris omnibus Dei fidelibus, tam Clericis quam Laicis, viris ſeu fœminis ſacrorum Canonum & antiquorum Regum atque legum jura ſerventur, ex quibus pauca de multis ſubter annotare curavimus. *Concil. Toletan. 4. Can. 64. tom. 5. Concil. General. col. 1220.* Non poteſt erga homines eſſe fidelis qui Deo extiterit infidelis. Judæi ergo qui dudum Chriſtiani

effecti ſunt, & nunc in Chriſti fidem prævaricati ſunt ad teſtimonium dicendum admitti non debent.

[b] *Vel ſi Synagogam extruxerit compendio Catholicæ Eccleſiæ noverit ſe laboraſſe*] Judæis tamen Synagogas & libros reſtitui jubet Gregorius Magnus *lib. 7. indict. 2. epiſt. 58.* Ante aliquantum tempus Victori fratri & Coëpiſcopo noſtro ſcripſimus, ut quoniam quidam Judæorum, data nobis petitione queſti fuerunt, Synagogas in civitate Panormitana poſitas cum hoſpitiis ſuis fuiſſe ab eo irrationabiliter occupatas, quouſque cauſa utrum juſte factum eſt potuiſſet agnoſci ab eorum ſuſpenderet ſe congregatione, ne forte in eorum ſola voluntate verſari judicium videretur.

TITULUS DECIMUS.

NE CHRISTIANUM MANCIPIUM Hæreticus, vel Judæus, vel Paganus habeat, vel poſſideat, vel circumcidat.

I. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. Monoxio PP.

JUDÆUS ſervum Chriſtianum nec comparare debebit, nec largitatis, vel alio quocunque titulo conſequetur. Quod ſi aliquis Judæorum mancipium, vel Chriſtianum habuerit, vel ſectæ alterius, ſeu nationis crediderit ex quacunque cauſa poſſidendum, & id circunciderit: non ſolum mancipii damno mulctetur, verum etiam capitali ſententia puniatur: ipſo ſervo pro præmio libertate donando. Dat. IV. Idib. April. Conſtantinop. HONOR. A. II. & CONSTANTIO V. C. II. CONSS. 417.

II. Conſtitutionis Græcæ Epitome ex lib. 60. Βασιλ. ex indice κατασ{χ}είων, & ex collectione Græca Conſtitutionum Eccleſiaſticarum, & aliis auctoribus.

Ὁ ΕΛΛΗΝ, καὶ Ἰουδαῖος [a], καὶ Σαμαρείτης, καὶ ἄλλος Αἱρετικὸς, τουτέστι μὴ ὢν Ὀρθόδοξος, οὐ δύναται Χριστιανὸν [b] ἀνδράποδον ἔχειν, μήτε Κατηχούμενον περιτέμνεσθαι· ἐπεὶ καὶ αὐτὸ Χριστιανὸν ἐλευθεροῦται, καὶ ὁ κτησάμενος δίδωσι τοῖς πριβάτοις [c] λ. λίτρας.

GRÆCUS ſeu Paganus & Judæus, & Samaritanus, & alius Hæreticus, id eſt, non exiſtens Orthodoxus, non poteſt Chriſtianum mancipium habere, neque Catechumenum circuncidere: quia & ipſum mancipium Chriſtianum ad libertatem pervenit, & qui poſſidet, dat privatis, largitionibus triginta libras.

[a] Ὁ Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος] Refertur *lx.* Βασιλικῶν *tit. lIIII.* Meminit *Theod. xlVIII.* Βασιλικῶν *tit. xVIII. Gregorius Libertino Epiſcop.* Mancipia autem Chriſtiana quæcunque Judæum comparaſſe conſtiterit, ad libertatem juxta legum

præcepta ſine ambiguitate perducite, ne, quod abſit, Chriſtiana religio Judæis ſubdita polluatur. *Idem Venantio & aliis.*

[b] Χριστιανὸν] Vide *xlviii. Βασιλικῶν tit. xviii. & lx. tit. liiii. Joſephus Tenedius.* Καὶ κεφάλαιον μγʹ. καὶ μδʹ. καὶ μζʹ. καὶ νʹ. ἐν ᾧ φησίν. ὁ Ἰουδαῖος Χριστιανὸν ἀνδράποδον μὴ ἐχέτω μήτε κατηχούμενον περιτεμνέτω μήτε ἄλλος αἱρετικὸς Χριστιανὸν ἀνδράποδον ἐχέτω (quod videtur conſtituiſſe Juſtinianus. *Nov. xxxvii.*) καὶ κεφάλαιον κϛʹ. ἐν ᾧ φησίν. οἱ Ἰουδαῖοι Χριστιανὸν περιτέμνοντες ἢ περιτμηθῆναι ἐντελλόμενοι δημευθέντες ἐξορίζονται. ἐὰν Ἰουδαῖος Χριστιανὸν πρὸς τὴν οἰκείαν θρησκείαν ἐφελκύσασθαι τολμήσῃ δημεύεται, καὶ τὴν δι' αἵματος τιμωρίαν ὑφίσταται. πᾶς μὴ Χριστιανὸς οἰκέτην ἔχων Χριστιανὸν λ. χρυσίου καταθήσεται λίτρας τῷ δημοσίῳ, εἰς ἐλευθερίαν ἀναρπαζομένου τοῦ οἰκέτου.

[c] Τοῖς πριβάτοις] *Anonymus de Græcorum verborum quæ ad jus pertinent ſignificatione* πρίβατον. ἰδικὸν, αἱρετικοὶ ἔχοντες τοὺς Χριστιανοὺς δούλους, καὶ ἀφαιρεθοῦνται τούτους, καὶ διδοῦσι τοῖς πριβάτοις λ. χρυσίου. Et ita apud Cedrenum δεδωκὼς τῷ ἰδικῷ ὥστε καὶ ταύτας χωνεῦσαι interpretor, & alio forte loco legendum eſt ἀφῄρηται δὲ καὶ ἐν τῷ ἰδικῷ χρυσίον οὐκ ὀλίγον. Impreſſi ἐν τῷ εἰδίξῳ.

TITULUS UNDECIMUS.

DE PAGANIS[1], ET SACRIFICIIS, & Templis.

De templis Paganorum claudendis. 1. De Sacrificiis prohibitis. 2. Sanctio.

I. Imp. CONSTANTINUS ad Taurum P.P.

PLACUIT omnibus locis[a], atque urbibus univerſis [2] claudi protinus templa, & acceſſu vetito omnibus licentiam delinquendi [b] perditis abnegari.

§. 1. Volumus etiam cunctos ſacrificiis abſtinere.

§. 2. Quod ſi aliquid forte hujuſmodi perpetraverint, gladio ultore ſternantur, facultates etiam perempti fiſco decernimus vindicari, & ſimiliter puniri Rectores Provinciarum, ſi facinora vindicare neglexerint. Dat. Kal. Decemb. CONSTANTIO IV. & CONSTANTE AA. CONSS. 342.

[1] *Paganis*] *D. Auguſtinus 2. retractat. cap. 43. ubi agit de libris de Civit. Dei.* Deorum falſorum multorumque cultores quos uſitato nomine Paganos vocamus.

[2] *Placuit omnibus locis, &c. claudi protinus templa*] *Nicephor. lib. 12. Hiſt. Eccleſ. cap. 25.* Maximus ille Conſtantinus, qui ingentem quidem, minorem tamen virtute & gloria ſua conſecutus eſt laudem, & primus vera pietate Imperium exornavit, quum omnem prope dixerim terrarum orbem in idolorum cultu inſanientem inveniſſet, ſacrificare quidem dæmonibus prorſus prohibuit, aras autem eorum non ſuſtulit, mandato illo promulgato ut Deorum templa clauſa, quo a nemine adiri poſſent, ſervarentur. Idem filii ejus fecere. *Theodoritus lib. 5. Hiſt. Eccleſ. cap. 21. ubi agens de Theodoſio ſic ſcribit:* Poſt hæc fideliſſimus Imperator adverſus Judæorum ſuperſtitionem ſtudium ſuum convertit, legeſque tulit quibus idolorum fana deſtrui jubebat. Nam Conſtantinus quidem magnus omni laude digniſſimus, qui primus pietate Imperium ornavit, &c. *D. Ambroſius epiſt. 30. ad Valentinian. Auguſtum:* Cum a te, Imperator Chriſtianiſſime, fides

Deo

Deo vero ſit exhibenda cum ipſius fidei ſtudium, cautio atque devotio, miror quomodo aliquibus in ſpem venerit quod debeas aras Diis gentium tuo inſtaurare præcepto, ad uſus quoque ſacrificiorum profanorum præbere ſumptum. *Loquitur Ambroſius de ara Victoriæ, pro qua Symmachus legationem ſuſceperat.*

[3] *Atque urbibus univerſis*] Ad pagos reducti Pagani. *Prudent. libro de coronis pag. 232. poſtremæ editionis Pariſienſis :* Non erubeſcis ſtulte pago dedite. *Et adverſ. Symmach.* Nec pago implicitum per debita culmina mundi Ire virum prohibet.

[4] *Licentiam delinquendi*] *Tertullian. Apologet. cap. 28.* Sed nec hoc vos ratione facitis potius quam reſpectu repræſentaneæ poteſtatis, adeo & in iſto irreligioſi erga Deos veſtros deprehendimini, cum plus timoris humano dominio dicatis.

De Sacrificiis prohibitis.

II. Imppp. THEOD. GRAT. & VALENT. AAA. Cynegio P. P.

NE quis mortalium ita faciendi ſacrificii ſumat audaciam, ut inſpectione jecoris, extorumque præſagio vanæ ſpem promiſſionis accipiat, vel (quod eſt deterius) futura ſub execrabili conſultatione cognoſcat[1]. Acerbioris etenim imminebit ſupplicii cruciatus ei, qui contra vetitum præſentium vel futurarum rerum explorare tentaverit veritatem. Datum VII. Kal. Jun. ARCAD. & BAUTONE CONSS. 385.

[1] *Futura ſub execrabili conſultatione cognoſcat*] Spirantia exta conſulere. *Virgil. Æneidos lib. 4.* Spirantia conſulit exta. *Statius :* Conſulit ille Deos ſpirantibus extis.

De Sacrificiis, de publicorum operum ornamentis.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. A A. Macrobio P. P. Hiſpaniarum & Procliano Vicario quinque Provinciarum.

SICUT ſacrificia templorum prohibemus[1], ita volumus publicorum operum ornamenta ſervari[2]. Ac ne ſibi aliqua auctoritate blandiantur, qui ea conantur evertere[3], ſi quod reſcriptum, ſi qua lex forte prætenditur : abreptæ hujuſmodi chartæ ex eorum manibus ad noſtram ſcientiam referantur. Dat. IV. Kal. Febr. Raven. THEOD. V. C. CONSS. 399.

[1] *Sicut ſacrificia templorum prohibemus*] *D. Auguſtin. epiſt. 48.* Quis enim noſtrum, quis veſtrum non laudat leges ab Imperatoribus datas adverſus ſacrificia Paganorum? Et certe longe ibi pœna ſeverior conſtituta eſt, illius quippe impietatis capitale ſupplicium eſt. *Theodoritus lib. 5. Hiſtor. Eccleſ. cap. 29. loquens de Sancto Joanne Chryſoſtomo.* Porro cum certior factus eſſet Phœniciam etiamnum ad nefaria Dæmonum myſteria celebranda cæco furore ferri, Monachos divino pietatis ſtudio inflammatos in unum cogit : eoque cum edictis Imperatoriis ad ſimulacrorum fana demolienda mittit. *Euſebius lib. 3. de vita Conſtantini cap. 55.* Nemus ſcilicet & delubrum turpi & flagitioſo Veneris Dæmoni dedicatum, &c. cum ipſis ſtatuis & monumentis funditus deleri juſſit. Militum manus loco purgando operam navavit. Qui autem ad hoc uſque tempus luxuria diffluxiſſent, Imperatoris minis perterriti, continentiam deinceps modeſtiamque colere didi-

cerunt. *Rubens lib. 2. Hiſtor. Ravenn. cap. 62.* Cum ſacrificia prohibuiſſet, ob idque multa templa diruerer, & opera publica everteret.

[2] *Publicorum operum ornamenta ſervari*] *Concil. African. poſt Conſulat. Stilicon. an. 401. Can. 25.* Inſtant etiam aliæ neceſſitates a religioſis Imperatoribus poſtulandæ, ut reliquias Idolorum per omnem Africam jubeant penitus amputari. Nam pleriſque in locis maritimis atque poſſeſſionibus diverſis adhuc erroris iſtius iniquitas viget, ut præcipiant & iſta deleri, & templa eorum quæ in agris & in locis abditis conſtituta nullo ornamento ſunt jubeantur omnimodo deſtrui. *Et Can. ultimo Concilii Carthaginenſis quinti quod habetur tomo 2. Conciliorum Generalium pag. 1218.* Item placuit ab Imperatoribus glorioſiſſimis peti, ut reliquiæ Idololatriæ non ſolum in ſimulacris, ſed in quibuſcunque locis, vel lucis, vel arboribus omnimode deleantur.

[3] *Qui ea conantur evertere*] *Caſſiodor. lib. 4. Formula 43.* Hoc enim nobis vehementer diſplicuiſſe cognoſce, ut intentiones vaniſſimæ populorum uſque ad everſiones pervenerint fabricarum, ubi totum pulchre volumus eſſe compoſitum.

De Ritibus & Feſtis.

IV. Iidem A A. Apollodoro Proconſuli Africæ.

UT profanos ritus jam ſalubri lege ſubmovimus, ita feſtos conventus civium [1] & communem omnium lætitiam non patimur ſubmoveri. Unde abſque ullo ſacrificio, atque ulla ſuperſtitione damnabili, exhiberi populorum voluptates [2], ſecundum veterem conſuetudinem, miniſtrari etiam feſta convivia [3], quando exigunt publica vota, decernimus. Datum XIII. Kal. Sept. Patavii, THEOD. V. C. CONS. 399.

[1] *Feſtos conventus civium*] *D. Ambroſius epiſt. 4.* Vides quemadmodum convivia gentiles adornent, feſta adnuntient: ſed ea piis mentibus infeſtiora ſunt, quia ex iis plerique decipiuntur, dulcibus capiuntur epulis, capiuntur ſaltantibus choris. *D. Gregorius lib. 5. epiſt. cap. 132. D. Auguſtinus lib. de Paſtorib. cap. 30.* Et feſta illa quæ celebrantur per univerſas civitates in lætitia convivantium, & publicis menſis ſeipſos ut putant jucundantium, revera magis perdentium, ite, celebrate.

[2] *Communem lætitiam, &c. populorum voluptates*] *Tertullianus Apologet. cap. 35.* Cur die læto, non tamen poſtes obumbramus. *Et cap. 38.* Nihil eſt nobis dictu, viſu, auditu cum inſania circi, cum impudentia theatri, cum atrocitate arenæ, cum xyſti vanitate quo vos offendimus, ſi alias præſumimus voluptates. *Idem de Idololatria.* De ſpectaculis autem multis, & voluptatibus ejuſmodi ſuum jam volumen implevimus, &c. hoc loco retractari oporret de feſtis diebus atque extraordinariis ſolemnitatibus, &c. *Arnobius lib. 5.* Neque per curſus annuos lætitiam exercetis ut feſtos.

[3] *Feſta convivia*] *Concil. Carthag. poſt Conſulat. Stilicon. Can. 27.* Illud etiam petendum, ut quæ contra præcepta divina convivia multis in locis exercentur, quæ ab errore gentili attracta ſunt, ita ut nunc a Paganis Chriſtiani ad hæc celebranda cogantur. Ex qua re temporibus Chriſtianorum Imperatorum perſecutio altera occulte fieri videatur, vetari talia jubeant, & de civitatibus & de poſſeſſionibus impoſita pœna prohiberi, maxime cum etiam in natalibus beatiſſimorum Martyrum per nonnullas civitates, & in ipſis locis ſacris talia committere non reformident. Quibus diebus etiam, quæ pudoris eſt dicere, ſaltationes ſceleratiſſimas per vicos atque plateas exercent, ut matronalis honor & innumerabilium fœminarum pudor devote viventium ad ſacratiſſimum diem conviviis laſcivientibus appetatur, ut etiam ipſius ſanctæ religionis fugiatur acceſſus.

De Veteribus Templis.

V. Impp. HONOR. & THEOD. AA. populo Carthaginenſi.

OMNIA loca, quæ ſacris error veterum deputavit, noſtræ rei jubemus ſociari. Quod autem ex eo jure ubicunque ad ſingulas quaſcunque perſonas vel præcedentium Principum largitas, vel noſtra Majeſtas voluit pervenire, id in earum patrimoniis æterna firmitate perduret. Ea vero quæ multiplicibus conſtitutis ad venerabilem Eccleſiam voluimus pertinere, Chriſtiana ſibi merito religio vindicabit. Dat. III. Kal. Septembr. Ravennæ, HONORIO X. & THEODOSIO VI. AA. CONSS. 41[illegible]

Omnia loca &c.] D. Auguſtinus epiſt. 41. Quæ eſt Maximi ad Auguſtinum aſſerentis unum Deum a Paganis ſub variis nominibus coli, & ſubſannantis Chriſtianos quod ſepulchra colerent. Huic epiſtola 44. reſpondet Auguſtinus. Vide Concilium Africanum *Can. [illegible] ſupra laudat. Proſper de prædict. & promiſſ. parte 3. promiſſione 38. cujus titulus eſt de ſubverſione Idolorum* atque templorum. Hic plura referuntur exempla Imperatorum qui templa Gentilium cum ſpatiis adjacentibus contulerunt Chriſtianis.

De Judæis vel Paganis non lædendis.

VI. Iidem AA. Aſclepiodoto P. P.

CHRISTIANIS, qui vere ſunt, vel eſſe dicuntur, ſpecialiter demandamus, ut Judæis [1], ac Paganis quiete degentibus nihilque tentantibus turbulentum, legibuſque contrarium, non audeant manus inferre religionis auctoritate abuſi. Nam ſi contra ſecuros fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint: non ea ſola, quæ abſtulerint, ſed convicti in duplum quæ rapuerint, reſtituere compellentur. Rectores etiam Provinciarum, & Officia, & Principales cognoſcant ſe, ſi non ipſi ultionem vindicent, ſed hæc a popularibus hæc permiſerint, ut eos, qui fecerint, puniendos. Dat. VI. Idib. Jun. Conſtantinop. ASCLEPIODOTO & MARINIANO CONSS. 423.

[1] *Judæis*] *Cod. Theod. l. 2[illegible] de Jud.* Quæ nuper de Judæis & Synagogis eorum ſtatuimus firma permaneant: ſcilicet ut nec novas unquam Synagogas permittantur extruere, nec auferendas ſibi veteres pertimeſcant. *L. 23. de Paganis eodem Codice.* Paganos qui ſuperſunt, ſi aliquando in execrandis dæmonum ſacrificiis fuerint comprehenſi, quamvis capitali pœna ſubdi debuerint, bonorum proſcriptione & exilio coerceri.

De Delubris, Simulacris, Sacrificiis & Ritibus.

VII. Impp. VALENT. & MART. AA. Palladio P. P.

NEMO venerandi adorandique animo delubra, quæ olim jam clauſa ſunt, reſeret. Abſit a ſeculo noſtro infandis execrandiſque ſimulacris honorem priſtinum reddi, redimiri ſertis templorum

impios poſtes[2], profanos aris accendi ignes, adoleri in iiſdem thura, victimas cædi, pateris vina libari[3], & religionis loco e[illegible]. Quiſquis autem contra hanc Serenitatis noſtræ ſanctionem, & contra interdicta ſanctiſſimarum veterum conſtitutionum ſacrificia exercere tentaverit, apud publicum Judicem reus tanti facinoris legitime accuſetur, & convictus proſcriptionem omnium bonorum ſuorum, & ultimum ſupplicium ſubeat. Conſcii etiam criminis, ac Miniſtri ſacrificiorum eandem pœnam, quæ in illum fuerit irrogata, ſuſtineant: ut hac legis noſtræ ſeveritate perterriti, metu pœnæ deſinant ſacrificia interdicta celebrare. Quod ſi vir clariſſimus Rector Provinciæ poſt accuſationem legitimam, & poſt crimen in cognitione convictum, tantum ſcelus diſſimulaverit vindicare, quinquaginta libras auri ipſe Judex, quinquaginta etiam Officium ejus confeſtim fiſco noſtro inferre cogatur. Dat. Prid. Idib. Novemb. MARTIA. A. & ADELPHIO CONSS. 451.

[1] *Infandis execrandiſque ſimulachris honorem priſtinum reddi*] D. Chryſoſtom. *orat. adverſ. Gent.* occaſione Babylæ Martyris de quo plura narrat, nonnulla refert de impio Idolorum cultu qui tunc maxime viguit cum falſis Diis addicti Imperatoris ſumma rerum potiti ſunt.

[2] *Redimiri ſertis templorum impios poſtes*] *Tertullianus Apologet. cap. 35.* Cur die læto laureis poſtes adumbramus. *Idem de Idololatr.* Lucemque pro foribus & laurum in poſtibus. Et adfigunt poſtibus lauros poſtmodum arſuros. *D. Ambroſius de Virginib. 2.* In ipſo veſtibulo nuptiarum & poſtes frondium ſertis cernere coronatos, & chori ſtrepentis interius haurire delicias. *Juvenalis:* Ornentur poſtes, & grandi janua lauro.

[illegible] *Pateris vina libari*] *Mamertinus Genethliac.* Aras incendi, thura poni, vina libari, victimas cædi, cuncta gaudia calere.

De his quæ Paganis interdicta ſunt, non pertentandis.

VIII. Impp. LEO & ANTHEMIUS A A. Dioſcoro P. P.

NEMO ea quæ ſæpius Paganæ ſuperſtitionis hominibus interdicta ſunt, audeat pertentare: ſciens, quod crimen publicum committit, qui hæc auſus fuerit perpetrare. In tantum autem hujuſmodi facinora volumus eſſe reſecanda, ut etiamſi in alieno prædio vel domo aliquid tale perpetretur, ſcientibus videlicet dominis, prædium quidem, vel domus ſanctiſſimis juribus ærarii addicentur: domini vero pro hoc ſolo, quod ſcientes conſenſerint ſua loca talibus contaminari ſceleribus, ſi quidem dignitate, vel militia quadam decorantur, amiſſione militiæ, vel dignitatis, necnon rerum ſuarum proſcriptione plectentur: privatæ vero conditionis vel plebeiæ c[illegible]i, poſt cruciatus corporis, operibus metallorum, aut perpetuo deputabuntur exilio.

De eo, quod Paganis donatur, vel relinquitur. 1. De Paganorum impietatibus puniendis.

IX. Græcæ Conſtitutionis Epitome ex præfata collectione & Nomocan. tit. 6. cap. 3. & titul. 12. cap. 9.

ΕΑΝ τι [a] δωρηθῇ ἢ καταλειφθῇ τόποις, ἢ προσώποις, ἢ ἐπὶ συστάσει τῆς τῶν Ἑλλήνων πλάνης, ἡ πόλις αὐτὸ λήψεται, ἐν ᾗ τὰ πρόσωπα οἰκεῖ, ἢ ὑφ' ἣν οἱ τόποι διάκεινται· καὶ δαπανῶνται καθ' ὁμοιότητα τῶν Βασιλικῶν [b] προσόδων.

§. α. Τὰ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἀσεβήματα τιμωροῦνται οἱ Ἄρχοντες, καὶ τὰ ὑπερβαίνοντα αὐτοὺς ἀναφέρουσι Βασιλεῖ [c].

SI quid datum fuerit aut relictum locis, aut perſonis, aut ad conſtructionem Paganici erroris, urbs illud accipiet, in qua perſonæ habitant, aut ſub qua loca ſubjacent: & expenduntur ad ſimilitudinem Imperialium redituum.

§. 1. Paganorum autem impietates puniunt Præſides: & quæ ſupra ſuam poteſtatem erunt, referent Imperatori.

[a] Ἐὰν τι, &c.] Refert Photius *tit. xii cap. ix. tit. vi. cap. iii. Nomocan.*
[b] Τῶν Βασιλικῶν] *Photius.* Τῶν πολιτικῶν.
[c] Ἀναφέρουσι Βασιλεῖ] *Cedrenus.* Ἰσοκάσιος ὁ Κοαίστωρ Ἀντιοχείας διεβλήθη τῷ Βασιλεῖ ὡς Ἕλλην, καὶ ἐκέλευσεν ἐξετασθῆναι αὐτὸν παρὰ τῷ Ἐπάρχῳ Κωνσταντινουπόλεως.

De Baptiſmo. 4. De ſacrificiis. 5. Ne Pagani doceant. De publica Annona.

X. Græcæ Conſtitutionis Epitome ex eadem collectione, & Nomocan. titul. 4. cap. 4. & titul. 1. cap. 10.

ΟΙ μετὰ τὸ [a] ἅγιον Βάπτισμα τῇ πλάνῃ τῶν Ἑλλήνων ἐπιμένοντες, ἐσχάτως τιμωροῦνται.

§. α'. Οἱ δὲ μήπω βαπτισθέντες [b] ἑαυτοὺς, καὶ παῖδας, καὶ γαμετὰς, καὶ πάντας τοὺς αὐτῶν προσαγαγέτωσαν ταῖς ἁγίαις Ἐκκλησίαις, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν τέκνα μικρὰ ὄντα χωρὶς ἀναβολῆς βαπτιζόνται· οἱ δὲ τέλειοι πρότερον τὰς γραφὰς κατὰ τοὺς Κανόνας [c] διδασκέσθωσαν.

§. β'. Εἰ δὲ διὰ τὸ τυχεῖν στρατείας, ἢ ἀξίας, ἢ οὐσίαν ἔχειν, γαμετή· τις [illegible]ισθῆναι καὶ τοὺς παῖδας, ἢ [illegible] γαμετὰς αὐτῶν ἢ τοὺς ἐν τοῖς οἴκοις [d] αὐτῶν, ἐπὶ τῆς

QUI poſt ſanctum Baptiſmum in errore Paganorum manent, ultimo ſupplicio plectuntur.

§. 1. Qui vero nondum ſunt baptizati, ipſi cum liberis & conjugibus, & omnibus ſuis ſe ducant ſe ad ſanctas Eccleſias, & ſuos parvulos liberos ſine mora baptizari curent: majores vero prius ſcripturas ſecundum Canones doceantur.

§. 2. Si vero propter militiam, vel dignitatem, vel facultates habendas, fingant baptizari, & liberos, aut conjuges ipſorum, aut domeſticos ſuos in errore relinque-

rint, & eos qui ſibi attinent, & neceſſitudine juncti ſunt: publicantur, & competenter plectuntur, & Rempublicam non attingunt.

§. 3. Si vero non ſint baptizati, nec participes erunt in ulla parte Reipublicæ, neque domini erunt rerum mobilium, vel immobilium, ſed fiſcus ipſas vindicabit, & congrue punientur, & exulabunt.

§. 4. Si autem apparuerint ſacrificantes, aut idololatrantes, ut Manichæi puniuntur.

§. 5. Non docent autem Pagani qualemcumque doctrinam, neque publica fruuntur annona, nec ſecundum ſacram quidem formam.

πλάνης ἐάσωσι, καὶ τοὺς [illegible] προσήκοντας δημεύονται, καὶ δεόντως τιμωρειῶνται, καὶ τῆς πολιτείας οὐ μετέχουσι.

§. γ΄. Εἰ δὲ μὴ βαπτισθῶσι· οὐ μετέχουσί τινος τῆς πολιτείας, οὔτε κυριεύουσιν οὐσίας κινητῆς, ἢ ἀκινήτης· ἀλλὰ τὸ δημόσιον αὐτὰ ἐκδικεῖ, καὶ ἁρμοδίως τιμωρειῶνται, καὶ ἐξορίζονται.

§. δ΄. Εἰ δὲ φανῶσι θυσιάζοντες, ἢ εἰδωλολατρειῶντες, ὡς οἱ Μανιχαῖοι[c], τιμωρειῶνται.

§. ε΄. Οὐ παιδεύουσιν δὲ Ἕλληνες οἱανδήποτε παιδείαν, οὔτε δημοσίας ἀπολαύουσι σιτήσεως, οὔτε κατὰ θεῖον τύπον.

¹ *Qui poſt ſanctum Baptiſma in errore Paganorum manent*] *D. Cyprianus lib. de ſpectaculis directo, plebi in Evangelio ſtanti.* Impudenter in Eccleſia Dæmonia exorcizat quorum voluptates in ſpectaculis laudat. Et cum ſemel [illegible] renuncians reciſa ſit res omnis in Baptiſmate; dum poſt Chriſtum ad Diaboli ſpectaculum vadit, Chriſto tanquam Diabolo renunciat.

ᵃ Οἱ μετὰ τὸ] Refert breviter Photius *tit. IV. cap. IV. & cap. VII. tit. I. cap. X. Nomocan* Harmenop. *lib. VI. tit. XI.* Meminit Cedrenus.

ᵇ Βαπτίζονται] Vet. φωτιζέσθωσαν Nazianzen. Εἰς τὰ ἅγια φῶτα, & εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα. Ad locum, δῶρον καλοῦμεν χάρισμα· βάπτισμα, χρῖσμα, φώτισμα, ἀφθαρσίας ἔνδυμα, λουτρὸν παλιγγενεσίας, σφραγῖδα. φώτισμα δὲ ὡς λαμπρότητα.

ᶜ Τὰς γραφὰς κατὰ τοὺς κανόνας] Sic & Photius, ſed addit· Ἰστέον δὲ ὅτι οὐχ εὑρίσκομεν κανόνα τοιοῦτον τι διδάσκοντα. Vide *Zonar. ad Can. XI. Chalcedon.* Εἰρηνικαὶ μὲν ἐπιστολαί εἰσιν αἱ [illegible] ἀπολυτικαί. οἷαι εἰσὶν αἱ διδόμεναι τοῖς Ἐπισκόποις παρὰ Μητροπολιτῶν, οἷς ὑπόκεινται. καὶ τοῖς Μητροπολίταις παρὰ τῶν Πατριαρχῶν, ὑφ' ὧν προχειρίζονται, ὅτι διά τινα [illegible] ἀνάγκην ἀπίασι πρὸς Βασιλέα, καὶ οἷαι εἰσὶν αἱ παρεχόμεναι Κληρικοῖς παρὰ τῶν Ἐπισκόπων θέλουσιν εἰς ἑτέραν πόλιν ἀπελθεῖν, καὶ καταλιμπάνειν τὴν ἐκεῖ Ἐκκλησίαν κατὰ τὸν [illegible] κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ Παλατίου συστάσης συνόδου, καὶ ἄλλαι δὲ τοιαῦται εἰσί. Εἰρηνικαὶ δὲ λέγονται ὡς εἰρήνην βραβεύουσαι· εἰ γὰρ ἐξ ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν ἀπέλθῃ [illegible] Κληρικὸς ἄνευ γνώμης τοῦ Ἐπισκόπου αὐτοῦ, ὑπὸ ἐπιτίμιον ἐστὶ κἀκεῖνος καὶ ὁ δεξάμενος αὐτόν. Συστατικαὶ δὲ ἐπιστολαὶ λέγονται αἱ [illegible] Κληρικοῖς ἢ λαϊκοῖς ἀφωρισμένοις [illegible] ἀναγνωσθείσαις [illegible] ἐν ἑτέρᾳ [illegible] ἀπίωσι, καὶ συνιστῶσι [illegible] Ἐπίσκοποι τοὺς ἄνδρας, ὡς λυθέντας τὸ ἐπιτίμιον, ἢ [illegible] ὄντας, κατὰ τὸν [illegible] κανόνα καὶ τὸν λγ΄. ἢ ὅταν κατηγορία κατά τινος γένηται, καὶ φανῇ [illegible] κατηγορούμενος, καὶ δοθῇ αὐτῷ ἐπιστολὴ συνιστῶσα αὐτὸν τῷ πρὸς ὃν [illegible] στέλλει καὶ διδάσκουσα [illegible] αὐτῷ κατηγορηθεῖσαι. *Synod. Laod. cenſ. Can.* [illegible]. Propterea n[illegible] accedentes Catechumenorum gradus a[illegible] incipie[illegible], & competentes [illegible] baptizabantur, uti Auguſtinus [illegible] *de fide & bonis operibus.* Bapt[illegible] dicebantur & communionis noſtræ C[illegible].

ᵈ Η[illegible] Corrupte *Photius* [illegible] αὐτὸν καὶ [illegible] τοὺς [illegible] αὐτὸ

ᵉ Man[illegible]] [illegible] Photius ait, Deo[illegible] nom[illegible] Pagani [illegible] P[illegible] a[illegible] fe[illegible] *A[illegible].*

TITULUS DUODECIMUS.

DE HIS, QUI AD ECCLESIAM confugiunt, vel ibi exclamant, & ne quis ab Eccleſia extrahatur.

De Judæis.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Archelao P. Auguſtali.

JUDÆI qui reatu aliquo [1], vel debitis fatigati ſimulant ſe Chriſtianæ legi velle conjungi [2], ut ad Eccleſias confugientes evitare poſſint crimina, vel pondera debitorum, arceantur: nec ante ſuſcipiantur, quam debita univerſa reddiderint, vel fuerint innocentia demonſtrata purgati. Dat. v. Kal. Jul. Conſtantinopol. CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

[1] *Judæis qui reatu aliquo vel debitis fatigati ſimulant ſe Chriſtiana legi velle conjungi*] *Tacitus lib. 3. Annal.* Complebantur templa peſſimis ſervitiorum, eodem ſubſidio obærati adverſum creditores, ſuſpectique capitalium criminum receptabantur. Nec ullum ſatis validum Imperium erat coërcendis ſeditionibus populi, flagitia hominum, ut cærimonias Deorum protegentis. Lipſius in hunc locum: *Tribus ergo generibus hominum perfugium in aſylis: ſervis, obæratis, maleficis:* quod ex Plutarcho, Salluſtio, & Polluce confirmat.

[2] *Simulant ſe Chriſtianæ legi velle conjungi*] *Sigebertus anno 416.* Judæus quidam cum queſtus cauſa ſæpe in multis Hæreticorum Eccleſiis baptizatus fuiſſet, venit etiam ad Eccleſiam Orthodoxorum ſub eadem intentione baptizandus: & cum baptizari deberet, aqua fontis ſubito diſparuit. Et iterum atque iterum aqua allata, & fonte repleto, iterum atque iterum aqua diſparens, virtutem Dei & Judæi perfidiam oſtendit.

Ne confugientes ad ſacras Eccleſias inde abducantur.

II. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Jovino P.P.

FIDELI devotaque præceptione ſancimus, nemini licere ad ſacroſanctas Eccleſias confugientes abducere: ſub hac videlicet definitione, ut ſi quiſquam contra hanc legem venire tentaverit, ſciat ſe Majeſtatis crimine eſſe retinendum. Dat. x. Kal. Apr. CONSTANTIN. & CONST. CONSS. 414.

De ſpatio ad tuitionem confugientium conceſſo, & de armis.

Extat quidem hæc Conſtitutio Græca integrior in 3. Synodi actis, ſed qualem Theodoſius, & poſt eum Juſt. in ſuum Cod. retulit, demptis videlicet proœmiis & epilogis, talem ex Cod. Theod. edidimus.

III. Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS A A. Antiocho P. P.

PATEANT ſummi Dei templa timentibus: nec ſola altaria & oratorium templi circumjectum[a], qui Eccleſias quadripartito parietum ſeptu concludit, ad tuitionem confugientium ſancimus eſſe propoſita: ſed uſque ad extremas fores Eccleſiæ[a], quas oratum geſtiens populus primas ingreditur, confugientibus aram ſalutis eſſe præcipimus: ut inter templum, quod parietum deſcripſimus cinctu, & poſt loca publica; & januas primas Eccleſiæ, quicquid fuerit interjacens, ſive in cellulis, ſive in domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahendos eos conetur quiſquam ſacrilegas manus immittere: ne qui hoc auſus ſit, cum diſcrimen ſuum videat, ad expetendam opem ipſi quoque confugiant. Hanc autem ſpatii latitudinem ideo indulgemus, ne in ipſo Dei templo, & ſacroſanctis altaribus confugientium quemquam mane, vel veſpere cubare, vel pernoctare liceat: ipſis hoc Clericis religionis cauſa vetantibus: ipſos qui confugiunt, pietatis ratione ſervantibus.

§. 1. Arma quoque in quovis

γ'. Αὐτοκράτορες Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς Α Α. Ἀντιόχῳ μεγαλοπρεπεστάτῳ Ἐπάρχῳ καὶ Ὑπάτῳ.

ΑΝΕΩΧΘΩΣΑΝ τοῖς αἰδοῦσιν οἱ ναοὶ τοῦ μεγάλου Θεοῦ· οὐ γὰρ μόνα τὰ θεῖα θυσιαστήρια καὶ τὸν εὐκτήριον ναὸν τὸν τετράγωνον τῇ τῶν τειχῶν περιβολῇ τειχιζόμενον, εἰς ἀσφάλειαν συντελεῖν τῶν προσφευγόντων θεσπίζομεν, ἀλλ' εἴ τι καὶ περαιτέρω τούτου τυγχάνει, ἄχρι τῶν τελευταίων θυρῶν τῆς Ἐκκλησίας, ἐλέους βωμὸν τοῖς προσφεύγουσιν εἶναι προστάττομεν· ὥστε μεταξὺ τοῦ ναοῦ, ὃν τῷ προειρημένῳ εἴπομεν περιπεφράχθαι διαχαράξαμεν, ἄχρι τῶν πρώτων μετὰ τοὺς δημοσίους τόπους τῆς Ἐκκλησίας θυρῶν, πᾶν τὸ παρεγκείμενον, εἴτε ἐν οἰκίαις, ἢ κήποις, ἢ αὔλαις, ἢ λουτροῖς, ἢ ἐν στοαῖς τυγχάνει, τοὺς εἰσδύοντας πρόσφυγας καθ' ὁμοιότητα τοῦ ναοῦ, φυλάττειν, καὶ μηδένα τούτοις ἱεροσύλους ἐπιβάλλειν χεῖρας, ἵνα μὴ ὁ τοῦτο τολμῶν ἐν συμφορᾷ ἑαυτὸν εἰδὼν καὶ αὐτὸς ἐξαιτῶν βοήθειαν, καταφύγῃ. Τοῦτο δὲ τῶν διαστημάτων πλάτος διὰ τοῦτο συνεχωρήσαμεν· ἵνα μή τινι τῶν προσφευγόντων ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ ναῷ, ἢ ἐν τοῖς ἁγίοις θυσιαστηρίοις μένειν, ἢ ἐσθίειν, ἢ καθεύδειν, ἢ παννυχίζειν ἐξῇ, τῶν μὲν Κληρικῶν τῆς θρησκείας χάριν τοῦτο κωλυόντων, τῶν προσφυγόντων δὲ τῆς εὐσεβείας ἕνεκα φυλαττόντων.

§. α'. Ὅπλα δὲ ἢ ἐν σιδήρῳ ἢ ἐν ἑτέρῳ

ἑτέρῳ ἀμυντήρια τοὺς προσφεύγοντας οὐδαμῶς ἔχειν ἢ ἐπιφέρεσθαι ἐντὸς τῆς Ἐκκλησίας προστάττομεν, οὐ μόνον ἐκ τῶν θείων ναῶν καὶ θυσιαστηρίων, ὡς τὰ λοιπὰ ταῦτα κωλύοντες, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκημάτων, καὶ διαιτῶν, καὶ κήπων, καὶ λουτρῶν, καὶ αὐλῶν, καὶ στοῶν.

§ β΄. Τοὺς τοίνυν δίχα ὅπλων τῷ ἁγίῳ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, εἴτε καὶ εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐν οἱῳδήποτε ἔθνει, ἢ κατὰ ταύτην τὴν πόλιν προσφεύγοντας, ὑπνοῦν ἐν τῷ ναῷ, ἤτοι τῷ θυσιαστηρίῳ, ἢ τροφῆς μεταλαμβάνειν παρὰ τῶν Κληρικῶν προσήκει κεκωλῦσθαι ἐκτός τινος ὕβρεως, δεικνύντων τὰ διαστήματα ἐν τοῖς Ἐκκλησιαστικοῖς περιβόλοις διὰ τὴν τῶν προσφυγόντων ἀσφάλειαν καὶ ἡσυχίαν ἀφορισθέντα, καὶ διδασκόντων τιμωρίαν κεφαλικὴν κατὰ τῶν προσπεσόντων ἐπιόντων αὐτοῖς ὡρίσθαι. οἷς ὁ προσφυγὼν εἰ μὴ πεισθείη, πάντα προτιμάσθω τῆς φιλανθρωπίας ἡ θρησκεία, καὶ ἐκ τῶν θείων εἰς τοὺς προλεχθέντας τόπους χωριζέσθω θρασύτης.

§ γ΄. Τοὺς δὲ μετὰ ὅπλων τὰς ἁγίας Ἐκκλησίας καταλαμβάνοντας προηγουμένως μὲν μὴ ποιεῖν τοῦτο ὑπομιμνήσκομεν. ἐὰν δὲ ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς Ἐκκλησίας, ἢ ἐντὸς τοῦ ναοῦ, ἢ περὶ τὸν ναὸν, ἢ καὶ ἐκτὸς τούτου τυγχάνωσιν παραχρῆμα τὰ ὅπλα αὐθεντίᾳ τοῦ Ἐπισκόπου παρὰ μόνων τῶν Κληρικῶν μὴ αὐστηρότερον ἀναγκαζομένους ἀποτίθεσθαι προστάττομεν, διδομένης αὐτοῖς ἐλπίδος, καὶ ὅρκου, ὡς τῇ θρησκείᾳ, μᾶλλον, ἢ τῇ τῶν ὅπλων ἐπικουρίᾳ ὀχυρωθήσονται. Ἐὰν δὲ τῇ ἐκκλησιαστικῇ φωνῇ ὑπομνησθέντες μετὰ τοσαύτας καὶ τηλικαύτας παραγγελίας τὰ ὅπλα μὴ ἀποθῶνται· ἐξευμενισθείσης τῆς θρησκείας, παρά τε τῆς ἡμετέρας γαληνότητος, καὶ τῶν Ἐπισκόπων τῷ Θεῷ τῆς ἀπολογίας δοθείσης, ἐνόπλων εἰσπεμφθέντων, ἀποσπασθήσονται, οὐ μὴν δίχα γνώμης ἢ κελεύσεως τοῦ Ἐπισκόπου, καὶ ἡμῶν, τῶν τε δικαστῶν

telo, ferro, vel ſpecie, eos qui confugiunt, minime intra Eccleſias habere præcipimus: quæ non modo a ſummi Dei templis ac divinis altaribus prohibentur, ſed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus.

§. 2. Proinde ii qui ſine armis ad ſanctiſſimum Dei templum, aut ad ſacroſanctum altare, ſive uſquam gentium, ſive in hac alma urbe confugiunt, ſomnum intra templum, ſive ipſum altare, vel omnino cibum capere abſque aliqua eorum injuria, ab ipſis Clericis arceantur, deſignantibus ſpatia, quæ in Eccleſiaſticis ſeptis eorum tuitioni ſufficiant, ac docentibus capitalem pœnam eſſe propoſitam, ſi qui eos conentur invadere. Quibus ſi perfuga non adnuit, neque conſentit, præferenda humanitati religio eſt, & a divinis ad loca quæ diximus turbanda temeritas.

§. 3. Hos vero, qui templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant, præmonemus: dein ſi telis cincti, quovis Eccleſiæ loco, vel ad templi ſepta, vel circa, vel extra ſint: ſtatim eos ut arma deponant, auctoritate Epiſcopi a ſolis Clericis ſeverius conveniri præcipimus, data eis fiducia, quod religionis nomine melius, quam armorum præſidio muniantur. Sed ſi Eccleſiæ voce moniti, poſt tot tantorumque denuntiationes noluerint arma relinquere, jam clementiæ noſtræ apud Deum & Epiſcopum cauſa purgata, armatis, ſi ita res exegerit, intromiſſis, trahendos ſe abſtrahendoſque eſſe cognoſcant, & omnibus caſibus eſſe ſubdendos. Sed neque Epiſcopo inconſulto, nec ſine noſtra ſive Ju-

dicum in hac alma urbe, vel ubicunque juſſione, armatum quempiam ab Eccleſiis abſtrahi oportebit, ne ſi multis paſſim hoc liceat, confuſio generetur. Dat. x. Kal. April. Conſtantinop. ANTIOCHO V.C. CONSS. & qui fuerit nuntiatus. 431.

τῶν κατὰ τὴν δῖαν πόλιν, καὶ ὁπουδήποτε τυγχανόντων, τὸν ὡπλισμένον ἐκ τῆς Ἐκκλησιῶν χρὴ παραδίδοσθαι, ἵνα μὴ, πολλοῖς κατὰ τῶν ἀθλίων τοιαύτης ἀδιαφόρως ἐξουσίας δοθείσης, σύγχυσίς τις ἐκ τούτου γίνεσθαι μέλλῃ καὶ ταραχή.

[1] *Nec ſola altaria & oratorium templi circumjectum*] Altaria in medio templi circumjecta.

[2] *Sed uſque ad extremas fores Eccleſiæ*] *D. Chryſoſtomus Homil. 30. in 2. ad Corinth.* Nonne videtis quoſnam homines etiamſi hujuſce templi veſtibulis oſculum figunt, partim inclinato capite, partim manu tenentes, atque ori manum admoventes, veſtibula templi hujus exoſculantur: illi quidem flentes, alii autem manu continentes, & ori manum admoventes.

Extat hæc Conſtitutio integra Græce & Latine in Concilio Epheſino, ex quo hanc in Notis ad Codicem Theodoſianum retulit Jacobus Gothofredus *ad l. 4. de his qui ad Eccleſias confugiunt.* Hujus autem conſtitutionis, ut Franciſcus Pithœus adnotavit, meminit Harmenop. *lib. 11. cap. 12.* Joſeph. Tenedius *ex lib. v. Βασιλικῶν tit. 1. L. VI.* (uti eam Gregorius citat) *C. de his qui ad Eccleſ. confug.* Idemque Pithœus notis ſequentibus illuſtravit textum Græcum Concilii Epheſini, cujus hæc ſunt verba.

EDICTUM REGIUM de his qui ad Eccleſiam confugiunt.

VETUS jam inde a Paganiſmi temporibus conſuetudo, naturaliſque legis ſanctio pietatis cauſa obtinuit, ut apud omnes nationes, publicæ adminiſtrationes, humanæque functiones a religione ſacriſque ceremoniis ſemper ſecernerentur; ſacraque non ſolum in ſummo rerum faſtigio, ſed velut in quodam poſito in terris cælo collocarentur, quo accedere ſolis puris ſanctiſque fas eſſet. Hinc & illud quoque conſequitur, ut omnium mentibus natura infitum ſit, nullo modo quæ Deo dedicata ſunt pollui poſſe, neque hominum inſolentiam adverſus vim divinam progredi. Quo enim pacto fieri queat, ut ea pol-

ΒΑΣΙΛΙΚΟΣ ΝΟΜΟΣ περὶ τῶν προσφευγόντων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ.

ΑΡΧΑΙΑ τις καὶ ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς πλάνης συνήθεια, καὶ νόμου φυσικὴ διάταξις δι' εὐσέβειαν ἀεί τις τοιαύτη κεκράτηκεν, ὥστε τὰς θείας θρησκείας τῶν δημοσίων διοικήσεων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων χρήσεων ἐν παντὶ χρόνῳ καὶ ἔθει διαιρεῖσθαι· καὶ ταύτας οὐ μόνον ἐν τῷ ἀκροτάτῳ τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ὥσπερ ἔν τινι ἐπὶ γῆς οὐρανῷ ἀνατίθεσθαι, καὶ ὅποι πλησιάζειν μόνοις καθαροῖς καὶ ὁσίοις θέμις. ἐντεῦθεν κἀκεῖνο συμβαίνει, ὃ πάντων φυσικῶς ταῖς διανοίαις ἐγκεῖσθαι, μηδενὶ τρόπῳ δύνασθαι τὰ τῷ Θεῷ ἀφιερωθέντα μιαίνεσθαι, μήτε κατὰ τῆς θείας δυνάμεως τὴν ἀνθρώπων ὕβριν χωρεῖν. Πῶς γὰρ οἷόν τε μολύνεσθαι, ἅπερ ἀεὶ καθαρεύειν

μιάζηται; ἢ πῶς οἷόν τε ῥυποῦσθαι, ἅπερ ἅπαξ ἡγιασθέντα, τὰ τοιαῦτα εἶναι οὐ παύεται[a]; ὅθεν εἰ καὶ πεπείσμεθα ὑπὸ τῶν ἐναγῶς ἀθεμίτως ἐκ τῆς βαρβαρικῆς μανίας κατὰ τοῦ θείου τολμηθέντων θυσιαστηρίου[b] μήτε μολύνεσθαι τὸ καθαρὸν, μήτε κοινοῦσθαι, ὅπερ εἶναι πέφυκεν ἅγιον. ὅμως ἐπειδὴ γέγονεν, ὅπερ οὐδαμῶς ἠλπίσθη γενέσθαι, καὶ μέχρι τῆς εὐσεβείας ἡ τῶν μιαρῶν ἔφθασε τόλμα, ὥστε μὴ τοῖς ἀσεβέσι γοῦν δοκεῖν βέβηλα εἶναι ταῦτα, ἅπερ θεῖα τυγχάνει· μήτε ἐν τοῖς ἡγιασμένοις καὶ ἀφιερωθεῖσι τόποις ἐξῇ ταῦτα, ἅπερ οὐδ' ἐν ἄλλοις χύδην ἀδίκως ἀνεκτὸν γίνεσθαι, καὶ ὑπὲρ τοῦ τὴν θρησκείαν καὶ τῇ τῆς εὐσεβείας παραφυλακῇ ἀσύλητον παραμένειν, πᾶσαν ὕβριν τῆς τοῦ Θεοῦ παντοκράτορος Ἐκκλησίας, τήν τε παρὰ τῶν τολμώντων, καὶ ἀκόντων γιγνομένην ἀπείργομεν. καὶ γὰρ εἰ ἐθνικῆς ἀρχαιότητος ἡ θρησκεία πλάνη, καὶ Θεὸς ὁ δοκῶν, οὕτω τῆς οἰκείας δεισιδαιμονίας εἶχε τὴν παρατήρησιν, ὥστε τοὺς βωμοὺς μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ γάρ τισιν ἐπιτρέπειν τῶν ἱερέων· τούς τε ναοὺς, ὥσπερ καὶ διὰ τῆς γῆς ὑψουμένους, ἐν ταῖς ἀκροπόλεσι[c], καὶ τοῖς ὀχυρωτέροις τῶν πόλεων ἀναθεῖναι τόποις· τά τε κατασκευασθέντα εἴδωλα προσκυνεῖν, καὶ μετὰ σπουδῆς μεγίστης ἔχειν ματαιότητος, πόσῳ μᾶλλον ἡμᾶς προσήκει τὴν θρησκείαν μετὰ πάσης φυλάττειν παρατηρήσεως· πρὸς οὓς ὁ Θεὸς μετὰ τῆς ἀληθοῦς θρησκείας, οὐρανοὺς μὴ ἀπολιπὼν, καταβέβηκε, καὶ ὥσπερ τινὸς μεταξὺ Θεοῦ τε καὶ ἀνθρώπων ἀντιδόσεως γενομένης, ἄνθρωπος Θεὸν εἰς τὴν

luantur, quæ ſemper munda eſſe neceſſe eſt? Aut qua ratione ea poterunt contaminari, quæ ſemel ſanctificata, nunquam talia eſſe deſinunt? Quapropter licet pro certo habeamus, ab iis quæ paulo ante barbarica veſania contra divinum altare nefarie perperrare auſa eſt, neque quod mundum erat pollui, neque quod natura ſanctum contaminari potuiſſe: tamen quia id factum eſt, quod nullo modo futurum ſperabamus, & uſque ad religionem illa ſceleratorum hominum pervenir audacia; ne vel impiis profana eſſe videantur ea quæ divina ſunt, neque in ſacratis Deoque dicatis locis liceat ea facere, quæ ne in aliis quidem paſſim impune fieri permittendum eſt; & ut religio pervigili etiam pietatis cuſtodia illæſa caſtaque permaneat; omnem violentiam, quæ vel per audaciam, vel præter voluntatem inferatur, ab omnipotentis Dei Eccleſia arcemus. Etenim ſi veterum Paganorum religio, quæ error erat, & cui quod libitum fuiſſet Deus erat, adeo ſuperſtitionis ſuæ obſervans fuit, ut altaria non quibuſvis, ſed certis Sacerdotibus dumtaxat committeret, & fana ſua perinde ac ſi ipſius quoque terræ ſitu extollerentur in arcibus ac munitiotibus urbium locis dicaret, atque Idola fabrefacta adoraret, maximaque cum veneratione ac vanitate coleret: quanto magis par eſt, ut nos religionem noſtram omni cum obſervantia cuſtodiamus, ad quos Deus ipſe cum veræ religionis cultu, cælum non deſerens deſcendit, & tamquam ceſſione quadam inter Deum & homines facta, homo Deum in

terram ſuſcepit, hominemque Deus in cælum ſuſtulit? Ante alia autem hac re illi Deum placant penes quos rerum ſumma eſt, cum ſcilicet ſalutis & vitæ ac ſecuritatis hominum curam habent: quæ, ut noſtra natura fert, nullo modo alterum cum altero ſine alterius detrimento conjungimus, ut nec Eccleſiaſticis ædibus ſacriſque altaribus ex nimia confugientium deſperatione vel confidentia, contemptu vel temeritate, audacia vel inſania, injuria aliqua, præterquam deceat, inferatur; & unicus extremuſque miſerorum, opeque deſtitutorum portus patentiore aperto ſinu hujuſcemodi confugientes excipiat. Nemini qui maris fluctus & ſcopulos declinat, convenit terræ adimere tranquillitatem: bellum, in quem ſteterit acies, adverſus eum ſeſe dedentem minas deponit. Aſylum olim defendit variis criminibus obſtrictos, legum aſpernans auctoritatem: majores etiam noſtri, ne aliquo modo timore perculſis humanitas denegata videretur, in noſtris quoque ſtatuis aram ſalutis conſtituerunt; ita ut ſi qui vel extrema imaginum noſtrarum veſtigia forte contigerint, hi ab omnibus minis adverſæ fortunæ liberati ac ſecuri gaudeant. Jam ſi ſtatuæ complexus propter regiam Majeſtatem tantum præſidii miſeris conciliat: quantum opis illis debet eſſe paratum, qui ſalutis cauſa ad ſacroſancta altaria confugiunt?

Pateant proinde trepidis magni Dei templa; ſupplices fugientes communis ſuſcipiat ara; nec ulla veluti ſuperior comminatio divinum auxilium, quod omnibus ex

ὑποδέξατο, καὶ Θεὸς εἰς οὐρανοὺς ἀνήγαγεν ἄνθρωπον; πρὸ δέ γε τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο μάλιστα ἐξιλεοῦνται Θεὸν οἱ τῶν τῆς ἄκρας ἐξουσίας πραγμάτων ἐπειλημμένοι, τοῦ σωτηρίας, ζωῆς τε καὶ ἀμεριμνίας, φροντίζειν ἀνθρώπων· ἅπερ κατὰ τὸ ἡμῖν ἔμφυτον οὐδαμῶς θάτερον τοῦ ἑτέρου δίχα τῆς ἑκατέρου βλάβης συνάπτομεν. ὥστε μήτε τοῖς Ἐκκλησιαστικοῖς οἴκοις, ἢ τοῖς ἁγίοις θυσιαστηρίοις, ἐκ τῆς πολλῆς τῶν προσφυγόντων ἀπαγορεύσεως τε καὶ ἀθλίας, προπετείας τε καὶ καταφρονήσεως, τόλμης ἢ καὶ μανίας, ὕβριν παρὰ τὸ πρέπον γίνεσθαι τινά, καὶ τὸν τῶν ἀθλίων τε καὶ ἀβοηθήτων μόνον ἔσχατόν γε λιμένα εὐρυτέροις τοῖς πεποιημένοις ὑποδέξασθαι κόλποις. οὐδένα τὸν τὸν κλύδωνα τῆς θαλάττης καὶ τοὺς σκοπέλους ἐκκλίνοντα προσήκει τὴν τῆς γῆς ἀφαιρεῖσθαι γαλήνην. πόλεμος καθ' οὗ συνέστη παράταξις, τὴν κατὰ τοῦ προσφεύγοντος ἀπειλὴν ἀποτίθεται. τὸ ἄσυλον ποτὲ ὑπερήσπισε τῶν διαφόροις ἐνόχων ἐγκλήμασι, τὴν τῶν νόμων παραθεωρούμενον αὐθεντίαν· καὶ ὥστε μηδαμοῦ τοῖς εὐλαβουμένοις ἀναιρεθῆναι φιλανθρωπίαν, βωμὸν σωτηρίας καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀφιδρύμασιν ἡ ἀρχαιότης ἀνέθηκε· καὶ οἱ τὰ ἴχνη τῶν ἡμετέρων χαρακτήρων καταλαμβάνοντες[d], τῆς ἀπειλῆς τῆς σκαιᾶς τύχης ἐλευθερωθέντες τε καὶ ἀμεριμνοῦντες γεγήθασι. τοσαύτης τοιγαροῦν τῆς ἀφῆς τοῦ ἱδρύματος διὰ τὸ βασιλικὸν σέβας τοῖς δεομένοις ἐπικουρίαν διδούσης, πόσην χρὴ τοῖς εἰς τὰ ἁγιώτατα καταφεύγουσι θυσιαστήρια ὑπάρχειν βοήθειαν; Ἀνεῴχθωσαν τοίνυν τοῖς δεδιόσιν οἱ ναοὶ τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ τοὺς προσφεύγοντας ἱκέτας ὁ κοινὸς ὑποδεχέσθω βωμός· καὶ τὴν θείαν βοήθειαν, τὴν κοινῇ προσκομιζομένην ἅπασιν, ἐκ τῶν τοιούτων οἴκων

μηδεμία ὡς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας διωθεῖται ἀπειλῇ. τίνος γὰρ ταῖς συμφοραῖς οἶκτος ὑπολειφθήσεται ἐν τοῖς ναυαγοῦσιν, εἰ τὸν αἰγιαλὸν ἀποκλείσῃς, καὶ τὴν πηγὴν τοῖς διψῶσι θολώσῃς; ἢ τίνα ταῖς ἀνθρωπίναις περιέσται συμφοραῖς θεραπεία, ἐὰν αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἀρνηθείη; ἐπὶ γὰρ τῶν ἡμετέρων καιρῶν οὐ μόνον τὰ θεῖα θυσιαστήρια [f], καὶ τὸ εὐκτήριον τοῦ λαοῦ [g], τὸ τετραγώνιον τείχει περιβολῆς τειχιζόμενον, εἰς ἀσφάλειαν συντελεῖν τῶν προσφευγόντων θεσπίζομεν, ἀλλ' εἴ τι καὶ περαιτέρω τούτου τυγχάνει, ἄχρι τῶν τελευταίων θυρῶν τῆς Ἐκκλησίας, ὧν τις ἔξωθεν προειρημένοις [h] προσευχῶν ἐπιβαίνειν συμβαίνει, ἐλέου βωμὸν τοῖς προσφεύγουσιν εἶναι προστάττομεν. ὥστε μεταξὺ τοῦ ναοῦ ἐν τῷ προειρημένῳ τόπῳ προσφυγὰς διεχαράξαμεν, καὶ τῶν ὄντων μετὰ τοὺς δημοσίους [i] τόπους τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας θυρῶν τὰ περιεχόμενα, εἴτε ἐν οἰκίαις, ἢ ἐν κήποις, εἴτε ἐν αὐλαῖς [k], ἢ λουτροῖς, ἢ καὶ ἐν στοαῖς τυγχάνει, τοὺς εἰσδυομένους προσφύγας καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἐνδοτάτου φυλάττειν. καὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα θρησκείας τε καὶ εὐλαβείας λόγῳ τὰ μικρῷ λόγῳ διεστῶτα τοῦ τόπου τῆς διατηρήσεως τόπῳ διώρισται, ὅμως ὑπὲρ τοῦ τὴν ἀνειμένην πλατῦναι τοῖς προσφεύγουσι, καὶ τοῖς εὐλαβουμένοις βοήθειαν ἐκτεῖναι, πᾶσαν τὴν προειρημένην περίοδον ἀδιάκριτον εἶναι λιμένα τῆς ἡσυχίας προστάττομεν· καὶ μηδένα εἰς τὸ ἐξωθεῖσθαι τούτους ἱεροσύλους ἐπιβάλλειν χεῖρας. μή πού γε ὁ τοῦτο τολμῶν, ἐν συμφοραῖς ἑαυτὸν ἰδὼν, καὶ αὐτὸς ἐξαιτῶν βοήθειαν καταφύγῃ [l]. τὸ δὲ τοσοῦτον τῶν διαστημάτων πλάτος ἐν καιρῷ τοῦ φόβου εἰς ἄδειαν τοῦ διάγειν, μᾶλλον

æquo ſeſe offert, ab ejus ædibus audeat propulſare. Qualis enim naufragorum in ſuis calamitatibus miſericordia reliqua erit, ſi littus præcludas, & fontem ſiti laborantibus perturbes? aut quænam humanis calamitatibus medicina ſupererit, ſi calamitoſis Deus ipſe denegetur? Noſtris igitur temporibus non ſolum ſacroſancta altaria, & quadratum populi oratorium murorum ambitu circumſeptum, confugientium ſecuritati conferre ſancimus: ſed quidquid præterea inde eſt loci uſque ad Eccleſiæ fores extremas, per quas preces facturi primum ingrediuntur, hoc totum confugientibus miſericordiæ aram eſſe definimus & conſtituimus. Itaque medium templi ſpatium in prædicto loco poſitum, perfugium eſſe decrevimus: atque etiam reliqua omnia loca primis ſanctæ Eccleſiæ foribus poſt publica per circuitum cohærentia, ſive domus, aut hortuli, ſive atria, aut balnea, aut etiam porticus ſint, ingreſſos profugos volumus ut perinde ac intimum templum jus cuſtodiendi habeant. Quamvis autem, ſi religionis atque pietatis ratio ſpectetur, quæ exiguo loco diſtant, non parva obſervantiæ ratione disjunctæ ſint; tamen ut ſecuritatem confugientibus latius extendamus, & formidantibus auxilium porrigamus, omnem ſupradictum ambitum ſine ullo diſcrimine portum eſſe quietis jubemus, ac neminem ad eos expellendos, ſacrilegas manus injicere, ne forte ille ipſe qui id auſus fuerit, ſe in calamitates incidiſſe videns, auxilium expetens confugiat. Hoc autem ſpatium adeo latum, urgente formidine, ſecure degendi, imo

vero exſpatiandi clementer conceſſimus; ita tamen, ut nemini confugientium in Dei templo, aut apud ſacras aras manere, aut cibum ſumere, aut dormire, aut etiam pernoctare liceat; idque non modo Clericis propter religionem fieri prohibentibus, ſed ipſis quoque confugientibus facere pietatis cauſa detrectantibus: ne & qui confugiunt, dum uſus proprios ſacris rebus admiſcent, impuro animo confugere videantur; & qui hujuſmodi turpitudinem a ſacris ædibus arcere poſſunt, pietatem, cui deſerviunt, violare videantur. Ceterum ſi quando uſu veniat, ut alterutrum omnino offendendum ſit; ſatius eſt, Clericos amolientes a ſacris altaribus eas injurias, quæ ab humana conditione & a natura oriuntur, audaces potius quam impios haberi, ac in hominem potius quam in Deum peccare: quandoquidem hac poſita lege, nulla inhumanitatis ſuſpicio Clericos jure attigerit; cum timori ac ſecuritati confugientium ſit valde proſpectum. Nam etſi Dei templum humana naturalique neceſſitate fœdari, & ſacroſancta myſteria infami infirmitate miſceri, ac divina a profanis contaminari, ſacra denique ab impuris inquinari nequaquam patimur; non tamen confugientibus, quo minus opem implorarent, præſidii oſtium præcluſimus; ſed amplioribus quoque longioribuſque ſpatiis illorum ſecuritati conſulendum exiſtimavimus, & quod Divinitati, & quod humanitati debetur, ſolicite religioſeque obſervantes.

Ferrea autem, vel alterius generis arma ad defenſionem compara-

δὲ τοῦ περιεστῶτος, φιλανθρώπως συνεχωρήσαμεν· ἵνα μή τινι τῶν προσπεφευγότων ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ ναῷ, ἢ ἐν τοῖς ἁγίοις θυσιαστηρίοις μένειν, ἢ ἐσθίειν, ἢ καθεύδειν, ἢ παννυχίζεσθαι ἐξῇ. τοῦτο τῶν μὲν Κληρικῶν τῆς θρησκείας χάριν κωλυόντων, καὶ τῶν προσφυγόντων τῆς εὐσεβείας ἕνεκα φυλαττόντων· ἵνα μήτε οἱ προσφεύγοντες ὡς βεβήλῳ γνώμῃ προσφεύγειν δοκοῖεν, τῇ θρησκείᾳ καταμιγνῦντες τὰς οἰκείας χρείας· μήτε οἱ τὰ οὕτως αἰσχρὰ δυνάμενοι τοῦ θείου ἀπείργειν οἴκου, δόξωσι, τὴν εὐσέβειαν, ἧς ὑποφῆται τυγχάνουσι, καταβλάπτειν. προσηκομένου δὲ τοῦ θατέρου πάντως προσκροῦσαι, αἱρετώτερον τοὺς Κληρικοὺς τὰς ἀνθρωπίνας καὶ φυσικὰς τῶν ἁγίων θυσιαστηρίων ἀπωθουμένους ὕβρεις, θρασεῖς μᾶλλον ἢ ἀσεβεῖς νομίζεσθαι, καὶ περὶ ἄνθρωπον ἢ περὶ Θεὸν ἁμαρτάνειν· ὁπότε τούτου τεθέντος τοῦ νόμου, μήτε ἀπανθρωπίας τις ὑπόνοια δικαίως ἂν φθάσειεν εἰς τοὺς Κληρικούς· ἐπειδὴ πολλή τοῦ τε φόβου καὶ τῆς ἀμεριμνίας τῶν προσφευγόντων πρόνοια γέγονε. καὶ γὰρ καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τε καὶ ἀνάγκῃ ῥυποῦσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ ναὸν, καὶ τὸ θεῖον μυστήριον τῇ ἐμφυείσῃ ἀσθενείᾳ καταμίγνυσθαι, τὰ θεῖα ὑπὸ βεβήλων χραίνεσθαι, τὰ ἱερὰ ὑπὸ τῶν σαθρῶν μολύνεσθαι μὴ βουλόμενοι, τὴν αὐτὴν βοήθειαν τοῖς προσφεύγουσιν οὐκ ἀπεκλείσαμεν· ἀλλὰ προσέτι καὶ πλατυτέροις διαστήμασι, μακροτέροις τε χωρήμασιν ἀσφαλισθῆναι τούτους ἐψηφισάμεθα, τοῦ πρέποντος τῇ τε θειότητι καὶ τῇ ἀνθρωπότητι φυλαχθέντος.

Ὅπλα δὲ ἐν σιδήρῳ, ἢ ἐν ἑτέρῳ εἴδει ἀμυντήρια τοὺς προσ-

προσφεύγοντας οὐδαμῶς ἔχειν, ἢ ἐπιφέρεσθαι ἐντὸς τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας προστάττομεν. ταῦτα οὐ μόνον ἐκ τῶν θείων ναῶν τε καὶ θυσιαστηρίων, ὡς τὰ λοιπὰ, κωλύοντες, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκημάτων, καὶ ἑλῶν [m], καὶ κήπου, καὶ λουτροῦ, καὶ αὐλῶν, καὶ στοῶν, ἅπερ κατὰ τὸν προειρημένον λόγον ὑπερασπίζειν τῶν προσφευγόντων ἐδηλώσαμεν. οὔτε γὰρ θέμις, τοῖς ἁγιωτάτοις ναοῖς ἢ τοῖς Ἐκκλησιαστικοῖς τόποις κατὰ περιεργίαν, διχονοίας ἢ πολέμων ὕλας ἐπιφέρεσθαι· ἀρκείτω τοῖς προσφεύγουσιν ἡ τοῦ Θεοῦ βοήθεια, ᾧ τά τε ὅπλα, καὶ οἱ νόμοι, καὶ ἡ βασιλεία ὑποτέτακται. καὶ γὰρ ἡμεῖς, οἷς ἀεὶ τῷ δικαίῳ τῆς ἡγεμονίας περιστοιχίζει τὰ ὅπλα, καὶ οἷς οὐ πρέπει δίχα δορυφόρων εἶναι, τῷ τοῦ Θεοῦ ναῷ προσιόντες, ἔξω τὰ ὅπλα καταλιμπανόμενα [n], ἀποτιθέμενοι τὸ διάδημα [o]· καὶ τῇ τῆς βασιλείας ἐλαττώσεως εἰκόνι μᾶλλον ἡμῖν τὸ τῆς βασιλείας σέβας ἐπαγγέλλεται. τοῦ ἁγιωτάτου δὲ θυσιαστηρίου διὰ μόνην τὴν τῶν δωρεῶν προσφορὰν ἐφαπτόμεθα· καὶ εἰς τὴν τῶν θείων κύκλων περιστοιχουμένην ἔπαυλιν ἅμα τῷ εἰσελθεῖν ὑπεκβαίνομεν, καὶ οὐδὲν ἐκ τῆς ἀγχιστευούσης θειότητος ἑαυτοῖς ἀπονέμομεν. ὅθεν τοὺς δίχα ὅπλων τῷ ἁγίῳ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς τὸ ἱερώτατον θυσιαστήριον ἐν οἱῳδήποτε ἔθνει, ἢ κατὰ ταύτην τὴν πόλιν προσφεύγοντας, ὑπνοῦν ἐν τῷ ναῷ, ἢ καὶ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ ἐπ' αὐτοῖς μεταλαμβάνειν, ἐκτὸς τινος ὕβρεως παρὰ τῶν Κληρικῶν προσήκει κωλύεσθαι. καὶ οὕτω τοῦτο τυποῦσθαι χρὴ πρὸς αὐτοὺς, ὥστε μὴ δοκεῖν ὕβριν εἶναι τοῦ κωλύοντος, ἀλλὰ γὰρ τὸν λόγον τῆς θρησκείας ἀπαιτεῖν τὸ γινόμενον. τοὺς ἁγιω-

ta, ne confugientes habeant, neve intra ſanctam Eccleſiam inferant, omnimodo prohibemus. Hæc namque, ut reliqua omnia ejuſmodi, non modo a ſacris templis & aris abeſſe volumus, ſed a reliquis quoque omnibus Eccleſiaſticis habitationibus, manſionibus, hortis, balneis, atriis, ac porticibus, quæ præſidio eſſe fugientibus ſuperiori ſermone declaravimus. Etenim fas non eſt, ſanctiſſimis templis, aliiſve Eccleſiæ locis ex nimia ſolicitudine, diſcordiæ ac bellorum materiam inferre. Sufficiat profugis iſtis Dei auxilium, cui & arma & leges & ipſa etiam regia Majeſtas ſubjecta eſt. Nam & nos, qui ſemper jure imperii armis circumdamur, quoſque ſine armatis ſtipatoribus eſſe non convenit, Dei templum ingreſſuri, foris arma relinquimus, & ipſum etiam diadema deponimus; & quo ſubmiſſioris imperii ſpeciem præferimus, eo magis imperii nobis majeſtas promittitur. Ad ſacra quoque altaria munerum tantum offerendorum cauſa accedimus: & cum circumſeptum ſacrorum adytum ingreſſi ſumus, ſtatim egredimur; nec quidquam ex propinqua Divinitate nobis arrogamus. Quamobrem qui ſine armis ad ſanctum Dei templum, vel ad ſanctum altare, in quacumque illi gente, vel in hac civitate confugerint, in templo dormire, aut etiam in altari, vel in ipſis locis cibum ſumere, citra ullam injuriam a Clericis prohiberi debent. Et ita res hæc erga eos gerenda eſt, ut non a prohibente injuria inferri, ſed religionis ratio rem quæ geritur, exigere videatur. Proinde illos paventes, de ſancti-

tate ac puritate loci commoneant; religioni cum humanis neceſſitatibus nihil commune eſſe doceant: intervalla intra ſepta Eccleſiaſtica, ad ipſorum tranquillitatem ſecuritatemque conſtituta ſigillatim commonſtrent: capitale ſupplicium contra temere irruentes ſtatutum indicent: intelligant religionem humanis ſordibus, naturaliſque neceſſitatis injuria contaminandam aut profanandam non eſſe ei, qui per eam ipſam religionem tueri ſe ab injuria velit. Quod ſi quiſpiam nihil his omnibus annuerit, aut aſſenſus fuerit, tum demum religio manſuetudini anteferatur, & ex divinis locis ad ea quæ ſuperius dicta ſunt, eum propulſet audacia. Qui enim in magno metu eſt, periculum effugiet, nec propterea ſacra religio humanarum neceſſitatum admixtione contaminabitur. Porro ſi qui divinam opem expetentes, ſanctiſſima Dei templa cum armis ingrediuntur, aut eum apparatu qui naturæ & gentium jure a religione arcetur, non modo illa inferre ſacratis locis, verum etiam confligere conabuntur (quod ut adjuventur, vel audiantur, vel quia ſævitiam videant, tolerandum eſſet) pleniſſima ſeveritatis juſſione & horrendis comminationibus præcipue ne id faciant admonebis. Nam qualem ille ſpem in religione collocat, qui in religionis contumeliam armis accinctus ingreditur?

Quod ſi quiſquam furiis actus aliquod iſtorum noſtrorum decretorum in quocumque Eccleſiaſtico loco violaverit, ſive id fiat extra templum, ſive intra templum, ſive etiam circa templum; jubemus

σεμνότητος καὶ τῆς καθαρότητος τοῦ τόπου τοὺς ἐπιλαμβανομένους ἐπαναμιμνησκέτωσαν, καὶ μηδὲν ταῖς θρησκείαις μετὰ τῶν ἀνθρωπίνων χρειῶν εἶναι κοινὸν διδασκέτωσαν· τὰ διαστήματα, τὰ ἐν τοῖς Ἐκκλησιαστικοῖς περιβόλοις, τῇ αὐτῶν ἀσφαλείᾳ ἡσυχίᾳ τε ἀφορισθέντα, κατὰ μέρος δεικνυέτωσαν, τιμωρίαν κεφαλικὴν κατὰ τῶν προπετῶς ἐπιόντων αὐτοῖς ὁρίζεσθαι. γνώτωσαν, ὡς οὐ χρὴ τὴν θρησκείαν τοῖς ἀνθρωπίνοις ῥύποις μιαίνειν, ἢ τῇ ὕβρει τῆς φυσικῆς ἀνάγκης χραίνειν, τὸν διὰ τῆς αὐτῆς θρησκείας ἀνύβριστον εἶναι βουλόμενον. εἰ τούτοις πᾶσί τις μὴ ἐπινεύοι, μήτε πείθεται, προτιμάσθω τῆς πραότητος ἡ θρησκεία, καὶ ἐκ τῶν θείων εἰς τοὺς προλεχθέντας τόπους διωκέτω ἡ θρασύτης. ἔσω γὰρ καὶ ὁ σφόδρα φοβηθεὶς ἐκτὸς κινδύνου, καὶ οὔτε ἡ θρησκεία τῇ τῶν ἀνθρωπίνων χρειῶν ἐπιμιξίᾳ μολυνθήσεται. τοὺς δὲ βοήθειαν ἐξαιτοῦντας παρὰ τοῦ μεγίστου Θεοῦ, καὶ μεθ' ὅπλων εἰσιόντας εἰς τοὺς ἁγιωτάτους ναοὺς, ἢ καὶ παρασκευῆς, ἢ τῆς φυσικῷ, καὶ ἐθνικῷ νομίμῳ τῆς θρησκείας ἀπείργεται, μὴ μόνον ἐπιφέρειν τῇ ταύτης ἁγνείᾳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ συνάπτειν ἐπιχειροῦντας, ὅπως βοηθηθῶσι, ἢ ἀκουσθῶσι, ἢ ἀγριότητι ἰδεῖν, φορητὸν, πληρεστάτῳ αὐστηρείας προστάγματι, καὶ φοβεραῖς ἀπειλαῖς, προηγουμένως μὲν τοῦτο μὴ ποιεῖν παραινέσεις. ποίαν γὰρ ἐλπίδα ἐν τῇ θρησκείᾳ ἐντίθεται, ὃς ἐφ' ὕβρει ταύτης ὅπλα περικείμενος εἴσεισιν;

Ἐὰν δέ τινα μανία τυφλώττουσα προξενῇ τῶν ἡμετέρων παραβῆναί τι θεσπισμάτων ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς Ἐκκλησίας, ἢ ἐντὸς τοῦ ναοῦ, ἢ περὶ τὸν ναὸν, ἢ καὶ ἐκτὸς τούτου τυγχάνοντα, παραχρῆμα τοῦτον

τὰ

τὰ ὅπλα αὐθεντίᾳ τοῦ Ἐπισκόπου παρὰ μόνων τῶν Κληρικῶν, καὶ αὐστηρότερον ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας, ἀποτίθεσθαι καταναγκασθῆναι προστάττομεν· δεδομένης αὐτοῖς ἐλπίδος καὶ θάρσους, ὡς τῇ θρησκείᾳ μᾶλλον ἢ τῇ τῶν ὅπλων ἐπικουρίᾳ ὀχυρωθήσονται. ἐὰν δὲ τῇ τοῦ ἡμετέρου νόμου αὐθεντίᾳ, καὶ τῇ Ἐκκλησιαστικῇ φωνῇ ὑπομνησθέντες, τῇ τινι τῆς οἰκείας ἀγνοίας ἐμμένωσι, καὶ ὅπλα μὴ ἀποθῶνται, ἅπερ παρὰ τὸ ἡμέτερον οὐ σωτηρίας χάριν, ἀλλὰ τυραννίδος καὶ ἱεροσυλίας θρασύτητι ἀνεδέξαντο, γινωσκέτωσαν, ὡς διὰ τοσούτων, καὶ τηλικούτων παραγγελμάτων ἐξευμενισθείσης τῆς θρησκείας, παρά τε τῆς ἡμετέρας γαληνότητος, καὶ τῶν Ἐπισκόπων Θεῷ τῆς ἀπολογίας δοθείσης, κατὰ τὸ οἰκεῖον πταῖσμα καὶ παρ' ἐνόπλων εἰσπορευομένων ἀποσπασθήσονται, καὶ πάσαις ταῖς συμφοραῖς ὑποβληθήσονται· εὐσεβῶς τε ταῦτα εἰς αὐτοὺς γενήσεται, ἅπερ χρὴ γενέσθαι ὑπὲρ τοῦ χαλεπὰ καὶ τραγῳδίας ἄξια ἐξημαρτηκέναι αὐτούς. τί γὰρ ἐκ τῶν τολμηθέντων ἔναγχος κατὰ τῆς θρησκείας καὶ τῆς θειότητος παρὰ τῶν σφόδρα ἐλεουμένων εὐλαβεῖσθαι ἢ ὑποπτεύειν ἡμᾶς, καὶ διὰ τοῦτο πᾶσαν ὁδὸν ἀφορμήν τε ἀποκινῆσαι μανίας οὐ προσήκει, ἵνα μή, ὅπερ ἐξ ὑποδείγματος ἡ τραγικὴ μανία πρώτως ἐξήμαρτε, τὸ αὐτὸ καὶ αὖθις, ὅπερ ἀπείη, ἱεροσυλίας τρόπῳ τολμηθείη; ἀλλ' οὔτε δίχα γνώμης ἢ κελεύσεως τοῦ Ἐπισκόπου, ἢ καὶ ὑμῶν τῶν δικαστῶν τῶν κατὰ τήνδε τὴν πόλιν, ἢ καὶ ὁπουδήποτε τυγχανόντων, τὸν ὡπλισμένον ἐκ τῆς Ἐκκλησίας χρὴ παραδίδοσθαι· ἵνα μή, ἐὰν κατὰ τῶν ἀθλίων πολλοῖς τοῦτο καὶ διαφόροις ἐξῇ, σύγχυσις ἐκ τούτου ἐγγένηται. εὐλαβεῖσθαι γὰρ τοὺς μεθ' ὅπλων φεύγοντας πρὸς

ut confeſtim Epiſcopi auctoritate a ſolis Clericis arma deponere compellatur, & ſeverius etiam pro ſua ſalute, ſpe illi data atque fiducia, quod religione ac pietate ſecurius munietur, quam armorum præſidio. Quod ſi legis noſtræ auctoritate, voceque Eccleſiaſtica commonefacti in veſania ſua perſeverent, neque arma, quæ præter fas, non ſalutis, ſed tyrannidis & ſacrilegii audacia ceperant, reliquerint; ſciant quod tot tantiſque denuntiationibus ac præceptis placata religione, & a noſtra ſerenitate, & ab Epiſcopis excuſatione facti Deo reddita, pro ſui ſceleris ratione etiam per armatorum ingredientium vim abſtrahentur, & omnium calamitatum generi ſubjicientur, & ea pie adverſus eos gerentur, quæ geri æquum eſt, pro eo quod gravia & tragica ſcelera admiſerint. Quid enim ex his quæ nuper ſumma cum audacia adverſus religionem ac divinitatem patrata ſunt ab his quibuſcum admodum clementer actum eſt, non metuendum ſit nobis ac formidandum, ita ut omnem inſaniæ viam atque occaſionem adimamus, ne, quod primum in exemplum tragica perpetravit inſania, idem quoque denuo (quod abſit) ſacrilego more admittatur? Sed neque abſque ſententia ac juſſione Epiſcopi, vel etiam Noſtra, & Judicum qui in hac urbe, aut etiam eorum qui in quovis alio loco ſunt, armatum hominem ex Eccleſiis abſtractum tradere oportet; ne, ſi id multis arque diverſis contra illos miſeros liceat, ex ea re confuſio oriatur. Nam ejuſmodi cum armis confugientes metuere volumus ut

corrigantur, auferri item eis arma, ne ſalutem in galea & clypeo quærant. Illud etiam, imo vero præcipue, hac lege ſancimus, ut nefariæ ſacrilegæque hujuſmodi tumultuationes vel in ipſis initiis per armorum amolitionem, honeſtamque admonitionem ſedentur, vel certe ſi in improba obſtinatione permaneant, metu illuſtriſſimæ poteſtatis per moderationem & juſtitiam & præſtantem pietatem a prædictis rebus compeſcantur. Hæc ipſa, quæ pro veneranda religione, & cum omni obſervantia, veneratione, honore, pietate, puritate, ſanctitate ac reverentia, vel maxime a fugitivis obſervari juſſimus; neque humanitatem propter religionem abjiciendo, neque rurſum religionem propter humanitatem contemnendo, eo quod decet tum Divinitati, tum humanitati attributo: propoſitis edictis in totum orbem, ut ad omnium notitiam perveniant, curabis: ut & confugientes per decreti clementiam ſecuri ſint, & nullius hominis temeritate quæ ad honorem religionis ſancita ſunt intercidant.

Lex hæc propoſita fuit indictione decima-quarta, duodecima die menſis Pharmuthi. [hoc eſt ſeptimo Aprilis.]

διόρθωσιν βουλόμεθα, ἀφαιρεῖσθαι τὰ ὅπλα, καὶ οὔτε σωτηρίαν ἐν κεφαλαίῳ. καὶ τοῦτο μᾶλλον δὲ προηγουμένως διὰ τοῦ νόμου τούτου θεσπίζομεν· ἵν' αἱ τοιαῦται ἀθέμιτοί τε καὶ ἱερόσυλοι κινήσεις, ἢ ἅμα τῷ ἄρξασθαι, ἐν αὐτοῖς τοῖς προοιμίοις τῶν ὅπλων ἀποτεθέντων, τῇ καλλίστῃ νουθεσίᾳ ἡσυχάσωσιν, ἢ τῷ φαυλοτάτῳ τύφῳ ἐμμένοντες, τῶν προειρημένων ἐπισχεθῶσι λόγῳ τῆς ὑπερλαμπροτάτης ἐξουσίας, διὰ τῆς κοσμιότητος, δικαιοσύνης τε καὶ ἀκριβοῦς εὐσεβείας. Ταῦθ' ἅπερ περὶ τῆς θρησκείας σεβασμίως, καὶ μετὰ πάσης παρατηρήσεως, εὐλαβείας, τιμῆς καθαρότητος, ἁγιωσύνης, αἰδοῦς, εὐσεβείας, καὶ μάλιστα παρὰ τῶν προσφευγόντων φυλάττεσθαι, μήτε διὰ τὴν θρησκείαν τῆς φιλανθρωπίας ἀποκλειομένης, μήτε μὴν διὰ φιλανθρωπίαν θρησκείας περιορωμένης, προσετάξαμεν, τῷ πρέποντος ὁμοῦ τῇ θειότητι καὶ τῇ ἀνθρωπότητι ἀφορισθέντος, διαταγμάτων προσταχθέντων, εἰς πάντα κόσμον, καὶ γνῶσιν πάντων παρελθεῖν φροντίσεις· ὥστε καὶ τοὺς προσφεύγοντας διὰ τῆς τῶν ὁρισθέντων φιλανθρωπίας ἀμερίμνους τυγχάνειν, καὶ μηδενὸς προπετείᾳ τὰ εἰς τιμὴν τῆς θρησκείας τυπωθέντα διαφθαρῆναι.

Νόμος προετέθη ἰνδικτιῶνος τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, μηνὶ Φαρμουθὶ ιβ΄.

[a] Ἅπαξ ἁγιασθέντα τὰ τοιαῦτα εἶναι οὐ παύεται] Semel æde ſacra facta, etiam diruto ædificio locus ſacer manet. Capta ab hoſtibus urbe omnia deſinunt ſacra vel religioſa eſſe. *L. XXXVI. D. de religioſ.* Cur tam varie? An propter ſacrorum evocationem? Nam & Deos adytis excedere credidit ſtulta Paganorum ſuperſtitio.

[b] Ὑπὸ τῶν ἔναγχος ἀθεμίτως ἐκ τῆς βαρβαρικῆς μανίας κατὰ τοῦ θείου τολμηθέντων θυσιαστηρίου] Ἐπειδὴ γὰρ μυσαρόν τι πρᾶγμα κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν γέγονε. οἰκέται γὰρ ἑνὸς τῶν μεγάλα δυναμένων, βάρβαροι ὄντες τὸ γένος, ἀπηνοῦς τοῦ δεσπότου πειρώμενοι, τῇ Ἐκκλησίᾳ προσφεύγουσι. καὶ ξιφηφοροῦντες εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσεπήδησαν. παρακαλούμενοι δὲ ἐξελθεῖν, οὐδενὶ τρόπῳ ἐπείθοντο, ἀλλ' ἐμπόδιον ταῖς ἱεραῖς λειτουργίαις ἐγίνοντο. ἐπὶ δὲ ἡμέρας πολλὰς τὰ ξίφη γυμνὰ κατέχοντες, ἕτοιμοι πρὸς τὸ ἀμύνασθαι πάντα τὸν προσιόντα ἐγίνοντο. καὶ δὴ ἕνα τῶν κληρικῶν ἀποσφάξαντες, καὶ ἄλλον τραυματίσαντες, τέλος ἐπικατέσφαξαν ἑαυτοὺς, &c. *Socrat. lib. VII. cap. XXXIII.*

[c] Ἐν τοῖς ἀκροπόλεσι] *Strabo lib. IX. Vitruvius lib. I. cap. VII.*

[d] Οἱ τὰ ἴχνη τῆς ἡμετέρας χαρακτῆρος καταλαμβάνοντες] Similiter ſi quis ambulaverit cum Epiſcopo Presbytero vel Diacono in quocumque loco nullo modo eos retinere vel abduci juſſerunt Valentinianus Theodoſius & Arcadius conſtitutione nondum edita, quia, inquiunt, in Sacerdotibus Eccleſia conſtat.

[e] Διὰ τὸ βασιλικὸν σέβας] *Nazianzen.* κατὰ Ἰουλιανοῦ. *Procopius in Exodum.* ἀνδριάντας οἱ βασιλικοὶ ἄψυχοι καὶ ἀναίσθητοι τυγχάνοντες τοῖς καταφεύγοντας εἰς αὐτοὺς ἐμψύχους καὶ αἴσθησιν ἔχοντας διασώζουσιν.

[f] Τὰ θεῖα θυσιαστήρια] *Gregor. Theologus* εἰς Βασίλειον. *Sozomen. lib. VIII. cap. VII. Nicephorus Kalliſt. lib. XVI. cap. VIII.* Sed & ad Baptiſterium confugientibus nefas fuit vim inferre. *Evagr. lib. II. cap. VIII. Epiſtol. Ægyptior. ad Leonem Aug.*

[g] Καὶ τὸ ἀντίπεραν τοῦ λαοῦ] *Auguſtin. lib. III. Quæſtionum ſuper Levitic. cap. LVII.* Ut ad Eccleſiam prodire aut ad Eccleſiam confugere non dicatur, niſi quod ad locum ipſum parieteſque prodierit vel confugerit, quibus Eccleſiæ congregatio continetur. *Latina Conſtitutio.* Oratorium templi, id eſt, ἀντίπεραν τοῦ ναοῦ habet. Cod. Theod. καὶ τὸν ἀντίπεραν ναὸν τῶν περιβόλων τῶν τειχῶν. Vide Evagr. *lib. II. cap. III. Procop.* περὶ τῆς ἁγίας Σοφίας. *Elias in Nazianzen.* εἴσω ἑαυτὸν ἐξ ἀγροῦ ἐπανήκοντα.

[h] Προειρημένοις] Jacobus Cujacius V. C. cui ego, ſi quæ ſint tenues in me ingenii facultates, ſi quæ literarum opes exiguæ, ni uni maxime quantulæcunque ſint acceptas referam, improbus inteſtabiliſque ſim: ſummus inquam ille iſtius diſciplinæ doctor προειρημένοις emendat, ex Latina conſtitutione quæ ſic habet. *Quas oratum geſtiens populus primas ingreditur.*

[i] Καὶ τῶν πρώτων μετὰ τοὺς δημοσίους] *Joannes Epiſcopus Citri:* ὁ δέ γε πολιτικὸς νόμος ἐν κεφαλ. ια'. τοῦ α. τίτλ. τοῦ ε'. βιβλίου τῶν Βασιλικῶν ταῦτά φησι· Μέχρι τῶν περὶ τὰς δημοσίας ἀγορὰς ὅρων τῆς Ἐκκλησίας τὸ ἀσφαλὲς ἐχέτωσαν οἱ προσφυγόντες. τοῖς ἐνδοτέροις λουτροῖς, ἢ κήποις, ἢ οἰκήμασιν, ἢ αὐλαῖς, ἢ στοαῖς χρώμενοι. Meminit Synod. Aurelianenſ. *Can. I.* Balſam. *Syn. VI. Can. LXXVI. & Can. XCVII.* Synod. Carthaginenſ. *Can. LXVII.*

[k] Εἴτε ἐν αὐλαῖς] *C. Th.* atriis, *Auguſtin. quæſtion. CLXXIII. ſuper Exodum. Vet. Gloſſar.* Area, αὐλή, προαστεῖον, ὕπαιθρον, ἅλως. Nec tamen male, Atriis, ut Matth. *XXVI.* ἐν τῇ αὐλῇ, in atrio, & Apocalypſ. *XI.* αὐλὴ, Atrium.

[l] Καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτῶν βοήθειαν κατέφυγε] Εὐτρόπιος γὰρ ἀμέλει τινὰς προσφεύγοντας τῇ Ἐκκλησίᾳ βουλόμενος σπουδὴν πεποίητο νόμον παρὰ τῶν αὐτοκρατόρων προτεθῆναι, κελεύοντα μηδένα προσφεύγειν ταῖς Ἐκκλησίαις, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἤδη προσφεύγοντας ἀφέλκεσθαι. δίκη δὲ εὐθὺς ἐπηκολούθησε. προυτέθη γὰρ ὁ νόμος καὶ μετ' οὐ πολὺ προσκρούσας τῷ βασιλεῖ ὁ Εὐτρόπιος ἐν τοῖς προσφυγοῦσιν ἦν. *Socrat. lib. VI. cap. V. Sozom. lib. VIII. cap. VII.*

[m] Καὶ ἰλαῶν] Διαιτῶν. *An Ezechiel. XL.* Oel. Hecatſer ala atrii eſt, uti Vitruvius loquitur? quod vocabulum & ſeptuaginta retinuerunt *III. Reg. VI.* Vide Hieronym. Nunc ego illud non extra rem teſtabor non falſo ex veteri Gloſſario & Patrem & Doctorem meum retuliſſe quod omnino illud de Exedra habet. Sic enim me illic legere memini. Ala, ἐξέδρα, εἴλημα, χηλὴ, πτέρυξ ὄρνιθος, ἐπιπτυκτὴ παράταξις, non εἴλημα χολή. Πτερὰ δὲ τὴν οἰκοδομίαν καλοῦσι ταύτην, ἐπεὶ ὥσπερ ἀποκρέμασθαι τοῦ τείχους δοκεῖ. *Procop.*

[n] Τοῦ τοῦ Θεοῦ ναοῦ προσελθόντες ἔξω τὰ ὅπλα καταλιμπανόμενοι] *Procopius in illud Regum III.* Εἰς τὸ θύκους. Ἐν τῇ λεξικῇ τῶν Ἑβραϊκῶν ὀνομάτων ἑρμηνεύεται ἐκκαρυσμὸς καὶ σαλπισμὸς, ἐξ ὧν δὲ φησὶν ἐν Παραλειπομένοις ἔοικε δηλοῦν ὡς ἐδίδοντο ταῦτα τοῖς τὰς θύρας τῶν βασιλείων φυλάττουσιν. προϊόντος δὲ τοῦ βασιλέως, οἱ μὲν πρῶτοι ἡγοῦντο, οἱ δὲ περιεῖχον. ἡνίκα δὲ εἰς τὸν ναὸν παρεγίνοντο, ἀπῄεσαν οἱ ἐπιστρέφοντες ἀπὸ τοῦ ναοῦ φύλακες, καὶ ἐδέχοντο ταῦτα παρ' αὐτῶν. καὶ ταῦτα κατέχοντες περὶ τῆς πόλεως εἰσῄεσαν τοῦ ναοῦ, ἵνα μὴ τὰ ὅπλα μένῃ περὶ τὰς θύρας, οἱ δὲ ταῦτα κομίζοντες σὺν τῷ βασιλεῖ τὸν θεὸν προσεκύνησαν. εἰκὸς δὲ καὶ οἶκον γεγενῆσθαι περὶ τὰς θύρας, ὥστε τοὺς ὁπλοφόρους ἐκεῖ τὰ ὅπλα κατατίθεσθαι. *Julianus ad Arſacium.*

[o] Ἀποτιθέμενοι τὸ διάδημα] *Socrat. lib. VII. cap. XXV. Paul. Diacon. lib. XVI.*

Concutiebatur terra nocte ac die decem diebus, poſtea ceſſavit. At vero Imp. non geſtavit coronam per dies decem. Sed & ſancta Chriſti nativitate abſque illa proceſſit in Eccleſiam, & ut etiam prandia quæ ex more fiunt in decem & novem accubitus ceſſare faceret. Reſarcietur inde Cedrenus lacerus, & ut alia omittam. Prandia, κλητώρεια dicuntur, non κητώρεια. *Suidas:* Κλητώρειον, ἡ Βασιλικὴ δόξα, ἡ τράπεζα.

p Τοῦ ἁγιωτάτου δὲ θυσιαστηρίου ἔξω μόνην] *Sozomen. lib.* VII. *cap.* XXIIII. Ἔθος ἦν τοῖς Βασιλεῦσιν ἐν τῷ ἱερατείῳ ἐκκλησιάζειν κατ' ἐξοχὴν τῶν ὁσίων τοῦ λαοῦ κεχωρισμένοις. κολακείας δὲ ἢ ἀταξίας εἶναι τοῦτο συνιδὼν τόπον εἶναι Βασιλέως ἐν Ἐκκλησίᾳ, πέπαυκε τὸν πρὸ τῶν δρυφάκτων τοῦ ἱερατείου, ὥστε τῷ μὲν λαοῦ τὸν κρατοῦντα τὴν προεδρίαν ἔχειν, αὐτὸ δὲ τοῖς ἱερεῦσι προκαθῆσθαι. ταύτην δὲ τὴν ἀρίστην παράδοσιν ἐπῄνεσε Θεοδόσιος ὁ Βασιλεὺς, καὶ οἱ μετὰ ἐκεῖνον ἐκράτυναν, καὶ ἐξ ἐκείνου νῦν φυλαττομένην ὁρῶμεν. *Theodoret. lib.* V. *cap.* XVII. *Synod.* VI. *Conſtantinop. Can.* LXIX.

q Ἐλπίδος καὶ θάρσους] *C. Th.* καὶ ὅρκου. *Phot. tit.* IX. *cap.* XXVII. *Nomocan.* Οἱ νόμοι καὶ οἱ κανόνες κωλύουσιν Κληρικὸν ὀμνύειν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα, εἴρηται βιβλ. τῶν αὐτῶν τιτ. ιδ'. διατ. γ'. ὅτι δεῖ τοὺς προσφεύγοντας προσεπομένους καὶ ὅρκον ἐπὶ τῇ ἀσφαλείᾳ λαμβάνοντας ἀποτίθεσθαι τὰ ὅπλα. *Et Epitom.* ὅρκον ἐπὶ τῇ ἀσφαλείᾳ λαβόντες.

r Τὸ γὰρ ἐκ τῶν τολμηθέντων ἔναγος κατὰ τῆς θρησκείας] *Socrat. lib.* VII. *cap.* XXXIII.

ſ Κωλύσεως τοῦ Ἐπισκόπου] Baſiliſcum ad Eccleſiam confugientem abſtraxit Acacius. *Procop.*

t Περιτέθη ἐπιν. ιδ'. μηνὶ Φαρμουθί.] *Ambroſius x. Epiſtolar.* Ergo ſecundum Ægyptios primo menſe celebraturi ſumus Dominicum Paſcha, hoc eſt VII. Kalend. Maias, qui eſt XXX. Pharmuti menſis. Nec abſurdum arbitror, ut inde obſervandi menſis trahamus exemplum, ubi primum Paſcha celebratum eſt. Unde & majores noſtri in tractatu Concilii Niceni eum diem Endecateride ſi quis diligenter attendat, ſtatuendum putaverunt, & ipſum menſem novorum tecte cuſtodierant, quia in Ægypto hoc primo menſe nova ſecantur frumenta. Hic autem menſis & primus eſt ſecundum Ægyptiorum proventus, & primus ſecundum legem, & octavus ſecundum conſuetudinem noſtram. Indictio enim Septembri menſe incipit. *Novell.* XLVII. *L.* 1. *C. de Offic. Præfect. Prætor. Afric.* Octavo Kalendas Octobres, id eſt, ad æquinoctium autumnale, ibique terminatur. *Beda de argument. Lunæ & Ephemeridibus.* Conſtantinianæ indictiones quando inductæ ſint Faſti Græci annotant. Sed & τῶν ὀλυμπιάδων ἡ τάξις παρήγετο, ἥτις ἐφυλάττετο ἕως τῆς ἀρχῆς τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου, καὶ ἤρξατο ἀριθμεῖσθαι αἱ Ἰνδικτιῶνες. *Cedrenus. Ambroſ. de Noe & arca.* Septimus autem menſis ſecundum numerum qui September dicitur computatur, quia etſi a Septembri menſe annus videatur incipere, ſicut Indictionum PRÆSENTIUM uſus oſtendit, tunc enim ſeminum jactus, nec tamen ex quo plenior gratia ſe incipit demonſtrare ex eo anni origo ſubducitur. Initio Synaxarii Eccleſiæ Græcæ, quod a Septembri incipit, ut & Novella Manuelis Comneni περὶ ἀπράκτων ἡμερῶν ſcriptum reperio, ὅτι τὴν Ἰνδικτιῶνα ἑορτάζει ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία ἀπὸ τῶν ἀρχαίων παραλαβοῦσα, διὰ τὸ νομίζεσθαι παρὰ Ῥωμαίοις ἀρχὴν εἶναι ἔτους ἀπὸ ταύτης ἰνδικτιῶνος. Ἰνδικτιὼν γὰρ λέγεται παρὰ Ῥωμαίοις ὁ ὁρισμός. Vel ut prolixius *Cedrenus*, ἐπινέμησις. Et *Beda de argumento Lunæ:* Indictio dicitur ab indicendo, cum enim Romani omnibus gentibus imperarent, omnibus tributa indixerunt, quæ eis quinto ſemper anno pendebantur. Sed primo quinquennio æs, ſecundo argentum, tertio ſolvebatur aurum, quarto rurſus a principio repetebatur, id eſt, ab ære; unde junctis tribus quinquenniis, quindecim annorum indictiones ſingulæ inſtitutæ. Auctoritatem dat Bedæ Argumentum Græcæ Conſtitutionis, quæ deſideratur ſub titulo I. *de Luſtralis auri collatione lib.* XI. *Codic.* Quod tale eſſe ex antiquiſſimo exemplari refert Juriſconſult. acut. & doct. Antonius Contius. Indictionibus trino luſtro digeſtis, auri primo pro rebus functio præter annuum canonem indicitur: aurumque quod ex tali collatione dependitur, eſt luſtrale. Quindecim vero annorum ſpatium in ſe quinquennii continens tria luſtra, primo aurum, ſecundo argentum, tertio æs exſolvere collatores perurget. In luſtra vero con-

glomeratio per Subadjuvas, Melloproximos, Adjutores, & Arcarios ad hoc officii deputatos, ſub forma exactionis inſerta hoc expedito curſu perſtringat.

De Servis.

IV. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Imperio P. P.

SI ſervus cujuſquam in Eccleſiam altariave armatus, nullis hoc ſuſpicantibus, inopinatus irruerit, exinde protinus abſtrahatur, vel continuo domino, vel ei, unde eum tam furioſa formido proripuit, indicetur, eique mox abſtrahendi copia non negetur. Sed ſi armorum fiducia reſiſtenti animos inſania impellente, conceperit, abripiendi extrahendique eum domino, quibus id poteſt efficere viribus concedatur. Quod ſi illum etiam confligi in concertatione pugnaque contigerit, nulla erit ejus noxa, nec conflanda criminationis relinquetur occaſio, ſi is, qui ex ſtatu ſervili in hoſtilis, & homicidæ conditionem tranſiliit, ſit occiſus. Dat. v. Kal. April. VALERIO, & AETIO CONSS. 432.

De ſeditione, conclamationibus, tumultu, impetu, conventiculis.

V. Imp. MARCIANUS A. ad populum.

DENUNCIAMUS vobis omnibus: ut in Sacroſanctis Eccleſiis, & in aliis quidem venerabilibus locis, in quibus cum pace & quiete vota competit celebrari, abſtineatis ab omni ſeditione: nemo conclamationibus utatur: nemo moveat tumultum, aut impetum committat, vel conventicula collecta multitudine in qualibet parte civitatis, vel vici, vel cujuſcumque loci colligere ac celebrare conetur. Nam ſi quis aliquid contra leges a quibuſdam ſibi exiſtimet perpetrari, liceat ei adire Judicem, & legitimum poſtulare præſidium. Sciant ſane omnes: quod ſi quis contra hujus Edicti normam aut agere aliquid, aut ſeditionem movere tentaverit, ultimo ſupplicio ſubjacebit. Dat. III. Id. Jul. ipſo MARTIANO A. & ADELPHIO CONSS. 451.

1. Ne quis de Eccleſia pellatur, vel trahatur: de rebus victualibus & veſtibus & quiete. 2. De monitione judicis. 3. Et de eo, qui latet intra fines Eccleſiæ, repræſentando. 4. Si monitus reſpondeat. 5. Vel non. 6. De officio Oeconomi; vel defenſoris Eccleſiæ.

VI. Imp. LEO A. Erythrio P. P.

PRÆSENTI lege decernimus per omnia loca valitura, (excepta hac Urbe Regia, in qua nos Divinitate propitia degentes, quoties uſus exegerit, invocati, ſingulis cauſis atque perſonis præſentanea conſtituta præſtamus) nullos penitus, cujuſcunque conditionis ſint, de ſacro ſanctis Eccleſiis, Orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi

confugas, nec pro his venerabiles Epiſcopos, vel religioſos Oeconomos exigi, quæ ab ipſis debeantur: his, qui hoc moliri, aut facere, aut nuda ſaltem cogitatione atque tractatu auſi fuerint tentare, capitali, & ultimi ſupplicii animadverſione plectendis. Ex his ergo locis eorumque finibus, quos anteriorum legum præſcripta ſanxerunt, nullos expelli aut ejici aliquando patimur: nec in ipſis Eccleſiis reverendis ita quemquam detineri atque conſtringi, ut ei aliquid victualium rerum, aut veſtis negetur, aut requies.

§. 1. Sed ſi quidem ipſi refugæ appareant in Eccleſia publice, & ſe in ſacris locis offerant quærentibus conveniendos, ipſis ſervata locis reverentia, Judicum, quibus ſubjacent, ſententiis moneantur, reſponſum daturi, quale ſibi quiſque perſpexerit convenire.

§. 2. Quod ſi in finibus Eccleſiaſticis latitant, religioſus Oeconomus, ſeu Defenſor Eccleſiæ, vel certe quem his negotiis commodiorem auctoritas Epiſcopalis elegerit, reconditam latentemque perſonam decenter ſine ullo incommodo monitus intra fines Eccleſiæ, ſi invenitur, præſentet.

§. 3. Cum autem monitus fuerit in publico privatoque contractu actione civili: in ejus ſit arbitrio, ſive per ſe, ſive (ſi magis elegerit) inſtructo ſolenniter procuratore directo, in ejus Judicis, cujus pulſatur ſententiis, examine reſpondere.

§. 4. Sed ſi hoc facere detrectet aut differat, judiciorum legumque ſolitus ordo ſervetur. Itaque ſi res immobiles poſſidet, poſt Edictorum ſolennium citationem, ex ſententia judicantis uſque ad modum debiti, bonorum ejus ſive prædiorum traditio, ſive venditio celebretur: Quod ſi res mobiles habet, eaſque extra terminos occultat Eccleſiæ, ſententia judicantis, & executoris ſollicitudine perquiſitæ, quocunque loco occultentur, erutæ, pro æquitatis tramite, modoque debiti publicis rationibus privatiſque proficiant. Sane ſi intra fines habentur Eccleſiæ, vel apud quemlibet ex Clericis abſconditæ, ſive depoſitæ fuiſſe firmantur; ſtudio & providentia viri reverendiſſimi Oeconomi, ſive Defenſoris Eccleſiæ diligentia inquiſitæ, hæ quolibet modo ad Sacroſanctam Eccleſiam pervenientes, proferantur: ut pari æquitatis ordine, iiſdem ex bonis fiſco, vel Reipublicæ, ſive creditoribus, & quibuſcunque juſtis petitoribus ad modum debiti conſulatur. Sicubi depoſitæ vel commodatæ dicuntur, inquirendi talem volumus eſſe cautelam: ut ſi ſola ſuſpicione apud aliquem adſerantur abſconditæ, de ſua etiam conſcientia ſatisfacere auctoritate venerabilis Antiſtitis jubeatur: adjicientes, quod ea, quæ de principalibus perſonis decrevimus; in cauſis fidejuſſorum, ſive mandatorum, ſeu rerum ad eos pertinentium, vel familiarium, & ſociorum, ſeu participum, & omnino in iiſdem cauſis obnoxiorum perſonis præcipimus obſervari: ſcilicet ſi ipſos quoque ſecum confugæ intra Eccleſiarum terminos habere voluerint: ut eorum quoque bonis publica debita privataque ſolvantur, & per eos rerum, ubicunque depoſitæ ſunt, procedat inquiſitio. Et hæc quidem de ingenuis liberiſque perſonis.

§. 5. Sane, ſi ſervus, aut colonus, vel adſcriptitius, familiaris, ſive libertus, & hujuſmodi aliqua perſona domeſtica, vel conditioni ſubdita, conquaſſatis rebus certis atque ſubtractis, aut ſeipſum furatus, ad ſacroſancta ſe loca contulerit: ſtatim á religioſis Oeconomis ſive Defenſoribus, ubi primum hoc ſcire potuerint, per eos videlicet, ad quos hoc pertinet, ipſis præſentibus, pro Eccleſiaſtica diſciplina & qualitate commiſſi, aut ultione competenti, aut intercesſione humaniſſima procedente remiſſione veniæ, & ſacramenti interventione ſecuri ad locum ſtatumque proprium revertantur: rebus, quas ſecum habuerint, reformandis: diutius enim eos in Eccleſiis non convenit morari, ne patronis ſeu dominis per ipſorum abſentiam obſequia juſta denegentur, & ipſi per incommodum Eccleſiæ egentium & pauperum alantur expenſis.

§. 6. Inter hæc autem quæ ſedulo ad religioſi Oeconomi ſive Defenſoris Eccleſiæ ſollicitudinem curamque reſpiciunt, erit etiam illud obſervandum, ut ſingulorum intra Eccleſias confugientium perſonas, cauſaſque inceſſanter conquirant: deinde Judices, vel eos, ad quos cauſæ & perſonæ pertinent, inſtantius inſtruant; & æquitati convenientia diligentius exequantur. Datum Prid. Kalend. Mart. LEONE III. A. CONS. 466.

De Magiſtratibus adeundis, & Eccleſiis non turbandis. De Imperatore per Archiepiſcopum inſtruendo.

VII. Græcæ Conſtitutionis Epitome ex Græca collectione Eccleſiaſticarum Conſtitutionum.

Ο ΕΧΩΝ * ἀγωγὴν ἢ πρᾶγμα πρός τινα, μὴ θορυβείτω τὰς Ἐκκλησίας δι' ἑαυτοῦ ἢ δι' ἑτέρου, ἀλλὰ προσιέτω τοῖς Ἄρχουσιν. Εἰ δὲ τοῦ Βασιλέως ἐπὶ ἀμαρτήμασι χρήζῃ, διὰ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου αὐτὸν διδασκέτω. Ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν σωφρονίζεται.

QUI habet actionem aut controverſiam cum aliquo, ne turbet Eccleſias per ſe aut alium, ſed adeat Magiſtratus. Si vero Imperatore in criminibus opus habeat, per Archiepiſcopum ipſum inſtruat. Adverſus hæc faciens caſtigatur.

* Ο ἔχων] Refert Græcus Scholiaſtes *lib. lx.* Βασιλικῶν *tit. lxi.*

De exclamatione. 1. De eo, qui propter potentem perſonam ad Eccleſiam confugit.

VIII. Græcæ Conſtitutionis Epitome ex eadem collectione.

Ο ΤΟΥ Βασιλέως εἰς τὴν μεγάλην Ἐκκλησίαν ἐν ἑορτῇ προσιόντος *, ἐκβοήσας χρώμενος, ἐκπίπτει τοῦ πράγματος, καὶ διὰ τοῦ Ἐπάρχου ἐκβαλλόμενος σωφρονίζεται.

QUI Imperatore ad magnam Eccleſiam in feſto procedente * exclamatione uſus fuerit: excidet re ſperata, & per Præfectum ejectus caſtigabitur.

§. 1. Qui vero propter potentem perſonam ad Eccleſiam confugit: doceat Imperatoriam Majeſtatem per Archiepiſcopum & Eccleſiæ defenſores.

§. α'. Ὁ δὲ διὰ δυνατὸν [b] προσφυγὼν τῇ Ἐκκλησίᾳ προσφεύγων, διδασκέτω τὴν βασιλείαν διὰ τοῦ Πατριάρχου, καὶ τῶν Ἐκκλησιεκδίκων.

[a] *Imperatore ad magnam Eccleſiam in feſto procedente*] *D. Chryſoſtomus Homil. 34. de cruce.* Imperatores regalis pompa præcedit, & militaris ordo præeundo vexilla humeris portare conſuevit. *Idem Homil. 4. de miſericord. Dei.* Nota ut noſtrates Principes ubi ſe circumhabent viros veſte aurata conſpicuos, currus inſuper auro ubertim excultos, quos jumenta trahunt candidiora, & vehicula pretioſioribus gemmis ornata, ut niveos lectulos, ut carpenta aureis bracteis crepitantia, Dracones præterea auro & ſerico veſtibus effigiatos, ut ſcuta auratis ambonibus & loramentis. Nihil profecto ultra viſo Principe aut ſpectamus aut magnifacimus. Princeps enim vel ſolus tum ex ejus purpureo amictu tum diademate, ſella, fibula & ſoccis, tum demum fulgentiſſimo ejus aſpectu omnium noſtrum in ſe oculos convertit.

[a] Εἰς τὴν μεγάλην Ἐκκλησίαν ἐν ἑορτῇ προϊόντος] *Cedrenus.* Ἔσπου ἴσχυσε προσελθεῖν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, τοῦτο ἐπεβόων οἱ ἀδικούμενοι ἐλέους τυχεῖν, &c. προσχέσθω μὴ ἡ Βασιλεία σοῦ, ἐνώπιον πάντων ὑπάρχον.

[b] Ὁ δὲ διὰ δυνατὸν] *Auguſtin. in Joannem.* Ad locum. Alius premitur a potentiore, fugit ad Eccleſiam, alius pro ſe vult intervenire apud eum apud quem parum valet. Atque ita interpellatur Epiſcopus, & niſi curet operam impendere, ne miſeri opprimantur, immiſericors eſt.

TITULUS DECIMUS-TERTIUS.

DE HIS QUI IN ECCLESIIS manumittuntur.

Minor 25. annis coram Antiſtite & plebe poteſt ſervum ſuum manumittere, ſcriptura interveniente. Salic.

I. Imp. CONSTANTINUS A. ad Protegenem Epiſcopum [a].

JAMDUDUM placuit, ut in Eccleſia Catholica libertatem domini ſuis famulis præſtare poſſint, ſi ſub aſpectu plebis adſiſtentibus Chriſtianorum Antiſtitibus id faciant: ut propter facti memoriam vice actorum interponatur qualiſcunque ſcriptura, in qua ipſi vice teſtium ſignent: unde a vobis quoque ipſis non immerito dandæ & relinquendæ ſunt libertates, quo quiſque veſtrum pacto voluerit, dummodo veſtræ voluntatis evidens appareat teſtimonium. Dat. VI. Id. Jun. SABINO & RUFINO CONSS. 316.

[a] *Protegenem Epiſcopum*] Protegenem Sardicenſem Epiſcopum intelligit, & in ſequenti lege Oſium Cordubenſem, quorum magna fuit tunc temporis auctoritas in Decreto Synodi Orientalis apud Sardiniam Epiſcoporum aperte Arrianorum. Habent 2. Vet. Cod. Proteginem. al. Protoginem. al. Protoginenſem Sardicenſem

cenſem Epiſcopum, cujus ſimul & Oſii Cordubenſis Epiſcopi meminere Sozomenus *lib. 2. cap. 15. & lib. 3. cap. 12.* Socrates *lib. 2. cap. 20.*

Clericis permittitur inter vivos, & in ultima voluntate ſervos ſuos manumittere, & plenam libertatem conſequuntur. Salic.

II. Idem A. Oſio.

Qui religioſa mente in Eccleſiæ gremio [a] ſervis ſuis meritam conceſſerint libertatem, eandem eo jure donaſſe videantur, quo civitas Romana ſolennitatibus decurſis dari conſuevit. Sed hoc duntaxat his, qui ſub aſpectu Antiſtitum dederint, placuit relaxari. Clericis autem amplius concedimus, ut cum ſuis famulis tribuunt libertatem, non ſolum in conſpectu Eccleſiæ ac religioſi populi plenum fructum libertatis conceſſiſſe dicantur, verumetiam cum poſtremo judicio dederint libertates, ſeu quibuſlibet verbis dari præceperint: ita ut ex die publicatæ voluntatis ſine aliquo juris teſte, vel interprete competat directa libertas. Dat. Kal. Maii, CRISPO II. & CONSTANTINO II. CONSS. 321.

[a] *Eccleſia gremio*] Id eſt, Eccleſiæ medium.

TITULUS DECIMUS-QUARTUS.

DE LEGIBUS, ET CONSTITUTIONIBUS Principum, & Edictis.

De interpretatione inter æquitatem & jus.

I. Imp. CONSTANTINUS A. Baſſo, Præfecto Urbi.

Inter æquitatem, juſque interpoſitam interpretationem nobis ſolis & oportet & licet inſpicere. Dat. III. Non. Decemb. SABINO & RUFINO CONSS. 316.

De Privilegiis.

II. Impp. THEOD. & VALENT. C. ad Senatum.

Quæ ex relationibus vel ſuggeſtionibus Judicantium, vel conſultatione in commune florentiſſimorum ſacri noſtri palatii Procerum auditorium introducto negotio ſtatuimus, vel quibuſlibet Corporibus, aut Legatis, aut Provinciæ, vel Civitati, vel Curiæ donavimus: nec generalia jura ſint, ſed leges faciant his duntaxat negotiis atque perſonis, pro quibus fuerint promulgata, nec ab aliquo retractentur: notam infamiæ ſubituro eo, qui vel aſtute ea interpretari voluerit, vel impetrato impugnare reſcripto, nec habituro fru-

ctum per ſurreptionem eliciti; & Judice, ſi diſſimulaverit, vel ulterius litigantem audierit, vel aliquid allegandum admiſerit, & ſub quodam ambiguitatis colore ad nos retulerit, triginta librarum auri condemnatione plectendo. Dat. VIII. Id. Novemb. THEODOSIO A. XI. & VALENTINIANO Cæſare CONSS. 425.

Species Conſtitutionum.

III. Iidem A A. ad Senatum.

LEGES ut generales ab omnibus æquabiliter in poſterum obſerventur, quæ vel miſſæ a nobis ad venerabilem cœtum Oratione conduntur[1], vel inſerto Edicti vocabulo nuncupantur: ſive eas nobis ſpontaneus motus ingeſſerit[2], ſive precatio, ſive relatio, vel lis mota legis occaſionem poſtulaverit. Nam ſatis eſt Edicti eas nuncupatione cenſeri, vel per omnes populos Judicum programmatibus divulgari: vel expreſſius continere, quod Principes cenſuerint ea, quæ in certis negotiis ſtatuta ſunt, ſimilium quoque cauſarum fata componere. Sed & ſi Generalis lex vocata eſt, vel ad omnes juſſa eſt pertinere, vim obtineat Edicti: interlocutionibus, quas in uno negotio judicantes protulimus, vel poſtea proferemus, non in commune præjudicantibus: nec his, quæ ſpecialiter quibuſdam conceſſa ſunt Civitatibus, vel Provinciis, vel Corporibus, ad generalitatis obſervantiam pertinentibus. Dat. VIII. Id. Nov. Ravennæ, THEODOS. A. XII. & VALENTINIANO A. II. CONSS. 426.

1 *Leges, &c. quæ vel miſſæ a nobis ad venerabilem cœtum Oratione conduntur*] *Symmachus epiſt. 89. lib. 1.* Quod nullas ſumpſi litteras tuas cum mihi a Principibus æternis legenda in Concilio Patrum delegaretur oratio; ſcio non fuiſſe faſtidii.

2 *Sive eas nobis ſpontaneus motus ingeſſerit*] Impune quælibet facere, id eſt, Regem eſſe, Antoninus dicebat.

De Principe ſoluto legibus.

IV. Iidem A A. ad Voluſianum P. P.

DIGNA vox eſt majeſtate Regnantis, legibus alligatum ſe Principem profiteri[1]. Adeo de auctoritate juris noſtra pendet auctoritas. Et revera majus Imperio eſt, ſubmittere legibus Principatum[2]: Et oraculo præſentis edicti, quod nobis licere non patimur, aliis indicamus. Datum III. Id. Jun. Ravennæ, FLORENTIO & DIONYSIO CONSS. 429.

1 *Digna vox eſt majeſtate Regnantis legibus alligatum ſe Principem profiteri*] *Caſſiodor. lib. 5. Var. cap. 18. in fin.* Volumus hoc exemplum a noſtris prædiis inchoare, ut nulli gravis ſit juſſio quæ conſtringit & Principem.

2 *Submittere legibus Principatum*] *Idem Caſſiodor. lib. 10. cap. 16.* Imperioſa nimium res eſt pietas noſtra, quando propria voluntate vincimur qui alienis conditionibus non tenemur. Nam cum, Deo præſtante, poſſimus omnia, ſola nobis licere credimus laudanda.

De eo quod eſt contra legem, vel in fraudem legis.

V. Iidem A A. Florentio P. P.

NON dubium eſt, in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Nec pœnas inſertas legibus evitabit, qui ſe contra juris ſententiam ſæva prærogativa verborum fraudulenter excuſat. Nullum enim pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus ſubſecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres, quam novellas trahi generaliter imperamus: ut legiſlatori quod fieri non vult, tantum prohibuiſſe ſufficiat: cæteraque, quaſi expreſſa ex legis liceat voluntate colligere: hoc eſt, ut ea, quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolum inutilia, ſed pro infectis etiam habeantur: licet legiſlator fieri prohibuerit tantum, nec ſpecialiter dixerit inutile eſſe debere quod factum eſt. Sed & ſi quid fuerit ſubſecutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum eſt, illud quoque caſſum atque inutile eſſe præcipimus.

§. 1. Secundum itaque prædictam regulam, qua ubicunque non ſervari factum lege prohibente cenſuimus, certum eſt nec ſtipulationem hujuſmodi tenere, nec mandatum ullius eſſe momenti, nec ſacramentum admitti. Dat. VII. Id. April. Conſtantinop. THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De interpretatione conſtitutionis favorabilis.

VI. Iidem A A. Florentio P. P.

QUOD favore quorundam[1] conſtitutum eſt, quibuſdam caſibus ad læſionem eorum nolumus inventum videri. Dat. Kal. Auguſt. THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

[1] *Quod favore quorumdam, &c.*] *Cicero orat. 3. in Verrem.* Quod mihi lex mea cauſa dedit, &c.

De negotiis præteritis & futuris.

VII. Iidem A A. Cyro P. P. & Conſuli deſignato.

LEGES & conſtitutiones futuris certum eſt dare formam negotiis, non ad facta præterita revocari[1]: niſi nominatim, & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis cautum ſit. Dat. Non. April. Conſtantinop. VALENTINIANO A. V. & ANATOLIO CONSS. 440.

[1] *Leges & conſtitutiones futuris certum eſt formam dare negotiis, nec ad facta præterita revocari*] *Ruffin. invectiv. 2. in Hieronym.* Si quid prohibet lex obſervari, in poſterum ſolet; & nemo commiſſum punit, quod ne admitteretur ante non vetuit.

Quæ obſervanda ſunt in lege condenda.

VIII. Iidem AA. ad Senatum.

HUMANUM eſſe probamus, ſi quid de cætero in publica privatave cauſa emerſerit neceſſarium, quod formam generalem, & antiquis legibus non inſertam expoſcat, id ab omnibus antea tam Proceribus noſtri palatii, quam glorioſiſſimo cœtu veſtro, Patres Conſcripti, tractari: & ſi univerſis tam Judicibus, quam vobis placuerit, tunc legata dictari: & ſic ea denuo collectis omnibus recenſeri: & cum omnes conſenſerint, tunc demum in ſacro noſtri Numinis Conſiſtorio recitari: ut univerſorum conſenſus noſtræ Serenitatis auctoritate firmetur[1]. Scitote igitur, Patres Conſcripti, non aliter in poſtetum legem a noſtra Clementia promulgandam, niſi ſupradicta forma fuerit obſervata. Bene enim cognoſcimus, quod cum veſtro conſilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem noſtri Imperii, & ad noſtram gloriam redundare. Dat. XVI. Kal. Nov. AETIO III. & SYMMACHO CONSS. 446.

[1] *Et ſi univerſis tam judicibus, quam vobis placuerit, tunc legata dictari: & ſic ea denuo collectis omnibus recenſeri, &c. ut univerſorum conſenſus noſtra ſerenitatis auctoritate firmetur*] *Symmachus lib.* 1. *epiſt.* 7. Quæ ſerenitas veſtra Patribus deliberanda legavit, cognito Senatus Conſulto lex Auguſta confirmet.

De ſcientia, interpretatione, & emendatione legum.

IX. Impp. VALENTINIAN. & MARTIANUS AA. ad Palladium P.P.

LEGES ſacratiſſimæ, quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent, ut univerſi præſcripto earum manifeſtius cognito, vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur. Si quid vero in iiſdem legibus latum fortaſſis obſcurius fuerit, oportet id ab imperatoria interpretatione patefieri, duritiamque legum noſtræ humanitati incongruam emendari[1]. Datum VI. Id. Febr. ANTHEMIO CONS.

[1] *Duritiamque legum noſtra humanitati incongruam emendari*] *Themiſt. orat.* 5. 74. Aliam Judicis, aliam Regis perſonam eſſe: atque illum decere legi obedire, huic leges emendare, earumque ſævitiam & aſperitatem corrigere licere, cum ipſe ſit velut quædam animata lex literis prorſus immutabilibus & firmis conſcripta.

Qui tenentur legibus.

X.

ΠΑΝΤΕΣ [a] κατὰ νόμους πολιτευέσθωσαν [b] κἂν εἰ τὸν θεῖον διαφέρειεν οἶκον.

OMNES legibus regantur, etiam ſi ad divinam domum pertineant. Dat. VIII. Idib. Februar. ANTHEMIO A. II. CONS. 455.

[a] Πάντες] Refert Jacobus Cujacius cui meliorem conſtitutionum quæ ſequentur partem, & jure & merito debemus, & ſi quæ ſint in hoc monitorio non mala, *lib. XII. Obſervat. cap. XXXI.*

[b] Πολιτευέσθωσαν] *Nov. XXXVII.* Αἱρετικὸς μὴ βαπτιζέτω μὴ πολιτευέσθω. *Cedren. in Juſtinian.* Θεσπίσας μόνους ὀρθοδόξους πολιτεύεσθαι.

Si de novo jure dubitetur.

XI. Impp. LEO & ZENO AA.

CUM de novo jure, quod inveterato uſu non adhuc ſtabilitum eſt [1], dubitatio emergat: neceſſaria eſt tam ſuggeſtio judicantis, quam ſententiæ principalis auctoritas. Dat. X. Kal. Maii, LEONE Juniore A. CONS. 474.

[1] *Cum de novo jure, quod inveterato uſu non adhuc ſtabilitum eſt*] Hoc intelligendum de conſuetudine.

De ſententia Imperatoris. 1. De Legum interpretatione & Legiſlatione.

XII. Imp. JUSTINIANUS A. Demoſtheni P.P.

SI Imperialis Majeſtas cauſam cognitionaliter examinaverit, & partibus cominus conſtitutis ſententiam dixerit: omnes omnino Judices, qui ſub noſtro Imperio ſunt, ſciant hanc eſſe legem non ſolum illi cauſæ, pro qua producta eſt, ſed & omnibus ſimilibus. Quid enim majus, quid ſanctius Imperiali eſt Majeſtate? vel quis tantæ ſuperbiæ faſtidio tumidus eſt, ut Regalem ſenſum contemnat: cum & veteris juris conditores, conſtitutiones, quæ ex Imperiali Decreto proceſſerunt, legis vim obtinere, aperte dilucideque definiant?

§. 1. Cum igitur & hoc in veteribus legibus invenimus dubitatum, ſi Imperialis ſenſus legem interpretatus eſt, an oporteat hujuſmodi Regiam interpretationem obtinere: eorum quidem vanam ſubtilitatem tam riſimus, quam corrigendam eſſe cenſuimus. Definimus autem omnem Imperatorum legum interpretationem, ſive in precibus, ſive in judiciis, ſive alio quocunque modo factam, ratam & indubitatam haberi: Si enim in præſenti leges condere ſoli Imperatori conceſſum eſt; & leges interpretari ſolo dignum Imperio eſſe oportet: Cur autem ex ſuggeſtionibus Procerum, ſi dubitatio in litibus oriatur, & ſeſe non eſſe idoneos vel ſufficientes ad deciſionem litis illi exiſtiment, ad

nos decurratur? & quare omnes ambiguitates Judicum, quas ex legibus oriri evenit, aures accipiunt noſtræ, ſi non a nobis interpretatio mera procedit? vel quis legum ænigmata ſolvere, & omnibus aperire idoneus eſſe videbitur, niſi is cui ſoli Legiſlatorem eſſe conceſſum eſt? Exploſis itaque his ridiculoſis ambiguitatibus, tam conditor, quam interpres legum ſolus Imperator juſte exiſtimabitur: nihil hac lege derogante veteris juris conditoribus: quia & eis hoc Majeſtas Imperialis permiſit. Dat. VI. Kal. Nov. DECIO V. C. CONS. 529.

TITULUS DECIMUS-QUINTUS.

DE MANDATIS PRINCIPUM.

An mandata non ſcripta valeant.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Fuſignium P. P.

SI quis adſerat cum mandatis noſtris ſecretis ſe veniſſe; omnes ſciant, nemini quicquam niſi quod ſcriptis probaverit eſſe credendum: nec ullius dignitate terreri, ſive ille Tribuni, ſive Notarii, ſive Comitis proferat dignitatem[1]: ſed ſacras noſtras literas eſſe quærendas. Dat. XVI. Kal. Jul. Heracleæ, MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

[1] *Sive ille Tribuni, ſive Notarii, ſive Comitis proferat dignitatem*] *D. Ambroſius Valentiniano.* Dalmatius Tribunus mandato Clementiæ veſtræ poſtulavit a me ut ipſe Judices legerem. *Idem epiſt. ad Romanos cap. 1.* Ideo ad Regem per Tribunos aut Comites itur, quia homo utique eſt. *D. Auguſtinus in Pſalm. 54.* Quos Tribunatus Comitatuſve evitares, ſi tibi Imperator diceret, Pete quod vis. *Poſſidonius in vit. Auguſtin.* A ſuo latere Tribunum & Notarium miſerat. Ideo & mittebat codicillos.

II. Impp. JUSTINUS & JUSTINIANUS AA.

SANCIMUS, ne quis clariſſimorum noſtrorum Magiſtratuum maximorum, vel mediorum in ſuis ſententiis adſcribat, nos divino verbo juſſiſſe aliquem in jus duci aut exhiberi, aut aliquid diverſum judicari ab iis quæ apud ipſos fiunt: niſi ſi de Judicis adſeſſoris datione quæſtio ſit, aut de recte ferenda ſententia. Id ſi acciderit, volumus ut Judices in ſuis ſententiis mentionem faciant,

ΘΕΣΠΙΖΟΜΕΝ· μηδένα τῶν ἐνδοξοτάτων Ἀρχόντων ἡμῶν μεγίστων, ἢ μέσων ταῖς οἰκείαις ἐγγράφοις ψήφοις, ὡς θείῳ ῥήματι προστετάχαμεν, ἀγώγιμον γενέσθαι τινὰ, ἢ παράξιμον, ἢ ἄλλο τι ψηφίζεσθαι τῶν ὅσα πράττεται παρ' αὐτοῖς· πλὴν ὅσον ἐν ταῖς τῶν συνδικαστῶν δόσεσιν ὀρθῶς φέρεσθαι τὰς ψήφους τὰς μνημονευούσας ἄγραφον ἡμετέραν γεγενῆσθαι θείαν κέλευσιν τὴν δικαστὴν, ἢ συνδικαστὴν διδοῦσαν· ὡσαύτως καὶ τὸν ἐνδοξότατον Κοιαίστωρα τῶ

θείου ἡμῶν Παλατίου, καὶ τοὺς περιβλέπτους Ῥεφερενδαρίους [b] τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ὀρθῶς τὴν ἄγραφον θείαν κέλευσιν τὴν γινομένην ἐπὶ τοῖς προσιοῦσιν, ἢ δικαστὴν ἤτοι συνδικαστὴν αἰτοῦσιν, ἢ ἄλλοτι τῶν εἰς τὰς δίκας [c] τεινόντων, διὰ καταθέσεως παρασκευάζειν χρεὼν φανερόν· ἐπὶ τούτῳ γὰρ δὴ καὶ μόνῳ τὴν τῆς θείας ἀγράφου κελεύσεως μνήμην χρεὼν συγχωρεῖσθαι.

ſe non de ſcripto, ſed ore tantum illa aut a nobis accepiſſe, aut a glorioſiſſimo Quæſtore noſtri Palatii, aut aliquo ſpectabilium Referendariorum. His tantum caſibus ſine ſcripto aliquo juſſioni noſtræ fidem adhiberi volumus.

[a] Θεσπίζομεν] Refert idem doctor meus *lib. XII. Obſervat. cap. XXXI.*
[b] Ῥεφερενδαρίους] *Sudas. Nov. CXXIIII. Procopius lib. II. de bello Wandalic.*
[c] Ἢ ἄλλοτι τῶν εἰς τὰς δίκας] Forte. Ἢ ἄλλοτι τῶν μὴ τὰς δίκας τεινόντων. Ut *L. apertiſſimi C. de Judic.* Ne lites in infinitum extendantur. *Nov. CXIII.*

TITULUS DECIMUS-SEXTUS.

DE SENATUSCONSULTIS.

Senatuſconſulta ſunt ſervanda, & contra ea reſcripta non valent, & impetrator punitur. Salic.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. [a] ad Senatum.

QUAMVIS Senatuſconſultum [1] perpetuam per ſe obtineat firmitatem, tamen noſtris legibus etiam idem proſequimur: adjicientes ut ſi quiſquam ſpeciali ſupplicatione eliciendum aliquod reſcriptum tentaverit, ut tranſire ei formam liceat ſtatutorum, tertia patrimonii parte multetur, & damnatus ambitus crimine, maneat infamis. Dat. VII. Kal. Aug. Heracleæ, RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

[1] *Quamvis Senatuſconſultum, &c.*] *Tertullianus in Apolog.* Hoc Senatus Conſulta, hoc Principium mandata deffiniunt.

Hic notatur Græcam conſtitutionem deſiderari.

TITULUS DECIMUS-SEPTIMUS.

DE VETERI JURE ENUCLEANDO, & de auctoritate juris prudentium, qui in digeſtis referuntur.

Præfatio. 1. De compoſitione Codicis. 2. De conceptione Digeſtor. 3. De compoſitoribus. 4. Quid, & ex quibus libris colligendum eſt in Pandectarum compoſitione. 5. Diviſio, & ordo pandectarum. 6. De authoritate Juriſconſultorum. 7. Et eorum libris emendandis. 8. Ut nullæ ſint antinomiæ. 9. Vel ſimilitudines. 10. De legibus, quæ in deſuetudinem abierunt, prætermittendis. 11. De libris juris. 12. Nomina hujus operis. De commentariis, paratitlis, indicibus. 13. Quomodo libri juris ſcribi debent. 14. Epilogus.

I. Imp. JUSTINIANUS A. Triboniano viro eminentiſſimo, Quæſtori ſacri Palatii.

DEO auctore noſtrum gubernante Imperium, quod nobis a cœleſti Majeſtate traditum eſt, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & ſtatum Reipublicæ ſuſtentamus: & ita noſtros animos ad Dei Omnipotentis erigimus adjutorium: ut neque armis confidamus, neque noſtris militibus, neque bellorum ducibus, vel noſtro ingenio, ſed omnem ſpem ad ſolam providentiam referamus ſummæ Trinitatis, unde & mundi totius elementa proceſſerunt, & eorum diſpoſitio in orbem terrarum producta eſt.

§. 1. Cum itaque nihil tam ſtudioſum in omnibus rebus invenitur, quam Legum auctoritas, quæ & divinas, & humanas res bene diſponit, & omnem iniquitatem expellit: reperimus autem omnem Legum tramitem, qui ab Urbe Roma condita, & Romuleis deſcendit temporibus, ita eſſe confuſum, ut in infinitum extendatur, & nullius humanæ naturæ capacitate concludatur, primum nobis fuit ſtudium a Sacratiſſimis retro Principibus initium ſumere, & eorum Conſtitutiones emendare, & viæ dilucidæ tradere: quatenus in unum Codicem congregatæ & omni ſupervacua ſimilitudine, & iniquiſſima diſcordia abſolutæ, univerſis hominibus promptum ſuæ ſinceritatis præbeant præſidium.

§. 2. Hocque opere conſummato, in uno volumine, noſtro nomine præfulgente, coadunato, cum ex paucis & tenuioribus relevati ad ſummam & pleniſſimam juris emendationem pervenire properaremus, & omnem Romanam ſanctionem & colligere & emendare, & tot auctorum diſperſa volumina uno Codice indita oſtendere; quod nemo alius neque ſperare, neque optare auſus eſt, res quidem nobis difficillima,

difficillima, imo magis impoſſibilis videbatur, ſed manibus ad cœlum erectis, & æterno auxilio invocato, eam quoque curam noſtris repoſuimus animis, Deo freti, qui & res penitus deſperatas donare, & conſummare ſuæ virtutis magnitudine poteſt.

§. 3. Et ad tuæ ſinceritatis optimum reſpeximus miniſterium: tibique primo & hoc opus commiſimus, ingenii tui documentis, ex noſtri Codicis ordinatione acceptis: & juſſimus, quos probaveris tam ex facundiſſimis Antecesſoribus, quam ex viris diſertiſſimis rogatis fori ampliſſimæ ſedis, ad ſociandum laborem eligere. His itaque collectis, & in noſtrum palatium introductis, nobiſque tuo teſtimonio placitis, totam rem faciendam permiſimus: ita tamen, ut tui vigilantiſſimi animi gubernatione res omnis celebretur.

§. 4. Jubemus igitur, vobis antiquorum Prudentium, quibus auctoritatem conſcribendarum interpetandarumque legum ſacratiſſimi Principes præbuerunt, libros ad jus Romanum pertinentes & legere, & elimare: ut ex his omnis materia colligatur, nulla, (ſecundum quod poſſibile eſt,) neque ſimilitudine, neque diſcordia derelicta: ſed ex his hoc colligi, quod unum pro omnibus ſufficiat. Quia autem & alii libros ad jus pertinentes ſcripſerunt, quorum ſcripturæ a nullis auctoribus receptæ, nec uſitatæ ſunt, neque nos eorum volumina noſtram inquietare dignamur Sanctionem.

§. 5. Cumque hæc materia ſumma noſtri Numinis liberalitate collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere extruere, & quaſi proprium & ſanctiſſimum templum Juſtitiæ conſecrare: & in libros quinquaginta, & certos titulos totum jus digerere, tam ſecundum noſtri Codicis conſtitutionem, quam Edicti perpetui imitationem, prout hoc vobis commodum eſſe paruerit: ut nihil extra memoratam conſummationem poſſit eſſe derelictum: ſed his quinquaginta libris totum jus antiquum per mille & quadragintos pene annos confuſum, & a nobis purgatum, quaſi quodam muro vallatum nihil extra ſe habeat: omnibus Auctoribus juris æqua dignitate pollentibus, & nemini quadam prærogativa ſervanda: quia non omnes iu omnia, ſed certi per certa: vel meliores, vel deteriores inveniuntur.

§. 6. Sed neque ex multitudine Auctorum, quod melius & æquius eſt, judicatote, cum poſſit unius forſitan & deterioris ſententia & multas & majores in aliqua parte ſuperare. Et ideo ea, quæ antea in notis Æmilii Papiniani ex Ulpiano, & Paulo, necnon Marciano adſcripta ſunt, quæ antea nullam vim obtinebant propter honorem & ſplendidiſſimi Papiniani, non ſtatim reſpuere: ſed ſi quid ex his ad repletionem ſummi ingenii Papiniani laborum, vel interpretationem neceſſarium eſſe perſpexeritis; & hoc ponere legis vicem obtinens non moremini: ut omnes qui relati fuerint in hunc Codicem prudentiſſimi viri, habeant auctoritatem, tanquam ſi eorum ſtudia ex principalibus Conſtitutionibus profecta, & a noſtro divino fuerint ore profuſa: omnia enim merito noſtra facimus: quia ex nobis omnis eis imper-

cietur auctoritas: nam qui non ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo, qui primus invenit.

§. 7. Sed & hoc ſtudioſum vobis eſſe volumus: ut ſi quid in veteribus non bene poſitum libris inveniaris, vel aliquid ſuperfluum, vel minus perfectum, ſupervacua longitudine ſemota, & quod imperfectum eſt, repleatis, & omne opus moderatum, & quam pulcherrimum oſtendatis. Hoc etiam nihilominus obſervando: ut, ſi aliquid in veteribus legibus, vel Conſtitutionibus, quas antiqui in ſuis libris impoſuerunt, non recte ſcriptum inveniatis, & hoc reformetis, & ordini moderato tradatis, ut hoc videatur eſſe verum, & optimum, & quaſi ab initio ſcriptum, quod a vobis electum, & ibi poſitum fuerit. Et nemo ex comparatione veteris voluminis quaſi vitioſam ſcripturam arguere audeat. Cum enim lege antiqua, quæ Regia nuncupabatur, omne jus omniſque poteſtas populi Romani in Imperatoriam tranſlata ſunt poteſtatem: nos vero ſanctionem omnem non dividimus in alias, & alias conditorum partes, ſed totam noſtram eſſe volumus: quid poſſit antiquitas noſtris legibus abrogare? Et in tantum eadem omnia, cum repoſita ſunt, obtinere: ut, ſi aliter fuerint apud Veteres conſcripta, in contrarium autem in poſitione inveniantur, nullum crimen ſcripturæ imputetur, ſed noſtræ electioni hoc adſcribatur.

§. 8. Nulla itaque in omnibus prædicti Codicis membris antinomia (ſic enim a vetuſtate Græco vocabulo nuncupatur) aliquem ſibi vindicet locum, ſed ſit una concordia, una conſequentia, adverſario nemine conſtituto.

§. 9. Sed & ſimilitudinem, (ſecundum quod dictum,) ab hujuſmodi conſummatione volumus exulare, & ea quæ ſacratiſſimis conſtitutionibus quas in Codicem noſtrum redegimus, cauta ſunt, iterum poni ex veteri jure non concedimus, cum divalium conſtitutionum ſanctio ſufficiat ad eorum auctoritatem: niſi forte vel propter diviſionem, vel propter repletionem, vel propter pleniorem indaginem hoc contigerit, & hoc tamen perraro, ne ex continuatione hujuſmodi lapſus oriatur aliquid in tali prato ſpinoſum.

§. 10. Sed & ſi quæ leges in veteribus libris poſitæ, jam in deſuetudinem abierunt, nullo modo vobis eaſdem ponere permittimus; cum hæc tantummodo obtinere velimus, quæ vel judiciorum frequentiſſimus ordo exercuit, vel longa conſuetudo hujus almæ urbis comprobavit, ſecundum Salvii Juliani ſcripturam, quæ indicat debere omnes civitates conſuetudinem Romæ ſequi, & leges quæ caput eſt orbis terrarum, non ipſam alias civitates. Romam autem intelligimus non ſolum veterem, ſed etiam Regiam noſtram quæ, Deo propitio, cum melioribus condita eſt auguriis.

§ 11. Ideo jubemus duobus iſtis Codicibus omnia gubernari: uno conſtitutionum, altero juris enucleati, & in futurum Codicem compoſiti, vel ſi quid aliud a nobis fuerit promulgatum inſtitutionum vicem

obtinens, ut rudis animus ſtudioſi ſimplicibus enutritus, facilius ad altioris prudentiæ redigatur ſcientiam.

§. 12. Noſtram autem conſummationem, quæ a nobis, Deo adnuente, componetur, Digeſtorum vel Pandectarum nomen habete ſancimus, nullis juris peritis in poſterum audentibus commentarios illi applicare, & vetboſitate ſua ſupradicti Codicis compendium confundere: quemadmodum in antiquioribus tempotibus factum eſt, cum per contrarias interpretantium ſententias totum jus pene conturbatum eſt: ſed ſufficiat per indices tantummodo & titulorum ſubtilitatem, quæ παράτιτλα nuncupantur quædam admonitoria ejus facere, nullo ex interptetatione eorum vitio oriundo.

§. 13. Ne autem pet ſcripturam aliqua fiat in poſterum dubitatio: jubemus non pet ſimplotum captiones & compendioſa ænigmata, quæ multas per ſe & pet ſuum vitium antinomias induxerunt, ejuſdem Codicis textum conſcribi, etiamſi numerus librorum ſignificetur, aut aliud quicquam; nec enim per ſpecialia ſigna numerorum manifeſtari, ſed per literarum conſequentiam explanari concedimus.

§. 14. Hæc igitur omnia Deo placido facere tua prudentia una cum aliis facundiſſimis viris ſtudeat; & tam ſubtili, quam celerrimo fini ttadere: ut Codex conſummatus, & in quinquaginta libros digeſtus offeratur in maximam & æternam rei memoriam, Deique omnipotentis prudentiæ argumentum, noſtrique Imperii veſtrique miniſterii gloriam. Dat. XVIII. Kal. Januariis, LAMPADIO & ORESTE viris clariſſimis CONSS. 530.

De bellicis Juſtiniani facinoribus, & juris compoſitione. 1. De compoſitione Codicis, & Pandectar. 2. De prima. 3. De ſecunda. 4. Tertia. 5. Quarta. 6. Quinta. 7. Sexta. 8. Septima parte Digeſtor. 9. De compoſitor. Pandect. 10. De nominibus Juriſconſultorum, eorumque libror. & veter. leg. emendat. 11. De compoſitione Inſtitutionum. 12. Deo gratiæ redduntur. De utilitate compoſitionis Juſtinianeæ. 13. De legibus ſimil. 15. De contrariis. 16. De prætermiſſis. 17. Collatio Juris antiqui, & Juris Juſtinian. De libris ex quibus Pandectæ collectæ ſunt. 18. De rebus nobis conſtituendis. 19. De gratiis Deo agendis. De legibus Juſtiniani obſervandis. 20. De catalogo librorum ex quibus Digeſta compoſita ſunt, & de authoritate Juriſconſultorum. 21. De interpretationibus Juris. 22. Quomodo libri Juris ſcribi debent. 23. De legibus Juſtinianeis obſervandis, & manifeſtandis.

II. Imp. Cæſ. FLAV. JUSTINIAN. A. ad Senatum, & omnes populos.

TANTA circa nos divinæ humanitatis eſt providentia, ut ſemper æternis liberalitatibus nos ſuſtentare dignetur. Poſt bella enim Parthica æterna pace ſopita, poſtque Vandalicam gentem ereptam, & Carthaginem, immo magis omnem Libyam Romano Imperio iterum

ſociatam, & leges antiquas jam ſenio prægravatas, per noſtram vigilantiam præbuit in novam pulchritudinem, & moderatum pervenire compendium: quod nemo ante noſtrum Imperium unquam ſperavit, neque humano ingenio poſſibile eſſe penitus exiſtimavit: erat enim mirabile, Romanam Sanctionem ab urbe condita uſque ad noſtri Imperii tempora, quæ pene in mille & quadringintos annos concurrunt, inteſtinis præliis vacillantem, hocque & in imperiales conſtitutiones extendentem, in unam reducere conſonantiam: ut nihil neque contrarium, neque idem, neque ſimile in ea inveniatur, & ne geminæ leges pro rebus ſingulis poſitæ uſquam appareant: namque hoc cœleſtis quidem providentiæ peculiare fuit: humanæ vero imbecillitati nullo modo poſſibile. Nos itaque more ſolito ad immortalitatis reſpeximus præſidium, & ſummo Numine invocato, Deum auctorem & totius operis præſulem fieri optavimus: & omne ſtudium Triboniano viro excelſo, Magiſtro officiorum, & Exquæſtore ſacri noſtri palatii, & Exconſule credidimus, eique omne miniſterium hujuſcemodi ordinationis impoſuimus, ut ipſe una cum aliis viris illuſtribus & prudentiſſimis viris noſtrum deſiderium adimpleret: noſtra quoque Majeſtas ſemper inveſtigando, & perſcrutando ea, quæ ab his componebantur; quicquid dubium & incertum inveniebatur, hoc Numine cœleſti erecta emendabat, & in competentem formam redigebat.

§. 1. Omnia igitur confecta ſunt, Domino & Deo noſtro Jeſu Chriſto poſſibilitatem tam nobis quam noſtris in hoc ſatellitibus præſtante. Et principales quidem Conſtitutiones duodecim libris digeſtas, jam ante in Codicem noſtro nomine præfulgentem contulimus. Poſtea vero maximum opus aggredientes, ipſa vetuſtatis ſtudioſiſſima opera, jam pene confuſa & diſſoluta, eidem viro excelſo permiſimus tam colligere, quam certo moderamine tradere. Sed cum omnia percontabamur, a præfato viro excelſo ſuggeſtum duo pene millia librorum eſſe conſcripta, & plus quam trecenties decem millia verſuum a veteribus effuſa: quæ neceſſe eſſet omnia & legere & perſcrutari, & ex his ſi quid optimum fuiſſet, eligere. Quod cœleſti fulgore & ſummæ Trinitatis favore confectum eſt, ſecundum noſtra mandata, quæ ab initio ad memoratum virum excelſum fecimus: & in quinquaginta libros omne quod utiliſſimum erat, collectum eſt: & omnes ambiguitates deciſæ, nullo ſeditioſo relicto, nomenque libris impoſuimus Digeſtorum, ſeu Pandectarum, ſi omnes diſputationes, & deciſiones in ſe habent legitimas, & quod undique fuit collectum, hoc in ſinus receperunt, in centum quinquaginta pene millia verſuum totum opus conſummantes, & in ſeptem partes eos digeſſimus non perperam, neque ſine ratione: ſed in numerorum naturam & artem reſpicientes, & conſentaneam eis diviſionem partium conficientes.

§. 2. Igitur prima quidem pars totius contextus, quæ Græco vocabulo πρῶτα nuncupatur, in quatuor libros ſepoſita eſt.

§. 3. Secundus autem articulus ſeptem libros habet qui de judiciis appellantur.

§. 4. In tertia vero congregatione omnia quæ de rebus nominantur, contulimus, octo libris eis deputatis.

§. 5. Quartus autem locus, qui & totius compoſitionis quaſi quoddam invenitur umbilicum, octo libros ſuſcepit: in quibus omnia quæ ad hypothecam pertinent, repoſita ſunt, ut non a pignoratitia actione in libris de rebus poſita multum diſtarent. Alio libro eodem inſerto volumine, qui ædilitium Edictum, & redhibitoriam actionem, & duplæ ſtipulationem, quæ de evictionibus propoſita eſt, continet: quia hæc omnia titulis emptionum, & venditionum conſentanea ſunt: & prædictæ actiones, quaſi pediſſequæ illarum ab initio proceſſerunt, in vetuſtioris quidem Edicti ordinatione in loca devia, & multo diſtantia devagantes: per noſtram autem providentiam his congregatæ: cum oporteat ea, quæ de eodem pene loquuntur, in confinio ponere. Alius denique liber poſt duos primos nobis excogitatus eſt de uſuris, & trajectitiis pecuniis, & de inſtrumentis & teſtibus, & probationibus, necnon præſumptionibus, & memorati tres ſingulares libri juxta compoſitionem de rebus poſiti ſunt. Poſt hos ſi qua de ſponſalibus, vel nuptiis, vel dotibus legibus dicta ſunt, repoſuimus, tribus librorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem, & curationibus geminos libros conſcripſimus. Et memoratam ordinationem octo librorum, mediam totius operis repoſuimus, omnia undique tam utiliſſima quam pulcherrima jura continentem.

§. 6. Quintus autem exoritur nobis Digeſtorum articulus, in quem de teſtamentis & codicillis tam privatorum quam Militum, omne quidquid antiquis dictum inveniat quis repoſitum, qui de teſtamentis appellatur. De Legatis autem & Fideicommiſſis quinque librorum numerus adgregatus eſt. Cumque nihil tam peculiare fuerat, quam ut legatis quidem legis Falcidiæ narratio, fideicommiſſis autem Senatuſconſulti Trebelliani, ſingulis libris utrique eorum applicatis tota pars quinta in novem libros coadunata eſt. Solum autem Senatuſconſultum Trebellianum ponendum eſſe exiſtimavimus: captioſas etenim, & ipſis veteribus odioſas Pegaſiani Senatuſconſulti ambages, & utriuſque Senatuſconſulti ad ſe tam ſupervacuas quam ſcrupuloſas diverſitates reſpuentes, totum jus ſuper his poſitum Trebelliano Senatuſconſulto adjudicavimus. Sed in his nihil de caducis a nobis memoratum eſt: ne cauſa, quæ in rebus non proſpere geſtis, & triſtibus temporibus Romanis increbuit calamitatibus, bello coaleſcens civili, in noſtris remaneat temporibus, quæ favor cœleſtis, & pacis vigor firmavit, & ſuper omnes gentes in bellicis victori periculis ſuperpoſuit: ne luctuoſum monumentum læta ſæcula inumbrare concedatur.

§. 7. Sexta deinde pars Digeſtorum exoritur; in qua omnes bonorum poſſeſſiones poſitæ ſunt, quæ ad Ingenuos quæ ad Libertinos reſpiciunt: ut & jus omne quod de gradibus deſcendit, legitimæque

hæreditatis, & omnis ab inteſtato ſucceſſio: & Tertullianum, & Orphitianum Senatuſconſultum, ex quibus mater & filii invicem ſibi heredes exiſtunt, in geminos libros contulimus: bonorum poſſeſſionum multitudinem in compendioſum, & manifeſtiſſimum ordinem concludentes. Poſt hæc ea quæ de operis novi nuntiationibus, damnique infecti, & pro ædificiis dirutis, & eorum inſidiis, & quæ de aqua pluvia arcenda veteribus auctoribus placita ſunt: necnon de publicanis, & donationibus tam inter vivos, quam mortis cauſa conficiendis, cauta legibus invenimus, in librum ſingularem deduximus. De manumiſſionibus autem, & de liberali cauſa alius liber reſpondit: quemadmodum, & de adquiſitione tam dominii, quam poſſeſſionis, & titulis, qui eam inducunt multæ & variæ lectiones uni ſunt inſertæ volumini: alio libro deputato his, qui judicati, vel in jure confeſſi ſunt: & de bonorum detentionibus, & venditionibus, & ut ne quid in fraudem creditorum fiat. Poſtque hæc omnia interdicta glomerata ſunt: & deinceps exceptiones, & de temporum prolixitatibus: & de obligationibus, & actionibus liber iterum ſingularis extenditur: ut præfata ſexta pars totius Digeſtorum voluminis octo libris definiatur.

§. 8. Septimus autem & noviſſimus articulus Digeſtorum ſex libris formatus eſt: in quo de ſtipulationibus ſeu verborum obligationibus, & fidejuſſoribus & mandatoribus, nec non novationibus, & ſolutionibus, & acceptilationibus, & de Prætoriis ſtipulationibus, omne quod jus invenitur gemino volumine inſcriptum eſt, quod in libris antiquis nec numerari poſſibile fuit. Et poſt hæc duo terribiles libri poſiti ſunt de delictis privatis, & extraordinariis necnon publicis criminibus, qui omnem continent ſeveritatem, pœnarumque atrocitatem. Quibus permixta ſunt & ea, quæ de audacibus hominibus cauta ſunt, qui ſe celare conantur, & contumaces exiſtunt: & de pœnis quæ condemnatis infliguntur, vel conceduntur: necnon de eorum ſubſtantiis. Liber autem ſingularis pro appellationibus nobis excogitatus eſt contra ſententias, tam civiles quam criminales cauſas finientes. Cætera autem omnia quæ ad Municipales, vel de Decurionibus, & muneribus, vel publicis operibus, vel nundinis, & pollicitationibus, & diverſis cognitionibus & cenſibus, vel ſignificatione verborum veteribus inventa ſunt, quæque regulariter definita in ſeſe recipit, quinquageſimus totius conſummationis perfectus.

§. 9. Quæ omnia confecta ſunt per virum excelſum necnon prudentiſſimum magiſtrum, Exquæſtore & Exconſule Tribonianum, qui ſimiliter eloquentiæ, & legitimæ ſcientiæ artibus decoratus, & in ipſis rerum experimentis emicuit; nihilque majus nec carius noſtris unquam juſſionibus duxit, necnon per alios viros magnificos, & ſtudioſiſſimos perfecta ſunt, id eſt, Conſtantinum virum illuſtrem, Comitem ſacrarum largitionum, & Magiſtrum ſcrinii libellorum, ſacrarumque cognitionum, qui ſemper nobis ex bona opinione & gloria ſeſe commendavit: necnon Theophilum virum illuſtrem, Magiſtrum Juriſque

peritum in hac ſplendidiſſima civitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem: & Dorotheum virum illuſtrem & facundiſſimum Quæſtorium, quem in Berutienſium ſplendidiſſima civitate leges diſcipulis tradentem propter ejus optimam opinionem, & gloriam ad nos deduximus, participemque hujus operis fecimus: ſed & Anatolium virum illuſtrem Magiſtrum, qui & ipſe apud Berutienſes juris Interpres conſtitutus, ad hoc opus allectus eſt, vir ab antiqua ſtirpe legitima procedens, & cum pater ejus Leontius, & avus Eudoxius qui poſt Patricium inclytæ recordationis Quæſtorium, & Anteceſſorem, & Leontium virum glorioſiſſimum Prætorium, Conſularem, atque Patricium filium ejus, optimam ſui memoriam in legibus reliquerunt, necnon Cratinum virum illuſtrem, & Comitem ſacrarum largitionum, & optimum Anteceſſorem hujus almæ Urbis conſtitutum. Qui omnes ad prædictum opus electi ſunt, una cum Stephano, Menna, Proſdocio, Eutholmio, Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Jacobo, Conſtantino, Johanne, viris prudentiſſimis. Qui Patroni quidem ſunt cauſarum apud maximam ſedem Præfecturæ quæ Orientalibus prætoriis præſidet. Omne autem ſuæ virtutis teſtimonium undique accipientes, & a nobis ad tanti operis conſummationem electi ſunt: & cum omnes in unum convenerunt, gubernatione Triboniani viri excelſi, ut tantum opus nobis auctoribus poſſint conficere, Deo propitio in prædictos quinquaginta libros opus conſummatum eſt.

§. 10. Tanta autem a nobis antiquitati habita eſt reverentia, ut nomina Prudentium taciturnitati tradere nullo patiamur modo: ſed unuſquiſque eorum qui auctor legis fuit, noſtris Digeſtis inſcriptus eſt: hoc tantummodo a nobis effecto; ut ſi quid in legibus eorum vel ſupervacuum, vel imperfectum, vel minus idoneum viſum eſt: vel adjectionem, vel deminutionem neceſſariam accipiat, & reſtrictiſſimis tradatur regulis, & in multis ſimilibus, vel contrariis quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus poſitum eſt, unaque omnibus auctoritate indulta: ut quidquid ibi ſcriptum eſt, hoc noſtrum appareat, & ex noſtra voluntate compoſitum: nemine audente comparare ea quæ antiquitas habebat, & quæ noſtra auctoritas introduxit: quia multa & maxima ſunt, quæ propter utilitatem rerum transformata ſunt; adeo ut etſi principalis Conſtitutio fuerat in veteribus libris relata, neque ei pepercimus: ſed & hoc corrigendum eſſe putavimus: & in melius reſtaurandum: nominibus etenim veteribus relictis: quidquid legum veritati decorum & neceſſarium fuerat, hoc noſtris emendationibus ſervavimus: & propter hanc cauſam, & ſi quid inter eos dubitabatur, hoc jam in tutiſſimam pervenit quietem, nullo titubante relicto.

§. 11. Sed cum proſpeximus quod ad portandam tantæ ſapientiæ molem non ſunt idonei homines rudes, & qui in primis legum veſtibulis ſtantes intrare ad arcana eorum properant: & aliam mediocrem emendationem præparandam eſſe cenſuimus, ut ſub ea colorati, & quaſi

primitiis omnium imburi, poſſint ad penetralia eorum intrare, & formam legum pulcherrimam non conniventibus oculis aſpicere. Et ideo Triboniano viro excelſo, qui ad totius operis gubernationem electus eſt, necnon Theophilo, & Dorotheo, viris illuſtribus & facundiſſimis Antecesſoribus accerſitis, mandavimus, quatenus libris quos veteres compoſuerunt, qui prima legum argumenta continebant, & Inſtitutiones vocabantur, ſeparatim collectis, quidquid ex his utile & aptiſſimum, & undique ſit elimatum, & rebus quæ in præſenti ævo in uſu vertuntur, conſentaneum inveniatur, hoc & capere ſtudeant, & quatuor libris reponere, & totius eruditionis prima fundamenta, atque elementa ponere: quibus juvenes ſuffulti poſſint graviora & perfectiora legum ſcita ſuſtentare. Admonuimus autem eos, ut memores etiam noſtrarum fiant Conſtitutionum, quas pro emendatione juris promulgavimus, & in confectione inſtitutionum etiam eadem emendatione ponere non morentur: ut ſit manifeſtum, & quid antea vacillabat, & quid poſtea in ſtabilitatem redactum eſt. Quod opus ab his perfectum, ut nobis oblatum & relectum eſt, & prono ſuſcepimus animo, & noſtris ſenſibus non indignum eſſe judicavimus: & prædictos libros Conſtitutionum vicem habere juſſimus: quod & in oratione noſtra, quam eiſdem libris præpoſuimus, apertius declaratur.

§. 12. Omni igitur Romani juris diſpoſitione compoſita, & in tribus voluminibus, id eſt, Inſtitutionum, & Digeſtorum, ſeu Pandectarum, necnon Conſtitutionum, perfecta, & in tribus annis conſummata; quæ ut primum ſeparari cœpit, neque in totum decennium compleri ſperabatur: omnipotenti Deo & hanc operam ad hominum ſuſtentationem piis obtulimus animis, uberesque gratias maximæ Deitati reddidimus, quæ nobis præſtitit, & bella feliciter agere, & honeſta pace perpotiri, & non tantum noſtro, ſed etiam omni ævo, tam inſtanti quam poſteriori leges optimas ponere.

§. 13. Omnibus itaque hominibus eandem Sanctionem manifeſtam facere, neceſſarium eſſe perſpeximus: ut ſit eis cognitum, quanta confuſione & infinitate abſoluti, in quam moderationem & legitimam veritatem pervenerint; legeſque in poſterum habeant, tam directas, quam compendioſas, omnibuſque in promptu poſitas, & ad poſſidendi libros earum facilitatem idoneas: ut non mole divitiarum expenſa poſſint homines ſupervacuæ legum multitudinis adipiſci volumina, ſed viliſſima pecunia facilis eorum comparatio pateat tam ditioribus, quam tenuioribus, minimo pretio magna prudentia reparanda.

§. 14. Si quid autem in tanta legum compoſitione quæ ab immenſo librorum numero collecta eſt, ſimile forſitan raro inveniatur, nemo hoc vituperandum exiſtimet: ſed primum quidem imbecillitati humanæ, quæ naturaliter ineſt, hoc inſcribat: quia omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, Divinitatis magis quam Mortalitatis eſt [a]: quod & a majoribus dictum eſt. Deinde ſciat quod ſimilitudo in quibuſdam & his breviſſimis adſumpta non inutilis eſt: & nec citra

noſtrum

noſtrum propoſitum hoc ſubſequutum: aut enim ita lex neceſſaria erat, ut diverſis titulis propter rerum cognationem applicari eam oporteat: aut cum fuerat aliis diverſis permixta, impoſſibile erat eam per partes detrahi ne totum confundatur, & in partibus in quibus perfectiſſimæ viſiones veterum expoſitæ fuerant, quod particulatim in eas fuerat ſparſum, hoc dividere ac ſeparare penitus erit incivile: ne tam ſenſus, quam aures legentium ex hoc perturbentur. Similique modo, ſi quid principalibus Conſtitutionibus cautum eſt, hoc in Digeſtorum volumine poni nullo conceſſimus modo: quaſi Conſtitutionum recitatione ſufficiente, niſi & hoc raro ex iiſdem cauſis quibus ſimilitudo adſumpta eſt.

§. 15. Contrarium autem aliquid in hoc Codice poſitum nullum ſibi locum vindicabit, nec invenitur: ſi quis ſubtili animo diverſitatis rationes excutiet, ſed eſt aliquid novum inventum, vel occulte poſitum, quod diſſonantiæ querelam diſſolvit, & aliam naturam inducit diſcordiæ fines effugientem.

§. 16. Sed & ſi quid forſitan prætermiſſum eſt, quod in tantis millibus quaſi in profundo poſitum latitabat, & cum idoneum fuerat poni, obſcuritate involutum neceſſario derelictum eſt: quis hoc reprehendere recto animo poſſit? primo quidem propter ingenii mortalis exiguitatem: deinde propter ipſius rei vitium, quod multis inutilibus permixtum, nullam ſui ad eruendum præbuit copiam: dein quod multo utilius eſt, pauca idonea effugere, quam multis inutilibus homines prægravare.

§. 17. Mirabile autem aliquid ex his libris emerſit, quod multitudo antiqua præſente brevitate paucior invenitur: homines etenim, qui antea lites agebant, licet multæ leges fuerant poſitæ, tamen ex paucis lites perferebant, vel propter inopiam librorum, quos comparare eis impoſſibile erat, vel propter ipſam inſcitiam, & voluntate Judicum magis, quam legitima auctoritate lites dirimebantur. In præſenti autem conſummatione noſtrorum Digeſtorum e tantis leges collectæ ſunt voluminibus, quorum & nomina antiquiores homines, non dicimus neſciebant, ſed nec unquam audiebant, quæ omnia collecta ſunt ſubſtantia ampliſſima congregata, ut egena quidem antiqua multitudo inveniatur, opulentiſſima autem brevitas noſtra efficiatur. Antiquæ autem ſapientiæ librorum copiam maxime Tribonianus vir excellentiſſimus præbuit: in quibus multi fuerant, & ipſis eruditiſſimis hominibus incogniti: quibus omnibus perlectis, quidquid ex his pulcherrimum erat, hoc ſemotum in optimam noſtram compoſitionem pervenit. Sed hujus operis conditores non ſolum ea volumina perlegerunt, ex quibus leges poſitæ ſunt: ſed etiam alia multa, quæ iſti, nihil vel utile, vel novum in eis invenientes, quod excerptum noſtris Digeſtis applicarent, optimo animo reſpuerunt.

§. 18. Sed quia divinæ quidem res perfectiſſimæ ſunt, humani vero juris conditio ſemper in infinitum decurrit, & nihil eſt in ea, quod ſtare perpetuo poſſit: multas enim formas edere natura novas deproperat*;

non deſperamus quædam poſtea emergi negotia, quæ adhuc legum laqueis non ſunt innodata: ſi quid igitur tale contigerit, auguſtum imploretur remedium: quia ideo Imperialem fortunam rebus humanis Deus præpoſuit, ut poſſit omnia, quæ noviter contingunt, & emendare, & componere, & modis & regulis competentibus tradere: & hoc non primum a nobis dictum eſt, ſed ab antiqua deſcendit proſapia: cum & ipſe Julianus legum & Edicti perpetui ſubtiliſſimus conditor, in ſuis libris hoc retulit: ut ſi quid imperfectum inveniatur, ab Imperiali ſanctione hoc repleatur, & non ipſe ſolus, ſed & Divus Hadrianus in compoſitione Edicti, & Senatuſconſulto, quod eam ſecutum eſt, hoc apertiſſime definivit, ut, ſi quid in edicto poſitum non inveniatur, hoc ad ejus regulas ejuſque conjecturas & imitationes poſſit nova inſtruere auctoritas.

§. 19. Hæc igitur omnia ſcientes, Patres Conſcripti, & omnes orbis terrarum homines, gratias quidem ampliſſimas agite ſummæ Divinitati, quæ veſtris temporibus, tam ſaluberrimum opus ſervavit: quo enim antiquitas digna divino non eſt viſa judicio, hoc veſtris temporibus indultum eſt. Haſce itaque leges & adorate & obſervate omnibus antiquioribus quieſcentibus, nemoque veſtrum audeat, vel comparare eas prioribus, vel ſi quid diſſonans in utroque eſt, requirere: quia omne quod hic poſitum eſt, hoc unicum & ſolum obſervari cenſemus. Nec in judicio, nec in alio certamine, ubi leges neceſſariæ ſunt, ex aliis libris, niſi ab iiſdem Inſtitutionibus noſtriſque Digeſtis, & Conſtitutionibus a nobis compoſitis, vel promulgatis aliquid, vel recitare, vel oſtendere conetur: niſi temerator velit falſitatis crimini ſubjectus una cum Judice, qui eorum audientiam patiatur, pœnis graviſſimis laborare.

§. 20. Ne autem incognitum vobis fiat, ex quibus veterum libris hæc conſummatio ordinata eſt, juſſimus, & hoc in primordiis Digeſtorum noſtrorum inſcribi: ut manifeſtiſſimum ſit, ex quibus Legiſlatoribus quibuſque libris eorum, & quot millibus hoc juſtitiæ Romanæ templum ædificatum eſt. Legiſlatores autem, vel Commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere fuerant, & quos, & anteriores piiſſimi Principes admittere non ſunt indignati: omnibus uno dignitatis apice impertito, nec ſibi quoquam alienam prærogativam vindicante. Cum enim Conſtitutionum vicem, & has Leges obtinere cenſuimus, quaſi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibuſdam eſſe intelligatur, cum una dignitas, una poteſtas omnibus eſt indulta?

§. 21. Hoc autem, quod & ab initio nobis viſum eſt, cum hoc opus fieri, Deo adjuvante, mandabamus, tempeſtivum nobis videtur, & in præſenti ſancire, ut nemo neque eorum qui in præſenti juris peritiam habent, neque (qui) poſtea fierent, audeat commentarios hiſdem legibus adnectere: niſi tantum ſi velit eas in Græcam vocem transformare ſub eodem ordine, eademque conſequentia, ſub qua, & voce Romana poſitæ ſunt: hoc quod Græci κατὰ πόδα dicunt, & ſi qui forſitan per ti-

tulorum ſubtilitatem adnotare maluerint, & ea quæ Paratitla nuncupantur componere, alias autem Legum interpretationes, immo magis perverſiones, eos jactare non concedimus, ne verboſitas eorum aliquod Legibus noſtris adferat ex confuſione dedecus: quod & in antiquis Edicti perpetui Commentatoribus factum eſt, qui opus moderate confectum, huc atque illuc in diverſas ſententias producentes (contrahentes) in infinitum diſtraxerunt, ut pene omnem Romanam Sanctionem eſſe confuſam. Quos ſi paſſi non ſumus, quemadmodum poſteritatis admittatur vana diſcordia? Si quid autem tale facere auſi fuerint: ipſi quidem falſitatis rei conſtituantur, volumina autem eorum omnimodo corrumpentur. Si quid vero, ut ſupradictum eſt, ambiguum fuerit viſum: hoc ad Imperiale culmen per Judices referatur, & auctoritate Auguſta manifeſtetur, cui ſoli conceſſum eſt Leges, & condere & interpretari.

§. 22. Eandem autem pœnam falſitatis conſtituimus, & adverſus eos, qui in poſterum Leges noſtras per ſiglorum obſcuritates auſi fuerint conſcribere: omnia enim, id eſt, & nomina Prudentium, & titulos, & librorum numeros per conſequentias literarum volumus, non per ſigla manifeſtari: ita ut, qui talem librum ſibi paraverit, in quo ſigla poſita ſint in qualemcunque locum libri, vel voluminis, ſciat inutilis ſe eſſe Codicis dominum. Neque enim licentiam aperimus ex tali Codice in judicium aliquid recitare, qui in quacunque ſua parte ſiglorum habet malitias. Ipſe autem Librarius qui eas inſcribere auſus fuerit, non ſolum criminali pœna, ſecundum quod dictum eſt, plectetur: ſed etiam libri æſtimationem in duplum domino reddet, ſi & ipſe dominus ignotans talem librum vel comparaverit vel confici curaverit: quod & antea a nobis diſpoſitum eſt, & in Latina Conſtitutione, & in Græca, quam ad Legum Profeſſores dimiſimus.

§. 23. Leges autem noſtras, quæ in his Codicibus, id eſt, Inſtitutionum ſeu Elementorum, & Digeſtorum, vel Pandectarum poſuimus, ſuum obtinere robur ex tertio noſtro feliciſſimo ſancimus Conſulatu præſentis duodecimæ indictionis, tertio Kalendas Januarias, in omne ævum valituras, & una cum noſtris Conſtitutionibus pollentes: &, ſuum vigorem in judiciis oſtendentes in omnibus cauſis, ſive quæ poſtea emerſerint, ſive quæ in judiciis adhuc pendent, nec eas judicialis, vel amicalis forma compeſcuit: quæ enim jam vel judiciali ſententia finita ſunt, vel amicali pacto ſopita, hæc reſuſcitari nullo volumus modo. Bene autem properavimus in tertium noſtrum Conſulatum, & has Leges edere: quia maximi Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti auxilium feliciſſimum cum noſtræ Reipublicæ donavit: cum in hunc & bella Parthica abolita ſunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars mundi nobis adcrevit. Poſt Europam enim, & Aſiam, & tota Libya noſtro Imperio adjuncta eſt, & tanto operi Legum caput impoſitum eſt: omnia cœleſtia dona noſtro tertio Conſulatu indulta.

§. 24. Omnes itaque Judices noſtri pro ſua juriſdictione eaſdem Le-

ges ſuſcipiant, & tam in ſuis judiciis quam in hac regia Urbe habeant, & proponant, & præcipue vir excelſus hujus almæ Urbis Præfectus: curæ autem erit tribus excelſis Præfectis Prætoriis, tam Orientalibus, quam Illyricis, necnon Libycis per ſuas auctoritates omnibus, qui ſuæ jurisdictioni ſuppoſiti ſunt, eas manifeſtate. Dat. XVII. Kalendis Januariis, JUSTINIANO Domino noſtro ter conſule. FELICITER 533.

[1] *Pluſquam trecenties decem millia verſuum*] *Damaſus Hieronymo.* Eos quos miſi jam pridem legendos dederas libros, ideo non libenter lego quia plurimæ epiſtolæ eis uſque ad mille ſpatia verſuum tenduntur. Et raro de noſtro dogmate diſponunt: quo fit ut & legenti faſtidium generet longitudo. *Joſephus Antiquitat. lib. 20. cap. ult.* In his ergo dicere ulterius de antiquitate ceſſabo, libris quidem exiſtentibus viginti, habentibus vero ſexaginta millia verſuum.

[2] *In nullo peccare, divinitatis magis quam mortalitatis eſt*] *Martianus Alexandrinus.* In nullo quolibet delinquere proprium eſt Dei. *Petronius.* Nemo noſtrum non peccat, homines ſumus non Dii.

[3] *Multas etenim formas edere natura novas deproperat*] *Quintilianus lib. 3. inſtit. orat.* Multæ ſunt leges & varias habent formas, &c. *Et lib. 7.* Jam infinitæ litium formæ fuerant. *D. Auguſtinus epiſt. ad Bonifacium 50.* Cogunt multas invenire medicinas multorum experimenta morborum.

III. IN NOMINE

DOMINI

ET DEI NOSTRI

JESU CHRISTI.

Imperator Cæſar Flav. Juſtinianus, Alamannicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclitus, victor, triumphator, ſemper colendus Auguſtus, ad magnum Senatum & populum, & omnes orbis noſtri civitates.

DEDIT nobis Deus poſt pacem cum Perſis initam, poſt Vandalica trophæa, & totam Libyæ adquiſitionem, poſtque nominatiſſimam Carthaginem noſtro iterum Imperio ſociatam, ut veterum legum renovationis opus ad optatum finem perduceremus: quod nemo Principum ante noſtrum imperium, aut in mentem induci poſſe, aut humano ingenio poſſibile eſſe exiſtimavit. Erat e-

γʹ. ΕΝ ΟΝΟΜΑΤΙ

ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ

ΚΑΙ ΘΕΟΥ ΗΜΩΝ

ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλ. Ἰουστινιανὸς, Ἀλαμαννικὸς, Γοτθικὸς, Φραγκικὸς, Γερμανικὸς, Ἀντικὸς, Ἀλανικὸς, Βανδαλικὸς, Ἀφρικανὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἔνδοξος, νικητὴς, τροπαιοῦχος, ἀεὶ σέβαστος, Αὔγουστος, τῇ μεγάλῃ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, καὶ πάσαις ταῖς τῆς οἰκουμένης ἡμῶν πόλεσιν.

ΔΕΔΩΚΕΝ ἡμῖν ὁ Θεὸς μετὰ τὴν πρὸς Πέρσας εἰρήνην, μετὰ δὲ κατὰ Βανδήλων τρόπαιον, καὶ τὴν ὅλην Λιβύης κτῆσιν, καὶ τὴν τῆς ὀνομαστοτάτης Καρχηδόνος ἀπανάληψιν, καὶ δὲ τῆς ἐπανανεώσεως τῶν παλαιῶν νόμων ἔργον εἰς πέρας ἀγαγεῖν· ὅπερ οὐδεὶς τῶν πρὸ ἡμῶν βεβασιλευκότων, ἐπεὶ οὐδὲ εἰς νοῦν βαλέσθαι ἤλπισεν, οὔτε δυνατὸν ὅλως τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει αὐτὸ ἐνομίσθη. Ἦ γὰρ

θαυμαστὸν τὴν Ῥωμαίων νομοθεσίαν ἀπὸ τοῦ τῆς Πρεσβυτέρας Ῥώμης κτίσματος μέχρι τῶν τῆς ἡμετέρας βασιλείας χρόνων, οἵπερ ἀμφὶ τὰ χίλια καὶ τριακόσια ἔτη συντρέχουσιν, οὐκ ἐν τοῖς ἄλλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσι πρὸς ἅπασαν αὐτὴν συμφωνίαν τε καὶ διαφωνίαν· καὶ τὸ μὲν μαχόμενον αὖθις ἐξελεῖν, τὸ δὲ ταὐτόν τε καὶ ὅμοιον ἐξωθῆσαι· μίαν δὲ αὐτῇ κάλλους ἰδέαν παρασχεῖν, ὥστε ἕνα τὸν κείμενον ἐφ' ἑκάστῳ καθεστάναι πράγματι νόμον, τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, καὶ τῆς ἐκεῖθεν φιλανθρωπίας ἴδιον ἦν, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπίνης τινὸς διανοίας, ἢ ἐγχειρήσεως, ἢ δυνάμεως ὅλως. ἡμεῖς οὖν (τοῦτο δὴ τὸ συνηθισμένον ἡμῖν) τὰς χεῖρας εἰς Θεὸν ἀνατείναντες, καὶ αἰτήσαντες ἡμῖν αὐτὸν συλλαβεῖν, ἐνεχειρήσαμέν τε, καὶ τὸ πᾶν ἐξειργασάμεθα· Τριβωνιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ Μαγίστρῳ, καὶ Ἀποκυαισώρων τοῦ θείου ἡμῶν Παλατίου, καὶ Ὑπάτων, πρὸς τὴν ὅλην ὑπουργίαν, χρησάμενοι, καί τισιν ἄλλοις ἐνδόξοις τε καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν· ἐρωτῶντες μὲν ἀεὶ τὸ γινόμενον· τὸ δὲ ἀμφισβητήσιμον μανθάνοντες. πᾶσιν δὲ ἐκ τῆς ἐνδιδομένης ἡμῖν παρὰ τοῦ Δεσπότου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώσεώς τε καὶ θάλψεως ἐπιτιθέντες πέρας προσῆκον.

§. α'. Τὰς μὲν οὖν εὐσεβεῖς διατάξεις [a] ἤδη πρότερον δώδεκα βιβλίοις περιειληφότες, ὃ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐπώνυμον συντεθείκαμεν βιβλίον, νῦν δὲ τὰς ἁπάντων τῶν ἔμπροσθεν νομοθετησάντων συναγαγόντες γνώμας ἐκ τοῦ πλήθους ἀπὸ τῶν βιβλίων, ἅπερ ἦν μὲν ἀμφὶ τὰ δισχίλια [b], ἀριθμὸν δὲ

nim mirabile, omnem Romanam Sanctionem a condita vetere Roma uſque ad noſtri Imperii tempora, quæ pene in mille & trecentos annos concurrunt, non ſolum ſecum in variis ſuis partibus, ſed in Imperialibus quoque præſertim Sanctionibus inter omnem nutare conſonantiam pariter ac diſcordiam: non tamen id ſolum quod ſecum pugnabat, tollere; ſed etiam quod idem, aut ſimile reperiebatur, expellere, variamque ipſius pulchritudinis ideam tribuere: ita ut pro ſingulis rebus ſingulæ leges conſtitutæ viderentur. Quod proculdubio ſuperioris numinis & fluentis inde benignitatis fuit, non humanæ cogitationis, aut incepti, aut poteſtatis. Nos itaque, more ſolito manibus ad Deum erectis, eoque, ut nos complecti dignatetur, invocato, & rem aggreſſi ſumus, & omnia tandem confecimus, Triboniano glorioſiſſimo Magiſtro, & Exquæſtore ſacri noſtri Palatii, & Exconſule ad omne miniſterium uſi; necnon aliis quibuſdam illuſtribus, & prudentibus viris, inquirentes ſemper ea quæ ab eis componebantur: & id quod erat dubium perſcrutantes, omnibus quoque ſecundum datam nobis a Domino Deo & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto ſcientiam & intellectus vigorem imponentes competentem formam.

§. 1. Et piiſſimas igitur conſtitutiones jam ante in duodecim libris comprehenſas, Codicem noſtræ pietatis cognomine fulgentem compoſuimus: nunc vero omnium veterum juris conditorum ſententias ex multitudine, quæ ad duo millia pene librorum, & trecentas

myriadas verſuum pertingebat, in moderatum & perſpicuum collegimus compendium. Quinquaginta igitur libris omnia complexi nunc ſumus cœleſti favore, colligentes omne id quod erat utile, & omnes ambiguitates decidentes, nullo ſeditioſo relicto. Quos libros Digeſta ſeu Pandectas appellavimus, ex eo, quod legum habeant diviſiones & deciſiones; itemque ex eo, quod omne in unum congregatum receperint, hanc eis appellationem imponentes, nec ultra quindecim myriadum verſuum numerum eis dantes, & in ſeptem eos diſponentes tractatus: idque non perperam, neque ſine ratione, ſed ad numerorum naturam & harmoniam reſpicientes.

εἶχεν στίχων μυριάδων τριακοσίων. ἐπὶ ἔμμετρόν τε ἅμα καὶ εὐσύνοπτον συνηγάγομεν ἄθροισμα. Πεντήκοντα οὖν τὰ πάντα πεποιήμεθα βιβλία τὰ νῦν, ἄνωθεν συναγαγόντες ὃ χρήσιμον, καὶ ἁπάσας τὰς ζητήσεις τεμόντες, καὶ μηδὲν καταλιπόντες ἔτι στασιαζόμενον. Ὅπερ βιβλίον Digeſta [c], εἴτε Πανδέκτην προσηγορεύσαμεν ἔκ τε τοῦ τῶν νόμων ἔχειν διαιρέσεις τε καὶ διατυπώσεις, ἔκ τε τοῦ ὃ πᾶν εἰς ἓν ἀθροισθὲν ὑποδέξασθαι, ταύτην αὐτῷ θέμενοι τὴν προσηγορίαν· οὐ πλειόνων τε πέντε καὶ δέκα μυριάδων στίχων ἀριθμὸν αὐτῷ δόντες, καὶ εἰς ἑπτὰ τοῦτο διαθέμενοι πραγματείας· καὶ τοῦτο οὐ παρέργως, ἀλλὰ τῆς τῶν ἀριθμῶν φύσεώς τε καὶ ἁρμονίας στοχασάμενοι.

§. 2. Ea igitur quæ apud omnes πρῶτα, id eſt, primordia, nuncupantur, in quatuor libros ſepoſuimus.

§. β'. Τά τε γὰρ καλούμενα παρὰ πᾶσι πρῶτα ἐν τέσσαρσι ἀπεθέμεθα βιβλίοις.

§. 3. Deinceps ea quæ de judiciis tractant, in alios ſeptem libros.

§. γ'. Ἐφεξῆς τε τὰ de judiciis ἐν ἑτέροις ἑπτά.

§. 4. Item ea quæ de rebus, non in plures quam octo libros.

§. δ'. Καὶ τὰ de rebus, οὐκ ἐν πλείοσι τῶν ὀκτώ.

§. 5. Sequentem vero operis partem, quæ quarta & media μέσον ἐπὶ τῷ παντὸς eſt totius operis, in aliis octo libris depoſuimus, in quibus eſt quidem hypothecaria, non longe admodum a pignoratitia actione diſtans: eſt & Ædilitium edictum, & de evictionibus ſtipulatio: quæ duo acceſſoria, & conſequentia conſtituta venditionum, longe tamen admodum in veteri juris ordinatione ab his devagantia congregavimus propius propter mutuam inter ſe cognationem; ne, quæ de eodem pene loquuntur, longe a ſe diſtarent.

§ ε'. Τὸ δὲ ἐφεξῆς τοῦ συγγράμματος μέρος, ὅπερ δὴ τέταρτόν τε ἅμα καὶ μέσον ἐστὶ τοῦ παντὸς ὀκτὼ βιβλίοις ἄλλοις ἐναπεθέμεθα. Ἐν οἷς ἐστὶ μὲν ἡ ὑποθηκαρία, οὐ πόῤῥω που τῆς pignoraticias ἀφεστῶσα· ἐστὶ δὲ καὶ ædilicion ἤδικτον, καὶ ἡ περὶ τῶν ἐκνικήσεων ἐπερώτησις· ἅπερ ἄμφω παρακολουθήματα μὲν καθεστῶτα τῶν πράσεων, πόῤῥω δέ που τῆς νομοθεσίας ἀπῳκισμένα, συνηγάγομεν ἐγγύθεν διὰ τὴν πρὸς ἄλληλα συγγένειαν. ἵνα τὰ περὶ τῶν αὐτῶν διαλεγόμενα μὴ πόῤῥω διεστήκοιεν ἀλλήλων.

Εἶτα ἐπαγαγόμενοι τούτοις τά τε περὶ τόκων ἐγγείων, καὶ θαλαττίων καὶ τὰ περὶ συμβολαίων τε, καὶ προσέτι μαρτύρων, καὶ ἀποδείξεών τε, καὶ προλήψεων εἰς βιβλίον ἕν· τρία δὲ ταῦτα μονόβιβλα μετὰ τὴν τῶν de rebus πραγματείαν συνεχῶς ἀλλήλων κατατεθείμενοι. Καὶ αὖθις τὰ περὶ μνηστειῶν, καὶ γάμων, καὶ προικὸς νενομοθετημένα συναγαγόντες, τρία δεδώκαμεν ἔχειν καὶ ταύτῃ τῇ συντάξει βιβλία. Καὶ μὴν καὶ περὶ τῶν κηδεμόνων τῆς νέας ἡλικίας δύο· ταῦτα δὴ τὰ de Tutelis παρὰ πᾶσιν ὀνομαζόμενα· κἀνταῦθα συγκεφαλαιωσάμεθα τὴν τῶν ὀκτὼ τούτων βιβλίων πραγματείαν· καὶ μεσαίτατον (ὡς εἴρηται) τοῦτο μέρος τῆς πάσης συντάξεως τοῦ βιβλίου πεποιήμεθα, τὰ κάλλιστα δὴ καὶ χρησιμώτατα τῶν νόμων ἐν τούτοις ἀναγραψάμενοι.

Poſt hæc introduximus poſt duos illos libros ea, quæ ſunt ſcripta de uſuris tam terreſtribus, quam trajectitiis ſeu maritimis, & de probationibus, atque præſumptionibus in unum librum: his autem tribus monobiblis, ſingularibus libris, poſt tractatum de rebus ſibi invicem proximis depoſitis, & rurſum ea quæ de ſponſalibus, & nuptiis, & de dote legibus dicta ſunt congregantes, his etiam tria habere in hac ordinatione volumina conceſſimus. De tutoribus autem minoris ætatis geminos libros, eos, inquam, qui de tutelis apud omnes nominantur, & hic etiam in compendium concidimus memoratam octo librorum ordinationem, & mediam (ut dictum eſt) hanc partem totius operis confecimus, pulcherrima & utiliſſima jura in his deſcribentes.

§. ς'. Τὰ δὲ δὴ περὶ διαθηκῶν, καὶ περί γε ληγάτων, καὶ φιδεικομμίσσων ἅπαντα συνηγάγομεν εἰς ἐννέα βιβλίων ἀριθμόν· ὧν ἡγοῦνται μὲν τὰ περὶ διαθηκῶν, καὶ κωδικίλλων· τῶν τε καθόλου φαμὲν, τῶν τε, αἳ ποιοῦσιν, ὡς βούλονται, στρατιῶται, δύο καθεστῶτα, καὶ de Teſtamentis ἐπιγεγραμμένα. Πέντε δὲ ἐφεξῆς τὰ περὶ ληγάτων, καὶ φιδεικομμίσσων, καὶ πάσης τῆς ἐν αὐτοῖς ζητήσεως διαλεγόμενα. Καὶ ἐπειδήπερ ὁ τοῦ Falcidiu λόγος προσεχής τε καὶ ἁρμόδιος ἦν τῇ τῶν ληγάτων καὶ φιδεικομμίσσων ἰδιότητι· διὰ τοῦτο δὴ καὶ αὐτὸν εὐθὺς τῇ τῶν ληγάτων ὑποτεθείκαμεν πραγματείᾳ, βιβλίον ὅλον ἀναθέντες αὐτῷ μετά τινος βραχείας προσθήκης· καὶ αὖθις ἐπειδὴ πρὸς τὴν τοῦ Falcidiu μίμησιν ἐπὶ τῶν φιδεικομμισσῶν ἦν ὁ καλούμενος Trebel-

§. 6. De teſtamentis autem, & legatis, & fideicommiſſis omnia congregavimus in novem librorum numerum: quorum principatum obtinent ea, quæ ſunt de teſtamentis, & codicillis, cum omnium, tum etiam militum qui ea, ut volunt, faciunt, duobus libris ordinata, & de teſtamentis inſcripta; quinque autem ſequentibus continentur ea, quæ de legatis & fideicommiſſis, & omni eorum ambiguitate diſputata ſunt. Et quoniam Falcidiæ narratio continens, & conſentanea erat legatorum & fideicommiſſorum proprio tractatui: propterea & ipſam continuo legatorum ſuppoſuimus tractationi, libro integro ei applicato, cum brevi quadam adjectione. Et rurſum quia ad Falcidiæ imitationem (introductum) erat Trebel-

lianum Senatuſconſultum in fideicommiſſis: & huic ultimum hujus ordinationis tribuimus locum, totum jus ſuper his poſitum, Trebelliano Senatuſconſulto attribuentes, & ſupervacuum eſſe Pegaſiani Senatuſconſulti poſitionem invenientes, & abſurdas horum Senatuſconſultorum inter ſe differentias, & communiones: quas ſane & veteres peroſi, captioſas & damnoſas appellarunt: ſimpliciore quadam narratione, omne hoc ſchema congregantes, & ad unius Senatuſconſulti Trebelliani ordinationem applicantes, & hanc quintam partem totius ordinationis novem his perfecimus libris: in quibus novem libris nihil de quondam caducis dictum a nobis eſt: quia propter uſum quendam non proſperum cum increbuiſſent in republica, & luctuoſum monumentum bellorum civilium eſſent, non oportebat in his manere temporibus, in quibus & Deus dedit pacem agere domi & foris: &, cum oportuit bellum gerere, facile cum ipſius favore hoſtes ſuperate & capere.

lianon δόγμα, καὶ τούτῳ τὴν τελευταίαν τῆς συντάξεως ταύτης ἀπονείμαντες χώραν, τὸ πᾶν τῆς νομοθεσίας ταύτης εἰς τὸ Trebellianon συναγαγόντες, καὶ περιττὴν εἶναι τὴν τοῦ πάλαι Πηγασιανοῦ νομοθεσίαν εὑρόντες, καὶ τὰς ἀλόγους τῶν δογμάτων τούτων διαφοράς τε καὶ κοινωνίας· ἃς δὴ καὶ οἱ πάλαι μισήσαντες, περιειργασμένας τε καὶ ἐπιζημίους ἐκάλεσαν· καὶ ἁπλουστέρῳ τινὶ λόγῳ τὸ πᾶν τοῦτο σχῆμα συναθροίσαντες. καὶ εἰς τὴν τοῦ Τρεβελλιανοῦ μεθαρμοσάμενοι τάξιν· καὶ τοῦτο δὴ τὸ πέμπτον μέρος τῆς ὅλης συντάξεως τοῖς ἐννέα τούτοις αὔξεται βιβλίοις, ἐν οἷς οὐδὲν ὑπὲρ τῶν πάλαι καδούκων ἡμῖν εἴρηται· διότι καὶ ταῦτα κατά τινα χρείαν οὐκ εὐτυχῆ τῇ Ῥωμαίων ἐπιπολάσαντα πολιτείᾳ, καὶ ὑπόμνημα δεινὸν τῶν ἐμφυλίων καθεστῶτα πολέμων, οὐκ ἐχρῆν ἐν καιροῖς πολιτεύεσθαι, καθ' οὓς ὁ Θεὸς εἰρήνην τε δέδωκεν ἡμῖν ἄγειν ἔκ τε τῶν ἔνδον, ἔκ τε τῶν ἔξωθεν· καὶ ὅταν δέοι πολεμεῖν, ῥᾷστα μετὰ τῆς αὐτοῦ ῥοπῆς τῶν ἐναντίων κρατεῖν.

§. 7. Sequitur deinde & exoritur nobis & ſexta pars totius compoſitionis, octo concluſa libris. Pulchre autem incipit ab his, quæ poſſeſſiones nominantur, quas nos ſimiliter, ut cætera diligenter conſiderantes, tam eas quæ ad ingenuos, quam quæ ad libertinos pertinent, ex multa anteriorum temporum confuſione & obſcuritate in purum deduximus compendium, geminorum illis librorum numerum ſufficere arbitrantes. Applicavimus autem ipſis, & omnes ab inteſtato appellatas ſucceſſio-

§. ζ'. Ἕπεται δὲ ἡμῖν καὶ ἕκτη τις μοῖρα τούτου δὴ τοῦ παντὸς συστήματος, ὀκτὼ περικεκλεισμένη βιβλίοις, ἄρχεται δὲ καλῶς ἐκ τῶν ὀνομαζομένων διακατόχων. ἃς ἡμεῖς ὁμοίως τοῖς ἄλλοις κατασκεψάμενοι, τάς τε εἰς τοὺς εὐγεγονότας, τάς τε εἰς τοὺς ἀπελευθέρους φερομένας, ἐκ πολλῆς τῆς ἔμπροσθεν συγχύσεώς τε καὶ ἀσαφείας, εἰς καθαρὰν ἠγάγομεν συντομίαν, δύο βιβλίων αὐταῖς ἀριθμὸν ἀρκεῖν νενομικότες. Προσυμπλέξαμεν δὲ αὐταῖς καὶ τὰς ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένας ἁπάσας διαδοχάς,

χάς, καὶ αὐτὰς τὰς τῶν γενῶν τάξεις, καὶ τοὺς ἐπὶ τούτοις βαθμοὺς ἐγγεγράφαμεν τῷ βιβλίῳ, καὶ ἐπὶ τῆς ἐσχατιᾶς αὐτοῦ τὰ περὶ τοῦ Τερτυλλιανείου τε καὶ Orficianiu συντεθείκαμεν δόγματος, ἐξ ὧν μητέρες τε καὶ παῖδες ἀλλήλων διάδοχοι γίνονται. Γέγραπται δὲ ἐφεξῆς βιβλίον ἄλλο τά τε περὶ τῶν ἐν οἰκοδομήμασιν ἔργων, καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν ὀλισθαινόντων τε καὶ καταφερομένων οἰκημάτων ἀσφαλείας, καὶ τῶν ἐν τούτοις τι κακουργούντων, καὶ ἐκ τῆς τῶν ὑδάτων φορᾶς ἀδικούντων τοὺς πέλας, καὶ τὰ περὶ τῶν ἀθεμιζόντων τὰ δημόσια τέλη· καὶ προσέτι δωρεῶν, τῶν τε ἀπεριορισθεισῶν, τῶν τε εἰς ἔννοιαν τελευτῆς ἀναφερομένων νομοθετῶν. Καὶ αὖθις εἴ τι περὶ τῆς ὁποίας οὖν ἐλευθερίας ἐστὶν, ἢ καὶ τῶν ὑπὲρ ταύτης ἀγώνων, τοῦτο ἑνὶ παραδέδοται βιβλίῳ. Ἔτι δὲ καὶ τὰ περὶ νομῆς, καὶ τῆς δι' αὐτῆς κτήσεως, καὶ τῶν εἰσαγουσῶν αὐτὴν αἰτιῶν, εἰς ἓν ἀπεθέμεθα σύγγραμμα, καὶ εἴ τι γε ὅλως περὶ δικαστικῶν ἐστιν ἀποφάσεών τε, καὶ τῶν ἐν τούτοις τινὰ κατὰ σφῶν αὐτῶν ὁμολογούντων, καὶ τῆς τῶν ὄντων ἀναχωρήσεως, καὶ δανεισ-τικῆς τε κατοχῆς, καὶ πράσεως, καὶ τῆς πραγμάτων διακρίσεώς τε καὶ κηδεμονίας, καὶ τοῦ μή τι παθεῖν τοὺς δανείζοντας βλάβος, καὶ τοῦτο ὁμοίως εἰς ἓν ἤθροισται βιβλίον. Καὶ τὸν τῶν interdictων τε τρόπον οὐ πλείοσιν ἑνὸς παραδεδώκαμεν βιβλίου. ἐκεῖθεν τε ἐπὶ τὰς παραγραφάς, καὶ τοὺς ἐπ' αὐταῖς τεταγμένους ἐχωρήσαμεν χρόνους, καὶ τὸν τῶν ἐνοχῶν τε καὶ ἀγωγῶν ἀπεθέμεθα τρόπον. Καὶ συνηγάγομεν ὃ πᾶν δὴ τοῦτο μέρος, οὗπερ ἡγεῖται τὰ περὶ τῶν διακατόχων (ὡς εἴρηται) γεγραμμένα, εἰς ὀκτὼ βιβλίων ἀριθμὸν, ἕκτον δὲ τοῦτο

nes, & ipſos generum ordines, eorum gradibus etiam libro inſcriptis, & circa omnium finem Tertullianum & Orficianum compoſuimus Senatuſconſultum, ex quibus matres & liberi invicem ſucceſſores fiunt. Procedit autem poſt hæc alius liber, qui de ædificiorum operibus, & de ea quæ ob ruinoſa & diruta ædificia datur ſatiſdatione, & his qui in his aliquid inſidiarum aut fraudis admiſerint, & de his qui ex aquarum impetu vicinos læſerint, & de publicorum vectigalium Coactoribus, atque inſuper de donationibus tam indefinitis ſeu ſimplicibus quam in cogitationem mortis relatis leges ac jura ordinant. Rurſum autem quicquid de quacunque manumiſſione extat, vel de his, quæ ſuper ipſa agitantur cauſis, & hoc uni traditum eſt libro. Amplius autem, & ea quæ de poſſeſſione, & per ipſam adquiſitione, & de cauſis eam introducentibus ſunt, in unum ſepoſuimus tractatum ſeu librum. Et quidquid etiam de judiciariis extat ſententiis, & his qui in eis aliqua contra ſeipſos confeſſi ſunt, & de bonorum ceſſione, & creditorum detentione, & venditione, & de bonorum ſeparatione & curatione, & ne quid patiantur creditores fraudis, & id in unum ſimiliter collatum eſt librum. Sed & interdictorum modum non pluribus, quam uni dedimus libro. Inde autem & ad præſcriptiones ſeu exceptiones & in his ordinata tempora venimus. Et obligationum quidem, & actionum ſepoſuimus modos, & coëgimus omnem hanc partem, cui præſunt poſſeſſiones (ut dictum eſt) octo librorum numero

deſcriptam, ſextam hanc partem totius voluminis ſeponentes.

§. 8. Totius autem extrema pars, quæ & ſeptima eſt totius tractationis, ſex librorum numero demandata eſt, incipiens quidem a ſtipulationibus, procedens vero ad ea, quæ ſcripta ſunt de fidejuſſione, & debitorum numeratione, ſolutione & liberatione ipſorum, & de introductis ex Prætorum juriſdictione ſtipulationibus : quæ omnia duobus a nobis contracta ſunt libris : cum apud veteres nec dici poſſet, quot eſſent libri ea de re. Procedit & deinceps ad delictorum narrationem : & omnia recenſet quæ ad majora delicta pertinent, quæ vocant privata, & item quæ ad ea quæ necdum ordinaria appellant : ſed ipſis extraordinariorum appellationem imponunt : deſcendit etiam & ad publica crimina quæ atrociſſima ſunt : & magnam ſibi advocant pœnam. Duo autem & hic ſunt libri qui illa quidem, quæ ad delicta & crimina pertinent, complectuntur : quibus permixta ſunt & ea quæ de reis criminum, qui ſe celare tamen conantur, ſcripta ſunt, & de eorum bonis, & de ea quæ infligitur condemnatis pœna, vel indulgentia. Initium autem nobis alterius rurſum libri fit narratio de appellationibus, quæ communis eſt profecto ad reſcindendas tam pecuniarias ſeu civiles ſententias quam criminales. Quæcumque autem de civibus ſeu municipibus, & de Decurionibus, & muneribus, & publicis operibus, & nundinis, & redituum pollicitationibus, & variis cognitionibus ſeu interrogationibus, & publica deſcriptione, vete-

μέρος τῆς ὅλης συντάξεως ἀποθέμενοι.

§. η΄. Τὸ δὲ δὴ τοῦ παντὸς τελευταῖον, ὅπερ ἕβδομον ἁπάσης ἐστὶ τῆς πραγματείας, ἓξ βιβλίων ἀριθμῷ περιέσταλται, ἀρχόμενον μὲν ἐκ τῶν ἐπερωτήσεων, διαβαῖνον δὲ διά τε τῶν ὑπὲρ ἐγγύης γεγραμμένων, καὶ τῆς τῶν χρεῶν καταβολῆς, καὶ διαλύσεως τε καὶ ἐλευθερίας αὐτῶν, καὶ τῶν εἰσηγμένων ἐκ τῆς τῶν Πραιτόρων νομοθεσίας ἐπερωτήσεων· ἅπερ ἅπαντα δύο παρ' ἡμῶν συνέσταλται βιβλίοις· καὶ τοῖς τε ἔμπροσθεν, οὐδὲ εἰπεῖν ἐστιν, ὅσα καθεστῶτα. Πρόεισι δὲ εἰς τὸν ὑπὲρ τῶν ἐγκλημάτων λόγον, καὶ ἅπαντα καταλέγει, ὁπόσα τῶν τε μετριωτέρων ἐστὶν ἁμαρτημάτων, ἅπερ ἰδιωτικὰ καλοῦσιν, ὅσα τε οὐχὶ τεταγμένα προσονομάζουσιν, ἀλλὰ τὴν τῶν Extraordinariων αὐτοῖς ἐπιτιθέασιν ἐπωνυμίαν· ἀναβαῖνον δὲ καὶ εἰς τὰ δημόσια τῶν ἐγκλημάτων, ἅπερ σφοδρότατά τε ἐστὶ, καὶ μεγάλην ἐφ' ἑαυτοῖς καλεῖ τὴν ποινήν. Δύο δὲ κἀνταῦθα βίβλοι· ταῦτα δὲ τὰ περὶ τῶν ἁμαρτημάτων τε καὶ ἐγκλημάτων συνέχουσι. Προσαναμέμικται γὰρ αὐτοῖς, καὶ τὰ περὶ τῶν ἐπ' ἐγκλήμασι μὲν ἁλισκομένων, ἑαυτοὺς δὲ ἀφανεῖς καθιστάντων καὶ τῆς οὔσης αὐτοῖς περιουσίας, καὶ τῆς ἐπαγομένης τοῖς καταδεδικασμένοις ποινῆς, ἢ συγχωρήσεως. Ἀρχὴ δὲ ἡμῖν ἑτέρου βιβλίου πάλιν, ὁ περὶ τῶν ἐφέσεων γίνεται λόγος, κοινὸς ὢν εἰκότως κατὰ τῶν ψήφων, τῶν τε εἰς χρήματα, τῶν τε εἰς ἐγκλήματα φερομένων. Ὁπόσα δὲ ὑπὲρ τε πολιτῶν, ὑπὲρ τε βουλευτῶν, καὶ λειτουργημάτων, καὶ τῶν δημοσίων ἔργων, καὶ πανηγύρεων, καὶ πόρων ἐπαγγελίας, καὶ ποικίλων ἐρωτή-

σιον, καὶ τῆς δημοσίας ἀπογραφῆς νενομοθέτηται τοῖς πάλαι· ὅσα τε ὡς ὑπὲρ τῆς τῶν ῥημάτων ἐστὶν ὀνομασίας, καὶ τὰ ἐν κανόσιν εἰρημένα τοῖς πάλαι, ταῦτα ἅπαντα τὸ πεντηκοστὸν περιέχει βιβλίον. Τούτου δὲ τοῦ συστήματος, ὧνπερ ἀρχὴ τὰ περὶ τῶν ἐπερωτήσεων, ἐστὶν ἕκτον μὲν, ὅσον πρὸς τὴν οἰκείαν ἀρχὴν καθεστός· πεντηκοστὸν δὲ πρὸς τὴν ὅλην τῆς συντάξεως ἁρμονίαν.

§. θʹ. Ἅπερ ἅπαντα συντέθειταί τε καὶ ἐκπεπόνηται καλῶς τε καὶ τῆς παρ' ἡμῶν κελεύσεως ἀξίως παρά τε Τριβωνιανοῦ τοῦ ἐνδοξοτάτου, καὶ σοφωτάτου Μαγίστρου, καὶ Ἀντικυαιστόρων τῶν ἡμετέρων βασιλείων, καὶ Ὑπάτων, ἀνδρὸς ὄντι τῷ πράττειν, ὄντι τῷ ῥητορεύειν[d], ὄντι τῷ τοὺς νόμους γράφειν εὐδοκιμοῦντος[e]· τῶν δὲ ἡμετέρων ἔμπροσθεν οὐδὲν τεθειμένου προστάξεων· καὶ τῶν καὶ ὑπ' αὐτῷ τὸ πρᾶγμα ἡμῖν ἐκπεπονημένων, τουτέστι Κωνσταντίνου τε τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου Κόμητος τῶν θείων Λαργιτιόνων, καὶ Ἀντιγραφέως τοῦ θείου Σκρινίου, τῶν τε θείων Λιβέλλων, καὶ τῶν βασιλικῶν διαγνώσεων, χρηστὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἡμῖν ἐν ἅπασι παρεσχημένου· καὶ πρός γε Θεοφίλου τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου Μαγίστρου, καὶ νόμους ἐπὶ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως σεμνῶς τε καὶ ἀγρύπνως, καὶ τῆς διδασκαλικῆς ἐπιτηδεύσεως ἀξίως διδάσκοντος· καὶ Δωροθέου τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου Κυαιστωρείου, καὶ διδασκάλου ἐν τῇ τῶν νόμων ἀναδεδειγμένῳ πόλει[f], φαμὲν δὲ τὴν ἀοίδιμόν τε, καὶ περιφανῆ τῶν Βηρυτίων μητρόπολιν· ὃν ἡ περὶ αὐτοῦ χρηστὴ δόξα, καὶ εἰς ἡμᾶς ἤγαγεν, καὶ τῶν παρόντων μετασχεῖν προσου-

ribus inventa ſunt, & quæcunque de verborum extant ſignificatione, & de his quæ pro regulis apud veteres dicta ſunt: hæc omnia in ſeſe recipit ultimus liber. Hujus igitur compoſitionis, cujus initium eſt a ſtipulationibus, hic liber eſt ſextus quidem, ſi ad proprium principium comparetur: ſed eſt quinquageſimus, ſi conferatur ad totam conſummationis perfectionem, ſeu harmoniam.

§. 9. Quæ omnia compoſita ſunt, & elaborata peroptime, & ut noſtra juſſione dignum fuit, per Tribonianum illuſtriſſimum necnon prudentiſſimum Magiſtrum, & Exquæſtorem noſtrorum palatiorum, & Exconſulem, virum & in ipſis rerum experimentis, & in eloquentia, & in legibus ſcribendis ſatis ſpectatum, & qui nihil unquam noſtrarum juſſionum contempſit: necnon per alios viros qui ſub ipſo nobis hoc opus elaborarunt; id eſt Conſtantinum magnificentiſſimum Comitem ſacrarum largitionum, & Antigrapharium ſeu Magiſtrum ſacri ſcrinii, & ſacrorum libellorum & cognitionum imperialium, qui nobis bonam de ſe opinionem in omnibus præbuit: necnon Theophilum magnificentiſſimum Magiſtrum, & leges ſeu jura in regia hac urbe laudabiliter, & cum ſummis vigiliis, & ut magiſteria ſedulitate dignum eſt, docentem: & Dorotheum magnificentiſſimum Quæſtorem, & Doctorem in legum civitate deſignatum; dicimus autem verendam & ſplendidam Berytienſium Metropolim, quem de ipſo optima opinio & gloria, & ad nos deduxit ipſum, & ut hujus operis partici-

pem faceremus, hortata eſt: ſed & Anatolium magnificentiſſimum Magiſtrum, qui & ipſe apud Berytienſes ea quæ ex legibus proficiſcuntur, pulchre docet, vir ex tertia ſtirpe laudabili juris apud Phœnices interpretum deſcendens: refert enim genus ad Leontium, & Eudoxium, homines in legibus optimæ memoriæ poſt Patricium inclytæ recordationis, Quæſtorium & Anticenſorem, & Leontium glorioſiſſimum, Expræfecto, & Exconſule, atque Patricium ejus filios (ſummæ admirationis viros) & Cratinum magnificentiſſimum atque prudentiſſimum Comitem ſacrarum largitionum, & optimus quoque is eſt legum enarrator in regia hac urbe: & præter hos etiam Stephanum, Menam, Proſdocium, Eutolmium, Timotheum, Leonidem, Leontium, Platonem, Jacobum, Conſtantinum, Joannem, viros prudentiſſimos, qui univerſi Rhetores quidem ſunt glorioſiſſimorum Præfectorum ſacrorum noſtrorum Prætoriorum, gloriam autem ſeu laudem apud omnes prudentiæ juſte habent, & a nobis merito judicati ſunt digni, ut eligerentur tanti certaminis participes. Hæc igitur nobis circa Digeſtorum elaborata ſunt conſcriptionem per jam dictos gloriſiſſimos viros.

πέψαντα τόνων· καὶ Ἀνατολίου δέ τι τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου Μαγίστρου, ὃς δὴ καὶ αὐτὸς παρὰ Βηρυτίοις τὰ ἐκ νόμων παιδεύει καλῶς, ἀνὴρ ἐκ τριγονίας σεμνῆς τοὺς παρὰ Φοίνιξι τῶν νόμων διδασκάλους καταβαίνων· ἀναφέρει γοῦν εἰς Λεόντιόν τε, καὶ Εὐδόξιον, ἄνδρας ἐπὶ νόμοις μετὰ Πατρίκιον τὸν τῆς εὐκλεοῦς μνήμης Κυαιστώριον, καὶ Ἀντικήνσωρα, καὶ Λεόντιον τὸν πανεύφημον ἀπὸ Ὑπάρχων, Ὑπάτων, καὶ Πατρίκιον τοὺς αὐτοῦ παῖδας (ὥστε θαυμάσομεν) τὸν τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ σοφωτάτου Κόμητος τῶν θείων Λαργιτιόνων, νόμων τε, καὶ αὐτὸς ἀγαθὸς ἐξηγητὴς ἐπὶ τῆς βασιλίδος ταύτης ἐστὶν πόλεως. καὶ πρὸς τούτοις Στεφάνου, Μηνᾶ, Προσδοκίου, Εὐτολμίου, Τιμοθέου, Λεωνίδου, Λεοντίου, Πλάτωνος, Ἰακώβου, Κωνσταντίνου, Ἰωάννου, τῶν σοφωτάτων. οἳ δὴ πάντες Ῥήτορες μὲν εἰσὶν τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων τῶν ἱερῶν ἡμῶν Πραιτωρίων, δόξαν δὲ παρὰ πᾶσι τὴν ἐπὶ σοφίᾳ δικαίως ἔχοντες, εἰκότως παρ᾽ ἡμῶν ἐκρίθησαν ἄξιοι καταστῆναι τοῦ τοσούτου μετασχεῖν ἀγῶνος. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν περὶ τὴν τῶν Digeſtων ἐκπεπόνηται συγγραφὴν διὰ τῶν ἄρτι ἡμῖν εἰρημένων, ἐνδόξων τε, καὶ σοφῶν ἀνδρῶν.

§. 10. Tanta autem nobis reverentia antiquitatis fuit, ut neque mutari nomina veterum Juriſconſultorum ſuſtinuerimus, ſed uniuſcujuſque illorum appellationem legibus inſcripſimus, mutantes quidem, ſi quid jam habere viſum eſt non recte, partes vero illas nunc tollentes, has nunc addentes, ex multis denique optimum eligen-

§. ί. Τοσαύτη δὲ ἡμῖν αἰδὼς τῆς ἀρχαιότητος γέγονεν, ὥστε οὐδὲ ἀμεῖψαι τὰς προσηγορείας τῶν ἔμπροσθεν νομοθετῶν ὑπεμείναμεν, ἀλλὰ τὴν ἑκάστου τούτων τοῖς νόμοις ἐπιγεγράφαμεν προσηγορείαν· ἀμείψαντες μὲν, εἴπερ ἔχειν ἡμῖν οὐκ ὀρθῶς ἐδόκει· μέρη δὲ τὰ μὲν ἀφελόντες, τὰ δὲ προσθέντες, ἐκ πολλῶν τε τὸ κάλλιον ἐλό-

μένοι, καὶ τὴν ἴσην ἅπασιν παρέχοντες τῆς ἐξουσίας ἰσχύν· ὥστε πᾶν, ὅσον ἐγγέγραπται τῷ βιβλίῳ, τοῦτο ἡμετέραν νομίζεσθαι γνώμην· μηδένα τε θαρρεῖν παραβάλλειν τὰ νῦν γενόμενα τοῖς ἔμπροσθεν· ἐπεὶ πολλὰ, καὶ οὐδὲ ἀριθμηθῆναι ῥᾴδια, μεταποιήσαμεν εἰς τὸ κρεῖττον, κἂν εἴη βασιλικὴ τινὶ τῶν παλαιοτέρων Αὐτοκρατόρων διάταξις, πρὸς ἀλλοῖον εἴρηται σχῆμα· τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα τοῖς ἔμπροσθεν ἐφυλάξαμεν· τὴν δὲ τῶν νόμων ἀλήθειαν ἡμετέραν ἐποιησάμεθα. Ὥσπερ ἢ εἴτι στασιαζόμενον ἐκείνοις ἦν, (πολλὰ δὲ τὰ τοιαῦτα ἀπέκειτο) τοῦτο διήρηταί τε, καὶ πεπέρασται, καὶ εἰς σαφὲς προέστηκε τέλος ἔχοντα νόμον.

§. ια'. Ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν καί τινα μετρίαν εἰσαγωγὴν [i] ποιήσασθαι πρὸς τοὺς ἄρτι νόμων ἁπτομένους καὶ τὴν μείζω διδασκαλίαν οὐ χωροῦντας· οὐδὲ τοῦτο τῆς ἡμετέρας ἔξω κατελίπομεν προνοίας· ἀλλὰ Τριβωνιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ, τῷ καὶ τὴν τῆς ὅλης νομοθεσίας ὑπουργίαν ἐπιτετραμμένῳ, καὶ Θεοφίλῳ γε μὴν, καὶ Δωροθέῳ τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις, καὶ σοφωτάτοις, Αντικήνσορσιν [k] εἰσκαλεσάμενοι διεταξάμεθα προσήκειν ἐκ τῶν τοῖς ἀρχαίοις ἐν εἰσαγωγαῖς συντεθειμένων τὰ κυριώτατά τε, καὶ κρατιστεύοντα, καὶ ὁπόσα τοῖς νῦν πολιτευομένοις συμφέρεται πράγμασι, ταῦτα ἐκλέξαι, καὶ ἀθροῖσαι καὶ εἰς ἡμᾶς ἀναγαγεῖν, μεμνῆσθαι δὲ καὶ τῶν ἡμετέρων διατάξεων, ἃς εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν ἔμπροσθεν πεποιήμεθα· καὶ οὕτω συντεθῆναι βίβλους τέσσαρας, πρῶτα στοιχεῖα τῆς εἰσαγωγῆς ἐσομένας, ἃς δὴ καλεῖσθαι Instituta [l] νενομίκαμεν· καὶ δὴ καὶ ταύτην τὴν νομοθεσίαν συνθέντες προσήγαγον

tes, & unam atque parem omnibus præbentes poteſtatis vim, ſeu robur: ita ut quicquid ſcriptum eſt in eo libro, id noſtra ſit ſententia: nemine audente compatare ea quæ nunc facta ſunt his quæ prius erant: quia multa & numeratu non facilia tranſpoſuimus in melius, etiamſi quid Imperiali aliqua antiquorum Imperatorum Conſtitutione in aliam dictum fuerat formam: nam nomina quidem veteribus ſervavimus, legum autem veritatem noſtram fecimus. Itaque ſi quid erat in illis ſeditioſum, (multa autem talia erant ibi repoſita) hoc deciſum eſt & definitum, & in perſpicuum finem deducta eſt quæque lex.

§. 11. Sed cum oportebat, & aliquam mediocrem iſagogem facere in eorum gratiam, qui recenter leges attingunt, nec majorem doctrinam portare poſſunt: neque hoc extra noſtram providentiam reliquimus, ſcilicet Triboniano glorioſiſſimo, qui & ad totius operis legitimi gubernationem electus eſt, necnon Theophilo, & Dorotheo magnificentiſſimis & prudentiſſimis Anticenſoribus accerſitis mandavimums: ut ſeligerent ex his, quæ apud veteres erant iſagogarum modo compoſita, ea, quæ eſſent aptiſſima, & in ipſis rerum argumentis obtinentia; utque colligerent, & nobis offerent, & ut mentionem etiam facerent noſtrarum Conſtitutionum, quas pro emendatione veteris juris promulgavimus: & ita componerent libros quatuor futuros prima clementa totius iſagoges, quos vocari Inſtituta viſum eſt, quam ſane legitimi operis partem compoſitam

nobis obtulerunt, & nos eam totam conſideratam a nobis, & perpenſam, recteque habere viſam noſtris ſenſibus non indignam eſſe judicavimus, & pro noſtris haberi Conſtitutionibus, & noſtrarum Conſtitutionum robur habere juſſimus: quod & ex his, quæ in procemiis ejuſdem voluminis diſſeruimus, omnibus manifeſtum fecimus.

ἡμῶν· καὶ ἡμεῖς ἅπασαν κατασκεψάμενοι, καὶ διακρίναντες καλῶς τι ἔχειν, καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον ἐκρίναμεν νοῦν, καὶ ἡμέτερον εἶναι καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον ἀπεφηνάμεθα, καὶ τοί γε τὴν τῶν ἡμετέρων διατάξεων ἰσχὺν ἔχειν αὐτὸ παρ' αὐτοῦ, ὧν ἐν προοιμίοις τοῦ βιβλίου διελέχθημεν ἅπασιν ἐδηλώσαμεν.

§. 12. Sic itaque omni Romani juris diſpoſitione ordinata, & in tribus integris & voluminibus, & annis tanto opere perfecto: (quod nobis ab initio omnem ſpem excedere: circa finem autem, cum jam penetrabilem eſſe rem docuimus, ne in decem quidem annis totum abſolvi poſſe videbatur) tanta ergo trium annorum celebritate conſummato opere, & hac opera Domino Deo oblata, qui dedit & pacem agere, & bella feliciter dirigere, & leges ponere præterito, præſenti, & futuro tempori: juſtum eſſe putavimus, omnibus hominibus facere manifeſtum noſtrum in his rebus ſtudium ſimul & providentiam: quomodo nempe priore ſoluti perturbatione, & confuſione, & nullum finem habente juris poſitione, uſuri ſint poſthac legibus rectis, compendioſis, & omnibus ad manum promptis, & litium compendium adferentibus, & paratis, atque expoſitis omnibus hominibus ad facilem adquiſitionem, nec amplius egentibus multis pecuniis, ut illorum inutilium librorum congerant multitudinem: ſed viliſſima pecunia, tam ditioribus, quam ex tenuiore profectis, patrimonio, copiam ſui comparandi præbentibus.

§. ιβ'. Οὕτω τοίνυν τὴν Ῥωμαίων νομοθεσίαν τάξαντες, καὶ ἐν τρισὶν τοῖς ὅλοις βιβλίοις τε καὶ ἐνιαυτοῖς πρᾶγμα τοσοῦτον ἐκπεπονηκότες· ὅπερ ἦν μετὰ τὴν ἀρχὴν ὑπὲρ ἅπασαν ἐλπίδα· τὰ δὲ δὴ τελευταῖα, μετ' ὅπερ ἡμεῖς βατὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα ἐδείξαμεν, οὐδὲ εἰς δέκατον ἔτος ὅλον συντεθῆναι προσδοκηθὲν, εἰς μόνον τριῶν ἐνιαυτῶν ἀποτελέσαντες πέρας· καὶ τῷ δεσπότῃ Θεῷ καὶ τοῦτον ἀναθέντες τὸν ἆθλον τῷ καὶ εἰρήνην ἄγειν, καὶ πολέμους κατορθοῦν, καὶ νομοθετῆσαι πάντῃ τῷ τε πρὸ ἡμῶν, τῷ τε ἐφ' ἡμῶν, τῷ τε μεθ' ἡμᾶς χρόνῳ δωρησαμένῳ· δίκαιον ᾠήθημεν, ἅπασιν ἀνθρώποις ποιῆσαι φανερὰν τὴν ἡμετέραν ὑπὲρ αὐτῶν σπουδήν τε καὶ πρόνοιαν· ὅπως ἂν τῆς ἔμπροσθεν ἀπαλλαγέντες ταραχῆς τε καὶ συγχύσεως, καὶ πέρας ἐχούσης οὐδὲν νομοθεσίας, χρήσωνται νόμοις ὀρθοῖς τε, καὶ συντόμοις, καὶ πᾶσι προχείροις, καὶ τὴν τῶν δικῶν συντομίαν ἀσπαζομένοις, καὶ προκειμένοις γε ἅπασι τοῖς βουλομένοις ῥᾳδίως εἰς κτῆσιν, οὐκ ἔτι πολλῶν δεομένοις χρημάτων, ἵνα τὸ τῶν ἀχρήστων ἐκείνων βιβλίων ἀθροίσωσιν πλῆθος. ἀλλ' ἐπ' ὀλίγῳ τιμήματι τοῖς τε πλουτοῦσιν ὁμοίως, τοῖς τε ἐξ ἐλάττονος ἐρρωμένοις οὐσίας ἄλλων τοῖς ἑαυτῶν παρεχομένοις κτήσεως.

§ ιγʹ. Εἰ δέ τι πλήθους ὄντος τοῦ καὶ νῦν ἠθροισμένου καὶ ἐκ τοσούτων μυριάδων συλλεχθέντος, δόξειεν ἔχειν ὁμοίως· (τοῦτο δὲ οἰόμεθα σπάνιον ἔσεσθαι) πλὴν ἀλλὰ τοῖς τῆς ἀνθρωπίνης ἐσχασμένοις φύσεως, οὐκ ἔξω δικαίας ἀπολογίας οὐδὲ τοῦτο δόξειεν· εἶναι τὸ γὰρ διὰ πάντων ἀνεύθυνον, θείας ἂν εἴη μόνης, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπίνης ἰσχύος, καθὰ καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν εἴρηται. πλὴν ἔστιν, ὅπη καὶ τὴν τῶν ὁμοίων προσεδεξάμεθα θέσιν, ἢ τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων τοῦτο ἀπαιτούντων τὸ δεῖν ταυτὸ πλείοσιν ἐφαρμοσθῆναι τόποις, ἢ τῷ συναναμεμίχθαι τινὶ ξένῳ τὸ δοκοῦν ὅμοιον τῷ πρόσθεν καὶ δύσκριτον αὐτοῦ τὴν διαίρεσιν εἶναι, ἢ καὶ τῷ πολλάκις φυλαχθῆναι τὸ τῆς ὅλης θεωρίας συνεχές, καὶ μὴ διασπασθῆναι τὸν νοῦν τῇ τῶν ἤδη γεγραμμένων ἀφαιρέσει ῥημάτων. πλὴν καὶ τοῦτο εἴπου καὶ προείληπται διὰ τὴν τοῦ πράγματος ἀνάγκην, ἀλλ' ἔστι βραχὺ, καὶ οὐδεμίαν ἑαυτῷ σχεδὸν προσεχόμενον αἴσθησιν.

§. 13. Si quid autem ex multitudine ea, quæ nunc congeſta eſt, & ex tantis myriadibus collecta, videbitur eſſe ſimile & geminarum, (hoc autem putamus rarum eſſe) attamen humanæ naturæ imbecillitatem conſiderantibus, non extra juſtam apologiam ne hoc quidem videbitur eſſe: in nullo enim aberrare, ſeu in omnibus inreprehenſibilem ſeu inemendabilem eſſe, divinæ utique ſolius, non autem mortalis eſt conſtantiæ, ſeu roboris, quemadmodum & a majoribus dictum eſt: deinde eſt, ubi & ſimilium adſumpſimus poſitionem: vel rebus ſubjectis id exigentibus, ut oporteret idem pluribus applicari titulis: vel quia cum extraneo loco eſſet commixtum id, quod ſimile ſuperiori videbatur, impoſſibile fuit eam ſimilitudinem detrahi: vel etiam quia ſæpe cuſtodienda fuit integra totius theoriæ ſeu viſionis continentia, nec ſeparanda, aut divellenda mens & intellectus legentium per eorum, quæ jam ſcripta fuerant, ademptionem, quin & hoc ſicubi adſumptum eſt propter rei neceſſitatem: tamen id breve eſt, nec ullum fere ſui ſenſum præbens.

§. ιδʹ. Ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἤδη νενομοθετημένων ἐν ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσιν ἐφυλάξαμεν· τὰ γὰρ ἐκείναις εἰρημένα, κατὰ τοῦτο τεθῆναι τὸ βιβλίον οὐ συνεχωρήσαμεν, πλὴν ὅσον ἐκ τοῦ ἔν τινι σπανίως περιστάσεως τῆς ὁμοιότητος αἴτιον.

§. 14. Hoc etiam ipſum, & in Conſtitutionibus jam inter imperiales Conſtitutiones relatis, & jure, quod ex his reſultat, obſervavimus: nam quæ in illis jam cauta erant, ea nec in volumine poni conceſſimus, niſi ob aliquam interdum circumſtantiam ſimilitudinis aliqua cauſa relicta eſt.

§. ιεʹ. Ἐναντίως δὲ τοῖς ἄλλοις ἔχοντα τινὰ νόμον τῶν ἐπὶ τοῦ βιβλίου τούτου κειμένων, οὐκ ἂν τις εὕροι ῥᾳδίως, εἴγε διὰ πάντων

§. 15. Contrariam autem aliis legibus legem ex his, quæ in hoc volumine poſitæ ſunt, non facile quis repererit, ſi modo ad omnes

contrarietatis fines animum intendere feſtinet. Sed ineſt aliquid diverſum, quod adſumptum, alterius generis forte hanc & illam legis poſitionem apparere faciat.

§. 16. Sed & ſi quid forte prætermiſſum eſt eorum, quæ poni debebant (forte enim & aliquid tale contigit propter humanæ imbecillitatem naturæ) multo ſane melius eſt noſtris ſubditis multis inutilibus liberari legibus dum privantur forte paucis quibuſdam, quæ videbantur idonea, myriadibus prope infinitis defoſſa & depoſita, & nemini forte mortalium animadverſa.

§. 17. Hanc enim ob cauſam tot libris (quos antea ſcribi oportebat,) deſtituti Judices, facilius ex pauciſſimis juris auctoribus, & libris ad finem litium perveniebant, & judicia decidebant, vel propter inopiam librorum, vel quia non ſufficiebant multis laboribus ad invenienda multa utilia neceſſariis, & viribus erant impares. In præſenti autem conſummatione maximus legum obtinentium congeſtus eſt numerus ex libris raris, & qui vix inveniri potuerint, & quorum nec nomina nec eruditiſſimi quidem in legibus complures homines noverant. Quotum ſane copiam ſeu materiam nobis uberrimam dictus glorioſiſſimus Tribonianus præbuit multorum librorum, & qui vix numerari poſſunt, ſuppeditata multitudine: quibus omnibus perfecte lectis, congeſta ſunt hæc volumina; ſed ex horum multis & variis hi, qui a nobis ad hoc congregati erant, cum nihil inveniſſent idoneum, aut novum ab his quæ jam congregata erant, illatio-

τὴν τῆς ἐναντιότητος ὅρων διεξελθεῖν ἀνθίστασθαι· ἀλλ' ἔστι τι τὸ διαφέρον, ὃ προσληφθὲν ἀλλοιοτέραν ἴσως παρὰ θάτερον ποιεῖ τὴν τοῦ νόμου θέσιν.

§. ις'. Εἰ δὲ καί τι τυχὸν παρεῖται τῶν τεθῆναι δεόντων· (εἰκὸς γὰρ καί τι τοιοῦτο συμβῆναι διὰ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθένειαν φύσεως) ἀλλὰ τοῦ πάντι κάλλιον ἂν εἴη, τοῖς ἡμῶν ὑπηκόοις, πολλῶν ἀπηλλάχθαι κακῶν τοῦ καταλιπεῖν ἴσως ὀλίγα τινὰ τῶν δοκούντων ἐπιτηδείων μυριάσι σχεδὸν ἀναριθμήτοις ἐγκατορωρυγμένα τε, καὶ ἀποκείμενα, καὶ οὐδενὶ σχεδὸν τῶν πάντων γνώριμα, τούτου τε ἕνεκεν διαλαθόντα ῥᾳδίως.

§. ιζ'. Τοσούτων δὲ ὄντων τῶν ἔμπροσθεν γεγραμμένων βιβλίων, ἐξ ἐλαχίστων νομοθετῶν τε καὶ βιβλίων ἐκεῖνοι τὰ τῶν ἐν δικαστηρίοις ἀγώνων· τῶν μὲν, ἐπὶ βιβλίων ἀπορίαν, τῶν δὲ, ἐπειδὴ οὐκ ἤρκουν πόνοις πλείοσιν εὑρεῖν τὰ πολλὰ τῶν χρησίμων οὐκ ἰσχυόντων. Νῦν δὲ κατὰ τὴν σύνταξιν ἠθροίσθη ταύτην πολὺς νόμων κρατούντων ἀριθμὸς ἐκ βιβλίων σπανίων, καὶ μόλις ἐξευρημένων, καὶ ὧν οὐδὲ τὰς προσηγορίας οἱ πολλοὶ καὶ τῶν σφόδρα εὐδοκιμούντων ἐπὶ νόμοις ἐγίνωσκον. ὧν δὴ τὴν ὕλην ἡμῖν ἀφθονωτάτην ὁ ῥηθεὶς ἐνδοξότατος Τριβωνιανὸς παρέσχεν, πολλῶν τε βιβλίων, καὶ οὐδὲ ἀριθμηθῆναι ῥᾳδίων παρεχόμενος πλῆθος. ὧν ἁπάντων διαρκῶς ἀναγνωσθέντων, ἠθροίσθη τὰ παρόντα βιβλία. Καὶ τοί γε οἱ παρ' ἡμῶν πρὸς τοῦτο συναθροισθέντες, πολλοῖς δὴ καὶ ἑτέροις ἐνέτυχον βιβλίοις· ἐν οἷς οὐδὲν εὑρόντες σπουδαῖον, οὐδὲ καινὸν παρὰ τὰ πρόσθεν ἠθροισμένα, τὴν ἐξ αὐτῶν εἰκότως ἀποδοκιμασίαν ἐν τῷ δὲ

τῷ

τῷ συγγράμματι τῶν νόμων εἰσφο-ρεῖν.

§. ιη. Εἰ δὲ καί τι τὸ λοιπὸν ἀμφισβητηθείη, καὶ μὴ τοῖς νόμοις τούτοις ἐγγεγραμμένον φανείη· (πολλὰ γὰρ δὴ πέφυκεν καινουργεῖν ἡ φύσις [m]) ἀλλὰ βασιλείαν ὁ Θεὸς διὰ τοῦτο καθῆκεν εἰς ἀνθρώπους, ὅπως ἂν τοῖς δεομένοις ἀεί τι διατάττουσα, τὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀοριςίαν ἀναπληροῖτο, καὶ ῥητοῖς περικλείοι νόμοις τε, καὶ ὅροις· καὶ οὐχ ἡμέτερόν γε τοῦτο λέγομεν μόνον· ἀλλ' ἤδη καὶ ὁ πάντων τῶν ἐν νομοθέταις εὐδοκιμηκότων σοφώτατος Ἰουλιανὸς αὐτὸ τοῦτο φαίνεται λέγων, καὶ τὴν ἐκ τῆς βασιλείας ἐπὶ ταῖς ἀναφυομέναις ζητήσεσιν ἐπικαλούμενος ἀναπλήρωσιν. καὶ πρός γε Ἀδριανὸς ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως· ὅτε τὰ παρὰ τῶν Πραιτώρων κατ' ἔτος ἕκαστον νομοθετούμενα, ἐν βραχεῖ τινὶ συνῆγε βιβλίῳ, τὸν κράτιστον Ἰουλιανὸν πρὸς τοῦτο παραλαβὼν [n], κατὰ τὸν λόγον, ὃν ἐν κοινῷ διεξῆλθεν ἐπὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, αὐτὸ δὴ τοῦτο φησὶν, ὡς εἴ τι παρὰ τὸ διατεταγμένον ἀνακύψειεν, προσήκειν τοὺς ἐν ἀρχαῖς τοῦτο πειρᾶσθαι διαιρεῖν καὶ θεραπεύειν κατὰ τὴν ἐκ τῶν ἤδη διατεταγμένων ἀκολουθίαν.

§. ιθ'. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντες, (φαμὲν δὲ ὑμᾶς τε, ὦ μεγάλη βουλὴ, καὶ ὁ λοιπὸς ἅπας τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἄνθρωπος) γινώσκοντες, χάριν μὲν ὁμολογεῖτε Θεῷ, τῷ τοῖς ἡμετέροις χρόνοις ἀγαθὸν τοσοῦτον φυλάξαντι· χρῆσθε δὲ τοῖς ἡμετέροις νόμοις, τῶν τοῖς πάλαι βιβλίοις ἐγγεγραμμένων προσέχοντες οὐδενὶ, οὐδὲ ἀντεξετάζοντες αὐτὰ πρὸς τὰ νῦν κείμενα· διὰ τὸ κἂν εἰ δοκοίη τινὰ πως ἀλλήλοις μὴ συμφθέγγεσθαι·

nem ex his in hoc opere faciendam optimo animo reſpuerunt.

§. 18. Si vero poſtea aliquid novi controvertetur, quod non apparebit legibus his inſcriptum: (multa enim novare novit natura) ſed Imperium Deus propter hoc impoſuit hominibus, ut emergentia & legis egentia lege definiat, & humanæ naturæ incertum repleat, & certis concludat legibus ac regulis. Neque hoc noſtrum nunc dicimus: ſed jam omnium juris Conditorum, qui olim clarueruntt, prudentiſſimus Julianus hoc ipſum videtur dixiſſe, qui & ab Imperiali auctoritate implorat fieri legum repletionem in emergentibus ambiguitatibus & quæſtionibus. Sed & D. Adrianus piæ memoriæ; quando ea, quæ a Prætoribus quotannis edicta fuerant, brevi complexus eſt libello, adſumpto ad id optimo Juliano; in oratione, quam in commune habuit in ſeniore Roma, hoc ipſum quoque ait: ut, ſi quid præter id, quod jam ordinatum eſt, emerſerit: conveniens eſt, eos, qui in Magiſtratu ſunt, illud conari decidere, & remedium imponere ſecundum eorum, quæ jam ordinata ſunt, conſequentiam, imitationem.

§. 19. Hæc igitur omnes (dicimus autem vos, magni Senatus & omnes noſtræ Reipublicæ homines) cognoſcentes, gratiam quidem confitemini Deo, qui noſtris temporibus tantum bonum ſervavit: utimini vero noſtris legibus; nulli earum, quæ veteribus libris inſcriptæ ſunt, attendentes: neque ad ea quæ nunc poſita ſunt, illas comparantes; quia etſi videantur quædam invicem non conſonare,

tamen prius illud & vetuſtius nobis ut imperfectum diſplicuit, nunc autem hoc viſum eſt debere obtinere. Nam prohibemus, illis in poſterum uti: hæc autem ſola obſervari in Republica, & obtinere concedimus & ſancimus: ita ut qui conatus fuerit ex prioribus libris, & non ex his duobus ſolis, & Conſtitutionum libro a nobis compoſitis, vel factis, uti quibuſdam legibus vel eas in judiciis legere, vel ſi quis judicaverit ex his apud ſe recitari eas paſſus: falſi reus erit, & publicorum criminum judicatus, & pœnæ addictus: quod etſi non diceremus, vel ex hoc ipſo manifeſtum eſſet.

§. 20. Sed & hoc optimum fore judicavimus, præponere Digeſtorum volumini, & veteres juris Conditores, & illorum volumina, & unde collectio facta ſit legum nunc a nobis congeſtarum: quod & fieri juſſimus: & factum eſt: & ſimul ea, quæ de his rebus conſcripta ſunt, ſupponi huic divinæ noſtræ Conſtitutioni præcepimus: ut omnibus fiat manifeſtum, & quid prioris inexperientiæ ſimul, & incertitudinis eſſet, & quid a nobis ſit adinventum. Legiſlatores autem ſeu legum Interpretes illos congeſſimus, qui apud omnes probati & recepti erant, & prioribus Imperatoribus placuerant, & qui ab his nominari meruerunt. Si enim aliquis nondum veteribus Legiſlatoribus cognitus eſt: nos & huic interdiximus hujus voluminis communicationem. Omnibus ſane hic poſitis unum ordinem & dignitatem parem dedimus: nulli cuipiam majore, quam cæteris, data prærogativa. Si enim his, quæ ab

ἀλλ' οὕτω τὸ μὲν πρότερον ἡμῖν ὡς ἀλυσιτελὲς ἀπαρέσαι, τὸ νῦν δὲ τοῦτο δόξαι κρατεῖν. Καὶ γὰρ ἀπαγορεύομεν, ἐκείνοις τὸ λοιπὸν χρῆσθαι· ταῦτα δὲ δὴ καὶ μόνα πολιτεύεσθαί τε, καὶ κρατεῖν, συγχωροῦμέν τε, καὶ θεσπίζομεν· ὡς εἴγε ἐπιχειροῖεν ἐκ τῶν ἔμπροσθεν βιβλίων, ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτων δὴ τῶν δύο βιβλίων μόνων καὶ τῶν διατάξεων τῶν παρ' ἡμῶν συντεθειμένων ἢ γινομένων, χρῆσθαι τισὶ νόμοις, ἢ τούτους ἐν δικαστηρίοις ἀναγινώσκειν, ἢ εἴγε δικάζοι, τούτων ὑπ' αὐτοῦ δεικνυμένων ἀνέχεσθαι παραποιήσεως ἔνοχος ἔσται, καὶ δημοσίων ἀδικημάτων κριθεὶς τὰ τῆς ποινῆς, εἰ καὶ μὴ λέγοιμεν, ἀλλ' αὐτόθεν πρόδηλον, ὡς ὑποστήσεται.

§. κ'. Καὶ τοῦτο δὲ ἄριστον εἶναι κρίναντες, τὸ προθεῖναι τοῦ τῶν Digeston βιβλίου καὶ τοὺς ἔμπροσθεν νομοθέτας, καὶ τὰ τούτων βιβλία, καὶ ὅθεν ἡ συλλογὴ τῶν νῦν ἡμῖν ἀθροισθέντων ἐγένετο νόμων. τοῦτο τε γενέσθαι προσετάξαμεν, καὶ δὴ καὶ γέγονεν, καὶ ἅμα γε τὰ περὶ τούτων ὑποτεθεῖναι τῇδε τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει προσεκελευσάμεθα· ὅπως ἂν ἅπασιν ἡ φανερὸν, τί μὲν τὸ τῆς προτέρας ἀπειρίας τε καὶ ἀσαφείας ἦν, τί δὲ τὸ παρ' ἡμῶν ἐξευρημένον. Νομοθέτας δὲ, ἤτοι νόμων ἑρμηνευτὰς, ἐκείνους ἠθροίσαμεν, οἳ παρὰ πᾶσιν δεδοκιμασμένοι καθεστήκεσαν, καὶ τοὺς ἔμπροσθεν ἀρέσαντες Αὐτοκράτορας, καὶ τῆς παρ' ἐκείνων τυχόντες μνήμης· εἰ γάρ τις τῶν οὐχὶ τοῖς παλαιοῖς νομοθέταις γνωριζομένων ἐστὶν, τούτῳ δὲ τῆς πρὸς τοῦτο τὸ βιβλίον μετουσίας ἀπηγορεύσαμεν. Πᾶσι γε μὴν τοῖς ἐνταῦθα κειμένοις μίαν τάξιν τε, καὶ ἀξίαν δεδώκαμεν, οὐδενὶ μείζονος αὐθεντίας παρὰ τὸν ἕτερον φιλοτιμηθείσης· εἰ γὰρ τοῖς παρ' αὐτῶν

γεγραμμένοις ἅπασι βασιλικῶν διατάξεων δεδώκαμεν ἰσχύν, τί δὴ ἐν τούτοις μεῖζόν τις, ἢ ἔλαττον ἕξει δοκεῖν;

§. κα΄. Ἐκεῖνο γε μὴν εὐθύς τε τὴν νομοθεσίαν ἀθροισθῆναι ταύτην ἐγκελευόμενοι, νῦν δὲ αὖθις αὐτὴν βεβαιοῦντες ἅπασιν ὁμοίως ἀπαγορεύομεν, τὸ μηδένα θαῤῥῆσαι μήτε τῶν νῦν ὄντων, μήτε τῶν ὕστερον ἐσομένων, τούτων δὴ τῶν νόμων ὑπομνήματα γράφειν· πλὴν εἰ μὴ βουληθεῖεν εἰς μὲν τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν αὐτὰ μεταβάλλειν, μόνῃ δὲ τῇ κατὰ πόδα καλουμένῃ χρήσασθαι τῶν νόμων ἑρμηνείᾳ· καὶ εἴ τι κατὰ τὴν τῶν ὀνομαζομένων παρατίτλων (ὡς εἰκὸς) προσγράψαι βουληθεῖεν χρείαν· ἕτερον δὲ παντάπασι μηδ᾽ ὁποιοῦν περὶ αὐτὰ πράττειν, μηδὲ αὖθις δοῦναι στάσεώς τε, καὶ ἀμφισβητήσεως, καὶ πλήθους τοῖς νόμοις ἀφορμήν· τοῦτο, ὅπερ καὶ πρόσθεν ἐπὶ τῆς τοῦ ἠδίκτου γέγονεν νομοθεσίας, ὥστε καὶ τοί γε οὕτω βραχύτατον αὐτὸ καθεστὸς, ἐκ τῆς τῶν ποικίλων ὑπομνημάτων διαφορᾶς, εἰς ἀναρίθμητον ἐκταθῆναι πλῆθος. Εἰ γάρ τι φανείη τυχὸν ἀμφισβητούμενον ἢ τοῖς τῶν δικῶν ἀγωνισταῖς, ἢ τοῖς τοῦ κρίνειν προκαθημένοις, τοῦτο βασιλεὺς ἑρμηνεύσει καλῶς, ὅπερ αὐτῷ μόνῳ παρὰ τῶν νόμων ἐφεῖται. ὡς ὅγε θαῤῥήσας παρὰ ταύτην ἡμῶν τὴν νομοθεσίαν ὑπόμνημά τι καταθέσθαι, κατὰ σχῆμα τῆς ἡμετέρας κελεύσεως ἀλλοιότερον· οὗτος ἴστω τοῖς τῆς παραποιήσεως ἐνεχόμενος νόμοις, τοῦ παρ᾽ αὐτοῦ συντεθέντος ἀφαρπαζομένου, καὶ πᾶσι διαφθειρομένου τρόποις.

illis ſcripta ſunt omnibus Imperialium Conſtitutionum dedimus robur: quid eſt, quod in his amplius, quodque minus haberi debeat?

§. 21. Illud autem, quod ſtatim, cum hanc compoſitionem legum congregari mandaremus, juſſimus: iterum & nunc ſancimus illud confirmando: omnibus ſimiliter interdicimus, ne quis audeat hominum qui ſunt nunc, aut in poſterum erunt, commentarios ſcribere harum legum, præterquam ſi velit quis in Græcam linguam hæc transferre, quem etiam volumus ſola ſecundum pedem ſeu κατὰ πόδα nuncupata uti legum interpretatione: & ſi quid ſecundum nominatorum paratitlorum (ut conveniens eſt) adſcribere voluerint uſum: aliud autem nihil omnino ne tantillum quidem circa ea facere, nec rurſum dare ſeditionis, & dubitationis, aut infinitæ multitudinis legibus occaſionem: id quod antea in antiqui edicti factum eſt ordinatione: ita ut illud breviſſimum conſtitutum ex differentium commentariorum differentia ſeu diverſitate in infinitam extenderetur multitudinem. Si quid enim forte ambiguum fuerit viſum, vel litium certatoribus, vel his qui rebus judicandis præſunt: hoc Imperatot interpretabitur recte: nam hæc facultas illi ſoli a legibus permiſſa eſt. Itaque quiſquis auſus fuerit ad hanc noſtram legum compoſitionem commentarium aliquod adjicere, alitet atque noſtræ hujus juſſionis forma præſcribit: is ſciat, quod & ipſi falſi reo legibus futuro, & quod compoſuerit, eripietur, & modis omnibus corrumpetur.

§. 22. Eadem pœna impoſita & adverſus eos, qui noris ſeu ſignis quibuſdam in ſcriptura urentur, (quæ ſigna ſinglas vocant) & qui per ea conturbare ſcripturam tentaverint, nec per rotam conſequentiam litterarum numeros, & nomina veterum Prudentum, & totam legum poſitionem ſcripſerint. Sciant etiam librorum ita ſcriptorum comparatores ſe inutilis fore libri dominos: neque enim damus licentiam talibus libris in judiciis uti, & aliquid agere: etiamſi contingat librum in ea ipſa parte quæ recitatur, nullum habere tale ſignum aut notam, ſed in alia quacunque ſui parte, quamvis ſemel tantum id admiſſum ſit. Itaque ipſe quidem eum librum pro non ſcripto prorſus habebit. Is autem, qui eum ſcripſerit, & ignoranti emptori dederit: duplum ſolvet ejus æſtimationis ei, qui ita in quantitate damnum paſſus fuerit: nihilominus infligenda criminali pœna. Hoc etenim, & in aliis Conſtitutionibus ea de re poſitis ſcripſimus, tam his quæ Latina proceſſerunt voce, quam ea quæ Græcorum lingua, quam quidem ad legum Profeſſores reſcripſimus.

§. 23. Hæc igitur volumina (Inſtitutorum & Digeſtorum dicimus) ex fine tertii noſtri feliciſſimi Conſulatus ſuum robur obtinere ſancimus, id eſt, ex ante tertium Kalendarum Januariarum præſentis duodecimæ Indictionis, in omne ævum valitura, & una cum Imperialibus Conſtitutionibus vigorem, & locum habitura tam in his quæ poſtea emerſerint, quam in his quæ in judiciis adhuc pendent, necdum amicalibus tradita ſunt tranſ-

§ κβ'. Αὐτῆς ταύτης ἐπικειμένης τῆς ποινῆς, καὶ κατὰ τῶν σημείοις τισὶν ἐν τῇ γραφῇ χρωμένων, ἅπερ σίγλας καλοῦσι, καὶ δι' αὐτῶν συνταράττειν τὴν γραφὴν ἐπιχειρούντων· ἀλλὰ μὴν δι' ὅλου τούς τε ἀριθμοὺς, τά τε ὀνόματα τῶν πάλαι σοφῶν, τήν τε ὅλην νομοθεσίαν γραφόντων. ἴστωσαν δὲ καὶ οἱ βιβλίων οὕτω γεγραμμένων κτώμενοι, ὡς ἀνόνητον ἕξουσι τὴν τούτου κτῆσιν· οὐδὲ γὰρ δίδομεν ἄδειαν τοῖς τοιούτοις βιβλίοις ἐν τοῖς δικαστηρίοις πολιτεύεσθαι, καὶ κρατεῖν, κἂν εἰ συμβαίνῃ τὸ βιβλίον ἐπ' αὐτοῦ τοῦ μέρους ὅσπερ ἀναγινώσκεται, μηδὲν ἔχειν τοιοῦτο σημεῖον, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ οἱῳδήποτε ἑαυτοῦ μέρει, κἂν εἰ πρὸς ἅπαξ εἴη τοῦτο γινόμενον· ὥστε αὐτὸς μὲν τὸ βιβλίον αὐτὸ μηδὲ γεγραμμένου παντελῶς ἕξει· ὁ δὲ τοῦτο γεγραφὼς, καὶ ἀγνοοῦντι τῷ κτησαμένῳ δοὺς, διπλασίαν καταθήσει τῆς τούτου διατιμήσεως τῷ βεβλαμμένῳ τὴν ποσότητα, οὐδὲν ἧττον ἁρμοζούσης καὶ τῆς ἐγκληματικῆς κατ' αὐτοῦ ποινῆς· τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ταῖς ἄλλαις διατάξεσι, ταῖς περὶ τούτων τεθείσαις, ἐνεγράψαμεν· ταῖς τε τῇ Ῥωμαίων προελθούσαις φωνῇ, τῇ τε τῶν Ἑλλήνων γλώττῃ, ἣν πρὸς τοὺς τῶν νόμων καθηγητὰς ἀντεγράψαμεν.

§ κγ'. Ταῦτα δὲ δὴ τὰ βιβλία (τά τε τῶν Inſtituton, τά τε τῶν Digeſton φαμὲν) ἐκ τοῦ πέρατος τῆς τρίτης εὐτυχοῦς ἡμῶν ὑπατείας κρατεῖν θεσπίζομεν· τουτέστιν ἀπὸ τῆς πρὸ τριῶν Καλενδῶν Ἰανουαρίων τῆς προιούσης δωδεκάτης ἐπινεμήσεως, εἰς τὸν λοιπὸν ἅπαντα κρατοῦντα χρόνον, καὶ ταῖς βασιλικαῖς συμπολιτευόμενα διατάξεσι· καὶ χώραν ἔχοντα ἐπί τε τῶν ὕστερον συμβησομένων, ἐπί τε τῶν ἐν δικαστηρίοις ἠρτη-

μόνον ἔτι, καὶ φιλίαις μετὰ παραδιδομένων ἀπαλλαγαῖς. ὃ γὰρ ἔμπροσθεν ἄπορον ἢ δεδικασμένον, ἢ συμβεβασμένον, ἀνακινεῖν οὐκ ἀνεχόμεθα. Ἣν δὲ τρίτην ὑπατείαν ἡμῶν ὀνομαστοτάτην δέδωκεν ὁ Θεός. Ἐφ' ἧς γε ἐπ' αὐτῆς ἥ τε πρὸς Πέρσας εἰρήνη τὸ βέβαιον ἔσχε τότε τοιοῦτο τῶν νόμων ἀνατέθειται βιβλίον, ὅπερ οὐδενὶ τῶν ἔμπροσθεν ἐξεύρηται, καὶ πρός γε ἡ τρίτη τῆς οἰκουμένης μοῖρα (τὴν ὅλην Λιβύην φαμὲν) τοῖς ἡμετέροις προσετέθη σκήπτροις, ἅπαντα ταῦτα ἐκ τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δῶρα τῆς τρίτης ὑπατείας ἡμῖν δεδομένα.

§. κδ΄. Ἅπαντες τοίνυν οἱ εὐκλεέστατοι τῆς ἡμετέρας πολιτείας Ἄρχοντες τὴν θείαν ἡμῶν ταύτην δεχόμενοι διάταξιν χρῆσθαι τοῖς προειρημένοις ἡμῶν νόμοις ἕκαστος ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν παρασκευασάτω δικαστηρίῳ· προτεθήσει δὲ αὐτὴν ἐν τῇ μεγίστῃ καὶ βασιλίδι ταύτῃ πόλει καὶ ὁ ταύτης ἐνδοξότατος Ὕπαρχος [c]. Μελήσει δὲ τῷ τε ὑπερφυεστάτῳ καὶ εὐκλεεστάτῳ ἡμῶν Μαγίστρῳ [d], τοῖς τε ἐνδοξοτάτοις καὶ πανευφήμοις Ὑπάρχοις τῶν ἱερῶν ἡμῶν Πραιτωρίων, τοῖς τε πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα τοῖς τε ἐπὶ τῆς Ἰλλυρίδος, τοῖς τε ἐπὶ Λιβύης, διὰ προστάξεων οἰκείων ἅπασι τοῖς ὑφ' ἑαυτοὺς τεταγμένοις ταῦτα ποιῆσαι καταφανῆ, πρὸς τὴν ἁπάντων τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ἀναπολόγητον γνῶσιν.

actionibus; quodcunque enim hactenus, vel judicatum vel tranſactum eſt, retractari non ſuſtinemus. Quem quidem Conſulatum tertium nobis nominatiſſimum dedit Deus: quando & ſub ipſo pax cum Perſis confirmata eſt, & hoc tantum legum volumen repoſitum eſt: quod a nemine majorum unquam excogitatum fuit: atque ad hæc tertia pars mundi (dicimus autem totam Lybiam) noſtris adjuncta eſt ſceptris: omnia hæc a ſummo Deo & Servatore noſtro JESU CHRISTO dona tertio noſtro Conſulatu indulta.

§. 24. Omnes itaque laudatiſſimi noſtræ Reipublicæ Magiſtratus Divinam hanc noſtram ſuſcipientes Conſtitutionem, ut utantur prædictis noſtris legibus, unuſquiſque in ſuo procurabit judicio. Proponet autem eam in maxima & regia hac urbe, & ejus glorioſiſſimus Præfectus. Curæ autem erit excellentiſſimo & laudatiſſimo noſtro Magiſtro, & glorioſiſſimis atque beatiſſimis Præfectis ſacrorum noſtrorum Prætoriorum; tam in his quæ ad Solem Orientem; quam his quæ in Illyride: necnon his etiam quæ in Libya ſunt; per ſua Edicta his qui ſub ipſis ordinati ſunt, & iſta facere manifeſta, ad omnium noſtrorum ſubditorum inexcuſabilem notitiam. Data XVII. Kalend. Januar. Domino noſtro JUSTINIANO perpetuo Auguſto III. CONS. 533.

[a] Εὐσεβεῖς διατάξεις] Uſque ab Edicti perpetui compoſitore Hadriano repetitas, quem & Athenienſibus jura compoſuiſſe Euſebius ſcribit. Trajanus nunquam libellis reſpondit, ne ad alias cauſas proferantur quæ ad gratiam compoſita viderentur. *Capitolinus in Macrino.*

[b] Ἀμφὶ τὰ βιβλία] *Ὡς αὐ ὄχθος εἶναι χαμήλων πολλῶν*, uti Eunapius loquitur: *ἀριθμὸν δὲ εἶχον ὡς λέγεται μυριάδων ἑξακοσίων*, ut Sudas. Γρηγόριος, *Εἰς γὰρ τρεῖς μυριάδας εἶχεν τὰ συντάγματα αὐτοῦ συναθροισθέντα. Hieronym. in Pamphilo.* Στίχος

δὲ ὁ κατὰ τὸ κοινὸν ἔθος ὀνομαζόμενος, ὁ ἀπὸ ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιὰ ἀναγινωσκόμενος. *Sudas*. Κανόνιον στίχος.

[c] Digeſta] Σχωματεῖς. *Gloſſarius Vet.* Digeſtum, διάτρωμα. *Euſeb. lib. VI. cap. XII.*

[d] Ἐντε τῶν ῥητορευόντων] Συνηγορεῖν. *Ut infra*: ῥήτορες μὲν εἰσὶ τῶν ἐνδοξοτάτων Ὑπάρχων, & Εὐσέβιος χολαστικὸς τῆς βασιλικῆς, Cedreno, (βασιλίσσης depravate vulgo) ῥήτωρ Nicephoro dicitur. Ecquot extitere diſertiſſimi quondam fori Patroni, qui hodie vulgato nomine Rhetores habentur.

[e] Ἐν τε τῷ τοὺς νόμους γράφειν διδοκιμουμένους] Michael Attaliates ſequutus Leonis Imp. de Triboniano in Baſilicis judicium, uti & Sudas Harmenop. Mathæus Monachus. Εἰ τὰ καὶ νεαρὰς πεποίηκεν ἐν ἰδιάζοντι βιβλίῳ διὰ Τριβωνιανοῦ ἐκείνου, τῆ φύσεως μὲν δεξιότητι εἰς ἄκρον ἀφικομένου παιδεύσεως, εἰς δὲ φιλοχρηματίαν δαιμονίως ἐσπουδακότος· διὸ καὶ ἐν τῷ συγγράφειν τὰς νεαρὰς πολλοὶ τῶν ἐχόντων δίκας χρήμασιν αὐτὸν ὑποφθείροντες παρέπειθον τὰ μὲν πρὸς τὸ συμφέρον αὐτῶν μεθαρμόττειν, τὰ δὲ πρὸς ἀσάφειαν καὶ διχόνοιαν χωρίζειν. Quales ſunt in vitiis Principes, tales & reliqui ſolent eſſe Palatini. *Sudas*: Πέτρος Εμισηνός. *Zonaras. Sudas*. Ἰωάννης. An ergo πάντα ἡμετέρων ἐμπεσεῖν οὐδὲν παιδευμένου προστάξειαν, interpretabimur, cui amicum, cui familiare eſt placere Principibus, uti in confirmatione Cod. Theodoſ. an quod κόλαξ καὶ ἀπατεὼν habitus ſit. *Sudas*, Τριβωνιανός.

[f] Ἐν τῇ τῶν νόμων ἀναδεδειγμένῃ πόλει] Φοινίκης κλυτὸν ἄστυ νόμων ἕδος αὐσονιήων. *Nazianzen*. Φαμὲν δὲ τὴν ἀοίδιμόν τε καὶ περιφανῆ τῶν Βηρυτίων Μητρόπολιν. *Agath. lib. I. Nicephor. Kalliſt. lib. XIIII. cap. LII. Nonnus*. Διονυσιακῶν μα´.

[g] Ἀνατολίου τε] Anatolii, Menæ, Stephani, meminit Juſtinian. *Nov. LXXII.* Leontii, Valentinianus *L. I. C. Th. de Profeſſor. qui in urbe Conſtant.* fuit & alius Anatolius τῆς νομικῆς τελουμένης παιδείας εἰς ἄκρον ἀφικόμενος, ὡς αὖ πατρίδα ἔχων τὴν Βηρυτὸν, ᾗ τοῖς τοιούτοις μήτηρ ὑπόκειται παιδεύμασι. *Eunap. in Proæreſio.*

[h] Νομοθετῶν] *Zoſimus Ἱστορίας νέας lib. I.* Ἐπίτροπον αὐτοῖς Παπινιανὸν καταλέλοιπεν, ἄνδρα δικαιότατον, καὶ ἐπὶ νόμων γνώσει τε καὶ εἰσηγήσει πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν Ρωμαίους νομοθέτας ὑπερβαλλόμενον. Nec multo poſt: Μαμαίας δὲ τῆς τοῦ Βασιλέως μητρὸς ἐπιστησάσης αὐτοῖς Οὐλπιανὸν ἐπιγνώμονα καὶ ὥσπερ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς· ἐπειδὴ καὶ νομοθέτης τε ἄριστος, καὶ τὸ παρὸν διαθεῖναι, καὶ τὸ μέλλον εὐστοχῶς συνειδεῖν δυνατός. Meminit Innocentii Eunapius, ὅσγε νομοθετικὴν εἶχε δύναμιν παρὰ τῶν τότε βασιλευόντων ἐπιτετραμμένος.

[i] Μετρίαν εἰσαγωγὴν] Mediocrem emendationem præparandam eſſe cenſuimus, ut ſub ea colorati & quaſi primitiis omnium imbuti. *Tullius Horienſio*: Ut hi qui purpuram poliunt, ſufficiunt prius medicamentis quibuſdam lanam, ſic literis talibuſque doctrinis ante excoli animos, & ad ſapientiam concipiendam imbui, & præparari decet. Depravate vulgo qui purpuram volunt. *Baſilius*: πρὸς τοὺς νέους. *Ambroſ. cap. VIII. Apolog. David.*

[k] Σοφωτάτοις ἀντικήνσορσιν] Sic περίκλυστος. *Cedreno*: τοῦ Βασιλέως, inquit, ἐπὶ περίκλυσον προϊόντος πλεούσης ὁπλιτῶν, & προκένσου γινομένου ἐν τῷ Εβδόμῳ, ἀπώλεσαν οἱ Βεστιαρῖται τὸ στέμμα τοῦ Βασιλέως.

[l] Inſtituta] Sicut indicta, petita. *Vet. Gloſſ.* Inſtituta, προοίμια καθεστάμενα. Inſtituta, ὁρίσματα, διατάξεις, τύποι. *Gloſſarius Baſilienſis*: εἰσαγωγή, Inductio, Introductio, Inſtitutio, Inſtitutum.

[m] Πολλὰ γὰρ δὴ πέφυκεν καινουργεῖν ἡ φύσις] Unde & hæc ſententia ſumpta ſit neſcio, qua aliquoties utitur in Novellis Juſtinianus.

[n] Ἰουλιανὸν πρὸς τοῦτο παραλαβὼν] Antiochum maxime Theodoſius, Arianum Alaricus, Tribonianum Juſtinianus, Sabbatium Leo cognomento Sapiens.

[o] Τῶν ὀνομαζομένων παρατίτλων] Vel ſi quid forſitam per indices & titulorum ſubtilitates adnotare maluerunt, & ea quæ παράτιτλα nuncupantur componere. *Matthæus Monachus*: Ἀλλὰ ἐπεὶ τὸ σύνταγμα τῶν Διγέστων κατ' ἐπιτομὴν, ὡς εἴρηται, συνετέθη, ἔδοξέ ποτε πολλὰ τῶν χρησιμωτέρων ἐκ τῆς ἐσπουδασμένης συντομίας παραλελεῖφθαι. Διὸ πάλιν ἐφεῦρον καὶ ἐπῆγον τὰ λεγόμενα παράτιτλα καθ' ἕκαστον τίτλον ἀναπληρώσεις ἔχοντα τῶν παραλελειμμένων χρησίμων.

[p] Ἅπερ σίγλας καλοῦσιν] Singula (quæ noſtri, ducto ab Hebræis vocabulo, Si-

phitas vocant) ſunt ſingulariæ literæ, uti Gellius loquitur *lib. xvII. cap. IX.* Vel ut Suetonius, *nota, cap. lvI. Julii Cæſaris & cap. lxxxvIII. Auguſti :* Et apud Iſidor. *lib. I. cap. de not. literar. Juſtinianus de conceptio. Digeſt.* Jubemus non per ſingulorum captiones & compendioſa ænigmata. Sic & Florentiæ editum eſt ex varietate Archetypi : unde & ſingulares, *tit. de Offic. Præfect. Prætor. Afric.* qui ſingulis, ſive, uti per apocopen dicuntur, σίγλοις ſcribunt. Nec me equidem ſententiæ hujus pœnituit poſtquam doctiſſim. virum eam non improbare legi. Sic fibula φίβλα. *Suidas :* πόρπη, ἡ παρὰ Ῥωμαίοις φίβλα. Sic Vigilia Anaſtaſio bibliothecario, βίγλα Cedreno eſt. Nicephor. περὶ παραδρομῆς πολέμου. *tit.* περὶ τῶν καμινοβιγλίων, καὶ κατασκόπων ὅλλ' ὅπω, inquit, οὐδὲ αὐτοὶ οἱ μετὰ μισθοῦ καὶ ἐπιδόνας Αρμένιοι ὄντες καλῶς τὴν τῆς βίγλας ὑπηρετοῦσι δουλείαν, ὑπὸ τῶν ἀποστελλομένων κατασκόπων χρὴ τὰς κινήσεις τῶν φοσσάτων εἰκμανθάνειν. Sic quem ἐπὶ τοῦ Κανικλείου Zonaras, Δρόμου λογοθέτην Cedrenus vocat, a cancellis puto dictum. Non diſſimiliter ab Aſpero quo Seneca & Suetonius utuntur (quod etiam in vaſis levi opponitur. *Juvenal.* Hic leve argentum, vaſa aſpera tergeat alter ; Sic *2. Vet.*) Aſprum genus Numiſmatis Turcis etiam hodie in commerciis frequens, ducitur. *Gloſſ. Niceta* ἄσπρα. σίλπνος. *Gloſſ. Baſilienſ.* Aſptum, δηνάριον λευκόν. Et Aſpratum forte, *L. Munerum. §. Patrimoniorum. D. de munerib. Florent.* Oſpratura. *Vetus Gloſſarius :* Aſpratura, κόλλυβον. An vero potius Aſperum, ſive Aſprum mavelis, διὰ τὸ λευκὸν vocaverunt ? *Gloſſ. Nicet.* ἀσπρίζειν, λευκαίνεσθαι. λευκὸς, ἄσπρος. *Gloſſ. Baſilienſ.* ἐκλευκον, Aſprum. Et ita Judæorum Archipherecitæ Aſperum Græcis laban ſive album dici notant, & Aſperi ὑδράργυρον. Et noſtris, *blanc.* Italis *bianco.* Germanis Utoeyſſ. ſive *Vroeitt.* & *Vtoeittling.* Hiſpanis, *blanca*, monetæ ſpecies eſt.

[q] Ἐν δικαστηρίοις πολιτευθῇ] Ex tali codice in judicium aliquid recitare. *Juvenalis lib.*

[r] Ἐνδοξότατος Ὕπαρχος] Et præcipue vir excelſus hujus almæ urbis Præfectus. M. Aurelius Antoninus.

[ſ] Εὐκλεεστάτῳ ἡμῶν Μαγίστρῳ] Hæc deſunt in Latina Conſtitutione. Novellæ Conſtitutiones omnes quæ ad jus civile pertinent Leonis Imp. ſcriptæ ſunt Στυλιανῷ τῷ περιφανεστάτῳ Μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων.

TITULUS DECIMUS-OCTAVUS.

DE JURIS ET FACTI IGNORANTIA.

De Milite.

I. Imp. ANTONINUS A. Maximo Militi.

QUAMVIS, cum cauſam tuam ageres, ignorantia juris propter ſimplicitatem armatæ militiæ allegationes competentes omiſeris : tamen ſi nondum ſatisfeciſti, permitto tibi, ſi cœperis ex ſententia conveniri, defenſionibus tuis uti. Dat. VII. Kalend. Maii, duobus ASPRIS CONSS. 213.

De renunciatione hereditatis.

II. Imp. GORDIANUS A. Juvenali.

CUM ignorantia juris facile excuſari non poſſis, ſi major annis vigintiquinque hereditati matris tuæ renunciaſti, ſera prece

ſubveniri tibi deſideras. Dat. XIII. Kalend. Maii, ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

De bonorum poſſeſſione omiſſa.

III. Imp. PHILIPPUS A. Marcellæ.

SI emancipata a patre, intra annum bonorum poſſeſſionem petere ceſſaſti, prætendere juris ignorantiam nullis rationibus potes. Dat. XVI. Kal. Jul. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

De diviſione & teſtamenti vitio.

IV. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. Julianæ.

SI poſt diviſionem factam, teſtamenti vitium in lucem emerſetit: ex his quæ per ignorantiam confecta ſunt, præjudicium tibi non comparabitur. Oſtende igitur hoc apud Correctorem, Virum Clariſſimum amicum noſtrum, teſtamentum, vel fide veri deficere, vel juris ratione ſtare non poſſe: ut infirmata ſcriptura, quæ teſtamenti vice prolata eſt, ſolidam ſucceſſionem obtineas. Dat. VIII. Idib. Jul. DIOCLETIANO IV. & MAXIMIANO III. AA. CONSS. 290.

De falſa reſponſione.

V. Iidem AA. & CONSTANTINUS & MAXIMIAN. Nobiliſſimi Cæſ. Martiali.

CUM falſa demonſtratione mutari ſubſtantia veritatis minime poſſit, reſpondendo id, quod paternum erat, ex maternis eſſe bonis, nihil egiſti. Dat. Prid. Kalend. Januar. DIOCLETIANO V. & MAXIMIANO IV. AA. CONSS. 293.

De promiſſione indebiti pro parte.

VI. Iidem AA. & CC. Tauro & Pollioni.

SI non tranſactionis cauſa, ſed indebitam, errore facti, olei materiam vos Archantico ſtipulanti ſpopondiſſe Rector Provinciæ animadverterit, reddito quod debetis, reſidui liberationem condicentes audiet. Dat. V. Kalend. Maii, CC. CONSS. 294.

De cauſa deciſa vel non.

VII. Iidem AA. & CC. Zoæ.

ERROR facti, necdum finito negotio, nemini nocet: Nam cauſa deciſa velamento tali non inſtauratur. Datum VI. Non. Jul. CC. III. CONSS. 300.

De

De teſtamentis.

VIII. Iidem A A. & C C. Dionyſiæ.

CUM teſtamentum nullo jure conſtiterit: ex ejus qui ab inteſtato ſucceſſit, profeſſione ſola, veluti ex teſtamento libertos per errorem profitentis, orcini vel proprii liberti, ſi non ipſius acceſſit judicium (cum errantis voluntas nulla ſit) effici non potuerunt. Dat. v. Kalend. Septemb. CC. IV. CONSS. 302.

De liberali cauſa.

IX. Iidem A A. & C C. Cajo & Anthemio.

NON idcirco minus, quod a vobis velut a liberis debitam accepiſſe pecuniam Sanius dicitur (cum nullus ſit errantis conſenſus) movere ſtatus quæſtionem prohibentur ejus heredes. Dat. VI. Id. Decemb. CC. V. CONSS. 305.

De ſolutione indebiti.

X. Iidem A A. & C C. Araphiæ.

CUM quis jus ignorans, indebitam pecuniam ſolverit: ceſſat repetitio. Per ignorantiam enim facti tantum repetitionem indebiti ſoluti competere tibi notum eſt. Dat. v. Kal. Januar. CC. VI. CONSS. 306.

De ſexu & ætate.

XI. Imp. CONSTANTINUS A. Valeriano agenti Vicariam Præfecturam.

QUAMVIS in lucro nec fœminis jus ignorantibus ſubveniri ſoleat: attamen contra ætatem adhuc imperfectam locum hoc non habere, retro Principum ſtatuta declarant. Dat. III. Kal. Maii, GALLICANO & SYMMACHO CONSS. 330.

De Conſtitutionibus Principum.

XII. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Flaviano PF. Illyrici & Italiæ.

CONSTITUTIONES Principum nec ignorare quemquam, nec diſſimulare permittimus. Dat. VI. Kal. Jun. Vincentiæ, TATIANO & SYMMACHO CONSS. 391.

De mulieribus.

XIII. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Erythrio P.P.

NE paſſim liceat mulieribus omnes ſuos contractus retractare, in his quæ prætermiſerint vel ignoraverint: ſtatuimus, ſi per ignorantiam juris damnum aliquod circa jus vel ſubſtantiam ſuam patiantur, in his tantum caſibus, in quibus præteritarum legum auctoritas eis ſuffragatur, ſubveniri. Dat. Kal. Julii, MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

TITULUS DECIMUS-NONUS.

DE PRECIBUS IMPERATORI offerendis: & de quibus rebus ſupplicare liceat, vel non.

De precibus a ſervis oblatis.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Firminæ.

LICET ſervilis conditio deferendæ precis facile capax non ſit: tamen admiſſi ſceleris atrocitas & laudabilis fidei exemplum ſuper vindicanda cæde domini tui, nobis hortamento fuit, ut Præfecto Prætorio juxta annotationis noſtræ decretum demandaremus (quem adire cura) ut auditis his quæ in libello contuliſti, & reos inveſtigare, & ſeveriſſimam vindictam juxta legum cenſuram exigere curet. Datum VIII. Id. Octobr. DIOCLETIAN. VI. & MAXIMIANO III. AA. CONSS. 296.

De exceptionibus.

II. Imp. CONSTANTINUS A. Severo P. F. V.

QUOTIES reſcripto noſtro moratoria præſcriptio permittitur, aditus ſupplicanti pandatur. Quod autem totius negotii cognitionem tollit, & vires principalis negotii exhaurit: ſine gravi partis alterius diſpendio convelli non poteſt. Nec præſcriptionis igitur peremptoriæ relaxatio petatur. Dat. x. Kal. Jun. Niceæ, PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

De damnoſis fiſco, De juri contrariis.

III. Idem A. ad populum.

NEC damnoſa fiſco, nec juri contraria poſtulari oportet. Dat. Prid. Kal. Octob. CONSTANTIO VII. A. & CONSTANTINO Cæſ. IV. CONSS. 354.

De dilatione ſolutionis.

IV. Imppp. GRATIANUS, VALENT. & THEOD. AAA. Floriano P.P.

UNIVERSA reſcripta, quæ in debitorum cauſis ſuper præſtandis dilationibus promulgantur; non aliter valeant, niſi fidejuſſio idonea ſuper debiti ſolutione præbeatur. Dat. VIII. Kal. Mart. Conſtantinop. ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

De ſententiis Præfectorum Prætorio.

V. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Voluſianum P.P.

SI quis adverſus Præfectorum Prætorio ſententias duxerit ſupplicandum, victuſque deſuerit: nullam habebit licentiam iterum ſuper eadem cauſa ſupplicandi. Dat. XV. Kalend. Octob. Romæ, VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

In AUTHENT. Ut ſponſa. lar. §. Aliud. collat. 9. tit. 2. ſeu Novell. 119. cap. 5.

QUæ ſupplicatio glorioſiſſimis Præfectis, vel eorum Conſiliariis, vel cauſas introducentibus intra decem dies poſt ſententiam offerenda eſt. Quo ſubſecuto, ſententia non aliter executioni mandabitur, niſi victrix pars dignam fidejuſſionem præbuerit tantum reſtituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, ſi legitima retractatione ſententia reſolvatur. Niſi ſub hac forma ſupplicatio porrigatur, executio cauſæ ſine fidejuſſione procedet: retractationis jure illi ſervando, qui ſe gravatum putaverit, ut intra biennium ſupplicare poſſit Imperatori.

De eo, per quem preces offeruntur.

VI. Imp. HONOR. & THEOD. AA. Iſidoro P. P.

UNIVERSIS ſimul hanc obſervantiam remittimus: ut a quocunque liberæ conditionis conſtituto, vel ſervo ſupplicante impetratum fuerit reſcriptum, minime requiratur, per quem preces oblatæ ſint. Datum III. Idib. Nov. THEOD. VII. A. & PALLADIO CONSS. 416.

De contrariis Juri.

VII. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. ad Senatum.

RESCRIPTA contra jus elicita, ab omnibus Judicibus refutari præcipimus: niſi forte ſit aliquid, quod non lædat alium, & proſit petenti, vel crimen ſupplicantibus indulgeat. Dat. VIII. Id. Novemb. Ravennæ, THEODOSIO XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 426.

De inſtrumentis. Superflua non debent inſeri ſupplicationi.

VIII. Iidem A A. Florentio P.P.

INSTRUMENTORUM exempla non proſit precibus adjunxiſſe: ſed neceſſe ſit eorum in ſupplicatione vim exprimi, ut reſponſuro Principi vera precatio rem aperiat cognoſcendam: his ſolis (cum neceſſitas exegerit) verbis precibus inſerendis, quorum de ſenſu inter partes ita dubitari contigerit, ut etiam merito noſtrum expectetur judicium. Dat. VI. Kalend. April. Conſtantin. FLORENTIO & DIONYSIO CONSS. 429.

TITULUS VIGESIMUS.

QUANDO LIBELLUS PRINCIPI datus litis conteſtationem faciat.

Reſcriptum Principis non ſolum habetur pro libello, ſed pro conteſtat. lit. & tranſit ad heredem. Bald.

I. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. Remigio P.P.

DUBIUM non eſt, conteſtationem litis intelligi, etiamſi noſtræ fuerint tranquillitati preces oblatæ: eaſque adverſus heredem quoque ejus, in quem porrectæ ſunt, vel ab herede ejus, qui meruit, exerceri. Dat. III. Kalend. April. CP. ARCADIO IV. & HONORIO AA. III. CONSS. 396.

II. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

TEMPORALES actiones, quæ per oblationem precum & ad eas reſcriptionem perpetuantur, definire neceſſarium eſſe duximus, ne quis putet ad alias etiam, quæ certis taxantur temporibus, hoc pertinere. Sciant igitur omnes, eas tantummodo per oblationem precum, & ad eas reſcripta perpetuari, quæ a Prætore conſtitutæ annali tempore coartatæ ſunt. Dat. Kalend. April. Conſtantinop. DECIO V.C. CONSS. 529.

TITULUS VICESIMUS-PRIMUS.

UT LITE PENDENTE,

vel poſt provocationem, aut definitivam ſententiam, nulli liceat Imperatori ſupplicare.

De provocatione omiſſa.

I. Imp. ALEXANDER A. Caperio.

LICET poſtquam ſupplicaſti, prius quam reſcriptum impetrares, Præſes Provinciæ vir clariſſimus pronunciaverit: cum tamen a ſententia non provocaveris, reſcriptum quod poſtea ſecutum eſſe ſuggeris, ad retrahenda ea quæ decreto terminata ſunt, non patrocinatur. Dat. Kal. Mart. LUPO & MAXIMO CONSS. 233.

De cauſa pendente vel terminata.

II. Imp. CONSTANTIN. A. Probiano ſuo ſalutem.

SUPPLICARE, cauſa pendente non licet, niſi vel actorum communium vel pronunciationis editio denegetur. Qui autem terminatam reſcripto, vel conſultatione quæſtionem, exquiſito ſuffragio, refricare conabitur, in omnem litis æſtimationem adverſario ſuo protinus condemnetur: omni venia deneganda, ſi quis contra hæc ſupplicare tentaverit. Dat. Id. Auguſt. Arelate: PP. Id. Octob. Thebeſte, SABINO & RUFFINO CONSS. 316.

De provocatione omiſſa.

III. Idem A. ad univerſos Provinciales.

QUI licitam provocationem omiſerit, perpetuo ſilere debebit: nec a nobis impudens petere per ſupplicationem auxilium. Quod ſi fecerit, deſiderio ſuo carebit, & ignominiæ pœna notabitur. Dat. Kalend. Auguſt. PP. Kal. Septemb. BASSO & ABLABIO CONSS. 331.

TITULUS VIGESIMUS-SECUNDUS.

SI CONTRA JUS VEL UTILITATEM publicam, vel per mendacium fuerit aliquid poſtulatum vel impetratum.

De omiſſione.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Gregorio.

NON idcirco minus is, cui ex noſtro reſcripto cognitio delata eſt, judicare poteſt, quod ex geſtis quædam in precibus omiſſa proponis. Dat. v. Non. Maii, DIOCLETIANO IV. & MAXIMIANO III. AA. CONSS. 290.

De mendacio.

II. Iidem AA. & CONSTANTIUS & MAXIM. CC. Statiæ.

PRÆSCRIPTIONE mendaciorum oppoſita: ſive in juris narratione mendacium reperiatur, ſive in facti, ſive in tacendi fraude pro tenore veritatis non deprecantis affirmatione datum Judicem cognoſcere debere, & ſecundum hoc de cauſa convenit ferre ſententiam. Dat. Kal. Decembr. Sirmii, CC. CONSS. 294.

Si precum falſitas arguatur.

III. Imp. CONSTANTINUS A. ad Baſſum P.P.

PUNIRI jubemus decem librarum auri multa Judices, qui veтuerint precum argui falſitatem. Dat. Kal. Octobr. CONSTANTINO A. III. & LICINIO C. III. CONSS. 313.

De eo, cui executio mandatur.

IV. Idem A. ad Pompeianum Conſularem Campaniæ.

ET ſi non cognitio, ſed executio mandatur, de veritate precum inquiri oportet: ut, ſi fraus intervenerit, de omni negotio cognoſcatur. Dat. III. Id. Novembr. Aquis, DALMATIO & ZENOPHILO CONSS. 333.

De mendacio.

V. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA. ad Senatum.

ET ſi legibus [1] conſentaneum ſacrum oraculum mendax precator attulerit, careat penitus impetratis: & ſi nimia mentientis inveniatur improbitas, etiam ſeveritati ſubjaceat judicantis. Datum VII. Id. Novembr. THEODOSIO XII. & VALENTIANO II. AA. CONSS. 426.

[1] *Et ſi legibus, &c.*] *Symmachus Papa epiſt. 2. quæ extat tom. 4. Conc. Gener. col. 1291.* Movit equidem nos, quod dilectionis tuæ relatio declaravit: namque contra regulas Eccleſiaſtici conſtituti, & adverſus reverendorum Canonum tractatum per ſubreptionem Viennenſis Eccleſiæ Pontificem de Apoſtolica, præſidente prædeceſſore noſtro, ſede culpabiliter aliqua meruiſſe. *Gelaſius epiſt. ad Anaſtaſium Auguſtum quæ extat tom. 4. Concil. Gener. col. 183.* Tuis certe legibus, Imperator, pateris nihil perire. Romano nomini nullum admittis ingeri detrimentum.

De his, quæ juri vel utilitati publicæ adverſantur.

VI. Imp. ANASTASIUS A. Matroniano P.P.

OMNES cujuſcunque majoris vel minoris adminiſtrationis univerſæ noſtræ Reipublicæ Judices monemus: ut nullum Reſcriptum, nullam Pragmaticam Sanctionem, nullam Sacram Adnotationem, quæ generali juri vel utilitati publicæ adverſa eſſe videatur, in diſceptationem cujuſlibet litigii patiantur proferri: ſed generales Sacras Conſtitutiones modis omnibus non dubitent obſervandas. Dat. Kal. Jul. Conſtan.

TITULUS VIGESIMUS-TERTIUS.

DE DIVERSIS RESCRIPTIS & Pragmaticis Sanctionibus.

De cauſa communi.

I. Imp. ALEXANDER A. Supero.

SI libellum de communi cauſa, tu fraterve tuus dediſtis: quamvis reſcriptum ad unius perſonam directum ſit, utrique tamen proſpectum eſt. Dat. Id. Jul. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De duratione reſcripti.

II. Imp. CLAUDIUS A. Epagato.

FALSO adſeveratur, auctoritatem Reſcriptorum devoluto ſpatio anni obtinere firmitatem ſuam non oportere: cum ea, quæ ad jus reſcribuntur perennia eſſe debeant: ſi modo tempus, in quo allegari vel audiri debent, non ſit comprehenſum. Dat. VII. Kalend. Novembr. ANTIOCHIANO & ORPHITO CONSS. 271.

De originalibus & exemplis.

III. Impp. DIOCL. & MAXIM. AA. Criſpino Præſidi Provinc. Phœniciæ.

SANCIMUS, ut authentica ipſa atque originalia Reſcripta, & noſtra etiam manu ſubſcripta, non exempla eorum inſinuentur. Dat. Prid. Kal. April. ANNIBALIANO & ASCLEPIODOTO CONSS. 292.

De beneficiis perſonalibus ſine die & Conſule.

IV. Imp. CONSTANTINUS A. ad Lyſitanos.

SI qua beneficia perſonalia ſine die & Conſule fuerint deprehenſa, auctoritate careant. Dat. v. Kaſ. Auguſt. Samariæ, PROBIANO & JULIANO VV. CC. CONSS. 322.

De adminiſtrationibus & dignitatibus.

V. Imppp. VALENTIN. THEODOS. & ARCADIUS AAA. ad Nicentium Præfectum annonæ.

SACRILEGII inſtar eſt ſuper quibuſcumque adminiſtrationibus vel dignitatibus promulgandis, divinis obviare beneficiis[1]. Dat. Kal. Febr. Mediolani, ARCADIO A. & BAUTONE CONSS. 385.

[1] *Sacrilegii inſtar eſt, &c. divinis obviare beneficiis*] *Vegetius lib. 2.* Rurſus tanti Imperatoris non obedire mandatis plenum ſacrilegii videbatur atque peccatum.

De ſacro Encauſto.

VI. Imp. LEO, Hilariano Magiſtro officiorum & Patricio.

SACRI affatus[1], quoſcumque noſtræ manſuetudinis in quacumque parte paginarum ſcripſerit auctoritas, non alio vultu penitus, aut colore, niſi purpurea tantummodo inſcriptione luſtrentur: ſcilicet ut cocti muricis & triti conchilii ardore[2] ſignentur: Eaque tantummodo fas ſit proferri vel dici Reſcripta in quibuſcumque judiciis, quæ in chartis ſive membranis ſubnotatio noſtræ ſubſcriptionis impreſſerit[3].

tat[1]. Hanc autem ſacri encauſti confectionem nulli ſit licitum aut conceſſum habere, aut quærere, a quocunque ſperare: eo videlicet, qui hoc aggreſſus fuerit Tyrannico ſpiritu, poſt proſcriptionem bonorum omnium capitali non immerito pœna plectendo. Dat. VI. Kal. April. JORDANE & SEVERO CONS. 470.

[1] *Sacri affatus*] *Claudius Mamertinus pro Conſulatu Gratiarum actione Juliano.* Dignatus oſculo oris illius divinis affatibus conſecrati dexteram dedit. Illam dexteram immortale pignus virtutis & fidei. *Claudianus epiſtola ad Olibr.* Quid rear affatus quod non mihi dirigis ullos. Nec redit alterno pollice ducta ſalus.

[2] *Cocti muricis & triti conchilii ardore*] *Cornutus in Satyr. 2. Perſ.* Vitiato murice, cocto vel fracto conchilio quo purpura tingitur. *Perſ. Satyra 2.* Et Calabrum coxit vitiato murice Vellus.

[3] *Quæ ſubnotatio noſtra ſubſcriptionis impreſſerit*] *D. Chryſoſtomus.* Si de regreſſu ab Aſia, ſi forte aliqua cauſa ſacra explicanda eſt, cum obtuleris preces & ſubſcriptionem acceperis ſacram, non requiris quali calamo ſubſcripſerit Rex, neque in quali charta, neque quali quove atramento; ſed unum ſolummodo quæris ſi Rex ſubſcripſerit.

De clauſula, Si preces veritate nitantur. 1. *De pragmaticis ſanctionibus.*

VII. Imp. ZENO A. Sebaſtiano P. P.

UNIVERSA reſcripta, ſive in perſonam precantium, ſive ad quemlibet Judicem manaverint; quæ vel adnotatio, vel quævis Pragmatica Sanctio nominentur; ſub ea conditione proferri præcipimus, Si preces veritate nitantur: Nec aliquem fructum precator oraculi percipiat impetrati, licet in judicio adſerat veritatem, niſi quæſtio fidei precum Imperiali beneficio monſtretur inſerta. Nam & vir magnificus Quæſtor, & viri ſpectabiles Magiſtri ſcriniorum, qui ſine præfata adjectione qualecunque Divinum reſponſum dictaverint; & Judices qui ſuſceperint, reprehenſionem ſubibunt: Et qui illicite dicta ſcribere auſi fuerint, cujuſcunque ſcrinii Memoriales, ſeu Pragmaticarii, vel Adjutores Primicerii, amiſſione cinguli feriantur.

§. 1. Pragmaticas præterea Sanctiones non ad ſingulorum preces ſuper privatis negotiis proferri: ſed ſi quando Corpus, aut Schola, vel Officium, vel Curia, vel Civitas, vel Provincia, vel quædam Univerſitas hominum ob cauſam publicam fuderit preces, manare decernimus: ut in his etiam veritatis quæſtio reſervetur. Dat. X. Kalend. Januar. Conſtantinopol. poſt Conſulatum BASILISCI II. & ARMATII. 477.

De ſubſcriptione Quæſtoris.

In AUTHENT. Ut Divinæ juſſiones ſubſcriptionem habeant glorioſiſſ. Quæſt. col. 8. tit. 15. al. 10. Novell. 114. cap. 1.

GLorioſiſſimi quoque Quæſtoris ſubſcriptio eſt neceſſaria: in qua contineatur, & inter quos, ad quem Judicem, & per quem ſacrum dirigatur oraculum: alioquin a nullo Judice ſuſcipiatur: & qui contra fecerit, xx. lib. auri plectatur, & ejus officium ſimili pœna percellatur.

TITULUS VIGESIMUS-QUARTUS.

DE STATUIS, ET IMAGINIBUS.

De Judicibus.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. A A. Theodoro P. P.

SI quis Judicum accepiſſe æneas, vel argenteas, vel marmoteas ſtatuas[1], extra Imperiale beneficium, in adminiſtratione poſitus, detegetur: emolumenta, quæ accepit in ea poſitus dignitate, quam polluit, cum extortis titulis[2], vel præſumptis in quadruplum fiſco noſtro inferat: ſimulque noverit exiſtimationis ſuæ pœnam ſe ſubiturum. Nec eos ſane a periculo pudoris haberi volumus immunes, qui adulandi ſtudio[3], aut metu inconſtantis ignaviæ[4] tranſire, quæ ſunt interdicta, tentaverint. Dat. XII. Kalend. Januar. Mediolani, HONORIO A. IV. EUTYCHIANO CONSS. 398.

[1] *Æneas ſtatuas*] *Vetus lapis.* Signum æneum voto ſuſcepto incumbit vobis recenſeatis Præfecto omnes ſtatuas. Statuæ olim erectæ venia a Principe impetrata. *Plinius lib. 1. epiſt. 17.* Eſt adhuc curæ hominibus fides, & officium. Sunt qui defunctorum quoque amicos agant. Titinius Capito ab Imperatore noſtro impetravit, ut ſibi liceret ſtatuam L. Syllani in foro ponere.

[2] *Extortis titulis*] *Lampridius in Alexandro.* Statuas & coloſſos locavit omnibus titulis & columnis æreis quæ geſtorum ordinem continerent. *Titus Livius lib. 23.* Signa cum titulo laminæ ære inſcripto munificum pro militibus qui captivi in prælio fuerant, votum voviſſe.

[3] *Adulandi ſtudio*] *Orthoguns. Manut. 307.* Nam ut hæc eſſent judicio, jam poſito Magiſtratu, ſtatuam patrono præſtantiſſimo teſtimonium gratulationis exſolvimus, cum res non adulatione, privato ſed judicio poſito in otio & quiete reddatur.

[4] *Metu inconſtantis ignaviæ*] *Metellus Numidia apud Priſcianum lib. 8. 93.* Nam ut aliis plerumque obveniat Magiſtratu ob metum ſtatuæ polliceantur.

Quæ ſervantur in ſtatuis, vel imaginibus Principibus erigendis.

II. Impp. THEOD. A. & VALENT. C. Aëtio P.P.

SI quando noſtræ ſtatuæ, vel imagines eriguntur[1]; ſive diebus, ut adſolet, feſtis, ſive communibus, adſit Judex ſine adorationis ambitioſo faſtidio[2]: ut ornamentum diei & loco[3], & noſtræ recordationi ſui probet acceſſiſſe præſentiam. Dat. III. Non. Maii. THEODOS. A. XI. & VALENTINIANO Cæſare CONSS. 425.

[1] *Noſtra ſtatuæ vel imagines eriguntur*] *Tertullianus Apologet. cap. 50.* Et tamen illis omnibus & ſtatuas defunditis, & imagines inſcribitis, & titulos inciditis in æternitatem quantum de monumentis poteſtis. *D. Chryſoſtomus in Pſalm. 50.* Imagines ſubſcriptiones habent deorſum fixas minii colore, in quibus ſcriptum eſt qui Rex atque Æra. *Auctor Commentarii in Paulum ſub Divi Ambroſii nomine editus in cap. 2. epiſt. ad Coloſſenſ.* Sicut abſente Imperatore imago ejus habet au-

ctoritatem, præſente non habet. *Capitolinus in Gordiano 1048.* Neque imagiues ejus tolleret, neque ſtatuas deponeret.

[2] *Adſit Judex ſine adorationis ambitioſo faſtidio*] *D. Hieronymus 3. in Daniel.* Judices & Principes ſæculi qui Imperatorum ſtatuas adorant & imagines, hoc ſe facere intelligant, quod tres pueri nolentes facere placuerunt Deo. *Plinius libro decimo ep. 87. quæ eſt ad Trajanum Imperatorem:* Cum præeunte me Deos appellarem, & imagini tuæ quam propter hoc fuerant cum ſimulacris numinum afferri thure, & vino ſupplicarent. *Nazianzenus in Julian. 360.* Imagines Imperatorum adoraſſe Chriſtianos. *Socrates libro ſexto Hiſtor. Eccleſ. cap. 18.* Argentea ſtatua Eudoxiæ Auguſtæ ſupra columnam purpuream erecta fuerat, amicta muliebri ſtola. Stabat hæc in edita baſi, nec admodum contigua Eccleſiæ quæ Sophia cognominatur, nec ab ea procul diſſita: ſed inter utramque media duntaxat plateæ via preterjecta erat. Ad eam ſtatuam popularium ludus celebrari conſueverant, &c.

[3] *Ornamentum diei & loco*] *Suidas in Gratiano:* Id eſt, ut probet præſentia ſua acceſſiſſe diei vel loco, & noſtræ recordationi ornamentum.

De privata collatione.

III. Idem A A. & C. Florentio P.P.

IN noſtræ Serenitatis imaginibus, ac ſtatuis erigendis privatæ collationis [1] injuriam propulſari præcipimus, ne quid in eis ſuum collator cognoſcat. Dat. III. Non. Aprilis THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

[1] *Privata collationis*] *Vetus lapis Orthographia 460.* ære conlato.

De ſumptibus.

IV. Iidem A A. & C. ad Nonum Comitem, & Magiſtrum officiorum.

ET virtutum præmia tribui merentibus convenit, & aliorum honores aliis damnorum occaſionem [1] fieri non oportet. Idcirco, quoties vel Judicibus noſtris, vel cuilibet alii ſtatua fuerit a quocunque Collegio, ſeu Officio, vel in hac ſacratiſſima civitate, vel in Provinciis poſtulata [2]: nequaquam ex deſcriptione ſumptus colligi patimur; ſed ejus, cujus ad honorem petitur, expenſis propriis [3] ſtatuam collocari præcipimus. Dat. V. Kalend. April. THEODOS. A. XVIII. & ALBINO CONSS. 444.

[1] *Aliorum honores aliis damnorum occaſionem*] Honori tributum.

[2] *Quoties ſtatua fuerit poſtulata*] *Apuleius lib. 3.* Libello miſſo per quem poſtulabat locum celebrem ſtatuæ meæ. *Vetus lapis orthograph. 313.* Poſtulante populo ſtatuam publice poni placuit.

[3] *Expenſis propriis*] *Lipſius in Tacitum 53.* Impetrata venia ab ordine Peruſinorum, optimo maximoque Principi de ſua pecunia ſtatuam poſuit.

TITULUS VIGESIMUS-QUINTUS.

DE HIS QUI AD STATUAS CONFUGIUNT.

Qui confugerunt ad ſtatuas Principis, ab omni violentia debent eſſe tuti. Salic.

I. Impp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cyneſio P.P.

QUI ad ſtatuas[1], vel vitandi metus, vel creandæ invidiæ cauſa, confugerint, ſi certas habuerint cauſas, quibus confugere ad Imperatoria ſimulacra debuerint, jure ac legibus vindicentur. Sin vero probati fuerint artibus ſuis invidiam inimicis creare voluiſſe, ultrix in eos ſententia proferatur. Dat. Prid. Non. Jul. Conſtantinop. HONORIO N. P. & EVODIO CONSS. 386.

[1] *Qui ad ſtatuas, &c.*] *D. Chryſoſtomus Homil. 25. ad Neophit.* Regnantium ſtatuæ quæ ſine cauſa ſunt atque ſermone nonnunquam confugientibus ad ſe hominibus anima atque ratione decoratis ſubvenire conſueverunt; non quia ſunt ære confectæ, ſed quia retinent imaginem Principalem. *Idem.* Complectuntur quidem ſtatuarum pedes, quæ figuram & imaginem præferunt Imperatorum. *Tacitus lib. 3. Hiſt.* Inſedebat teterrimo cuique licentia impune probra & invidiam in bonos excitandi arrepta imagine Cæſaris. *Hormiſda epiſtola 70. ad Poſſeſſores quæ extat tom. 4. Concil. Generab. col. 1551.* Non illos potuimus monitis, non manſuetudine, non auctoritate comprimere: in publicum uſque prodiere conventum ad concurſionem quietis circa Regum etiam ſtatuas inclamantes; & niſi fidelis populi conſtantia reſtitiſſet, per diabolicæ nefanda ſemina zizaniæ apud illos & diſcordias commoviſſent.

TITULUS. VIGESIMUS-SEXTUS.

DE OFFICIO PRÆFECTI PRÆTORIO Orientis, & Illyrici.

De libelli datione.

I. Imp. ALEXANDER A. Theodoro.

LIBELLUS Præfecto Prætorio[1] datus pro litis conteſtatione haberi non poteſt. Dat. Prid. Kalend. Octobris, AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

[1] *Præfecto Prætorio*] *Mamertinus grat. actione ad Julianum:* At cum me Prætoriis præfeciſti, & Provincias de te egregie meritas meæ fidei tutelæque commiſiſti, mandaſti, &c.

De formis P. P.

II. Idem A. Reſtituto.

FORMAM a Præfecto Prætorio datam [1], etſi generalis ſit, minime legibus vel conſtitutionibus contraria; ſi nihil poſtea ex auctoritate mea innovatum eſt; ſervari æquum eſt. Dat. Idib. Auguſt. SEVERO & QUINTIANO CONSS. 236.

[1] *Formam a Præfecto Prætorio datam*] *Caſſiodorus lib. 6. Formul. 2.* Pene eſt ut leges poſſit condere, quando ejus reverentia poteſt negotia ſine appellatione finire. *Capitolinus in Antonino Pio.* Neque de Provinciis, neque de ullis actibus quicquam conſtituit, niſi quod ad amicos retulit, atque ex eorum ſententia formas compoſuit.

De Judicibus mutandis, & furibus puniendis, & relatione ad Principem.

III. Imppp. VALENT. THEOD. ARCAD. AAA. Tatiano P. P.

SI quos Judices, vel propter adverſam & longinquam corporis valetudinem, vel propter negligentiam, aut furtum, vel ſimile aliquod vitium Sublimitas Tua inutiles eſſe repererit: his ab adminiſtratione remotis, & vice eorum aliis ſubrogatis, furibuſque pœnis legitimis ſubactis, ad noſtræ Manſuetudinis ſententiam non crimina ſed vindicta referatur. Dat. v. Idus Decemb. Cap. ARCAD. & BAUTONE CONSS. 385.

Cognitio de Jure ordinario.

IV. Idem A A. Addeo Comiti & Magiſtro utriuſque militiæ.

DE ordinario Judice ſemper illuſtris eſt cognitio Præfecturæ: licet militari viro ab eo facta fuerit injuria. Dat. Prid. Kal. Jan. Conſtantin. THEOD. A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

De reſcriptis.

V. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Anthemio P. P.

SI qui poſthac velut indebitis oneribus gravati, ad preces crediderint convolandum, ſive de naviculariis rationibus, ſive tranſvectionibus; reſcripta, quæ de omnibus his atque hujuſmodi ordinationibus emitti contigerit, ad Sedem ſublimitatis tuæ reſcribantur. Dat. Idib. Decembris, STILICONE II. & ANTHEMIO CONSS. 405.

Quidam libri notant hic deſiderari Græcam Conſtitutionem, Ejus Epitomen ex Ecl. Baſilicon putat Leunclavius hanc eſſe.

VI.

PRÆFECTORUM prima ſit ante univerſos ſedes: poſt eos Senatorum.

ΟἹ Ἔπαρχοι προκαθεζέσθωσαν ὅλων· καὶ μετ' αὐτοὺς οἱ Συγκλητικοί.

TITULUS VIGESIMUS-SEPTIMUS.

DE OFFICIO PRÆFECTI PRÆTORIO Africæ, & de omni ejuſdem Diœceſeos ſtatu.

De Judicibus civilium adminiſtrationum & officiis eorum.

I. In nomine Domini Jeſu Chriſti.

Imperator Cæſar Flavius Juſtinianus, Alamanicus, Gotthicus, Germanicus, Francicus, Anticus, Alanicus, Wandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclitus, Victor ac Triumphator, ſemper Auguſtus, Archelao Præfecto Prætorio Africæ.

QUAS gratias, aut quas laudes Domino Deo noſtro Jeſu Chriſto exhibere debeamus, nec mens noſtra poteſt concipere, nec lingua proferre. Multas quidem & antea a Deo meruimus largitates, & innumerabilia circa nos ejus beneficia confitemur, pro quibus nihil dignum nos egiſſe cognoſcimus: Præ omnibus tamen hoc, quod nunc omnipotens Deus per nos pro ſua laude, & pro ſuo nomine demonſtrare dignatus eſt, excedit omnia mirabilia opera[1], quæ in ſeculo contigerunt, ut Africa, per nos tam brevi tempore reciperet libertatem[2], antea nonaginta quinque annos a Vandalis captivata[3]: qui animarum fuerant ſimul hoſtes, & corporum; nam animas quidem diverſa tormenta atque ſupplicia non ferentes, rebaptizando ad ſuam perfidiam transferebant: corpora vero liberis natalibus clara, jugo barbarico duriſſime ſubjugabant: ipſas quoque Dei Sacroſanctas Eccleſias ſuis perfidiis maculabant: aliquas vero ex eis ſtabula fecerunt[4]: Vidimus venerabiles viros, qui abſciſſis radicitus linguis ſuas pœnas miſerabiliter loquebantur. Alii vero poſt diverſa tormenta per diverſas diſperſi Provincias vitam in exilio peregerunt. Quo ergo ſermone, aut quibus operibus dignas Deo gratias agere valeamus, qui per me ultimum ſervum ſuum, Eccleſiæ ſuæ injurias vindicare dignatus eſt, & tantarum Provinciarum populos a jugo ſervitutis eripere? Quod beneficium Dei Anteceſſores noſtri non meruerunt: quibus non ſolum Africam liberare non licuit, ſed & ipſam Romam viderunt ab eiſdem Vandalis

captam, & omnia Imperialia ornamenta [1] in Africam exinde tranſlata. Nunc vero Deus per ſuam miſericordiam non ſolum Africam, & omnes ejus Provincias ſibi rradidit, ſed & ipſa Imperialia ornamenta, quæ capta fueranr ablata nobis reſtituit. Ergo poſt tanta beneficia quæ nobis Divinitas contulit, hoc de Domini Dei noſtri miſericordia poſtulamus, ut Provincias quas nobis reſtiruere dignatus eſt, firmas & illæſas cuſtodiat, & faciat nos eas ſecundum voluntatem ſuam ac placitum gubernare: ut univerſa Africa ſentiat omnipotenris Dei miſericordiam, & cognoſcanr ejus habitatores a quam duriſſima captivitare & jugo barbarico liberati, in quanta libertate ſub feliciſſimo noſtro imperio degere meruerunt. Hoc etiam deprecantes exoramus ſanctæ & glorioſæ ſemper Virginis & Dei Genitricis Mariæ precibus: ut, quicquid minus eſt Reipublicæ noſtræ, per nos ulrimos ſervos ſuos reſtituat in ſuo nomine Deus, & dignos nos faciat ſervitium ejus adimplere.

§. 1. Deo itaque auxilianre pro felicitare Reipublicæ noſtræ per hanc divinam legem ſancimus, ut omnis Africa quam nobis Deus præſtitit, per ipſius miſericordiam optimum ſuſcipiat ordinem, & propriam habeat Præfecturam: ut ſicut Oriens, atque Illyricum; ita & Africa, prætoriana maxima poreſtate ſpecialiter a noſtra clementia decoretur. Cujus ſedem jubemus eſſe Carthaginem, & in præfatione publicarum chartarum præfecturis aliis ejus nomen adjungi: quam nunc tuam excellentiam gubernare decernimus.

§. 2. Et ab ea auxilianre Deo ſeptem Provinciæ cum ſuis Judicibus diſponantur: quarum Tingi & quæ Proconſularis [6] antea vocabatur, Carthago & Byzacium ac Tripolis rectores habeant conſulares: reliquæ vero, id eſt, Numidia & Mauritania, & Sardinia a Præſidibus cum Dei auxilio gubernentur.

§. 3. Et in officio quidem tuæ magnitudinis, necnon pro tempore viri magnifici Præfecti Prætorio Africæ trecentos nonaginta ſex viros per diverſa ſcrinia & officia militare decernimus. In officiis vero Conſularium ac Præſidum quinquaginta homines per ſingula officia eſſe ſancimus.

§. 4. Quæ vero emolumenta, ſive magnificentia tua, ſive Conſulares, & Præſides, & quod unuſquiſque ex officio eorum de publico conſequi debeat, noritia ſubter annexa declarat.

§. 5. Optamus ergo, ut omnes Judices noſtri ſecundum voluntatem & timorem Dei, & noſtram electionem atque ordinationem ſic ſuas adminiſtrationes gubernare ſtudeant; ut nullus eorum, aut cupiditati ſit deditus, aut violentias aliquas vel ipſe inferat, vel judicibus aut officiis eorum, aut quibuſcumque aliis collatoribus inferre permittat. Licet enim per omnes Provincias noſtras (Deo juvante) feſtinemus, ut illæſos habeant collatores; maxime tamen tributariis Diœceſeos Africanæ [7] conſulimus, qui poſt tantorum temporum captivitatem meruerunt, (Deo juvante,) per nos lumen libertatis adſpicere [8].

Ergo jubemus omnes violentias & omnem avaritiam ceſſare, & juſtitiam atque veritatem circa omnes noſtros tributarios reſervare. Sic enim & Deus placabitur, & ipſi poſſunt celerius, ſicut collatores alii, noſtræ Reipublicæ relevari, atque florere.

§. 6. Sportulas enim ab officio, tam viri magnifici Præfecti Prætorio Africani, quam reliquorum Judicum ſic exigi jubemus, quomodo in noſtris legibus eſt diſpoſitum, & ab omni Republica noſtra cuſtoditur: ut nullus audeat quocumque tempore, vel quocumque modo earum excedere quantitatem.

§. 7. Hoc etiam præſenti ſanctione credimus ordinandum, ut non multa diſpendia pro completione chartarum, vel codicillorum, vel in noſtro laterculo, vel in ſcriniis Præfecti Prætorio per Africam Judices ſuſtinere videantur: quia, ſi ipſi diſpendiis læſi non fuerint, nullam habebunt neceſſitatem ejuſdem noſtræ Africæ tributarios prægravandi. Jubemus ergo, ut Judices Diœceſeos Africanæ tam civiles quam militares in noſtro laterculo pro codicillorum atque chartularum promotionis ſuæ conſuetudinibus nihil ultra ſex ſolidos præbeant: at vero in ſcrinio Præfectorum non ultra duodecim ſolidos cogantur inferre. Quem modum ſi quis exceſſerit, ipſe quidem Judex triginta librarum auri diſpendio ſubjacebit: officium vero ejus non ſolum ſimile diſpendium, ſed & capitale periculum ſuſtinebit. Nam ſi aliquis ex quacumque parte auſus fuerit juſſiones noſtras excedere, & non feſtinaverit cum Dei timore eas ſervare: non ſolum dignitatis aut ſubſtantiæ periculum ſuſtinebit, ſed etiam ultimo ſupplicio ſubjacebit.

§. 8. Et eſt notitia Deo auxiliante. Pro annonis & capitu pro tempore Præfecto Prætorio per totam Africam, auri libras centum. Pro annonis Conſularium auri libras XX. Pro annonis Cancellariorum auri libras VII. Item officiis ejus ita. In ſcrinio primo hominibus decem pro annonis XVIII. pro capit. ſol. XII. Fiunt ſol. CXLVIII. Item Numerario, pro annonis ſolid. V. & pro capit. ſol. IIII. Fiunt ſol. XLVI. Secundo pro an. III. annuos ſol. V. & pro capit. VII. cap. ſol. V. & pro capit. II. cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XVI. III. vero & IV. ad ann. L. ann. ſolid. V. & ad cap. L. capit. ſolid. IV. Fiunt XXIV. Reliquis III. ad ann. L. ann. ſolid. V. & ad capit. L. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXVIII. In ſcrinio ſecundo, ut ſupra ſcriptum eſt. In ſcrinio tertio, ut ſupra ſcriptum eſt. In ſcrinio quarto, ut ſupra ſcriptum eſt. In ſcrinio primi ſcrinii, quod eſt ſubadjuvæ hominibus X. ann. XIV. cap. XII. Fiunt ſolid. CXVI. ſcilicet. Ita primi ſcrinio pro ann. III. ann. ſolid. V. & pro cap. II. capitu ſolid. IV. Fiunt ſolidi XXIII. Secundo, pro ann. II. ann. ſolidi, ut ſupra ſcriptum eſt, & pro cap. capit. ſolid. ut ſupra ſcriptum eſt, & fiunt ſolidi XVI. Tertio & quarto pro ann. I. annona ſolidorum, ut ſupra ſcriptum eſt, & pro cap. I. cap. ſolidorum, ut ſupra ſcriptum eſt. Fiunt ſol. XXIII. Reliquis hominibus VI. ad ann. I. annona ſolidi V. & pro capitu capit. ſolid. IV. Fiunt ſolidi LVIII. In ſcrinio Commenta-

mentarienſis hominibus XII. ann. XVII. cap. IV. Fiunt ſolidi CLIII. Primo Commentarienſi, ann. III. ſolid. V. pro capit. II. capit. ſol. IV. Fiunt ſolidi XXIII. Sequentes homines III. ad ann. II. ann. ſolid. V. pro cap. II. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolidi XLVIII. Reliqui homines VIII. ad ann. I. ann. ſolid. V. & cap. I. capit. ſolid. IX. Fiunt ſolid. XXVII. In ſcrinio ab actis hominibus X. ann. XIV. cap. XII. ſolid. CXVIII. Ita primo ann. III. pro ann. I. ſolid. VI. cap. II. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXIII. Secundo & tertio ad an. ſecun. ann. ſolid. V. & ad capit. II. cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXXII. Reliquis XVII. ad ann. I. ſolid. V. ad capit. I. capit. ſolid. VIII. Fiunt ſolid. LXIV. In ſcrinio libellorum hominibus VII. ann. VI. cap. VI. Fiunt ſolidi V. pro cap. II. cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XVI. Secundo II. pro anno ſolid. V. pro capit. I. ſolid. IX. Fiunt ſolid. XII. Reliquis hominibus IV. ad ann. I. ann. ſol. V. & ad capit. I. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXXVI. In ſchola exceptorum hominibus LX. ann. LXXIV. capit. LXII. ſolid. DCVIII. Ita primo & ſecundo ann. III. pro anno ſolid. V. & ad cap. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XLVI. Aliis hominibus VI. ad ann. II. ann. ſolid. V. ad cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolidi CXVI. Reliquis hominibus X. ad ann. I. ann. ſolid. V. & ad capit. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. CXV. Reliquis hominibus XLIV. ad ann. I. ſolid. V. & ad capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. CCCLXXXIX. In ſchola ſingularium hominibus L. ann. III. capit. I. ſolid. CCCCLXXIII. Ita I. ann. II. ann. ſolid. V. capit. I. capit. ſolid. III. Fiunt ſolid. XXXIV. Secundo, tertio & quarto ad ann. V. ſolid. V. & ad capit. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXXIV. S. Reliquis XLVI. ad ann. I. ſolid. V. & cap. I. cap. ſolid. IV. Fiunt ſol. CCCCXVIII. In ſchola mittendariorum hominibus L. ann. LII. S. capit. L. ſolid. CCCCXLII. Ita primo ann. II. ann. ſol. V. & ad capit. I. cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XIX. Secundo, tertio & quarto ad ann. I. ann. ſolid. V. & ad cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXXIII. S. Reliquis hominibus XLVI. ad ann. I. ſol. V. & ad cap. I. cap. ſolid. IV. Fiunt ſolidi CCCXXIV. In ſchola curſorum hominibus XXX. ann. XXII. S. cap. XXX. ſolid. CCXXXII. Ita primo ann. ann. ſolid. V. cap. I. cap. ſol. IV. Fiunt ſolidi XVII. Secundo, tertio & quarto ad ann. I. S. ann. ſolid. V. & ad capit. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXXIV. S. Reliquis hominibus XXVI. ad ann. I. ann. ſolid. V. & ad cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolidi CCXXXIV. In ſchola nomenculatorum hominibus XXII. ann. ſolidi V. capitu XII. ſolid. IV. Fiunt ſolidi CXV. Ita primo anno ann. ſolid. V. capit. I. S. capit. ſolidos IV. Fiunt ſolid. XVI. Reliquis hominibus XI. ad ann. I. ann. ſolid. V. & ad capit. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XCIX. In ſchola ſtratorum hominibus VI. ann. VII. capit. VI. ſolid. LIX. Ita primo anno, ann. ſolid. V. cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolidi XIV. Reliquis hominibus V. ad ann. I. ann. ſolid. V. & ad cap. I. capit. ſolid. IX. Fiunt ſolid. XLV. In ſchola Prætorianorum hominibus decem ann. XII. capit. XI. ſo-

lid. XCVII. Ita primo annonæ pro ann. II. ſolid. V. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XVI. Reliquis hominibus IX. ad ann. I. pro ann. ſolid. V. capit. I. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. LXXI. In ſchola draconariorum hominibus X. ann. II. cap. X. S. ſolid. CCVI. Ita primo ann. pro ann. ſolid. XIV. capit. I. pro capit. I. ſolid. IV. Fiunt ſolidi XVI. Reliquis hominibus IX. ad ann. I. pro ann. ſolid. V. capit. I. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſol. LXXX. In ſcrinio operum hominibus XX. ann. XXIV. cap. XXI. ſolid. CCXXIV. Ita primo ann. III. pro ann. ſolid. V. cap. II. pro capit. ſolid. VIII. Fiunt ſolid. XXIV. Reliquis hominibus III. ad ann. II. pro ann. ſolid. V. & ad capit. I. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. LXII. Reliquis aliis hominibus VI. ad ann. I. pro ann. ſolid. V. & ad capit. I. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſol. XC. In ſcrinio arcæ hominibus XX. ann. XXVIII. capit. XXI. ſolid. CCXXIV. Ita primo anno III. pro ann. ſolid. V. capit. II. pro cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXIII. Reliquis hominibus IV. ann. II. pro ann. ſol. V. & ad capit. I. pro cap. ſol. IV. Fiunt ſolid. XLII. Reliquis aliis hominibus VI. ad ann. II. ſolid. V. & ad cap. I. pro cap. ſol. IV. Fiunt ſolid. LXVIII. Reliquis aliis hominibus CX. ad ann. I. pro ann. ſol. V. & ad capit. I. pro cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XC. In ſchola Chartulariorum hominibus L. ann. LVIII. cap. II. pro capit. ſol. IV. Fiunt ſolid. XXIV. Ita primo anno III. pro ann. ſolid. V. cap. II. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXIII. Reliquis hominibus III. ad ann. II. pro ann. ſol. V. & ad capit. I. pro cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XLVIII. Reliquis aliis hominibus VI. ad ann. I. pro ann. ſolid. V. & ad capit. I. pro capit. ſol. IV. Fiunt ſol. XLIX. Reliquis hominibus XL. ad annum primum pro ann. ſol. V. & ad cap. I. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. CCCLX. Fiunt homines CCCXCVI. anno CCCCXCVIII. ſol. II. CCCCXC. capit. CCCCXX. Fiunt ſolid. IV. LXXIII. III. DCLXXXII. Item pro anno cap. & capit. cenſualium ſolid. CCCCXLIX. Officiorum ejus ſolid. CLX. poreſt medi hominibus V. ann. XLVIII. capit. XVIII. ſolid. CCCCXVIII. Ita primo ann. pro ann. XV. capit. V. ſol. V. Secundo pro ann. X. capit. V. ſolid. LXX. Reliquis hominibus III. ad ann. VIII. & ad cap. II. ſolid. CL. Grammaticis hominibus II. ad ann. X. & ad cap. II. ad ſolid. LXX. ſortiras. Oratoribus hominibus II. ad ann. X. cap. V. ad ſolid. LXX. Hæc igitur, quæ pro diſpendiis civilibus Judicibus Africæ, eorumque officiis, id eſt, tam Scriniariis ampliſſimæ ejus Præfecturæ, quam Cohortalibus, per hanc divinam conſtitutionem ſtatuimus; Tua Magnitudo cognoſcens, ex Kal. Septemb. futuræ tertiædecimæ Indictionis effectui mancipari, obſervarique procuret, atque Edictis publicis omnibus innoteſcat: His ſcilicet, qui ordinati fuerint a tua ſublimitate ſecundum præſentem divinam Conſtitutionem, firmitatem ſui ſtatus in perpetuo habituris. Nam Deo juvante de militaribus Judicibus, & de officiis eorum, & de alio noſtro exercitu per

aliam Sanctionem ſtatuemus. Dat. Conſtantinop. Domino noſtro Juſtiniano P.P.

[1] *Excedit omnia mirabilia opera*] *Sigebertus ann. 530.* In Africa quidam Orthodoxi Epiſcopi, linguis ſibi excilis radicitus a Vandalis, poſtmodum clare loquendo multis miraculo fuere. *Marcellinus Comes in Chronico:* Juſtiniano Aug. 4. & Paulino Coſſ. Provincia Africa, quæ in diviſione orbis terrarum a pleriſque in parte 3. poſita eſt, volente Deo vindicata eſt. *Procopius lib. 1. de bello Vandalico cap. 20. Beliſarium Carthaginem ingredientem ſic deſcribit :* Carthaginem ingreditur, ac nihil uſquam hoſtile nactus, Palatium aſcendit; ubi ſedit in Gelimeris ſolio. *Cap. 8. ejuſdem libri:* Mul[illegible] linguam faucium tenus abſcidit, qui noſtra etiam ætate ſuperſtites, Biſantii explanate loquebantur. *Victor Uticenſis Vandalicæ perſecutionis lib. 3.* Comitem quemdam cum iracundia dirigens præcepit ut in medio foro congregata illuc omni Provincia, linguas eis, & manus dextras radicitus abſcidiſſet. Quod cum factum fuiſſet, Spiritu Sancto præſtante, ita locuti ſunt, & loquuntur quomodo antea loquebantur. *D. Gregorius Dialog. 3. cap. 32.* Juſtiniani quoque Auguſti temporibus: dum contra Catholicorum fidem exorta a Vandalis perſecutio Ariana in Africa vehementer inſaniret, quidam in defenſione veritatis Epiſcopi fortiter perſiſtentes ad medium ſunt deducti. Quos Vandalorum Rex verbis ac muneribus ad perfidiam flectere non valens, tormentis frangere poſſe ſe credidit. Nam cum eis in ipſa defenſione veritatis ſilentium indiceret, nec tamen ipſi contra perfidiam tacerent, ne tacendo forſan conſentiſſe viderentur, raptus in furorem eorum linguas abſcindi radicitus præcepit. Res mira, & multis nota ſenioribus: quia ita pro defenſione veritatis etiam ſine linqua loquebantur, ſicut prius loqui per linguam conſueverant. *Evagrius lib. 4. Hiſtor. Eccleſ. cap. 14. Et duobus ſequentibus, capite autem 14. de linguis abſciſſis & ſine lingua loquentibus rem ſic narrat:* quibuſdam vero linguas juſſit abſcindi. Hos a ſe viſos eſſe teſtatur Procopius, cum profugi veniſſent Conſtantinopolim, ſeque illos perinde loquentes audiviſſe, ac ſi nihil paſſi eſſent.

[2] *Africa per nos tam brevi tempore recipere libertatem*] *Procopius lib. 2. de bello Vandalico cap. 7.* Multa quidem alia ſupra ſpem omnem poſita, ætates omnes præteritæ viderunt accidere, & conſequentes videbunt: quandiu eadem erit humanæ vitæ conditio. Fiunt enim quæ non poſſe fieri videbantur; & quæ habita ſæpe ſunt impoſſibilia, poſtea cum extiterunt, admirabilitatis plurimum habuere. Num autem iis quæ hic narrantur, ſimilia aliquando contigerint, mihi non eſt promptum dicere. Quantum eſt quod quina advenarum millia, tot enim equites qui ſoli bellum geſſere cum Vandalis, ſecum advexerat Beliſarius, cum portum in quem appellerent, non haberent, Gizerici abnepotem, ejuſque regnum divitiis, ac militibus pollens everterint tam brevi tempore. Mirandum profecto ſeu fortunæ, ſeu virtutis opus.

[3] *Antea nonaginta quinque annos a Vandalis captivata, &c.*] *Procopius lib. 2. de bello Vandalico, cap. 30.* Præterquam quod cum ubertima ſit regio, frugibuſque ad vitæ uſus maxime neceſſariis abundet, proventum pecuniæ, quam inde conficiebant, nunquam alio annonæ cauſa diſtraxerant; ſed ibi congeſſerant, prædiis fruiti per annos XCV. quandiu Vandali in Africa regnarunt. Itaque auctæ in immenſum divitiæ in manus Romanorum eo die redierunt; quo edita pugna fugati, caſtriſque exuti ſunt Vandali, elapſo ab exercitus Romani in urbem Carthaginem adventu trimeſtri ſpatio, jamque ad dimidium acto menſe ultimo quem Romani Decembrem vocant.

[4] *Ex eis ſtabula fecerunt*] *Procopius lib. 1. de bello Vandalico cap. 8.* Vandali vel primis caſtris, cum equos ceteraſque pecudes in Chriſtianorum templis ſtabulaſſent effuſa ad quidvis audendum licentia, nullum injuriæ fœdæ genus intermiſerunt. *D. Hieronymus in Epitaphio fabiola :* Ecce ſubito diſcurrentibus nuntiis Oriens totus intremuit: ab ultima Mæotide inter glacialem Tanaim, & Maſſagetarum immanes populos, ubi Caucaſi rupibus feras gentes Alexandri clauſtra

cohibent, erupiſſe Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc illucque volitantia, cædis pariter ac terroris cuncta complerent, &c.

5 *Imperialia Ornamenta*] *Procopius lib. 2. de bello Vandalico cap. 9.* In ſpoliis videre erat quæcunque regiis uſibus addici ſolent: ſellas aureas, vehicula uxoris Principis, mundi gemmei ingentem vim, pocula ex auro, epularem omnem ſupellectilem Regis, talentorum argenti multas myriadas, & magnam regiorum vaſorum copiam: quæ Gizericus, ut ſupra memoravimus, in Romano Palatio compilaverat. In his vaſa Judæorum erant, quæ Titus Veſpaſiani filius, poſt Hieroſolymorum excidium, Romam cum aliis aſportarat.

6 *Proconſularis*] *Salvianus de Carthagine.* Illic honor Proconſularis, illic quotidianus Judex, & recte nomine quidem Proconſul, ſed opibus Conſul. *Vetus lapis orthographus 632.* Proconſuli Provinciæ Africæ vice ſacra judicanti, eidemque Judici ſacro per Provinciam Proconſularem & Numidiam, Biſacium ac Tripolim, itemque Mauritaniam Sitiſenſem & Cæſarienſem perfuncto officio.

7 *Tributariis Diœceſeos Africanæ*] *Procopius lib. 2. de bello Vandalico cap. 8.* Et quoniam vectigalia jam in litteris, & Codicibus litterariis reperiri non poterant, prout olim perſcripta fuerant a Romanis, quippe illa ſuppreſſerat ipſo regni ſui initio Gizericus, & omnino ſuſtulerat; Tryphonem atque Euſtatium Auguſtus miſit, cuique tributum deſcripturos pro portione, quod Afris immodicum, & intolerabile viſum eſt.

8 *Lumen libertatis adſpicere*] *Theophan. in Juſtinian. pag. 165. editionis regiæ:* Beliſarius porro Carthagine ſine labore potitus milites his verbis hortabatur. Quam proſpere vobis cuncta cedunt, cum nimirum moderate & temperanter erga Libyæ populos nos geſſimus vos videtis: nunc ut eadem moderatio in urbe Carthagine ſervetur, efficite: nullus injuſte civem excipiat, nullus alterius rem per nefas tractet aut rapiat. Plurima quippe a Vandalis barbaris viris paſſos iſtos cives Imperator noſter liberaturos nos miſit, opem laturos, ac denique reddituros libertatem.

De Judicibus militaribus, & officiis eorum.

II. Idem A. Beliſario Magiſtro militum per Orientem.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ad omnia conſilia omneſque actus ſemper progredimur: per ipſum enim jura Imperii ſuſcepimus: per ipſum pacem cum Perſis in æternum confirmavimus [1]: per ipſum acerbiſſimos hoſtes, & fortiſſimos Tyrannos dejecimus: per ipſum multas difficultates ſuperavimus: per ipſum Africam defendere, & ſub noſtrum imperium redigere, nobis conceſſum eſt: per ipſum quoque, ut noſtro moderamine recte gubernetur, & firme cuſtodiatur, confidimus. Unde per ejus gratiam etiam civilium adminiſtrationum Judices, & officia ſingulis Africanis Provinciis conſtituimus: attribuentes quidem emolumentum, quod unuſquiſque percipere debeat. Ad ejus igitur Providentiam etiamnum animum noſtrum referentes, & armatas militias, & Duces militum ordinare diſponimus.

§. 1. Sancimus itaque, ut Dux militum Tripolitanæ Provinciæ in Leptimagnenſi [2], civitate ſedes interim habeat. Dux vero Byzacenæ Provinciæ & in Capſa [3], & altera Lepte [4] civitatibus interim ſedeat. Dux vero Numidiæ Provinciæ in Conſtantinenſi [5] civitate ſedes interim habeat. Dux autem Mauritaniæ Provinciæ in Cæſarienſi [6] civitate interim ſedeat.

§. 2. Jubemus etiam: ut in trajectu, qui eſt contra Hiſpaniam*, qui Septa dicitur*, quantos providerit Tua Magnitudo, de militibus una cum Tribuno ſuo homine prudente, & devotionem ſervante Reipublicæ noſtræ, per omnia conſtituas, qui poſſint & ipſum trajectum ſemper ſervare, & omnia, quæcunque in partibus Hiſpaniæ, vel Galliæ, ſeu Francorum aguntur, viro ſpectabili Duci denunciare, ut ipſe tuæ magnitudini referat. In quo trajectu etiam dromones*, quantos provideris, ordinari facias.

§. 3. In Sardinia autem jubemus Ducem ordinari: & eum juxta montes, ubi Barbaricæ gentes videntur ſedere, habentem milites pro cuſtodia locorum, quantos & ibi Tua Magnitudo providerit.

§. 4. Et omnes diligenter pro commiſſis ſuæ cuſtodiæ Provinciis invigilent, & ab omni hoſtium incurſione ſubjectos noſtros tueantur illæſos: & feſtinent die nocteque Dei invocando auxilium, & diligenter laborando, uſque ad illos fines Provincias Africanas extendere, ubi ante invaſionem Vandalorum, & Maurorum Reſpublica Romana fines habuerat, & ubi cuſtodes antiqui ſervabant: ſicut ex clauſuris & burgis oſtenditur. Maxime autem civitates, quæ prope clauſuras & fines antea tenebantur, cum eſſent ſub Romano Imperio conſtitutæ, auxiliante divina miſericordia cum hoſtes per partes expelluntur, feſtinent comprehendere, atque munire: & in illis Duces & milites per partes accedant, ubi antea fines & clauſuræ Provinciarum erant, quando integræ Africanæ ſervabantur ſub Romano Imperio Provinciæ, quod Deo annuente (cujus auxilio nobis reſtitutæ ſunt) ſperamus cito noſtris provenire temporibus; & ut in ſecuritate & pace Provinciæ cum antiquis finibus integre ſerventur, & vigiliis ac laboribus devotiſſimorum militum, & cura ſpectabilium pro tempore Ducum cuſtodiantur illæſæ: quoniam ita convenit, ut ſemper cuſtodes fines Provinciæ ſervent: ne detur hoſtibus licentia incurrendi aut devaſtandi loca, quæ noſtri ſubjecti poſſident.

§. 5. Quantos autem milites, ſive pedites, ſive equites, per unumquemque limitem collocari oportet ad cuſtodiendas Provincias & civitates, Tua Magnitudo, prout conſideraverit ordinet, & nobis referat: ut, ſi prævidérimus ſufficientem eſſe ordinationem, confirmemus eam: ſin autem perſpexerimus, & aliquid amplius fieri, ut eam augmentemus.

§. 6. Quid autem Dux ſtipendiorum nomine pro ſe ſuiſque hominibus, & quid ejus officium conſequetur; hoc in ſubdita declaratur notitia.

§. 7. Sicut ergo prædictum eſt, interim nunc Duces ac milites ſecundum noſtram diſpoſitionem in locis, ſeu civitatibus, in quibus juſſimus, ſedeant, donec Deo auxiliante nobis ac Reipublicæ noſtræ per labores noſtros in illis locis conſtitui poſſint, in quibus uniuſcujuſque Provinciæ antiquus limes conſtitutus erat, quando florente Romana Republica memoratæ Provinciæ integræ tenebantur.

§. 8. Pro limitaneis vero ordinandis neceſſarium nobis eſſe videtur, ut extra Comitatenſes milites, qui per caſtra ſunt, milites limitanei

conſtituantur, qui poſſint, & caſtra, & civitatis limites defendere, & terras colere: & ut alii Provinciales videntes eos per partes, ad illa loca ſe conferant. Et exemplum fecimus unius numeri limitaneorum: ut ſecundum exemplum, quod nos miſimus, per caſtra & loca, quæ providerit tua magnitudo, eos ad ſimilitudinem noſtri exempli ordinet: ſic tamen, ut ſi inveneris de Provinciis idonea corpora, aut de illis, quos antea milites habebant; limitaneorum conſtituas in numero, in unoquoque limite: ut ſi aliqua forſitan commotio fuerit, poſſint ipſi limitanei ſine Comitatenſibus militibus, una cum Ducibus ſuis adjuvare loca, ubi diſpoſiti fuerint non longe limitem exeuntes, nec ipſi limitanei, nec Duces eorum; ut nullum etiam diſpendium a Ducibus, vel Ducianis prædicti limitanei ſuſtineant, nec aliquas ſibi conſuetudines de eorum ſtipendiis per fraudem ad ſuum lucrum convertant. Hæc autem non ſolum in limitaneos volumus obſervari, ſed etiam in Comitatenſes milites.

§. 9. Et unumquemque Ducem & Tribunos eorundem militum jubemus, ut ſemper milites ad exercitationem armorum teneant, & non concedant eos divagari, ut, ſi quando neceſſitas contigerit, poſſint inimicis reſiſtere, & nullum audeant Duces aut Tribuni commeatalem de ipſis dimittere: ne dum ſibi lucrum ſtudent conficere, incuſtoditas noſtras relinquant Provincias. Nam ſi uſurpaverint memorati Duces, vel officia eorum, ſeu Tribuni, commeatalem de militibus relinquere, aut aliquod lucrum de eorum emolumentis ſibi acquirere: hoc non ſolum in quadruplum jubemus publico rependere, ſed etiam dignitate eos privari. Magis enim debent, & Duces & Tribuni ſupra deputata ſibi emolumenta ſecundum labores ſuos de noſtra largitate remunerationem ſperare, & non de commeatis militum, aut eorum ſtipendiis lucrum ſibi acquirere: quoniam ideo ordinati ſunt milites, ut per ipſos Provinciæ vindicentur: præcipue cum ſufficienter & ipſis Ducibus, & eorum officiis emolumenta præſtitimus, & ſemper providimus unumquemque ſecundum labores ſuos ad meliores gradus, & ad majores dignitates perducere.

§. 10. Poſtquam vero Deo placuerit, & per tuam magnitudinem limes omnis in antiquum ſtatum pervenerit, & bene ordinatus fuerit; tunc ubicunque neceſſitas emerſerit, viri ſpectabiles Duces invicem ſibi, quando uſus exegerit, auxilium præbeant: ut Provinciæ, ſeu limites eorum vigiliis & laboribus (Deo juvante) illæſi cuſtodiantur.

§. 11. Sicut autem jubemus audaces & feroces contra inimicos ac milites noſtros eſſe: ſic volumus eos mites & benevolos circa collatores noſtros exiſtere, & nullum damnum, nullamque læſionem in eos efficere. Sin autem quiſquam de militibus auſus fuerit, quamcumque læſionem tributariis noſtris inferre: periculo viri ſpectabilis Ducis, ſeu Tribuni & Principis digna vindicta afficiatur, ut indemnes tributarii noſtri cuſtodiantur.

§. 12. Si vero pro quibuſdam cauſis interpellatio apud noſtros Ju-

dices facta fuerit: jubemus non amplius ſportularum nomine, quam noſtris legibus definitum eſt, executores accipere, pœnam eiſdem legibus inſertam ex tranſgreſſione formidantes.

§. 13. Cum autem Deo annuente Africanæ noſtræ Provinciæ per tuam magnitudinem, ſecundum noſtram diſpoſitionem ordinatæ, & limites in antiquum ſtatum reducti; & omnis Africa ſic detenta fuerit, ſicut erat: cum ergo hæc omnia (Deo juvante) præſente Tua Magnitudine, diſpoſita & perfecta fuerint, & per labores tuos, antiquos fines omnes Africa receperit; & docuerit nos de omni ordinatione totius Africanæ Diœceſeos: id eſt, quanti & qui milites, in quibus locis, vel civitatibus conſtituti ſunt, & quanti limitanei, & in quibus locis & militiis collocati ſunt: tunc jubemus Tuam Magnitudinem ad noſtram Clementiam remeare.

§. 14. Interea vero ſi aliquas civitates, ſeu caſtella per limites conſtituta providerit Tua Magnitudo nimiæ eſſe magnitudinis, & propter hoc non poſſe bene cuſtodiri: ad talem modum ea conſtrui diſponat, ut poſſint per paucos bene ſervari.

§. 15. Cum autem Magnitudo Tua, omnibus diſpoſitis, ad nos remeare juſſa fuerit; tunc Duces uniuſcujuſque limitis; quotiens pro componendis civitatibus, aut caſtris, & pro diſpendiis ſuis, aut pro annonis aliquod opus habuerint, celerius ad virum magnificum Præfectum per Africam ſignificent: ut ipſe, quæ neceſſaria fuerint, feſtinet facere, ne aliqua protractio Provinciis noceat.

§. 16. Ea vero, quæ ipſe fecerit, vel quæ adhuc neceſſario procuranda ſunt poſtea, & memoratus vir magnificus Præfectus Prætorio Africæ, & viri ſpectabiles Duces, & de aliis omnibus, quæ ibi aguntur, frequenter ad nos referant: ut benefacta confirmemus, & quæ oportunius debent fieri, ex noſtra diſpoſitione peragantur.

§. 17. Hoc etiam decernimus, ut Judices, qui ordinandi ſunt per Africanos limites, nihil amplius in ſacratiſſimo Palatio cuilibet perſonæ, aut dignitati, vel in Prætorio per Africam Præfecturæ & Magiſteriæ poteſtati præbeant, niſi quantum ſubter annexa declarat notitia: nam ſi quis amplius, quam in ſubita notitia taxatum eſt, uſurpaverit, ſeu acceperit, triginta libras auri multæ dependat nomine, cum quo & periculo indignationis Noſtræ Serenitatis ſubjacebit, nulla alia qualibet perſona, aut dignitate, aut officio accipiente aliquid ab eis, præter illos quorum nomina in ſubjecta notitia continentur.

§. 18. Ad hoc jubemus, ut (Deo juvante) unuſquiſque Dux ſeu eorum officia, ſecundum quod notitia ſubterannexa continet, emolumenta ſua ex tributis Africanæ Provinciæ ex Kal. Septembris inſtantis feliciſſimæ tertiæ decimæ Indictionis percipiant.

§. 19. Et hæc notitia, Deo volente, debet delegari Ducibus, & eorum officiis in Africa conſtitutis pro annonis, & capitu per ſingulos annos præbendis. Ita Clariſſimo viro Duci Tripolitanæ Provinciæ, & ho-

minibus ejus ſingulis ſol. v. cap. CLIX. ſingulis cap. ſol. DCCLXXXIII. Adſeſſori Ducis, & officio ac hominibus ejus, XL. ann. XCVI. S. ſing. ann. cap. ſol. VI. Simul fiunt pro ann. & cap. ſol. DCLXXIV. Dividuntur ſic, Adſeſſori in ann. VIII. cap. IV. Primicerio in ann. VIII. cap. II. Ducenariis III. ad ann. VI. ſol. fiunt ann. capitis fiunt capitum cap. Centenariis VI. ann. v. ſunt. Fiunt ann. IV. & ad cap. I. fiunt ann. XVI. & ad cap. III. fiunt cap. VIII. Circitoribus IX. ſemis. Aliis XI. ad ann. I. S. fiunt ann. XIV. ſunt, & ad cap. III. fiunt cap. XI. Item viro clariſſimo Duci Byzacenæ Provinciæ, & hominibus ejus ann. CXC. ſingulis in ann. ſol. V. cap. CLVIII. ſingulis cap. ſol. X. Simul fiunt pro ann. cap. ſol. DCLXX. omnes dividuntur ſic, Adſeſſori in an. VII. cap. IV. Primicerio in ann. V. cap. II. Numerario in ann. VI. cap. III. Ducenario IV. ad ann. III. fiunt cap. III. Centenariis VI. ann. ann. XV. & cap. I. fiunt cap. VII. Circitoribus IX. ad an. fiunt an. XIII. & ad cap. III. fiunt C. VII. Circitoribus IX. ad ann. II. fiunt XVIII. & ad cap. fiunt an. XIII. cap. IX. ſemis. Alii XI. ad ann. III. fiunt an. XIII. S. & ad cap. XI. Item viro clariſſimo Duci Numidiæ Provinciæ, & hominibus ejus ann. CXC. ſingul. ann. ſolid. VIII. cap. CLVIII. ſingulis cap. ſol. IX. Simul fiunt pro ann. & cap. ſolid. CCCLI. XXXIV. Adſeſſori Ducis & officio ejus hominibus XL. ann. & cap. ſolid. v. cap. XLIX. ſinguli cap. ſolid. III. cap. XLVII, II. ſingulis cap. ſol. III. Simul fiunt pro ann. & cap. ſol. CLXIV. S. Dividuntur ſic, Adſeſſori in ann. XIII. cap. VI. Primicerio ann. cap. III. Numerario in annum IV. Fiunt ad ann. XVI. & ad cap. centenariis ad ann. XI. S. Fiunt duodecim. & ad cap. capita VI. Biarchis VIII. Circitoribus IX. ad an. II. fiunt an. CXXVII. & ad cap. III. fiunt cap. VIII. ſemis. Aliis XI. ad ann. II. fiunt an. XVI. ſunt XV. & ad III. fiunt cap. XI. Item viro clariſſimo Duci Mauritaniæ Provinciæ & hominibus ejus ann. CXC. ſingulis an. ſolid. V. cap. ſolid. CC. CLX. XXXV. Adſeſſori Ducis, & officio ejus hominibus XL. an. XCVI. S. fiunt ſimul pro ann. & cap. ſol. DCLXX. III. S. Dividuntur ſic: Adſeſſori in ann. IX. capit. IV. Primicerio in ann. V. cap. I. Numerario in ann. cap. VII. Ducenariis III. ad ann. III. S. fiunt ann. & capit. III. fiunt capit. II. Centenariis III. ad an. III. S. fiunt an. & cap. III. fiunt cap. II. Centenariis IX. ad ann. X. & ad capit. III. fiunt cap. V. Biarchis VIII. Circitoribus ad an. VIII. fiunt ann. XVIII. & ad cap. fiunt capit. III. fiunt cap. XI. Item viro clariſſimo Duci Sardiniæ inſulæ, & hominibus ejus ann. CXC. ſingulis ann. ſolidi CCLXXXII. Adſeſſori Ducis, & officio ejus hominibus XL. ann. XCVI. S. ſingulis ann. ſolid. capit. XLVIII. ſingulis capit. ſolid. IX. Simul fiunt pro ann. & cap. CL. CLXXXVI. Dividuntur ſic, Adſeſſori ann. IX. & cap. III. Primicerio in an. II. cap. III. Numerario in an. cap. III. Ducenariis IV. ann. III. ſunt ann. XVI. & cap. III. ſunt & cap. IX. Circitoribus IX. an. III. Fiunt an. XXIX. & cap. III. fiunt cap. IX. Circitoribus IX. ann. III. fiunt ann. IV. cap. IX.

cap. IX. ſemiſ. Aliis XI. ad ann. XVI. ſunt & ad capit. III. fiunt cap. XI.

§. 20. Noritia conſuetudinum, quas in ſacro laterculo, & in Prætorio ampliſſimæ Præfecturæ per Africam, & in officio Magiſtri militum, pro tempore Dux præbere debet uniuſcujuſque militis, ſic: In ſacro laterculo ſol. VI. In officio Magiſteriæ militum poteſtatis pro inſinuandis adminiſtrationis ſuæ divinis noſtræ Sereniratis adfatibus ſolid. 12. In officio ampliſſimæ Præfecturæ per Africam pro inſinuandis ejuſdem chartis, ſolid. XII.

§. 21. Gloria itaque tua, quæ per hanc Pragmaticam ſanctionem noſtra ſtatuit æternitas, effectui ea mancipati obſervarique præcipiat.

§. 22. Emiſſa lex Idib. Aprilis C.P.D.N. Juſtiniano P.P. A. IV. & Paulino V.C.Conſſ.

§. 23. Et hæc noritia, Deo volente, debet delegari Judicibus, & eorum officiis in Africa conſtitutis pro annonis, & capitu per ſingulos annos præbendis. Item viro clariſſimo Duci Tripolitanæ Provinciæ, & hominibus ejus anno nonageſimo ſingula annona ſolidos quinque capit. centum quinquaginta novem ſingulis cap. ſolidos ducentos octoginta duos: Adſeſſori Ducis, & officio ac hominibus ejus quadraginra annis nonaginta & ſeptem. Item viro clariſſimo Duci Byzacenæ, & hominibus ejus ſimilirer. Item viro clariſſimo Duci Numidiæ, & hominibus ejus ſimiliter. Item viro clariſſimo Duci Mauritaniæ Provinciæ & hominibus ejus ſimiliter. Item Duci Sardiniæ, & hominibus ejus ſimiliret.

§. 24. Item notitia conſuetudinum, quas in ſacro laterculo, & in Prætorio ampliſſimæ Præfecturæ per Africam, & in officio Magiſtri militum pro tempore Dux præbere ſolet uniuſcujuſque limitis, ſic: In ſacro laterculo ſex ſolidos. In officiis Magiſteriæ militum poteſtatis pro inſinuandis divinis adminiſtrationibus, ſeu divinæ ſereniratis affatibus, ſolidos duodecim: pro officio ampliſſimæ Præfecturæ per Africam pro inſinuandis ejus chartis ſolidos duodecim.

§. 25. Gloria itaque tua, quæ per hanc Pragmaticam ſanctionem noſtram ſtatuuntur, æternitatis effectui mancipari obſervarique præcipiat.

[1] *Pacem cum Perſis in æternum confirmavimus*] *Procopius lib. 1. de bello Perſico cap. 22.* Hac arte cicuratus, & delinitus Choſroës, pacem perpetuam ſpopondit hiſce conditionibus; ut ſibi detenaria CX. rumerarentur; &c. *Et paulo poſt:* Ità confecta pax eſt perpetua, annum principatus agente ſextum Juſtiniano.

[2] *Leptimagnenſi*] Lectimagenſi, Leptimagnæ, Leptimanenſi, Leptimagneſi ſic variant quinque veteres Codices noſtri ſummæ antiquitatis, quorum duo in Bibliotheca Peleteriana.

[3] *Capſa*] *Victor. de Perſecut. Vandal.* De territorio Capſenſis civitatis.

[4] *Altera Lepte*] *Theophan. in Juſtinian.* Οὕτως δ' ἀπὸ τῆς λέπτης πόλεως καὶ ἀδραμύτου εἰς καρχηδόνα τὸ χωρίον ἄφιξιν τε ὀκτὼ καὶ ἑξακοσίοις σταδίοις καρχηδόνος ἀπέχον, & ita legitur in Procopio 201. *Idem Theophan.* Εἰς λεπτίμαγναν τὴν πόλιν ἔπεμψεν πρὸς Σεργίου. *Procopius lib. 2.* Οἳ δὴ ἀμφὶ πόλιν λεπτίμαγναν ἀφικομένοις. *Pomponius Mela lib. 7.* Tum Leptis altera & Syrtis nomine atque ingenio par priori.

5 *Conſtantinenſi*] *Vetus Codex.* Conſtantinienſi.

6 *Cæſarienſi*] *Theophan.* Εἰς δὲ χαισάρειαν τὴν ἐν Μαυριτανίᾳ. *Stephanus.* Τὴν χώραν καὶ Μαυριτανίας δὲ δευτέραν Μητρόπολιν ὑπάρχουσαν Ῥωμαίοις πεποίηκεν τῆς γὰρ ἑτέρας Μαυριτανίας χαισάρεια ἡ πρώτη Μητρόπολις ὑπάρχει.

7 *Trajectu qui eſt contra Hiſpaniam*] Etroit de Gibraltar & de Matroch.

8 *Qui Septa dicitur*] 2. V. C. Septem. *Alius.* Septe. *Iſidorus.* 15. 1. Septem oppidum a montibus ſeptem qui a ſimilitudine fratres vocati Gaditano imminent freto. *Procopius lib.* 1. *de bell. Vandalic. cap.* 1. Qua in ora quia colles exurgunt ſeptem, propterea conditum ibi caſtellum indigenæ Septum appellant: quod enim Ἑπτὰ Græce, idem Latine vox ſeptem valet.

9 *Dromones*] *Procopius de bello Vandalico lib.* 1. *cap.* 11. Eas nunc Dromonas nominant, quod ſint ad curſum expeditiſſimæ. *Et capite* 15. Sagittarios tantum quinos in ſingulis navibus excubare Beliſarius juſſit, & Dromonas circumquaque applicari, ut inimicam vim, ſi qua forte offerretur, arcerent.

TITULUS VIGESIMUS-OCTAVUS.

DE OFFICIO PRÆFECTI URBI [1].

De Cura annonæ.

I. Impp. VALENTINIANUS & VALENS AA. ad Voluſianum Præfectum Urbis.

STUDENTIBUS nobis ſtatum Urbis, & Annonariam rationem aliquando firmare: in animum ſubiit, ejuſdem Annonæ curam non omnibus deferri poteſtatibus. Et ne Præfectura Urbis abrogatum ſibi aliquid putaret, ſi totum ad officium Annonarium redundaſſet, eidem Præfecturæ ſollicitudinis neceſſitatem mandavimus: ſed non ita ut lateat officium Annonariæ Præfecturæ [2]: ſed ut ambæ poteſtates, in quantum ſibi negotii eſt, tueantur civilem Annonam [3]: ſitque ſocietas muneris: ita ut inferior gradus meritum ſuperioris agnoſcat: atque ita ſuperior poteſtas ſe exerat, ut ſciat ex ipſo nomine, quid Præfecto debeatur Annonæ.

1 *Præfecti Urbi*] *Vetus Lapis Ortograph.* 407. Præfectus urbi vice ſacra judicans. *Idem* 413. Præfectus urbi iterum Judex ſacrarum cognitionum. *Idem* 380. & 396. Frater annualis Præfectus urbi electus ad cognoſcendas vice Cæſaris cognitiones. *Idem* 122. Præfectus urbi vice ſacra judicans decorus munere.

2 *Officium annonariæ Præfecturæ*] *D. Chryſoſtomus Homil.* 1. *in Act. Apoſtol.* Si quis aditurus annonæ Præfecturam ſibi parat quidquid ad vitæ uſum pertinet, atque ut ſibi nonnihil dignitatis aſſequatur, & pecunias conſumit, & tempus impendit, & innumerabiles ſuffert labores.

3 *Civilem annonam*] Annonam urbium.

De Perſonis advocandis, vel non.

Præfectus urbis in Provinciis agentes non evocat, niſi duabus ex cauſis.

II. Iidem AA. ad Ampelium Præfectum Urbi.

QUOD promulgatis ſanctionibus tua Sinceritas reſcriptum eſſe non neſcit, etiam ex præcepro noſtro competenter obſervet: nec quaſdam perſonas de Provincia exiſtimet advocandas, niſi tantummodo ſuos Officiales, & homines populares hujus almæ urbis ſeditioni obnoxios.

Collatio Præfecturæ Urbis, & aliarum dignitatum.

III. Imppp. VALENS, GRATIANUS & VALENTIN. AAA. ad Rufinum Præfectum Urbi.

PRÆFECTURA urbis cunctis, quæ intra urbem ſunt, antecellar dignitatibus [1], tantum ex omni parte derivaris, quanrum ſine omni injuria ac detrimenro honoris alieni uſurpat. Dat. VI. Kalend. Jul. VALENTE A. V. & VALENTINIANO Jun. CONSS. 368.

[1] *Præfectura urbis cunctis quæ intra urbem ſunt antecellat dignitatibus*] *Rufinus*: Præfectus urbis omni ex parte perfectus. *Caſſiodorus lib. 3. Formula 11.* Urbanus Præſul dignitas eſt honorum. Non patitur claritas illa committere, quod poſſit nobilis turba neſcire.

Qui ſubjiciuntur Præfecti Urbi.

IV. Imppp. THEOD. VALENTINIANUS, & ARCAD. AAA. Severino Comiti ſacrarum largitionum.

OMNIA Corporatorum genera, quæ in Conſtantinopolitana civirate verſantur, univerſos quoque cives, ac populares [1] Præfecturæ urbanæ regi moderamine cognoſcas.

[1] *Populares*] *Caſſiodorum lib 1. Formula 30.* Vos enim quos ſemper gravitas decet, nolite truculenter inſequi inania verba populorum. Si quid eſt forte quod pœnam mereatur admiſſum, in Præfecti urbis notitiam deferatur, ut culpa legibus, non per præſumptam coërceatur injuriam.

De Primicerio.

V. Imp. THEOD. A. Conſtantino Præfecto Urbis.

PRIMICERIUS adjutor tuæ ſedis officii per biennium, quod in eodem gradu ex conſuetudine priſcæ ordinationis meruit, curam inſuper perſonarum, uſurpatione omni, atque ambitione ceſſante, ſuſcipiat: hoc etiam adjecto: ut, ſi quis ex memorato ordine, vel conditionis humanæ fine præventus, vel alia quacumque ratione, militiæ gradum propriæ amiſiſſe monſtrabitur, ſolitæ ambitionis in-

juria vacante, locum is, qui juxta matriculæ veritatem ſequitur, obtineat.

TITULUS VIGESIMUS-NONUS.

DE OFFICIO MAGISTRI MILITUM[a].

De Provincialibus. De Præfectura.

I. Imppp. VALENT. GRATIAN. & THEOD. AAA. ad Enſignium P. P.

VIRI Illuſtres Comites, & Magiſtri peditum, & equitum, in Provinciales nullam penitus habeant poteſtatem: nec ampliſſima Præfectura in militares viros.

[a] *Magiſtri militum*] *Sozimus in Theodoſ. lib. 4. pag. 754.* Sed a voluptate negligentiaque exorſus Imperium officia præpoſitorum reip. Magiſtratuum conturbavit; & rerum militarium Duces numero plures, quam antea fuiſſent, inſtituit. Quippe cum unus eſſet equitum Magiſter, & unus itidem peditum Præfectus: pluribus quam quinque Magiſtratus hoſce diſtribuit; & hoc ipſo fiſcum pluribus annonis gravavit. Non enim amplius duobus tantummodo Ducibus, ſed quinque vel pluribus etiam, quæcunque duorum illorum quilibet ante habuiſſet, præbebantur. Simul tot Magiſtratuum avaritiæ milites expoſuit. Nam quilibet eorum non partem, ſed ſolidum ac ſi duo tantum eſſent, cauponariam quandam ex militaribus annonis factitando, colligere puerum volebat.

De Apparitoribus.

II. Impp. HONOR. & THEOD. AA. ad Hypatium Magiſtrum militum per Orientem.

APPARITORES per Orientem ſtatutos officii tui ad aliud judicium trahi minime oportebit. Sciat igitur illuſtris Magnificentia tua, ſub te, ſive civiliter, ſive criminaliter appetantur, eos litigare debere.

De his, qui ultra ſtatutos militant. De tributariis collationibus.

III. Imp. ZENO A. Sebaſtiano P. P.

EOS, qui ultra ſtatutos in officio Magiſteriæ per Orientem poteſtatis militant, civilium quoque Judicum ſententiis ſuper quolibet negotio ſubjacere præcipimus: ipſis quinetiam ſtatutis in tributariis collationibus civilium quoque Judicum diſpoſitionibus proculdubio parituris.

De tranſlationis militum.

IV. Imp. ANASTASIUS A. Joan. Magiſtro militum per Illyricum.

MILITES de locis, in quibus conſiſtunt, ad alia loca ſine ſpeciali noſtræ Serenitatis auctoritate nullatenus transferri, præcipimus: ne eorum expenſæ in locis, in quibus conſiſtunt, minuantur [1]. Sed ſi forte quædam urgens & neceſſaria cauſa emerſerit, utilitati ac ſecuritati publicæ, tam ampliſſimam Prætorianam præfecturam, quam tuam ſedem ſine ulla procraſtinatione proſpicere protinus oportet, & ſuggeſtiones ad noſtras aures deſtinare, indicantes tam loca, de quibus milites transferendi ſunt, quam ea, ad quæ pervenire eos oportet: nominaque fortiſſimorum numerorum, in quibus iidem milites referuntur: nec non quantitatem annonarum; & ante omnia cauſam, ob quam iidem milites transferendi ſunt: ut poſt talem ſuggeſtionem, a noſtra auctoritate competentia procedant.

[1] *Ne eorum expenſæ, &c. minuantur*] *Novella Juliani 125.* Sane in Oſdroëna, vel Meſopotamia, vel in aliis locis quotiens uſus exegerit, expeditionis forſit, p tempore permittimus fieri loci ſervatores a Præfectis Prætorio, quibus cura militatium impenſarum mandatur. *Et Novella 123.* Quotiens expeditionis cauſa tranſitus militum fiet, oportet eum delegatoribus ſuis eo ſuccedere qui ſumptus eorum provideat, ita ut ſingularum Provinciarum Judices apparatum faciant ſpecierum ad impenſas, ſeu annonas eorum.

De Armenia & Ponto Polemoniaco, & gentibus.

V. Imp. JUSTINIANUS A. Zetæ Viro Illuſtri, Magiſtro militum per Armeniam, & Pontum Polemoniacum, & cæteras gentes.

CUM propitia Divinitate Romanum nobis ſit delatum Imperium: ſollicita cura, cauta diligentia pertractantes perſpeximus oportere etiam partibus Armeniæ [1], & Ponto Polemoniaco & gentibus proprium Magiſtrum militum per hanc legem conſtituere; tuamque Magnitudinem, quæ nobis ex ante geſtis optime commendata eſt, idoneam ad talem fore dignitatem confidentes eligimus: certaſque Provincias, id eſt, magnam Armeniam, quæ interior dicebatur, & gentes Anzitenam videlicet, Ingilenam, Aſtyanenam, Sophenam, Sophonenam, in qua eſt Martyropolis, Belabitenam [2], & primam & ſecundam Armeniam, & Pontum Polemoniacum tuæ curæ cum ſuis Ducibus commiſimus, Comite Armeniæ penitus ſublato: cunctoſque ſubdimus numeros, non modo quos in præſenti novos conſtituimus, ſed etiam de præſentalibus, & Orientalibus, & aliis agminibus ſegregatos, non tamen eorum quantitatem agminum minuentes: ſed quia plures eis addidimus ſine Reipublicæ gravamine: & ſine augmento ſumptuum, aliquantos ſubtraximus: ita tamen, ut poſt hanc ſubtractio-

nem ampliores remanſerint, quam uſque ad noſtra felicia fuerant tempora.

1 *Partibus Armeniæ*] *Cedrenus in Juſtiniano.* Anno ſeptimo Perſæ Duce Cardaricha expeditionem fecere, occuparuntque Armeniam & Cappadociam, Romanumque exercitum fuderunt.

2 *Magnam Armeniam, quæ interior dicebatur, & gentes Anzitenam videlicet, Ingilenam, Aſtyanenam, Sophenam, Sophenenam, in qua eſt Martyropolis, Belabitenam*] In veteribus quinque Codicibus noſtris variæ ſunt lectiones. *In 1.* Magnam Armeniam quæ interiot dicebatur & gentes Azitenam videlicet & Gilenam, Aſtinonam & Sophonenam in qua eſt Martyropolis vel Obbilenam. *In 2.* Anzitenam videlicet & Ingilenam, Aſſinenam & Sophonenam in qua eſt Martyropolis vel Abilenam. *In 3.* Anzitenam videlicet Ingilenam Aythinenam & Sophanenam in qua eſt Martyropolis vel Habitenam. *In 4.* Magnam Armeniam, quæ anteriot, dicebant & gentes Antinenam videlicet & Ingilenam, Agithinenam & Sophonenam, in qua eſt Martyropolis, vel Abilenam. *In 5.* Et gentes Anzitenam videlicet, Ingilenam, Maſſianenam, Sofongenam, in qua eſt Martyropolis, vel Avicinam.

TITULUS TRIGESIMUS.

DE OFFICIO QUÆSTORIS.

De minoris laterculi cura.

I. Imp. THEODOS. A. Saluſtio Quæſtori.

TOTIUS minoris laterculi curam ſcias ad tuæ Sublimitatis ſollicitudinem pertinere: ita ut tuo arbitratu, & ſcrinio memoriæ totius minoris laterculi dignitates, hoc eſt, Præfecturæ, omnes Tribunatus, & Præpoſituræ [1] caſtrorum, juxta conſuetudinem priſcam Clementiæ meæ auctoritate deinceps mittantur. Dat. VI. Kal. Maii, Conſtantinop. CASTINO & VICTORE CONSS. 424.

1 *Præfectura, omnes Tribunatus, & Præpoſitura*] *Mamertinus Juliano 141.* Quiſquis Provincias, Tribunatus, Præfecturas, Conſulatus cupit.

II. Idem A. Helioni Comiti & Magiſtro officiorum.

OMNES minores larerculi dignitates, quæ ſub cura quidem ac ſollicitudine viri illuſtris Quæſtores eſſe antea videbantur, poſtea vero, vel univerſæ, vel mediæ ad Magiſtrorum militum poteſtatem, diſpoſitionemque tranſierant; placuit nunc Clementiæ meæ, vetuſti temporis more revocaro, ad priſca deinceps jura revocare. Dat. III. Kal. Maii ſupraſcriptis CONSS. 424.

De officiis & conditionibus non uſurpandis.

III. Imp. ANASTASIUS A. Euſebio Magiſtro officiorum.

OFFICIA & conditiones, quæ pertinent ad viros devotos in ſacro ſcrinio memoriæ militantes, nemini liceat ſub quacunque occaſione ſine ulla divinæ ſubſcriptionis liberalitate [1] peragere: eo, quicunque in hoc fuerit poſtea facinore convictus, publicatione bonorum ſuorum multando: Officio quoque Rectoris Provinciæ, in qua non allegato ſuper gerenda ſollicitudine ſacro reſcripto aliquis auſus fuerit eandem curam ſibimet uſurpare, trium librarum auri diſpendio feriendo. Dat. Kal. Mart. Conſtantinop. ANASTASIO A. & RUFINO CONSS. 492.

[1] *Liberalitate*] *Pammelius adnotatione 2. ad Tertull. de Coron. Milit.* Ubi hanc vocem in vetuſtis numiſmatibus expreſſam interpretatur de donativo militibus conferri ſolito.

TITULUS TRIGESIMUS-PRIMUS.

DE OFFICIO MAGISTRI OFFICIORUM.

De privilegiis ſervandis. De creationibus.

I. Imp. CONSTANTINUS A. ad Agentes in rebus.

PRIVILEGIIS dudum ſcholæ veſtræ indultis, & integris reſervatis, ad ducenariam [1], centenariam, & biarchiam nemo ſuffragio [2], ſed labore [3] unuſquiſque perveniat: Principatum [4] vero adipiſcatur matricula decurrente: ita ut ad curas agendas [5]: & curſum illi exeant, quos ordo militiæ vocat, & ejus laborum adjutor [6]. Præterea in quo totius ſcholæ ſtatus, & Magiſtri ſecuritas [7] conſtituta eſt, idoneus probitate morum ac bonis artibus prædicus, noſtris per Magiſtrum obtutibus offeratur [8], ut noſtro ordinetur arbitrio. PP. Romæ in foro Trajani.

[1] *Ducenariam*] *L. præter eos tit. 1. lib. 6. Cod. Theod.* Qui e ſchola agentium in rebus, expletis ſtipendiis ad principatum ducenæ pervenerat.

[2] *Suffragio*] *L. 4. Cod. Theodoſ. de Curioſis:* Ceſſet omnis ambitio atque ſuffragium in ſchola veſtra. *Leo Epiſcopus ep. 87. quæ eſt ad Epiſcopos Africanos per Mauritaniam Cæſarienſem conſtitutos.* Si enim ad honores mundi ſine ſuffragio temporis, ſine merito laboris indignum eſt pervenire, & notari ambitu ſolent quos probitatis documenta non adjuvant: quam diligens, & quam prudens habenda eſt diſpenſatio divinorum munerum, &c.

[3] *Labore*] *Caſſiodorus lib. 11. Formul. 25.* Decet nos incunctanter tribuere promotionis aſcenſus, quos labot militiæ meretur aſſiduus.

[4] *Principatum*] *Caſſiodorus lib. 6. Formul. 6.* Officium vero ejus tanta genii prærogativa decoratur, ut militiæ perfunctus muneribus ornetur nomine Principatus. *L. 14. Cod. Theodoſ. de agentib. in reb.* Poſt jugis militiæ tempus veluti præmium laboris exacti.

[5] *Curas agendas*] *Athanaſius Lucifero*: Quid enim non faciunt in rebus Ariani, itinera obſervant, curas agunt de proficiſcentibus, & exeuntibus de civitate naves quærunt.

[6] *Quos ordo militiæ vocat, & ejus laborum adjutor*] Præponi his ordine priores meruerunt vel labore. *L. 6. Cod. Theod. de agentib. in reb.* Ordine, quod militarunt primi: labore, quod manſerunt in ſtudio aſſidui.

[7] *In quo totius ſcholæ ſtatus, & magiſtri ſecuritas*] *In libello Theodori Diaconi ad Chalcedonenſe Concilium act. 3. Concil. Chalcedon. quæ habetur tom. 4. Concil. General. col. 396.* Viginti duos plus minus annos in ſchola devotiſſimorum Magiſtrianorum militaris converſatus ſum, nullam adverſum memet dans aliquando reprehenſionem aut querelam, ſperans magnæ illius ſcholæ mereri privilegia.

[8] *Noſtris per Magiſtrum obtutibus offeratur*] *Caſſiodorus Formul. 6. lib. 6. mox laudata Magiſter. dignit.* Adjutor etiam Magiſtri noſtris præſentetur obtutibus, ut Vicaria ſorte beneficii eligamus ejus præſidium qui nobis præſtat fidele ſolatium.

De ordine militiæ ſervando.

II. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Patricium Magiſtrum officiorum.

NEMO agentium in rebus ordinem militiæ, atque ſtipendia prævertat, etiamſi noſtri nominis per obreptionem detulerit indultum: ac ſi quis formam admiſſi iſtiuſmodi docebitur obtuliſſe: in locum, ex quo indecenter emerſerat, revertatur: ut is gradu cæteros antecedat, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. PP. Hadrumeti.

De Senatoribus & Ducenariis.

III. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Pleitio Comiti, & Magiſtro officiorum.

SCHOLARIUM noſtrorum devotio probata a noſtris parentibus, circa maximæ Serenitatis noſtræ affectionem enituit. Unde quidquid ad fovenda ſervandaque eorum privilegia poſtulatur, ſtatim credidimus admittendum. Ideoque ſuggeſtionem tui culminis approbantes, viris ſpectabilibus Comitibus ſcholarum verberandi, degradandive Senatores & Ducenarios licentiam denegamus: Ea namque, quæ tali commotione digna ſunt, ad tuæ Sublimitatis volumus referri notitiam.

De militum numero, caſtrorumque & clauſurarum cura.

IV. Iidem AA. Nomo Magiſtro officiorum.

CURÆ tui perpetui culminis credimus injungendum: ut ſuper omni limite ſub tua juriſdictione conſtituto, quemadmodum ſe militum numerus habeat, caſtrorumque ac clauſurarum cura procedat, quotannis ſignificare nobis propria ſuggeſtione procuret. Dat. II. Id. Septemb. Conſtantinop. MAXIMO II. & PATERIO CONSS. 443.

De creandis. 1. Vel ſubrogandis Scholaribus. 2. De quadrimenſtruis brevibus conſcribendis.

V. Impp. JUSTIN. & JUSTINIAN. AA. Tatiano Magiſtro officiorum.

JUBEMUS eum ad militiam devotiſſimorum Scholarium de cætero pervenire, qui noſtrum meruit judicium: nec licere pro tempore tui Culminis adminiſtrationem habenti, ſine hujuſmodi probatoria aliquem inter eoſdem viros devotos Scholares ſuis referre præceptionibus: ſed ſciat is, qui ſine ſacro reſcripto ad eandem pervenire militiam auſus fuerit, non ſolum ea ſe privari, verum etiam pœnæ viginti librarum auri ſubjici.

§. 1. Illud etiam obſervari de cætero volumus: ut ſi quis locus ſtatuſve Scholarium in quacunque Schola vacaverit, ille ſubrogetur, quem noſtra Pietas per ſacrum reſcriptum vacantem ſubire locum præceperit.

§. 2. Ad hæc quadrimenſtruos breves eorundem Scholarium cura tuæ Sublimitatis, & pro tempore viri excellentiſſimi Magiſtri officiorum conſcribi volumus, & eos ſacro Scrinio laterculi præſtari, ibi deponendos: ut ſemper notitia eorundem Scholarium certa ſit, neque publico damnum aliquod infligatur. Dat. x. Kalend. Maii, Conſtantinop. MAVORTIO V.C. COS. 523.

TITULUS TRIGESIMUS-SECUNDUS.

DE OFFICIO COMITIS SACRARUM LARGITIONUM.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Limenio Comiti.

PALATINIS hæc cura debet eſſe præcipua, ut, periculo proprio Notariis deſtinatis, ſuper negligentia Judicum (ſi ita res exegerit) conquerantur, ne eorum ſit impunita deſidia.

§. 1. Judices quoque de eorum nominibus referre convenit, quos commodis propriis magis, quam utilitatibus publicis ſtudere providerint. Breves etiam quadrimenſtruos ad officium Palatinum noverint dirigendos: aurumque exactum ad ſacras Largitiones ſine ulla dilatione eſſe mittendum. Dat. III. Kal. Maii, HONORIO VII. & THEODOS. II. AA. CONSS. 407.

TITULUS TRIGESIMUS-TERTIUS.

DE OFFICIO COMITIS RERUM PRIVATARUM.

De actis ad officium rei privatæ tranſmittendis.

I. Imp. VALENT. & VALENS AA. ad Honoratum Conſularem Byzantii.

SI quid negotiorum actitatum fuerit, in quibus aliquid commodi fiſcalis appareat, ad Officium rei privatæ tua Gravitas acta tranſmittat: ut inſtructione percepta, quid ſibimet juris auxilio debeatur, agnoſcat. Dat. VI. Kal. Januar. VALENTIN. & VALENTE AA. II. CONSS. 368.

De theſauro. 1. De cautione præſtanda. 2. De rebus nuntiatis ante ſententiam ex ſcripto latam.

II. Lex hæc Græca a Cujacio primum edita ex lib. 60. Baſil. & a Contio ſub hoc titulo ita reſtituta.

NEQUE Comes privati patrimonii, neque quivis alius eorum Magiſtratuum, qui vel in urbe Conſtantinopolitana, vel in Provinciis ſunt, eum qui ſuper theſauro aliquem defert, admittat.

§. 1. Sed ſi ſuper alio fiſcali jure nuntiationem quis faciat, ſub fidejuſſione mox non minus quinque librarum auri id fiat.

§. 2. Et ne quod ſigillum, vel deſcriptio, vel alia ulla innovatio interveniat ſuper rebus nuntiatis ante ſententiam ex ſcripto latam.

ΜΗΤΕ [a] ὁ Κόμης τῆς ἰδικῆς περιουσίας, μήτε τις ἕτερος τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἢ ταῖς Ἐπαρχίαις Ἀρχόντων, τὸν περὶ θησαυροῦ [b] καταμηνύοντα προσδεχέσθω.

§. α'. Εἰ δὲ περί τινος ἑτέρου φισκαλίου προσαγγέλλει, ὑπὸ ἐγγύην εὐθὺς οὐκ ἧττον ε'. λιτρῶν χρυσίου δεχέσθω.

§. β'. Καὶ μή τις σφραγὶς, ἢ ἀναγραφὸς, ἢ καινισμὸς ὁ τυχὼν ἐπὶ τοῖς προσαγγελθεῖσι προσγινέσθω πράγμασι πρὸ διαγνώσεως ἐγγράφου.

[a] Μήτε] Videtur Anaſtaſii, ſicut & Lex VI. VII. C. de delator. L. XIII. C. de annon. & trib. L. IX. C. de exact. tribut. L. I. II. C. de luſtral. auri collat. Optimus enim princeps tributa aliquot ſuſtulit, & ut Cedrenus ait, ἐπιλέγοντες ἐν τῆς πόλεως πλείους ἐξέκοψεν.

[b] Τὸν περὶ θησαυροῦ] *Caſſiodor. formul. Comit. privat.* Depoſitivæ quoque pecuniæ, quæ vetuſtate competentes dominos amiſerunt, acquiſitione tua noſtris applicantur ærariis.

TITULUS TRIGESIMUS-QUARTUS.

DE OFFICIO
COMITIS SACRI PALATII.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. A A. Minervio Comiti rerum privat.

AD Palatinorum curam, & Rationalium officia, omnium rerum noſtrarum, & totius perpetuarii, hoc eſt, emphyteuticarii juris exactio revertatur. Dat. Kalend. Januar. Mediolani, CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

II. Iidem AA. Urſatio Comiti rer. privat.

SI quis Judicum vir illuſtris, vel Præfectus Urbi cognitionem Comitivæ rerum privatarum examini debitam, ſibimet vindicandam cenſuerit, vel tuitionem contra ejuſdem ſtatuta ſedis præſtiterit: ad quinquaginta librarum auri illationem pœnæ nomine officium ejus teneatur, quam decet in articulo exigi, manſuetudinis noſtræ ærario ſociandam. Dat. VI. Idib. Aug. Ravennæ, CONSTANTIO & CONSTANTINO CONSS. 414.

TITULUS TRIGESIMUS-QUINTUS.

DE OFFICIO
PROCONSULIS, ET LEGATI.

I. Imp. CONSTANT. A. Æliano Proconſuli Africæ.

LEGATI non ſolum civiles, ſed etiam criminales cauſas audiant: ita, ut, ſi ſententiam in reos ferendam providerint, ad Proconſules eos tranſmittere non morentur.

DE OFFICIO

COMITIS SACRI PATRIMONII.

I. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. Simplicio Proconſuli Aſiæ.

OFFICIUM Helleſponti Conſularis æternæ recordationis patrem Serenitatis noſtræ adiit: & expoſitis ſuis incommodis, quibus a Vicarianis Apparitoribus urgebatur, oravit ſub tuæ Sublimitatis agere poteſtate, cujus allegationes humanæ proclivius pium Principem commoverunt: quod & nos obtinere cenſemus.

TITULUS TRIGESIMUS-SEXTUS.

DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS.

I. Imp. LEO A. Uſco P. P.

TITULOS qui Alytarchiæ, & Syriarchiæ muneribus in prima Syria deputati ſunt, per officia tam viri ſpectabilis Comitis Orientis, quam viri clariſſimi Rectoris Provinciæ flagitari præcipimus: Alytarchiæ quidem ludi, cura viri ſpectabilis Comitis Orientis, & ejus officio: Syriarchiæ vero, ſollicitudine viri clariſſimi Moderantis Provinciam, ejuſque Apparitoris exerceantur. Nullique penitus Curialium, nec ſi voluerint, idem munus vel honorem ſubeundi licentia permittatur.

TITULUS TRIGESIMUS-SEPTIMUS.

DE OFFICIO PRÆFECTI AUGUSTALIS.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Florentio Præfecto Auguſtali.

OMNIA tributa per Ægyptiacam Diœceſim cura, & providentia Claritatis tuæ a Moderatoribus Provinciarum exigi jubemus. Si qui tamen ex poſſeſſoribus, ſive militaribus, ſive non militaribus, ad inferenda quæ debentur, audaces extiterint, eos per militare etiam auxilium (ſi opus exegerit) ad ſolutionem compelli ſancimus.

De Judicibus ordinariis.

II. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino. P.P.

PRÆFECTUS Prætorio Auguſtali ordinariorum ſub ſe Judicum examinandi flagitia, & ſuper his referendi, non amovendi, vel puniendi habeat poteſtatem.

TITULUS TRIGESIMUS-OCTAVUS.

DE OFFICIO VICARII.

Collatio Vicariorum & Comitum. De dignitate.

I. Imppp. VALENT. VALENS & GRATIANUS, AAA. Antonio P.P.

IN civilibus cauſis Vicarios Comitibus militum convenit anteferri: in militaribus negotiis Comites Vicariis anteponi. Quotiens ſocietas in judicando contigerit: priore loco Vicarius ponetur, Comes adjunctus accedat. Siquidem Præfecturæ meritum cæteris dignitatibus antiſtet: & Vicaria dignitas ipſo nomine ejus ſe trahere judicet portionem [1], & ſacræ cognitionis habeat poteſtatem, & judicationis noſtræ ſoleat repræſentare reverentiam.

[1] *Portionem*] *Caſſiodorus lib. 6. Formul. 15.* Tu autem Vicarius diceris, & tua privilegia non relinquis, quando propria eſt juriſdictio quæ dicitur a Principe. Habes enim cum Præfectis aliquam portionem; partes apud te ſub Prætoriana advocatione confligunt: vice ſacra ſententiam dicis.

De relationibus.

II. Iidem AAA. ad Heſperium P.P.

RELATIONES Vicariorum, ſi quando uſus attulerit, ad noſtram manſuetudinem referantur. Relationes enim Judicum libenter audimus: ne Adminiſtratorum decreſcere videatur auctoritas, ſi eorum conſulta veluti profanorum preces a noſtris adytis repellamus.

TITULUS TRICESIMUS-NONUS.

DE OFFICIO PRÆTORUM.

De Juriſdictione.

I. Imp. CONSTANTINUS A. ad Senatum.

PRÆTORI defertur hæc juriſdictio, ſancientibus nobis, ut liberale negotium ipſe diſceptator examinet. Sane interponi ab eo decreta convenit; ut ſive in integrum reſtitutio referenda eſt, probatis duntaxat cauſis, ab eodem etiam interponatur decretum: ſeu tutoris dandi, ſeu ordinandi curatoris, impleatur ab eo interpoſitio decretorum: quippe cum apud eum quoque adipiſci debeat Patronorum judicio ſedula ſervitus libertatem. Nec ſane debita filiorum votis patrum vota ceſſabunt, ut patenti copia liberos ſuos exuant poteſtate, magis propriis obſequiis mancipatos: cum ſeſe intelligant his obſequii plus debere, a quibus ſeſe meminerint ſacris vinculis exutos. Datum VI. Kal. Januar. EUSEBIO & HYPATIO CONSS. 359.

De creatione. De ſumptibus.

II. Impp. VALENT. & MART. AA. Tatiano P. P.

TRES tantummodo Prætores electæ opinionis in hac urbe per ſingulos annos judicio Senatus præcipimus ordinari: qui competentes cauſas, & debitos actus integre diſceptare atque tractare debebunt: ut hi tantum tres ex his qui proprium larem in hac alma urbe habeant, non ex Provinciis eligantur. Nec ſi quis forte propter alias cauſas ad hanc urbem de Provinciis venerit, ad Præturæ munus efferatur, ſed hi tantummodo (ut dictum eſt) qui hic domicilium fovent: ita tamen, ut nec ipſi ſumptus quoſdam inferre cogantur inviti, ſed habeant ſpontaneum liberalitatis arbitrium. Dat. XV. Kal. Januar. Conſtantinop. VALENTIANO VII. & AVIENO CONSS. 450.

TITULUS QUADRAGESIMUS.

DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIÆ[1].

De cauſa falſi, & de proprietate.

I. Imp. ALEXAND. A. Juliano.

POTEST de falſo cauſam cognoſcens Præſes Provinciæ, incidentem proprietatis quæſtionem dirimere. Dat. VI. Kalend. April. MAXIMO II. & URBANO CONSS. 225.

[1] *Rectoris Provinciæ*] Rectores Provinciarum nullum de maleficis ſupplicium ſumebant ſub Conſtantio. *Euſebius lib. 4. de vita Conſtantini cap. 31.* Imperatore prorſus in clementiam propenſo, & ex Provinciarum Rectoribus nemine crimina coërcente; eo factum eſt ut publica adminiſtratio non mediocrem reprehenſionem ſubierit. *L. 12. Cod. Theodoſ. de exactionib.* Potentiorum poſſeſſorum domus officium Provinciæ Rectoris exigere debet.

De potentior. Inſolentia.

II. Imp. CONSTANT. A. ad Maximian. Præſid. Provinc.

PRÆSIDES Provinciarum oportet, ſi quis potentiorum extiterit inſolentior, & ipſi vindicare non poſſunt, aut examinare, aut pronuntiare nequeunt; de ejus nomine[1] ad nos, aut certe ad Prætorianæ Præfecturæ ſcientiam referre: quo provideatur, qualiter publicæ diſciplinæ[2], & læſis tenuioribus conſulatur. Dat. V. Kal. Maij, PROBIANO & JULIANO COSS. 322.

[1] *De ejus nomine*] *Caſſiodorus lib. 11. Formul. 9.* Si quis tamen eſt, qui auſu temerario contra veſtros faſces erigatur.

[2] *Publicæ diſciplinæ*] *Caſſiodorus lib. 4. Formul. 101.* Dici enim non poteſt diſciplina quando ipſa fuerit corrigenda.

De acclamationibus, & accuſationibus Judicum.

III. Idem A. ad Provinciales.

JUSTISSIMOS & vigilantiſſimos Judices publicis acclamationibus collaudandi[1] damus omnibus poteſtatem, ut honoris eis auctiores proferamus proceſſus: & e contrario injuſtos, & maleficos querelarum vocibus accuſandi, ut cenſuræ noſtræ vigor eos abſumat. Nam ſi veræ voces ſint, nec ad libidinem per clientelas effuſæ, diligenter inveſtigabimus: Præfectis Prætorio, & Comitibus, qui per Provincias conſtituti ſunt, Provincialium noſtrorum voces ad noſtram ſcientiam referentibus. Dat. Kal. Novemb. Conſtantinop. BASSO & ABLAVIO CONSS. 331.

[1] *Publicis acclamationibus collaudandi*] *Capitolinus in Antonino Pio:* Inter alias

acclamationes. *Idem in Gordiano:* Amatus eſt ab Afris ut nemo antea Proconſulum, ut extat eorum acclamatione quæ a Junio in literas relata eſt. Nam cum quadam die factum Imperatorium legeret, atque a Proconſulibus Scipionibus cepiſſet, acclamatum Novo Scipioni, Nero Scipioni, Gordiano Proconſuli. *Lampridius in Alexandro:* Præſides Provinciarum, quos vere, non factionibus laudari competit.

De Officialibus Præfectorum.

IV. Idem A. ad Periclem Præſidem.

IN Officiales Præfectorum curſum publicum laniantes, vel prava contra utilitatem publicam molientes, vindicandi tibi dedimus poteſtatem: ita ut Præfectos de eorum culpa facias certiores [1]. Dat. x. Kal. Nov. Nicopoli, CONSTANTIO & ALBINO CONSS. 335.

[1] *Præfectos de eorum culpa facias certiores*] *Caſſiodorus lib. 6. cap. 21.* Tu in Præfectorum militem cum ipſius tantum conſcientia vindicare.

De majoribus & minoribus Judicibus.

V. Impp. VALENT. & VALENS A A. ad Apronianum Præf. Urbi.

POTIORIS gradus Judicibus [1] ab inferioribus competens reverentia tribuatur. Sed ubi publica tractatur utilitas, etſi minor Judex veritatem inveſtigaverit, nulla majori irrogatur injuria. Sane qui inſignia dignitatis ad hoc exercet, ut indignis injuriis exiſtimet adficiendos eos, qui officia cum poteſtate moderantur, non declinabit noſtræ indignationis aculeos. Dat. v. Kal. Jun. ARINTHEO & MODESTO CONSS. 372.

[1] *Potioris gradus Judicibus*] *D. Auguſtinus ſermon. de verbis Domini ſecund. Matth. cap. 6. verſ. 50.* Si aliquid juſſerit Curator, nonne faciendum eſt? tamen ſi contra Proconſulem jubeat, non utique contemnis poteſtatem, ſed eligis majori ſervire.

De Hyematione.

VI. Imppp. VALENT. GRAT. & THEOD. AAA. Cynegio P. P.

CIVITAS Rhodiorum injuriam ſuam non tam decenter, quam ſero conqueſta eſt. Unde inviolabili obſervatione ſancimus, ut quoniam tempore hyemis navigatio ſæpe periculoſa eſt, & ſemper incerta [1]: in illis quinque urbibus, quæ potiores eſſe cæteris aſſeruntur, viciſſim hyemandum [2] ſibi Judices recognoſcant. Quod ſi cuiquam tale exiſtat ingenium, ut præcepta noſtra contemnat, quinquaginta ab eo argenti libræ, centum ab ejus Officio, ſi aliter factum fuerit, fiſci noſtri juribus inferantur.

[1] *Incerta navigatio*] *Vegetius lib. 4. cap. 39.* Poſt hoc tempus uſque ad tertium Idus Novembris incerta navigatio eſt diſcriminis propior.

[2] *Viciſſim*

Viciſſim hyemandum] *In epiſt. Agapeti Epiſcopi Rhodi ad Leonem Imperatorem qua extat tom. 4. Concil. General. col. 941.* Mihi quidem fuit optabile & nimis utiliſſimum ſecundum veſtræ Pietatis juſſionem cum omnibus Epiſcopis noſtræ Provinciæ præbere reſponſum. Sed quoniam evocatio quidem eſt ante ſuſceptionem ſacrarum Pietatis veſtræ literarum, & rurſus poſtquam ſuſceptæ ſunt a me feſtinanter effecta eſt. Sed hyemalis temporis qualitas, ſicut Pietas veſtra proſpicit eos venire ad Metropolim non permiſit.

De eo, qui ex venturæ delegationis titulis profligavit.

VII. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P.

QUI ordinariam geſſerit dignitatem, quicquid ex venturæ delegationis titulis profligaverit, cum diſpendio pudoris atque fortunæ de propriis facultatibus intra Provinciarum poſitus inferre debebit. Dat. VII. Kalend. Jun. Conſtantinopoli, HONORIO nobiliſſ. puero & EVODIO CONSS. 386.

De interceſſore ſive executore tribuendo, vel non.

VIII. Iidem AAA. Cynegio P. P.

NE quis Judicum in Provincia ſua Præfectianum, vel Palatinum, vel militem, vel ex his etiam omnibus, qui antea in hujuſmodi officiis fuerint commorari, interceſſorem, id eſt, executorem cujuſquam litigatoris peritione in quolibet ſeu privato, ſeu publico negotio putet eſſe tribuendum: Nam peccantem contra conſulta cœleſtia cum officio ſuo non ſolum detrimentum famæ, ſed etiam patrimoniorum damna comitentur. Dat. Non. Aug. Conſtantinop. HONORIO N. P. & EVODIO COSS. 386.

De Auguſtiſſ. urbe injuſſu Principis non adeunda.

IX. Iidem AAA. Polemio P. P. Illyrici.

NULLUS Provinciæ Moderator Auguſtiſſimam Urbem ſine juſſione adire noſtra audeat. Nam ſi patuerit quem contra decreti noſtri præcepta veniſſe, is congrua condemnatione plectetur. Dat. x. Kal. Jan. Mediolani, poſt Conſulatum TIMASII & PROMOTI. 390.

Ut non Palatini, ſed judices exigant a Provincialibus.

X. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Limenio Comiti ſacrarum largitionum.

NULLUM Palatinis tibi obſecundantibus cum Provincialibus volumus eſſe commercium: ſed Judices ſcire debent, hoc ſibi præcipue eſſe commiſſum, ut ipſi a Provincialibus exigant, & con-

ſueta depoſcant. Palatinum vero poſſeſſor non horreat, qui non ſibi, ſed Judicibus atque Officiis præceptus eſt imminere. Dat. VI. Kal. April.

De potentum procuratoribus.

XI. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Theodoto P.P.

MODERATORES Provinciarum curam gerere jubemus, nequid potentum Procuratores perperam injuſteque committant. Dat. VI. Kal. Decemb. Ravennæ, BASSO & PHILLIPPO CONSS. 408.

De Apparitoribus.

XII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monachio P.P.

OMNES Provinciarum Apparitores pro inveterata auctoritate juxta motum judicis nudatos, verberibus (ſi ita res tulerit) ſubjacere præcipimus: ut & facilis executio rerum publicarum ſit, & Officiorum inſolentia comprimatur, & Judicum ſeveritati competens reddatur auctoritas. Datum VI. Kalend. Januar. HONOR. IX. & THEOD. V. AA. CONSS. 412.

De Cohortalibus.

XIII. Imp. LEO A. Conſtantino P.P.

SI quis cohortalibus adhuc obſequiis obligatus, regimen Provinciæ, vel cingulum cujuſlibet militiæ dignitatiſve quoquo modo meruerit: contra licitum uſurpatis impetratiſve careat: etiam ſi ultronee a noſtra liberalitate jus regendæ Provinciæ, vel militiæ, ſeu dignitatis cujuſpiam ſibi jactaverit delatum fuiſſe. Dat. VII. Idib. Auguſt. LEONE A. IV. & PROBIANO CONSS. 471.

Ubi rectores Provinciarum habitare debent.

XIV. Idem A. eidem P.P.

NULLI Judicum qui Provincias regunt, in civitatibus, in quibus ſacra Palatia, aut Prætoria ſunt, liceat his relictis privatorum ſibi domos ad habitandum veluti Prætoria vindicare: ſed ſacratiſſima modis omnibus inhabitare Palatia, ſeu Prætoria cogantur, ut hac neceſſitate compellantur eorum reparationi providere. Ubi autem & Palatium eſt, & Prætorium: Palatium quidem habitationi Præſidis, Prætorium autem vel ſuſcipiendis conſervandiſque ſpeciebus publicis horreorum vice, vel alii neceſſariæ rei deputetur. Quod ſi quis aliquando diſſimulare tentaverit: protinus eum atque Officium ejus quinquaginta librarum auri multam ad reparandum ſacrum, quod

neglexerit, Palatium ſolvere ſancimus. Dat. VI. Idib. Feb. CLEMENTINO & PROBO COSS.

¹ *Palatium*] Domus judicum manſionibus deputata.

TITULUS QUADRAGESIMUS-PRIMUS.

UT NULLI¹ PATRIÆ SUÆ ADMINISTRATIO ſine ſpeciali permiſſu Principis permittatur.

Græca Conſtitutio Anaſtaſii Imper. ut ſcribit Jac. Cujac. ad Paul. lib. 5. ſent. tit. 12. *qui tamen putat eſſe Conſt. ult. tit. De Offic. Rectoris Provinciæ. At nos aliter ſentimus, moti & auctoritate librorum veterum, qui novam Rubricam minio ſcriptam poſt illum titul. deſcriptam habent, & Græcorum Interpretum conſenſu, qui ad* lib. ult. inf. de crim. ſacrileg. *hunc titul. numerant 41. lib. 1. Cod. In eadem eſt etiam nobiſcum ſententia præſtantiſſimus Ant. Aug. Cæterum crediderim, idem hac conſtitutione fuiſſe cautum, quod ſupradicta* ult. Conſtit. tit. de crim. ſacrileg. *continetur.*

¹ *Nulli*] *Capitolinus in Antonino Pio*: Electus eſt ad eam partem Italiæ regendam in qua plurimum poſſidebat.

TITULUS QUADRAGESIMUS-SECUNDUS.

DE QUADRIMENSTRUIS BREVIBUS.

Græca Conſtitutio deeſt.

Hunc titulum diſerte ita ſcriptum in veteribus libris, & a nemine adhuc recentiorum animadverſum intrepide reſtitui, ut qui & hoc loco opportune ſit inſertus. Putat quidem Jacobus Cujac. vir doctiſſimus, eum fuiſſe additum tit. De Apochis lib. 10. quia & quadrimenſtruorum brevium l. 1. illius tit. *mentio ſit, ſed idcirco non fuit additus, quia hic jam proprio fuerat loco collocatus. Extat ſimilis tit.* l. 11. C. Theodoſiani tit. 25. De quadrimenſt. brevib. *& ſub eo Conſtit. ſingul. Theodoſii, Arcadii, & Honorii AAA.* Conſt.

TITULUS QUADRAGESIMUS-TERTIUS.

DE OFFICIO PRÆFECTI VIGILUM.

I. Impp. THEOD. & ARCAD. AA. Nepthidio Præfecto Urbis.

PRÆFECTI Vigilum hujus urbis nihil de capitalibus cauſis ſua auctoritate ſtatuere debent: ſed ſi quid hujuſmodi evenerit, Culmini tuæ poteſtatis referre: ut de memoratis cauſis celſiore ſententia judicetur.

TITULUS QUADRAGESIMUS-QUARTUS.

DE OFFICIO PRÆFECTI ANNONÆ[1].

Græca Conſtitutio ſub hoc tit. miniato deeſſe notatur in manuſcriptis. Hoc igitur pacto reſtitutis quinque titt. in hoc primo lib. C. *qui antea deerant (id eſt, tit. De Offic. Comitis ſacri patrimon. tit. De Offic. Vicarii, qui in omnibus manuſcriptis extat. tit. Ut nulli patriæ ſuæ adminiſtratio, &c. tit. De quadrimenſt. brevib. & tit. De Offic. Præf. annon.) perpulchre numerus tit. hujus lib. per omnia convenit cum numero Græcorum: quos duos numeros conciliare anxie ſtuduit Ant. Aug. nec tamen præſtare potuit.* Cont.

[1] *Præfecti annonæ*] *Lipſius ad Tacitum*: Præfectus annonæ inſtitutus ab Auguſto. *Boëtius de Conſolat. lib. 3. Proſa 4.* Si quis quamdam populi curaſſet annonam magnus habebatur, nunc ea Præfectura quid abjectius?

TITULUS QUADRAGESIMUS-QUINTUS.

DE OFFICIO CIVILIUM JUDICUM.

De honoratis litigantibus.

I. Imppp. ARCAD. THEOD. & HONOR. AAA. Curtio P.P.

HONORATI, qui litem habere noſcuntur, his horis vel temporibus quibus cauſarum, vel merita, vel fata panduntur, reſidendi cum Judicibus non habeant facultatem. Dat. III. Non. Febr. Ravennæ, BASSO & PHILIP. COSS. 408.

De publicis functionibus.

II. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P.P.

SI quis pro publicis functionibus, quæ flagitantur, aliquo ſe defendere tentet munimine, adeat Judicem, & promat, quæ duxerit adſerenda. Quem ſi Judex (quod non arbitramur) minus audire maluerit, ipſe quidem Adminiſtrator triginta librarum auri, Apparitor vero ejus quinquaginta feriatur diſpendio. Dat. XIII. Kalend. Auguſt. Conſtantinop. HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. Coss. 409.

TITULUS QUADRAGESIMUS-SEXTUS.

DE OFFICIO MILITARIUM JUDICUM.

De negotiis privatorum.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Magiſtris & Comitibus utriuſque militiæ.

NUNQUAM omnino in negotiis privatorum vel tuitio militaris, vel executio tribuatur. Dat. Prid. Id. Februar. Conſtantin. THEOD. A. III. & HABUNDANTIO Coss. 393.

De foro competenti.

II. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monachio P.P.

PRÆCIPIMUS, ne quando Curiales vel privatæ conditionis homines ad militare exhibeantur judicium, vel contra ſe agentium actiones excipiant, vel litigare in eo cogantur. Interminationem autem quinquaginta librarum auri adverſus Comitianum Officium proponi decernimus, ſi quid contra hoc aliquando tentaverit. Dat. VI. Kal. Sept. THEOD. A. VII. & PALLADIO Coss. 416.

De his, qui in virorum ſpectabilium Ducum officiis militaverunt.

III. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Anatolio Magiſtro militum.

NEMO de his qui in virorum ſpectabilium Ducum officiis militaverit, ſcholæ agentium in rebus quacunque ſubreptione poſt completam militiam ſocietur, nec agendi vices viri clariſſimi Principis accipiat facultatem. Si quis autem adverſus hæc noſtræ perennitatis decreta venire conetur, militia ſpoliatus, proſcriptionis pœna pro parte

bonorum tertia conſtringatur. Dat. v. Kalend. Februarias, Conſtantinopoli, MAXIMO II. & PATERIO COSS. 443.

De Ducibus militum.

IV. Iidem A A. Nomo Magiſtro officiorum.

DUCES militum [1] & præcipue, quibus gentes, quæ maxime cavendæ ſunt, appropinquant, in ipſis limitibus commorari, & milites ad proprium redigere numerum [2] imminentibus Magiſteriis poteſtatibus, diuturniſque eorum exercitationibus inhærere præcipimus. Caſtrorum quinetiam refectionis luſtrationiſque curam habeant. Quibus cum Principibus caſtrorumque Præpoſitis, pro laborum viciſſitudine, limitaneorum militum duodecimam annonarum partem, diſtribuendam videlicet inter eos magiſteriæ poteſtatis arbitrio, deputamus. Dat. II. Id. Septemb. Conſtantinop. MAXIMO II. & PATERIO COSS. 443.

[1] *Duces militum*] *Zoſimus lib. 2. pag. 688.* Nam cum præeſſent ubique locorum militibus non modo Centuriones, & Tribuni, verum etiam Duces, ſic enim appellabantur, qui quolibet in loco Prætorum vicem obtinebant: Magiſtris militum præſtitutis, altero equitum, peditum altero, & in hos tranſlata poteſtate militum ordinandorum, & coërcendi delinquentes, hac etiam in parte Præfectorum auctoritati detraxit.

[2] *Milites ad proprium redigere numerum*] *Suetonius in Veſpaſiano cap. 6.* Revocatis ad officium numeris parumper.

TITULUS QUADRAGESIMUS-SEPTIMUS.

NE REI MILITARIS COMITIBUS vel Tribunis lavacra præſtentur.

I. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. A A A. Anthemio P.P.

OMNEM inquietudinem a curiis & civitatibus præcipimus prohiberi: nec ulla privata ab his ſuccendi balnea ad Tribunorum, vel ducum, aliorumve militarium Comitum uſus: nec adærationem aliquam pro hac cauſa profligari. Illuſtribus enim tantummodo viris Comitibus ac Magiſtris militum (ſi tamen id voluerint) hoc miniſterium indulgemus: dupli pœna violatoribus hujus Sanctionis imminente. Dat. v. Kal. Decemb. ARCADIO A. VI. & PROBO COSS. 406.

TITULUS QUADRAGESIMUS-OCTAVUS.

DE OFFICIO DIVERSORUM JUDICUM.

De mulieribus.

I. Imp. CONST. ad Domitium Celſum Vicarium.

NEMO Judex aliquem Officialem ad eam domum, in qua materfamilias degit, cum aliquo præcepto exiſtimet eſſe mittendum, ut eandem in publicum protrahat[a]: cum certum ſit debita ejus, quæ intra domum conſiderato ſexu ſemet contineat, domus ejus vel cujuſcunque rei habita diſtractione, publicis neceſſitatibus poſſe ſervari. Quod ſi quis in publicum matremfamilias poſthac crediderit protrahendam, inter maximos reos citra ullam indulgentiam capitali pœna plectetur. Dat. IV. Id. Auguſt. SABINO & RUFFINO COSS. 316.

[a] *Eandem in publicum protrahat*] *Cicero act. 3. in Verr.* Cur prudentiſſimas lectiſſimaſque fœminas in tuum virorum conventum inſolitas, invitaſque prodire cogis?

In AUTHENT. Ut nulli jud. §. Neceſſarium, col. 9. tit. 17. al. 9. ſeu Novell. 134. cap. 9.

SEd hodie novo jure pro fiſcalibus vel privatis debitis nulla mulier debet includi: ſed ad Judicem veniet per ſe vel per procuratorem ſuum: vel mittat unum vel alterum, quatenus negotium legitime exequantur. Si contra factum fuerit, majores judices viginti libris auri, minores decem puniantur. Obedientes autem eis cingulo ſpoliabuntur, & pœnis ſubjacebunt corporalibus, & in exilium damnabuntur.

De honore viris celſioribus deferendo.

II. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Principium P. V.

SINGULI quique Judices ſciant, celſioribus viris, & his quorum nonnunquam judicio provehuntur, honorificentiam debitam eſſe præſtandam, nec in proſcriptionibus ſuis fratres audeant nominare: apparitione multanda, cujus hæc eſt cura. Dat. Id. Februar. RICHOMERE & CLEARCHO COSS. 384.

III. Iidem AAA. Conſtantino P.P. Galliarum.

SCIANT Principes[a], & Cornicularii[b] & Primates officiorum, & Judices etiam, ternas libras auri a ſuis facultatibus eruendas[c], ſi honoratis viris[d] (quibus etiam conſiſtorium noſtrum ingrediendi facultas præbetur[e]) ſecretarii Judicum non patuerit ingreſſus, aut reverentia non fuerit in ſalutatione[f] delata, aut ſedendi cum judice ſo-

cietas [7] denegata. Dat. V. Id. Novemb. Tyberiade, TIMASIO & PROMOTO COSS. 389.

[1] *Principes*] *Caſſiodorus lib. 11. Formul. 35.* Cur enim agentium in rebus miles officii poſt tot labores incerto aliquid patiatur ambiguum, qui erebris actionibus excubando, ideo Principis nomen habere promeruit, quia militiæ ſacramentis cæteros antecellis? *L. 1. Cod. Theodoſ. ne damn. Provinc. inflig.* Si qui eorum qui Provinciarum Rectoribus obſequuntur, quique in diverſis agunt officiis Principatus.

[2] *Cornicularii*] Corniculares ſunt inter Primates. *Caſſiodorus lib. 11. Form. 59.* Optatus ad optata perveniens, ſui nominis ſortiatur effectum. Et ideo ſupradictum aſſiduis laboribus comprobatum, Cornicularioruṁ ſumere cenſemus effectum. *L. 8. Cod. Theodoſ. de diverſ. Officiis.* Præfecturæ Cornicularios qui annis ſingulis ex numero deputatorum exeunt poſt tranſactos Corniculos noſtram adorare purpuram volumus.

[3] *Ternas libras auri a ſuis facultatibus eruendas*] *Symmachus lib. 9. epiſt. 7.* Debita ab obnoxiis ſervis eruenda mandavi.

[4] *Honoratis viris*] *L. 13. Cod. Theodoſ. de agentib. in reb.* Ut conlatione juniorum, qui nuper honoratis indicti ſunt, ea duntaxat conditione habeantur exortes, ſi poſt Principatus officium nulla ulrerius honoris fuerint adminiſtratione perfuncti. *L. 20. eod.* Eo tempore quo jam honoratis viris cœperit adgregari. *Et l. 21. eod.* Tempore quo jam bonoratorum virorum cœtibus inſeritur.

[5] *Quibus etiam conſiſtorium noſtrum ingrediendi facultas præbetur*] *L. 7. Cod. Theodoſ. de privileg. eor. qui in ſacr. Palat. militar.* Omnes qui intra conſiſtorii ſecreta veneranda notariorum funguntur officio.

[6] *Salutatione*] *L. 8. Cod. Theodoſ. de princip. agent. in reb.* Sed in ſalutationibus Judicum conſeſſibuſque priores eos qui per longæ militiæ metas ad Principatus actum pervenerint.

[7] *Sedendi cum judice ſocietas*] *Lampridius in Alexandro:* Salutatus conſeſſum obtulit omnibus Senatoribus.

TITULUS QUADRAGESIMUS-NONUS.

UT OMNES JUDICES TAM CIVILES quam militares poſt adminiſtrationem depoſitam quinquaginta dies in civitatibus vel certis locis permaneant.

I. Imp. ZENO A. Sebaſtiano P.P.

NEMO ex viris clariſſimis Præſidibus Provinciarum, vel Conſularibus, aut Correctoribus, vel qui adminiſtrationis majoris infulas meruerint, id eſt, Viri ſpectabiles Proconſules, aut Præfectus Auguſtalis, aut Comes Orientis, aut cujuſlibet tractus Vicarius, aut quicunque Dux, vel Comes cujuſlibet militis, vel divinarum Comes domorum, poſtquam ſibi ſucceſſum fuerit, audeat excedere de locis, quos rexiſſe noſcitur, antequam quinquaginta dierum conſtitutus numerus finiatur: Sed per id tempus Præſides quidem, & Conſulares, nec non Correctores in Metropoli: Spectabiles vero Judices tam civiles quam militares in civitatibus adminiſtratæ Diœceſeos illuſtrioribus, publice,

publice, non domi, vel intra Sacroſanctos terminos, vel regiones, aut potentes domos latitantes, ſed in celeberrimis locis ante omnium, quos nuper gubernaverant, ora verſentur: ut pateat omnibus facultas libera ſuper furtis, aut criminibus querimoniam commovendi: ita ut ab omni defenſus injuria proviſione poſt eum adminiſtrantis, ac periculo Officii, nec minus Curialium, & Defenſoris civitatis, juratoriæ tantum cautioni commiſſus, poſtquam fuerit in querimoniam devocatus, pulſare volentibus (ut dictum eſt) pro legum ratione reſpondeat. Nec ullam ante præfinitum tempus de Provincia diſcedendi excuſationem ei tribuat vel divinæ vocis copia, vel codicilli alterius adminiſtrationis oblati, vel præceptum Ampliſſimæ tuæ Sedis, ut alterius Provinciæ Moderatoris vices obtineat, aut præceptum præfatæ, vel alterius civilis vel militaris cujuſcunque poteſtatis, ut quandocunque ſollicitudinem publicam gerat, aut exhibeatur, vel deducatur, aut poſtremo cujuſlibet artis aſtutia, cujuſcunque occaſionis excogitata calliditas excludatur: ut modis omnibus, quæ pro univerſarum Provinciarum ſalute ſancimus, ſortiantur effectum. Quod ſi quis temeritate punienda ſaluberrimam legem circumſcribendam vel violandam crediderit, licet, & majeſtatis reus non immerito judicetur, attamen quinquaginta librarum auri multam publicis calculis inferre cogetur: ſimili pœna plectendo eo, qui poſt eum adminiſtratione ſuſcepta minime eum curaverit honeſte retinendum, aut ſuper ejus fuga protinus referendum.

§. 1. Adminiſtrationem autem deponere non volumus deceſſorem, antequam ſucceſſor ad Provinciæ fines pervenerit: licet literis ad eum, ſeu programmate, vel Edicto ad Officium, & Provinciales uſus fuerit.

§. 2. Ipſe autem, qui præſentem fugiens non obſervaverit legem, ubicunque repertus fuerit, licet in hac florentiſſima civitate, ad Provinciam ſine ullo penitus obſtaculo, præceptione tui Culminis, cura etiam viri clariſſimi Rectoris Provinciæ, in qua repertus fuerit, deducetur, per ſex menſium curricula ibidem moraturus: quatenus interea minime poſſint crimina vel furta celari. Officium etiam, quod eum, debito tamen honore ſervato, non prohibuerit contra legis tenorem diſcedere, triginta librarum auri diſpendio feriatur.

§. 3. Quod ſi intra quinquaginta dierum numerum fuerit forte pulſatus, & præfato tempore elapſo necdum finita lis fuerit, civiliter quidem ſuper furtorum ſceleribus pulſatus, dato Procuratore inſtructo, poſt quinquaginta dies protinus habeat licentiam diſcedendi: accuſatione vero ſuper criminibus facta, per inſcriptionum laqueos irretitus, uſque ad terminum cauſæ ibidem neceſſario perdurabit.

§. 4. Sciant autem univerſi Judices, apud quos vel adminiſtrationis jure, vel ex præcepto ampliſſimæ tuæ Sedis, hujuſmodi controverſiæ civiliter vel criminaliter ventilantur, intra viginti dierum ſpatium debere ſe præfata litigia, poſtquam orta fuerint terminare. Nam ſi ſuperſederint, ipſos quidem decem librarum auri condemnationem

ſubire cenſemus: accuſationem vero ſeu civilem intentionem ſemel in judicium deductam præfato modo legitime terminari. Dat. v. Id. Octob. Conſtantinop. ZENONE A. II. COS. 475.

In AUTHENT. Ut judices ſine quoquo ſuff. §. Neceſſitatem, col. 2. tit. 2. ſeu Novell. 8. cap. 9.

SI vero, antequam compleantur quinquaginta dies, fugiens capiatur, detineatur a Provincialibus, & omne quod datum fuit ea occaſione, furti actione exigatur: præſente tamen Deo amabili Epiſcopo, & cauſam ex non ſcripto examinante.

TITULUS QUINQUAGESIMUS.

DE OFFICIO EJUS QUI VICEM alicujus Judicis vel Præſidis obtinet.

De cauſis ad Rempublicam ſpectantibus.

I. Imp. GORDIANUS A. Domitio P. P.

IN cauſa, quæ ſpectat ad utilitatem Reipublicæ, eum qui vice Præſidis Provinciam adminiſtrat, potuiſſe cognoſcere, in dubium non venit. Sane ſi in aliquo captum eſt jus Reipublicæ, juxta ſcita Divorum Principum, Defenſores Reipublicæ ſi modo adeſſe fiduciam negotio putant, reſtitutionis auxilium poſſunt flagitare. Dat. III. Non. Novemb. SABINO II. & VENUSTO COSS. 241.

De Juriſdictione.

II. Mandata Impp. THEOD. & VALENT. AA. miſſa Antiocho, cæteriſque P. P. per Referendarium: quæ ſic habent.

SUGGERENTE Magnificentia veſtra, docta Imperialis æternitas, debere eosqui præceptione principali ſeu veſtræ Sedis ampliſſimæ tueri locum Rectorum Provinciarum noſcuntur, auctoritatem habere tutores ſeu curatores petentibus dare, decretum etiam interponere ad alienandas minorum ſimiliumque eis perſonarum ſeu Curialium facultates, & emancipationes quoque legibus celebrare, & omnia, quæ ad juriſdictionem Rectoris Provinciæ pertinent, actitare, præcipere dignata eſt pro diſpoſitione veſtræ Celſitudinis præfatas hujuſmodi ſollicitudines peragendi habere licentiam. Dat. Prid. Id. Octobr. Conſtantinop. HIERIO & ARDABURIO COSS. 427.

TITULUS QUINQUAGESIMUS-PRIMUS.

DE ADSESSORIBUS, ET DOMESTICIS, & Cancellariis Judicum.

Ut Conſiliorum participes ſpe præmiorum provocentur, non metu cogantur.

I. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS A A. Paulino.

STUDIORUM labor meretur, ut hi, qui in publicis adminiſtrationibus conſtituti ſociari ſibi conſiliorum participes cupiunt, ſpe præmiorum atque honorificentia ſua provocent eos, quorum prudentiam ſibi putant eſſe neceſſariam, non metu terribili, & neceſſitate incongrua libertati. Dat. Prid. Idib. Jul. TIBERIO & MAXIMO COSS. 291.

De Subſcriptionibus.

II. Imp. CONSTANTINUS A. ad Baſſum P. V.

PRÆSIDES non per Adſeſſores, ſed per ſe ſubſcribant libellis. Quod ſi quis Adſeſſori ſubſcriptionem inconſultis nobis permiſerit, mox Adſeſſor, qui ſubſcripſit, exilio puniatur: Præſidis vero nomen ad nos referri jubemus, ut in eum ſeverius vindicetur. Dat. XV. Kal. Septemb. CONSTANTINO A. VI. & CONSTANTINO C. COSS. 319.

Ut Conſiliarii, Cancellarii & Domeſtici poſt depoſitam adminiſtrationem quinquaginta dies in Provincia reſideant.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. A A. Meſſalæ P. P.

CONSILIARIOS Judicum, & Cancellarios, & eos qui Domeſticorum funguntur officio, poſt depoſitam adminiſtrationem quinquaginta dies in Provinciis reſidere præcipimus. Pro confeſſo autem tenebitur, qui accuſatus hujuſmodi perſonam ſubtraxerit; eaque in quadruplum reſtitui jubemus, quæ docebuntur ablata: ut duplum ſpoliatus accipiat, & duplum noſter fiſcus adquirat. Dat. VI. Kal. Januar. Mediolani, THEODOSIO & RUMORIDIO COSS. 403.

De Domeſtico Judicis a publicis actibus arcendo.

IV. Iidem & THEOD. A A A. ad Cæcilianum Vicarium.

DOMESTICUS Judicis a publicis actibus arceatur. Quod ſi neceſſitatibus publicis ſeſe convictus fuerit amicuiſſe; ſtatim eum ad Majoris poteſtatis examen deduci oportet, ut competens in eum

vindicta promatur. Dat. VII. Idib. April. HONORIO A. VI. & ARISTENETO COSS. 404.

De miniſteriis non iterandis.

V. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Seleuco P.P.

NEMO in Provinciis, qui ſemel Domeſtici vel Cancellarii miniſterium geſſerit, ad eandem obſervationem aliqua ambitione iterum remeare concedatur. Dat. III. Id. Decembr. Raven. AA. X. & VI. COSS. 415.

VI. Iidem AA. Vitaliano Duci Libyæ.

NEMO de Domeſticis Ducum vel Comitum militarium, officiis eorum connumeratus, poſt completum ſui temporis actum ad eandem rurſum ſollicitudinem audeat adſpirare: decem librarum auri condemnatione propoſita, ſi quis hanc violare voluerit ſanctionem: eadem pœna Officio quoque ejus coërcendo, ſi per ambitionem, vel avaritiam ex his aliquid temerarie conſenſerit. Dat. VIII. Kal. Novembr. HONORIO A. XI. & CONSTANTIO II. COSS. 417.

De peculio quaſi caſtrenſi.

VII. Iidem AA. Euſtathio P.P.

VELUT caſtrenſe peculium filiiſam. Adſeſſores etiam poſt patris obitum vindicent, qui conſiliis propriis adminiſtratores juvare conſueverunt, ſi quid licitis honeſtiſque lucris coadunare potuerint. Dat. Kalend. April. Conſtantinop. HONOR. XIII. & THEOD. X. AA. COSS. 422.

De electione & accuſatione Domeſticorum, vel Cancellariorum, & de quæſtionibus.

VIII. Iidem AA. Aſclepiodoto P.P.

NULLUS judicum ad Provinciam ſibi commiſſam quemquam ſecum ducere audeat, cui Domeſtici, vel Cancellarii nomen imponat: nec profectum ad ſe undecumque ſuſcipiat, ne famæ nota cum bonorum publicatione plectatur. Periculo enim Primatum Officii Cancellarios ſub fide geſtorum ex eodem Officio electos Judicibus applicari jubemus: ita ut poſt depoſitam adminiſtrationem, nec militiam deſerant, & Provincialibus præſentiam ſui exhibeant, quo volentibus ſit accuſandi eos facultas. Si enim idonea cauſa exegerit: ad detegenda Judicis flagitia, & quæſtioni eos ſubdi oportet. Dat. Prid. Kal. Jul. ASCLEPIODOTO & MARINIANO COSS. 423.

De Domeſticis exhibendis.

IX. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. ad Taurum.

SI poſt depoſitam adminiſtrationem Judicum, præſentiam, vel exhibitionem Domeſticorum, querimonia Provincialium aut Curialium, vel aliqua publica neceſſitaș poſtulaverit: per eoſdem adminiſtratores, quorum domeſtici fuerunt, judicio legibuſque tradantur. Dat. v. Non. Jul. Conſtantinop. THEODOSIO A. XIV. & MAXIMO COSS. 433.

De eo, qui ultra quatuor menſes aſſedit in ſua Provincia.

X. Iidem AA. Florentio P. P.

IN Conſiliariis obſervari cenſemus, ut in eum, qui in ſua Provincia ultra quatuor menſes Moderatoribus adſederit adverſus leges antiquas [1], & divorum retro Principum ſcita, proſcriptio bonorum & accuſatio publici criminis immineat, niſi per cœleſte oraculum, vel ampliſſimæ tuæ ſedis præceptionem ſeſe defendat. Dat. XIII. Kal. Februar. THEODOS. XVII. & FESTO COSS. 439.

[1] *Adverſus leges antiquas*] *Spartianus in Nigro 413.* Hujus etiam illud fuit, ut nemo aſſideret in ſua Provincia.

De onere indictionis.

XI. Iidem AA. Zoilo P. P. Orientis.

NON minus Adſeſſoribus Majorum Magiſtratuum, quam ipſis Judicibus noſtræ benevolentiæ liberalitas tribuenda eſt. Ideoque Conſiliarios virorum illuſtrium Præfectorum tam Prætoriorum, quam hujus inclytæ urbis, eminentiſſimorumque Magiſtrorum militum, necnon etiam viri illuſtris Magiſtri Officiorum, ſive prædicto officio jam functi ſunt, ſeu fungentur in poſterum, poſt depoſitum etiam officium ab omni indictionis onere ſeu civilium ſeu militarium Judicum prorſus immunes eſſe præcipimus: ut nec ab Ampliſſima quidem Sede tui culminis eis ulla moleſtia ſuper ſuſcipiendo quolibet gravamine penitus injungatur: quinquaginta librarum auri Officio tui culminis condemnatione multando, ſi quid adverſus ſtatuta Clementiæ noſtræ innovari conceſſerit. Dat. v. Kal. Mart. THEODOSIO A. XVIII. & ALBINO CONSS. 444.

De iiſdem Conſiliariis ſæpius adjungendis.

XII. Impp. VALENT. & MART. AA. Palladio P. P.

LICEAT omnibus Judicibus illuſtri præditis poteſtate, Conſiliarios [1] ſibi eoſdem ſecundo, ac tertio, & ſæpius adjungere: quia

qui ſemel recte cognitus eſt, non debet ob hoc ſolum, quod jam probatus eſt, improbari. Dat. VAL. A. ***.

[a] *Conſiliarios*] *L. 46. ff. de contrah. empt.* Non licet ex officio quod adminiſtrat quis emere quid per ſe vel per aliam perſonam.

De Jure dicendo.

XIII.

NUNQUAM ſine Judicibus conſiliarii eorum nomina ponentes jus dicant.

ΜΗΔΕΠΟΤΕ χωρὶς [a] τῶν ἀρχόντων οἱ σύμπεδροι [b] δικαζέτωσαν τὰ ἐκείνων τιθέντες ὀνόματα.

[a] Μηδέποτε χωρὶς] Adde. Dat. VI. Kal. Jul. poſt Conſulatum Decii & Longini. Refert Joſeph. Tenedius *ex lib. VII.* Βασιλ. *tit. I.* Poſt quam ſequitur *L. nemo.* Deinde loco conſtitutionis ultimæ, quæ deſideratur, pars ſecunda. *Nov. lx.* Poſita eſt, cujus eadem fuit ſententia.

[b] Οἱ σύμπεδροι] *Ulpian. in illud:* Τοῦ κατὰ μεσίδιον. Παρεδρεύοντος ἄρχοντι τῷ ἐξ. συμπονοῦντος, inquit, καὶ συμπαιζόντος τῷ τιμῇ μόνου τι οἷς πρὸς ἁμάρτη κατὰ τὴν ἀρχὴν. πάρεδροι γὰρ ἐδίδοντο τοῖς ποιητέοις οἱ νῦν καλούμενοι σύνεδροι. Quos peritos legum & conſuetudinis qua P. in civitate utebatur Magiſtratus plerumque imperiti adhibere in conſilium judicaturi ſolebant. Uti de Alipio Auguſtinus ſcribit *lib. VI. & VIII. Confeſſion.*

Ne quis eodem tempore Advocatus & Adſeſſor ſit: neve duorum Magiſtratuum Adſeſſor ſit. 2. Sanctio.

XIV. Imp. JUSTINIANUS A. Demoſtheni P. P.

NEMO ex his, qui Advocati cauſarum conſtituti ſunt, vel fuerint etiam in hac Regia Urbe, in quocunque judicio deputati, & in aliis omnibus Provinciis noſtro ſubjectis imperio, audeat in uno eodemque tempore tam advocatione uti, quam Conſiliarii cujuſcunque Magiſtratus, quibus Reſpublica gerenda committitur, curam arripere: cum ſatis abundeque ſufficiat, vel per advocationem cauſis perfectiſſime patrocinari, vel Adſeſſoris officio fungi: ne, cum ad utrumque feſtinat, neutrum bene peragat: ſed ſive Advocatus eſſe maluerit, hoc cum debita ſolertia implere poſſit: vel, ſi adſeſſionem elegerit, in ea videlicet permaneat: ita tamen, ut poſt Conſiliarii ſollicitudinem depoſitam, liceat ei ad munus Advocationis reverti.

§. 1. Nec ſit conceſſum cuiquam duobus Magiſtratibus adſidere, & utriuſque judicii curam peragere (neque enim facile credendum eſt etiam duabus neceſſariis rebus unum ſufficere. Nam cum uni judicio adfuerit, alteri abſtrahi neceſſe eſt: ſicque nulli eorum idoneum in totum inveniri) ſed altera adſeſſione penitus ſummota, unius Magiſtratus eſſe contentum judicio.

§. 2. Nec callidis machinationibus hujuſmodi legem putet quis eſſe circumſcribendam, etſi non Conſiliarii ſignum, quod ſolitum eſt, chartis imponat, ſed alias quaſdam literas excogitatas adſimulaverit,

exiſtimans ei licere fungi quidem memoraro officio, ſub hujuſmodi tamen umbra latere: cum in legem committant & hi qui vigorem ejus ſcrupuloſis, & excogitatis artibus eludere feſtinant. Neque ſibi blandiri quemquam oportet, quod præſentis etiam legis aculeos poſſit evadere, quemadmodum & anteriores leges ſuper hac re poſitas deludebat. Si quis etenim in rali commiſſo fuerit inventus, ſciat ſe de matriculis Advocatorum penitus eſſe delendum, & decem librarum auri multam noſtris privatis largitionibus illaturum, per virum illuſtrem Comitem rerum privatarum exigendam, & aliam majorem Regalis Culminis ſubiturum offenſam: cum nec ipſe Judex, qui hoc fieri paſſus eſt, & ſciens prudenſque hoc commiſerit, ſine Imperiali commotione remanebit. Eidem pœnæ quidem ſubjiciendo etiam eo, vel eis, qui in his cauſis, quarum patrocinium adepti ſunt, quibuſque advocationem ſuam præſtiterunt, adſeſſiones cujuſcunque Magiſtratus colore audeat, vel audeant vindicare, ne affectionis ſuæ vel advocationis memor incorrupti Judicis non poſſit nomen proferre. Dat. v. Kal. Octob. Chalcedone, DECIO V.C. COS. 529.

[1] *Ne cum ad utrumque feſtinat, neutrum bene peragat*] *Plato lib. 3. de Rep.* Si quis plura tractare aggrediatur in ſingulis ita deſinet, ut in nullo evadat egregius. *Idem lib. 2.* Impoſſibile eſt eumdem plures actus bene exercere. *Caſſiodorus lib. 9. Var. cap. 21.* Ceſſet nunc illa ſatyris Doctoribus querulis uſurpata ſententia: quia duabus curis ingenium non debet occupari. Ecce jam habere tolerabile probantur hoſpitium: unde nunc merito uni ſollicitudini jugiter exhærentes, toto vigore animi ad bonarum artium ſtudia transferantur.

TITULUS QUINQUAGESIMUS-SECUNDUS.

DE ANNONIS ET CAPITATIONE

adminiſtrandum, & eorum Adſeſſorum, aliorumve publicas ſollicitudines gerentium, vel eorum qui aliquas conſecuti ſunt dignitates.

I. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P.P.

OMNIBUS ram viris ſpectabilibus, quam viris clariſſimis Judicibus, qui per Provincias ſive militarem ſive civilem adminiſtrationem gerunt, necnon Comiti commerciorum, Magiſtro æris [1], ſive privatæ rei Rationali per Ponticam atque Aſianam Diœceſim, item & Adſeſſoribus Judicum ſingulorum in præbendis ſolatiis annonarum hic fixus ac ſtabilis ſervabitur modus, ut ea pro annonis & capite dignitati ſuæ debitis pretia conſequantur, quæ particularibus delegationibus ſolent contineri. Dat. III. Kal. Jun. Conſtantinop. THEOD. XVII. & FESTO COSS. 439.

[1] *Magiſtro æris*] *In l. 4. Cod. Theodoſ. de Privileg. eor. qui in ſacr. Palat.*

Quod facimus, &c. ita volumus emendari, ut gravitas tua ex Officio rationum æris ſpeciem poſtulet.

TITULUS QUINQUAGESIMUS-TERTIUS.

DE CONTRACTIBUS JUDICUM vel eorum qui ſunt circa eos, & inhibendis donationibus in eos faciendis: & ne adminiſtrationis tempore proprias ædes ædificent ſine ſanctione pragmatica.

Prætores & Provinciarum Rectores non poſſunt per ſe vel per alios contrahere in loco ſibi commiſſo, niſi pro neceſſitate victus & veſtitus. Salic.

I. Imp. JUSTIN. A. Mennæ P.P.

QUICUNQUE [1] adminiſtrationem in hac florentiſſima urbe gerunt, emere quidem mobiles res vel immobiles, vel domos extruere non aliter poſſunt, niſi ſpecialem noſtri Numinis hoc eis permittentem divinam reſcriptionem meruerint.

§. 1. Donationes vero omnimodo recuſent: ſcientes non eſſe validas eas, in quibuſcumque rebus, & quacumque æſtimatione, niſi poſt adminiſtrationem depoſitam, vel ſpecialiter in ſcriptis donator eandem donationem ratam habuerit, vel tempus quinquennale præterierit, in quo nulla querela ſuper iiſdem donationibus, vel ab ipſo donatore, vel ab ejus ſucceſſoribus facta ſit.

§. 2. Provincias vero moderantibus, non ſolum donationes, ſed etiam emptiones quarumcumque mobilium vel immobilium rerum (præter eas, quæ ad alimoniam vel veſtes pertinent) & ædificationes, licet ſacri apices aliquid eorum permiſerint, penitus interdicimus. Nec ratum ſit, quod his donatione, vel venditione datum eſt, licet quinquennale tempus poſt depoſitam adminiſtrationem exceſſerit, vel conſenſus donatoris, vel venditoris poſt eandem adminiſtrationem adjectus ſit.

§. 3. Hæc autem etiam ad Domeſticos & Conſiliarios eorum trahi neceſſarium duximus: illud etiam adjicientes, ut nec per interpoſitam perſonam aliquid eorum ſine periculo poſſit perpetrari.

§. 4. Quæ etiam ad præterita negotia referri ſancimus, niſi tranſactionibus, vel judicationibus ſopita ſint. Dat. v. Idib. Decembr. Conſtantinop. D.N. JUSTINIANO A. II. Cos. *.

[1] *Quicumque, &c.*] Contra Novellam Valentiniani *de confirmandis his, &c.*

TITULUS

TITULUS QUINQUAGESIMUS-QUARTUS.

DE MODO MULTARUM, QUÆ A JUDICIBUS inſliguntur.

De fama.

I. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Firmo.

MULTA damnum famæ non irrogat. Dat. v. Idus Aprilis, ANTONINO A. & GETA utriſque II. COSS. 206.

De Procuratore Cæſaris vel Rationali.

II. Imp. ALEXAND. A. Decimio P.P.

PROCURATORES meos [1], vel Rationales, multæ indicendæ jus non habere ſæpe reſcriptum eſt. Dat. XIV. Kal. Septemb. MODESTO & PROBO COSS. 229.

[1] *Procuratores meos*] Id eſt rationales. *Lampridius in Alexandro:* Ubi aliquos voluiſſet vel Rectores Provinciis dare, vel Procuratoros, id eſt, Rationales ordinare, nomina eorum proponebat: hortans populum ut ſi quis quid haberet criminis probaret manifeſtus reus; ſi non probaſſet, ſubiret pœnam capitis.

De Curatore Reipublicæ.

III. Impp. GORD. A. Celeri PP.

CURATOR Reipublicæ (qui Græco vocabulo logiſta nuncupatur) multandi jus non habet. Dat. Id. Septemb. GORDIANO A. & AVIOLA COSS. 240.

De Præfectis Prætorio.

IV. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutrop. PP.

ILLUSTRES viros Præfectos Prætoriis uſque ad quinquaginta librarum auri multam, cum peccatum graviſſimum erit, pervenire ſinimus. Dat. VIII. Id. Jan. GRATIANO V. & THEODOS. AA. COSS. 380.

Cui quæritur multa.

V. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Pretextatum P. P.

MULTARUM ſevera compendia ærario noſtro protinus eſſe quærenda nullus ignoret: niſi ipſe Judex id, quod ad pœnam admiſſi facinoris exſculpitur, vel publicis operibus, vel curſui publico, vel aliis neceſſariis cauſis ſpecialiter deputaverit. Dat. v. Id. Septembr. Aquileiæ, RICHOMERE & CLEARCHO COSS. 384.

De modo multarum.

VI. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Meſſalæ P. P.

EOS qui ordinario Provincias jure moderantur, erga eorum perſonas, quos culpa reddit obnoxios, ultra duarum unciarum auri ſummam condemnare non patimur.

§. 1. Proconſularem vero poteſtatem, ſi multandi neceſſitas imminebit, ſenarum unciarum auri ſumma cohibebit: in qua forma etiam Comes Orientis, atque Præfectus Auguſtalis erit.

§. 2. Cæteri vero Spectabiles Judices, & qui vice noſtra adminiſtrationis gubernacula ſuſceperint, ultra tres auri uncias ſibi intelligant licentiam denegatam.

§. 3. Id quoque obſervandum a Moderatore eſſe cenſemus, ut in unius correptione perſonæ (ſi ad id continuatio peccati impulerit) trinæ tantummodo in anno condemnationis ſub præſtituta ſumma ſeveritas exerceatur.

§. 4. Quod ſi quis prædictum modum exceſſerit, hujus auctor admiſſi condemnato ad dupli reſtitutionem: fiſco vero noſtro ad inferendam eam quantitatem, quam multæ nomine inflixerit, tenebitur.

§. 5. Nec tamen ad hujus legis moderationem pertinere ſe credant, qui in peculatibus aut manubiis, id eſt, deprædationibus, aut concuſſionibus, furtis, aliiſque flagitiis, quæ coërceri ſeverius convenit, fuerint deprehenſi: ſcilicet ut ſcripta per Judices memoratos, in cujuſlibet fuerit dirigenda diſpendium, ſententia proferatur.

§. 6. Nec putent factu facile eſſe, ut aut præcepiti perſuaſione condemnent, quem culpa non ingravet, aut erubeſcenda varietate judicii pro arbitrio proprio immutandum eſſe, quod juſſerint: niſi paupertas condemnati hoc perſuaſerit. Dat. XII. Kalend. Septemb. THEODOS. A. II. & CYNEGIO COSS. 388.

TITULUS QUINQUAGESIMUS-QUINTUS.

DE DEFENSORIBUS CIVITATUM.

De quibus cauſis Defenſores cognoſcunt.

I. Impp. VALENT. & VALENS AA. Senecæ Defenſori.

SI quis de tenuioribus, ac minuſculariis rebus interpellandum te eſſe crediderit, in minoribus cauſis, id eſt, uſque ad quinquaginta ſolidorum ſummam, acta judicialia conficiat: ſcilicet, ut, ſi quando quis vel debitum juſtum, vel ſervum, qui per fugam fuerat elapſus, vel quod ultra delegationem dederat, poſtulaverit, vel quodlibet hujuſmodi tua diſceptatione reſtituas. Cæteras vero, quæ dignæ forenſi magnitudine videbuntur, Ordinario inſinuato Rectori. Dat. XV. Kalend. Januar. Terici, VALENTINIANO & VALENTE AA. Coss. 365.

Ex quibus eligendi defenſores.

II. Iidem AA. ad Probum P.P.

DEFENSORES civitatum, non ex Decurionum ſeu ex Cohortalium corpore, ſed ex aliis idoneis perſonis huic officio deputentur. Dat. III. Non. Novemb. iiſdem CONSS. 365.

De Ruſticis.

III. Iidem & GRATIANUS AAA. ad Senatum.

UTILI ratione perſpectum eſt, ut innocens, & quieta ruſticitas particularis patrocinii, id eſt, defenſoris locorum beneficio perfruatur, & apud eum in pecuniariis cauſis litigandi habeat facultatem. Dat. IV. Id. Auguſt. Hierapoli, VALENTINIANO & VALENTE AA. utriſque II. COSS. 368.

De officio Defenſorum.

IV. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Theodoro defenſori.

IN defenſoribus univerſarum Provinciarum erit adminiſtrationis hæc forma, & tempus quinquennii ſpatii metiendum: ſcilicet ut in primis parentis vicem plebi exhibeas: deſcriptionibus ruſticos urbanoſque non patiaris affligi: Officialium inſolentiæ, & Judicum procacitati (ſalva reverentia pudoris) occurras: ingrediendi, cum voles, ad Judicem liberam habeas facultatem: ſuperexigendi damna, vel ſpolia plus petentium ab his, quos liberorum loco tueri debes, exclu-

das: nec patiaris quicquam ultra delegationem ſolitam ab his exigi, quos certum eſt, niſi tali remedio, non poſſe reparari. Dat. XI. Non. Jan. Conſtantinop. ARCADIO & BAUTONE CONSS. 385.

V. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Potamio Præfecto Auguſtali.

DEFENSORES nihil ſibi inſolenter, nihil indebitum vindicantes, nominis ſui tantum fungantur officio. Nullas infligant multas. Sæviores non exerceant quæſtiones. Plebem vel decuriones ab omni improborum inſolentia, & temeritate tueantur: ut id tantum, quod eſſe dicuntur, eſſe non deſinant. Dat. III. Non. Mart. Conſtantinop. ARCADIO A. II. & RUFINO COSS. 392.

VI. Iidem AAA. Tatiano PP.

PER omnes regiones, in quibus fera & periculi ſui neſcia latronum fervet inſania, probatiſſimi quique & diſtrictiſſimi Defenſores adſint diſciplinæ, & quotidianis actibus præſint, qui non ſinant crimina impunita coaleſcere: removeant patrocinia, quæ favorem reis, & auxilium ſceleroſis impartiendo, maturari ſcelera fecerunt. Dat. V. Id. April. ARCADIO A. II. & RUFINO COSS. 392.

VII. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Cæciliano P. P.

DEFENSORES civitatum oblatos ſibi reos in ipſo latrocinio, vel congreſſu violentiæ, aut perpetrato homicidio, aut ſtupro, vel raptu, vel adulterio deprehenſos & actis publicis ſibi traditos, expreſſo crimine cum his, a quibus fuerint accuſati, mox ſub idonea perſecutione ad judicium dirigant. Dat. Prid. Kalend. Januar. Mediolani, STILICONE II. & ANTHEMIO CONSS. 405.

De ordinatione. 1. De eo, quod ſit in læſionem poſſeſſorum.

VIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cæcilio P. P.

DEFENSORES ita præcipimus ordinari, ut ſacris Orthodoxæ religionis imbuti myſteriis, reverendiſſimorum Epiſcoporum, necnon Clericorum, & honoratorum, ac poſſeſſorum, & Curialium decreto conſtituantur; de quorum ordinatione referendum eſt ad illuſtriſſimam Prætorianam poteſtatem: ut literis ejuſdem magnificæ ſedis eorum ſolidetur auctoritas.

§. 1. Quod ſi quid a qualibet perſona contra publicam diſciplinam in læſionem poſſeſſorum fieri cognoverint defenſores, referendi habeant poteſtatem ad illuſtres, & magnificos viros Præfectos Prætoriis, & illuſtres viros Magiſtros Equitum & Peditum, Magiſtros etiam of-

ficiorum, & Comites, tam ſacrarum largitionum, quam rerum privatarum. Dat. XV. Kalend. Februar. Ravennæ, HONORIO VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

De fraude ſuſceptorum coërcenda. 1. De actorum confectione injurias ſuas conteſtari cupientibus non deneganda.

IX. Iidem AA. Cæcilio P. P.

JUBEMUS cura ac ſolertia defenſorum minime poſſeſſores majoribus menſuris & ponderibus a ſuſceptoribus prægravari: ſed eos deprehenſos ad judicium dirigi cum ipſo commiſſæ fraudis indicio.

§. 1. Illud etiam fieri permittimus; ut, ſi Provincialibus noſtris conteſtari injurias, ſeu læſiones ſuas cupientibus, actorum confectio a Defenſoribus denegetur, licentia eis tribuatur querelæ propriæ libellum conſcriptum, eo tempore, quo fuerat conteſtandum in frequentioribus civitatum locis proponendi, conveniendique Scribas, Tabularios, & cætera officia publica commonendi, per quæ libellum colligi oportebit, atque invitis ſupra memoratis perſonis, ſub actorum confectione ingerendi, quorum quæſtione fides poſſit inquiri: qua probata, in eos quos geſtorum petitam confectionem negaſſe conſtiterit, vigor judiciarius exeratur. Dat. XI. Kal. Februar. Ravennæ, HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. COSS. 409.

De abdicatione.

X. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Cyro P. P.

NULLI Defenſorum licere decernimus, ſi de publica ſollicitudine ſe voluerit liberare, niſi Divinos Affatus intimaverit tuæ Sublimitatis judicio: triginta librarum auri pœnam, tam Moderatoribus Provinciarum, quam cæteris Judicibus, vel temeratoribus ſacri noſtri oraculi ſubituris, ſi neglecta fuerit auctoritas principalis. Datum XV. Kal. Septembr. Conſtantinop. CYRO V.C. CONS. 441.

TITULUS QUINQUAGESIMUS-SEXTUS.

DE MAGISTRATIBUS MUNICIPALIBUS.

De nominatione & excuſationibus.

I. CONSTANTINUS A. ad Florentium P. P.

DECURIONES ad Magiſtratum, vel exactionem annonarum ante tres menſes, vel amplius nominari debent, ut, ſi querimonia eorum juſta videatur, ſine impedimento in abſolvendi locum

alius ſubrogetur. Dat. Id. April. Conſtantinop. SEVERO & RUFINO COSS. 323.

De actis conficiendis.

II. Impp. VALENTINIANUS & VALENS AA. ad Germanianum.


MAGISTRATUS conficiendorum actorum habeant poteſtatem. Dat. XIII. Kalend. Januar. GRATIANO N. P. & DAGALAIPHO COSS. 366.

TITULUS QUINQUAGESIMUS-SEPTIMUS.

DE OFFICIO JURIDICI ALEXANDRIÆ.

I. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Alexandro Duci & Præfect. Auguſtali.

JUBEMUS apud Alexandrinæ duntaxat clariſſimæ civitatis Juridicum, licitum & conceſſum eſſe, ſingulis quibuſcumque volentibus donationis conſcriptæ ſolemniter inſtrumenta reſerare, eiſdemque robur adjiciat geſtorum ſeries apud eundem confecta, tanquam ſi apud virum clariſſimum Moderatorem Provinciæ, vel Magiſtratus, vel Defenſores plebis habita fuiſſe dicerentur.



D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS
LIBER SECUNDUS.
TITULUS SECUNDUS.
DE IN JUS VOCANDO.

Ne in jus vocatus ad aliud judicium vocetur, & de fori præſcriptione.

IIII.

Ὁ ἍΠΑΞ[a] αἰτιασάμενός τινα ἐν τῇ Βασιλίδι πόλει, ἢ ἐν Ἐπαρχίαις, μετὰ τὸ ὑπόμνημα προσενεχθῆναι αὐτῷ, μηκέτι τὸν αὐτὸν ὑπεύθυνον μήτε ἐγγράφως, μήτε ἀγράφως αἰτιάσθω, τουτέστι μὴ ποιείτω κατ' αὐτοῦ προσελεύσεις ἀγράφως. ἀλλὰ τῷ πρώτῳ δικαστῇ παραμενέτω.

§. α'. Ὁ δὲ τὸ ὑπόμνημα δεξάμενος, εἰ καὶ εἰς ἑτέραν μεταστῇ τάξιν, στρατευσάμενος τυχὸν ἢ Κληρικὸς γενόμενος, ἀποκρινέσθω πάντως ἐν τῷ πρώτῳ δικαστηρίῳ τῷ κατὰ τὴν προτέραν αὐτοῦ τάξιν νομισθέντι προσφόρῳ, μηδεμίαν ἔχων φόρου παραγραφήν.

§. β'. Ὁ δὲ ἅπαξ αἰτιασάμενος ἐὰν μετὰ τὸ προσενεχθῆναι τὸ ὑπόμνημα τῷ αἰτιαθέντι εἰς ἕτερον αὐτὸν καλέσῃ δικαστήριον ἐπὶ ταῖς αὐταῖς αἰτίαις, καὶ τὸν ἀζήμιον ποιείτω τὸν αἰτιαθέντα, καὶ τῆς δίκης ἐκπιπτέτω, εἰ καὶ δικαίαν εἶχεν ἀγωγήν.

QUI ſemel in jus vocavit aliquem in Regia Urbe, vel in Provinciis, poſt libellum ei oblatum, amplius eundem reum ex ſcripto, vel ſine ſcripto ne peragat: hoc eſt, ne Judicem ſine ſcripto adverſus eundem adeat, ſed apud primum Judicem permaneat.

§. 1. Qui libellum accepit, etiamſi in aliud officium tranſlatus ſit, Miles forte, vel Clericus factus, reſpondeat omnino in primo foro, quod ſecundum primam ejus conditionem cenſetur competens, nullam habens fori præſcriptionem.

§. 2. Qui ſemel in jus vocavit, ſi poſt admonitionem reo oblatam eum ad alium Judicem ob eaſdem cauſas vocaverit, & eum indemnem præſtet, & cauſa cadat; etſi juſtam habuit actionem.

[a] Ὁ Ἅπαξ] Refert brevius Joſephus Tenedius *ex lib. VII. tit. VIII.* Βασιλικῶν, prolixius Jacobus Cujacius *lib. X. Obſervat. cap. X. & lib. XIII. cap. XI.*

TITULUS SEPTIMUS.

DE ADVOCATIS DIVERSORUM JUDICIORUM.

De multis.

XVIII.

NULLUS multæ dictionem habeat in eos Advocatos, qui intra fori Prætoriani ſtaturum numerum ſunt, præter ipſum Præf. Præt.

ΟΥΔΕΙΣ [a] ἐπιτιμᾶ τοῖς ἐν τάξει οὖσι δικολόγοις, εἰ μὴ μόνον ὁ τῶν Πραιτωρίων Ἔπαρχος.

[a] Οὐδεὶς] Refert Jacobus Cujacius Doctor meus *lib. XIII. Obſervat. cap. II.*

De lite non protrahenda.

XIX.

NE ideo lis protrahatur, quod in ea non reperiantur Advocati tres, cum duo ſufficiant.

ΔΙΚΗ οὐχ ὑπερτίθεται, κἂν μὴ εὑρεθῶσιν ἐν αὐτῇ τρεῖς συνήγοροι· δύο γὰρ ἀρκοῦσιν [a].

[a] Δύο γὰρ ἀρκοῦσιν] *Valentinian. Nov, de confirmand. his quæ adminiſtr. vel publ. Officium gerent. diſtr. ſunt:* καθημερ. ὁμιλ. δύο μὲν δικολόγοι, τιμαχοῦ καὶ τοῖς συνηγόροις καὶ τῷ νομικῷ, ἵνα σπουδαιότερον ἐκδικήσωσιν ἡμᾶς.

TITULUS DECIMUS-TERTIUS.

DE PROCURATORIBUS.

Ne quis in duobus foris Procurator ſit. Περὶ μετάσπαλμοτος.

XXVII. Imp. ZENO A.

CONSTITUTIO prohibet duorum judiciorum unum eundemque publicum Procuratorem eſſe: ſed alios quidem eſſe in maximis judiciis glorioſiſſimorum Magiſtratuum Procuratores, alios vero qui eloquentiſſimis Judicibus pedaneis miniſtrent in litibus: ac neque eum qui litem inchoavit procuratorem apud Diætetam, ſeu

Η ΔΙΑΤΑΞΙΣ [a] ἀπαγορεύει, δύο δικαστηρίων τὸν αὐτὸν εἶναι δημόσιον ἐντολέα, ἀλλ' ἄλλους μὲν εἶναι ἐν τοῖς μεγίστοις δικαστηρίοις τῶν ἐνδοξοτάτων Αρχόντων τοὺς ἐντολέας, ἄλλους δὲ τοὺς τοῖς λογιωτάτοις διαιτηταῖς ὑπηρετουμένους ταῖς δίκαις· καὶ μήτε τὸν ἀρξάμενον τῆς δίκης ἐντολέα παρὰ τῷ Διαιτητῇ, εἴτουν παραιου

περαιοῦν τὴν δίκην παρὰ τοῦ ἐνδοξοτάτου Ἄρχοντι, ἀλλὰ μετένταλμα γίνεσθαι παρ' αὐτοῦ περὶ τὸν ἐντολέα τὸν τοῦ ἐνδοξοτάτου Ἄρχοντι προσεδρεύοντα, μηδὲ μιᾶς δαπάνης ἐπὶ προσβολῇ ἐντολέως γινομένης ἐπὶ τούτῳ τοῦ μετεντάλματι, μηδὲ κοινῆς ἱκανοδοσίας διὰ τοῦτο τὸ μετένταλμα ἀπαιτουμένης· ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπὶ τῇ τῶν κριθησομένων ἐκπληρώσει ἱκανοδοσίαν, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ ἀποδοχῇ ἀσφάλειαν οὕτως ἐξ ἀρχῆς ὑπαγορεύεσθαι, ὡς περιέχεσθαι αὐταῖς καὶ τὰ δαπανήματα τοῦ τοιούτου μετεντάλματος· ἵνα ὁ ἐγγυώμενος τὴν μίαν τούτων τῶν ἱκανοδοσιῶν ἐπερωτᾶται, ὅτι ὁμολογῶ, καὶ τοῦτον παρὰ τοῦ Διαιτητῇ ἐντολέα ἐπὶ τῇ κριθησομένων ἐκπληρώσει ἢ τὴν ἱκανοδοσίαν ἐγγυᾶσθαι· καὶ εἰ συμβῇ ἐξ ἀναφορᾶς τοῦ Διαιτητοῦ, ἢ ἀπὸ ἐκκλήτου διδομένης κατὰ τῆς αὐτοῦ ψήφου μετενεχθῆναι τὴν δίκην εἰς τὸ μέγιστον δικαστήριον, οὗτινος ἐστὶν ὁ Διαιτητής· καὶ τὸν ἐκ μετεντάλματος μέλλοντα εἶναι ἐντολέα ἐν τοῦ μεγίστου δικαστηρίῳ κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον ἐγγυῶμαι. Ἐὰν μὴ πάντα ταῦτα παραφυλαχθῇ· εἰ μὲν ἐπὶ τῶν μεγίστων δικαστηρίων ἡ νομοθεσία παραβαθείη· τοῦ προσφόρῳ σκρινίῳ πέντε χρυσίου λιτρῶν καταθήσει ποινήν· εἰ δὲ παρὰ Διαιτηταῖς ἡ νομοθεσία παραβαθείη· ὁ τῆς δίκης πληρωτὴς ὁ προσεδρεύων τοῦ λογιωτάτου Διαιτητῇ μιᾶς χρυσίου λίτρας ἀπαιτηθήσεται ποινήν· οἱ δὲ ἄλλοι δύο οἱ ἐκ τῶν τάξεων ἀφορισμένοι τοῦ Διαιτητῇ ἤτοι ἐκ τῶν σχολῶν, δύο χρυσίου λιτρῶν ἀπαιτηθήσονται πρόστιμον· αὐτὸς δὲ ὁ ἐντολεὺς, ἀφ' οὗ τι παραβαθείη, πληγαῖς σωφρονιζέσθω παρὰ τοῦ Ἄρχοντος, ἢ τοῦ Διαιτητοῦ κεκωλυμένος

pedaneum, eundem ipſum terminare ipſam litem apud glorioſiſſimum Magiſtrum, ſed nec metentalma, id eſt tranſlationem mandati fieri ab ipſo ad alium Procuratorem, qui apud glorioſiſſimum Magiſtratum adſideat: nulla impenſa pro permutatione Procuratoris facienda in hoc metentalmate, neque communi ſatiſdatione pro hoc metentalmate exigenda, ſed & judicatum ſolvi ſatiſdationem, & de ratihabitione cautionem ita ab initio concipi, ut comprehendantur in his & expenſæ hujus metentalmatis, ut is a quo exigitur alterutra harum ſatiſdationum ſtipuletur: Quia ſpondeo me & hunc apud Diætetam Procuratorem pro judicatorum ſolutione aut ſatiſdatione confirmaturum, & ſi contingat ex relatione Diætetæ, aut ex appellatione data contra ipſius ſententiam transferri cauſam ad maximum judicium, cui ſubeſt Diæteta: etiam tum ex metentalmate futurum Procuratorem in maximo judicio ſimili modo confirmaturum me ſpondeo. Si non hæc omnia obſervata fuerint, ſi quidem circa maximum judicium lex hæc tranſilita fuerit, competenti ſcrinio quinque auri libras perſolvet pœnam. Si vero circa Diætetas hæc lex prætermiſſa fuerit, is, qui litem adimplet, qui apparet eloquentiſſimo Diætetæ, unius auri libræ exigetur pœnam. Alii vero duo qui ex officio ſegregati ſunt, & attributi Diætetæ ſive ex ſcholis duarum auri librarum exigentur multam. Ipſe vero Procurator a quo quid peccatum contra hanc legem fuerit, plagis caſtigetur a Magiſtratu aut Diæteta, interdictus in

poſterum Procuratoris officio fungi in judicio.

τῦ λοιποῦ ἐντολεὺς ἐν δικαστηρίῳ γίνεσθαι.

[a] Η διάταξις] Refert & explicat Jacob. Cujac. *lib. XIII. Obſervat. cap. V.*

De fidejuſſore. 1. Si moriatur, aut alias non appareat procurator.

XXVIII. Conſtitutionis argumentum ex lib. Euſtathii, περὶ χρονικῶν διαστημάτων.

SI fidejuſſor Procuratoris non definierit tempus, & dixerit forte, Ego fidejubeo pro ipſo, & ſi mortuus fuerit, aut amplius non appareat, idque contigerit intra viginti dies, alius fidejuſſor dandus erit.

§. 1. Si moriatur, aut alias non inveniatur is, qui ad litem ab aliquo datus eſt Procurator, poſt viceſimum diem a judiciali decreto ſuper alterius Procuratoris datione interpoſito, ſex menſium acceſſionem ſeu terminum habebit principalis reus peregre degens in remota Provincia, ad alium Procuratorem dandum, vel ad veniendum per ſe in judicium: ſi enim in proxima, non autem in longinqua Provincia abſit, tunc Judicis arbitrio terminus, ſive dilatio definietur.

EAN ὁ ἐγγυητὴς τῦ ἐντολέως μὴ ὁρίσῃ χρόνον, ἀλλ' εἴπῃ τυχὸν, ὅτι ἐγγυῶμαι αὐτὸν [a], κἂν τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται [b], καὶ συμβῇ τοῦτο γενέσθαι ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν, ἕτερον προβάλλεσθαι.

§. α'. Εἀν τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται ὁ ἐπὶ δίκῃ παρά τινος δοθεὶς ἐντολεὺς μετὰ τὴν εἰκοστὴν ἡμέραν τῦ προσηκομένου παρὰ τῦ Ἄρχοντος διαστήματος περὶ τῦ προβληθῆναι ἄλλον ἓξ μηνῶν ἔχει προθεσμίαν ὁ προσηπτωκὼς ἐν ἀπουσίᾳ ὢν πόῤῥω διακειμένης ἐπαρχίας εἰς τὸ ἕτερον προβάλλεσθαι, ἢ αὐτὸς παραγενέσθαι. Εἰ γὰρ μὴ ἐστι μακρὰν, ἐκ τῦ Ἄρχοντος ὁρίζεταί τις προθεσμία.

[a] Οτι ἐγγυῶμαι αὐτὸν] Ο εἰρηκὼς ὅτι ἐγγυῶμαι τόνδε, κατέχεται οὐδὲν ἧττον ὡς ἐγγυητής. *L. Blanditus C. de fidejuſſor.* Ιστέον δὲ ὅτι ἐγγύη, καθ' ἣν ἐγγυᾶ τις, φασὶν ὁ διδοὺς, ἐγγυᾶται δὲ ὁ λαμβάνων, γίνεται παρὰ τὸ ἐγγύου ὁ ἐστι χέρσι τινος κεῖσθαι τὸ κατεγγυηθὲν, &c. Euſtat. Οδυσσ. θ.

[b] Η ἀφανὴς γένηται] *Vet.* Η ἀφανὴς γένηται ὁ ἐντολεὺς, καὶ μὴ συμβῇ τοῦτο γενέσθαι ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν, ὀφείλει ἕτερον προβάλλεσθαι.

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS
REPETITÆ PRÆLECTIONIS
LIBER TERTIUS.
TITULUS PRIMUS.
DE JUDICIIS.

Ut Judex leges non verba Principis attendat.

XI. Græcæ hujus Conſtitutionis argumentum ex indice Baſilicorum & Theod. Hermopolita.

ΤΗΣ ἀκριβείας * τῶν νόμων ὁ δικαστὴς φροντιζέτω, μὴ δὲ τοῖς παρανόμως ῥηθεῖσι παρὰ Βασιλέως προσεχέτω.

SUBTILITATEM legum Judex curæ habeat: non autem, his, quæ præter jus dicta, vel prolata ſunt ab Imperatore attendens.

* Τῆς ἀκριβείας] Refert Joſephus Tenedius *ex lib. VII. tit. VI, cap. XI.* Βασιλικῶν, & extat non diſſimilis Conſtitutio Anaſtaſii *C. ſi contra jus vel utilit. publ.* & Juſtiniani Demoſtheni PP. dat. VI. Kal. Nov. Decio V. C. Conſ. *C. de ſentent. & interloqunt. omn. jud. Nov. LXXXII. Nov. CXIII.*

De dilationibus. 1. De recuſatione judicis.

ιϐ. Αὐτοκράτωρ Ζήνων. *

ΠΑΝΤΕΣ οἱ Ἄρχοντες * καὶ οἱ θεῖοι δικασταὶ συντόμως τὰς δίκας τεμνέτωσαν· κἂν τις δικαζομένων πολλάκις τοῦ προσφόρου δικαστοῦ προσελθὼν μὴ δι' ἀναγκαίαν αἰτίαν ὑπερτιθείη, προσίτω τοῦ βασιλέως, τὴν ἐκεῖθεν ἀναμένων βοήθειαν.

§. α'. Εἰ δὲ καὶ παραιτεῖταί τις τὸν δικαστὴν εὐλόγως πρὸ προκατάρξεως, ἐκ θείας προσελεύσεως ἕτερον τεύξεται δικαστοῦ. Εἰ δὲ καὶ εὐλόγως παραιτησάμενος φθάσειεν μετὰ

XII. Imp. ZENO. *

OMNES Magiſtratus & divini Judices compendioſe lites decidant: & ſi quis litigantium crebro competentem Judicem adiens, ſine juſta cauſa diffetatur, adeat Principem, auxilium ab eo expectans.

§. 1. Sin recuſet quis Judicem bona fide ante litis conteſtationem, Judex alius ei ex divina aditione dabitur. Quod ſi & juſte recuſare videbitur, poſt conteſtatio-

nem Judex alius aut Conjudex ne petatur: apud unum enim Judicem omne moveatur cauſæ negotium: & ſi incompetens ille ſuper aliquo videatur cauſæ capitulo: ex propria ſententia ad competentem Judicem illud capitulum remittatur. Secundo enim aut ſæpius conventus ſeu expertus quis, & ex ſecunda cauſa in duplum reponet damnum, & ſine fidejuſſoribus, aut ejeratione ex ſecunda conventione apud primum intendet Judicem.

προσκάταρξιν, δικαστὴς ἕτερος ἢ συνδικαστὴς μὴ αἰτείσθω, παρ' ἑνὶ δὲ δικαστῇ τὸ πᾶν κινείσθω τῆς ὑποθέσεως· κἂν ἀπρόσφορος τύχοι ἐπί τινι δόξῃ κεφαλαίῳ, ἐξ οἰκείας ψήφου ἐπὶ τὸν πρόσφορον αὐτὸ παραπεμπέτω. Δεύτερον γάρ τις ἢ πλέον αἰτιασάμενος, καὶ ἐκ τῆς δευτέρας αἰτίας κατὰ τὸ διπλάσιον καταθήσει ζημίας, καὶ ἐγγυητῶν χωρὶς, ἢ ἐξωμοσίας ἐκ τῆς δευτέρας ὑπομνήσεως παρὰ τῷ προτέρῳ κινήσει δικαστῇ. Dat. *.

[a] Πάντες οἱ ἄρχοντες] Refert Joſephus Tenedius *ex lib. VII. tit. VI. cap. XI.* Βασιλικῶν, & doctor meus *lib. IX. Obſervat. cap. XXI.* Meminit Theodor. *lib. LX.* Βασιλ. *tit. XXXIII.*

TITULUS SECUNDUS.

DE SPORTULIS, ET SUMPTIBUS in diverſis Judiciis faciendis, & de executoribus litium.

De his qui edicta perferunt in Provincias.

I.

Qui ſacra Pragmatica, aut Edicta perferunt eorum qui geſturi ſunt Magiſtratum civilem, aut militarem, quindecim ſolidos aureos ex Provincia referunto, & nihil amplius: quod ſi plus recipiant, quadruplum reddant, non valentes ad ſui defenſionem proponere, quod a volentibus id quod amplius eſt, acceperunt. Sed huc uſque generalis eſt conſtitutio. Poſtea vero propriam definit pœnam contra Ducem Thebaidos, ad quem reſcripta eſt, eos qui poſt hanc eundem adipiſcentur Magiſtratum, niſi a tranſgreſſoribus legis definiram exegerint pœnam.

Οἱ τὰ διατάγματα [a] κομίζοντες τῶν μελλόντων ἄρχειν πολιτικὴν ἢ στρατιωτικὴν ἀρχὴν, δεκαπέντε μόνους χρυσοῦς ἐκ τῆς Ἐπαρχίας κομιζέσθωσαν. εἰ δὲ πλέον λάβωσι [b], τὸ τετραπλάσιον διδότωσαν, μὴ δυνάμενοι πρὸς ἀπολογίαν προφέρειν, ὡς παρ' ἑκόντων τὸ περιττὸν εἰλήφασιν. Ἀλλ' ἄχρι μὲν τῶν ἐνταῦθα γενικὴ ἡ διάταξις. λοιπὸν δὲ, ἰδικὸν ὁρίζει πρόστιμον κατὰ τοῦ Δουκὸς Θηβαΐδος, πρὸς ὃν ἀντεγράφη, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν τὴν αὐτὴν παραληψομένους ἀρχὴν, εἰ μὴ τοὺς παραβαίνοντας τὴν νομοθεσίαν τὴν ὡρισμένην ἀπαιτήσουσι ποινήν.

[a] Οἱ τὰ διατάγματα] Refert Joſephus Tenedius *ex lib. VII. tit. VI. cap. XVIII.* Βασιλικῶν, & doctor meus *lib. XII. Obſervat. cap. XXII.*

b Εἰ δὲ πλέον λάβοιεν] Παρ' ἑκόντων ἢ ἀκόντων. arg. L. xxx. C. de diſcuſſ. L. ult. C. publ. lætit. C. ult. C. de re militar.

De inſinuatione. De edendo. 1. De cautione, judicio ſiſti. De ſolatio ob editionem accipiendo.

δ'. Αὐτοκράτωρ Ιουστινιανός.

ὉΕΓΧΕΙΡΙΖΟΜΕΝΟΣ· δημοσίας ἢ ἰδιωτικὰς χρείας παρὰ Βασιλέως ἢ παρά τινος τῶν ἐνδοξοτάτων Αρχόντων, ὑπομιμνησκέτω μὲν τὸν ἐναγόμενον, καὶ πρὶν ἐμφανίσαι αὐτῷ τὰς τοιαύτας κελεύσεις, (ἐνίοτε γὰρ χρὴ ἀγνοεῖσθαι αὐτὰς) μήτε δὲ συνηθείας λαμβανέτω παρ' αὐτοῦ, μήτε ἐκβιβαζέτω αὐτὸν, εἰ μὴ τὸ ἴσον τῆς θείας ἢ μεγίστης κελεύσεως ἐκδῷ αὐτῷ, ἐξ ἧς ὑπεμίμνησκεν αὐτόν. Εἰ δὲ ἄλλου τινὸς Αρχοντος δημοσίαν ἢ ἰδιωτικὴν πρόσταξιν ἔχει, ἢ τοῦ κατὰ χώραν Αρχοντος· μὴ ἐκβιβαζέτω τὸν ἐναγόμενον, μηδὲ συνηθείας κομιζέσθω, εἰ μὴ ἐμφανίσει πρότερον τῷ Αρχοντι τῆς Επαρχίας, ὅπως δύνασθαι ἐκεῖθεν ἐκλαβεῖν τοὺς αἰτιαθέντας, καὶ βιβλίον αὐτοῖς ἐπιδοθῆναι, ἢ γραφὴν, ἐπὶ τῶν ἐγκληματικῶν. Εἰ δὲ μὴ φυλαχθέντων τούτων, ὑπόμνησιν προσφέρει, ἢ συνηθείας ἀπαιτεῖ ὁ ἐκβιβαστής· ἐξέστω τῷ ἐναγομένῳ ἀποσείσασθαι αὐτόν.

§. α'. Μήτε δὲ προφάσει εἰσγωγῆς ἀλόγως ζημιούσθωσαν οἱ ὑποτελεῖς παρὰ τῶν πρακτήρων, ἢ ὑπὲρ στάσεως ἐπιτελέως· ἀλλ' εἰ μὲν ἀκίνητον κτῆσιν ἔχουσιν, ἐξωμοσίας ἐκτιθέσθωσαν γραμματεῖον· εἰ δὲ οὐκ ἔχουσιν, ἐγγυητὴν ἕως πεντήκοντα χρυσίου λιτρῶν παρεχέσθωσαν ἀζήμιον. Αμφιβολίας δὲ γινομένης περὶ τοῦ προσώπου τοῦ ἐγγυητοῦ, ἢ περὶ τοῦ ὕφους τῆς ἐξω-

IV. Imp. JUSTINIANUS.

IS cui commiſſæ ſunt publicæ aut privatæ commoditates (ſententiæ, aut juſſiones forte hoc loco) a Principe, vel aliquo illuſtriſſimorum Magiſtratuum, conveniat quidem reum, & priuſquam inſinuet illi hujuſmodi juſſiones, (interdum enim oportet eas ignorari) neque conſuetas ſportulas accipiat ab ipſo, neque exigat ipſum, niſi exemplum divinæ, aut maximæ juſſionis ediderit ipſe, ex qua commonuit ipſum. Si vero alterius cujuſpiam Magiſtratus publicam aut privatam præceptionem habet, aut Præſidis ejus loci, ne exigat conventum, neque conſueta accipiat: niſi inſinuaverit prius Præſidi Provinciæ, ut inde poſſint aſſumere exemplum hi qui conventi ſunt, & libellus eis edatur, aut inſcriptio, in criminalibus. Si vero non obſervatis his conventionem obtulerit, aut conſueta exegerit executor, liceat convento repellere eum.

§. 1. Neque vero prætextu fidejuſſionum ſine cauſa damno adficiantur Provinciales ab Exactoribus, vel pro conſtitutione Procuratoris: ſed ſi quidem immobilem poſſeſſionem habent, juratoriam emittant ſcriptutam; ſi vero non habent, fidejuſſorem uſque ad quinquaginta auri libras præſtent indemnitatis gratia. Controverſia autem orta de perſona fidejuſſoris, vel de tenore juratoriæ cau-

tionis: apud Epiſcopum civitatis, & Patrem & Ecdicum, ſeu Defenſorem, ea dirimatur, neceſſitatem habente Exactore accipere idoneum ab illis judicatum fidejuſſorem, aut cautionem acceptam. Si vero ex divina juſſione, aut maxima præceptione moveatur omnimodo ipſam perſonam abducere, nec ipſam fidejuſſori credere, tunc liceat ipſi non accipere fidejuſſorem, ſed ducere perſonam ſine damno, & cum omni moderatione. Deo vero amabilis locorum Epiſcopus, ſi permiſerit conculcari legem, aut non minatus fuerit adverſus tranſgreſſorem, & Dei offenſionem incurrat, & Imperialem experietur animi motum. Similiter vero & Præſes Provinciæ ſi negligat legem, & carebit Magiſtratu, & publicatus in perpetuum relegabitur.

§. 2. Ne accipiant autem Exactores, qui edunt libellos, aut inſcriptiones & conventiones, aut inſtrumenta, ultra quam ſequente conſtitutione permiſſum eſt ſolatii loco, aut, ſi tranſgreſſi fuerint, ſubjaceant ejus pœnis. V.***. Dat. Kal. Jun. C. P. DN. JUSTINIANO perp. A. III. CONSS. 533.

μοσίας· παρὰ τοῦ Ἐπισκόπου τῆς πόλεως, καὶ τοῦ Πατρὶ, καὶ τοῦ Ἐκδίκου τοῦ περὶ τούτου κρινέσθω· ἀνάγκην ἔχοντος τοῦ πρακτῆρος δέχεσθαι τὸν κρινόμενον ἀξιόπιστον ἐγγυητὴν ἢ τῆς ἐξωμοσίας [b] κομιζόμενον. Ἐὰν δὲ ἐκ θείας κελεύσεως, ἢ μεγίστης προστάξεως ἐπιτραπείη πάντως τὸ πρόσωπον ἀναγαγεῖν, καὶ μὴ καταπιστεῦσαι αὐτὸ ἐγγυητῇ· τότε ἐξέστω αὐτῷ μὴ λαμβάνειν ἐγγυητὴν, ἀλλὰ διάγειν τὸ πρόσωπον ἀζημίως, καὶ μετὰ πάσης φειδοῦς. Ὁ δὲ Θεοφιλὴς τῶν τόπων Ἐπίσκοπος, ἐὰν συγχωρήσῃ παραβαθῆναι τὸν νόμον, ἢ μὴ μηνύσῃ κατὰ τοῦ παραβαίνοντος, καὶ τοῦ Θεοῦ προσκρούσει, καὶ Βασιλικῆς πειραθήσεται κινήσεως. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Ἄρχων τῆς Ἐπαρχίας, εἰ ῥαθυμήσει τοῦ νόμου, καὶ παύσεται τῆς Ἀρχῆς, καὶ δημευθεὶς διηνεκῶς ἐξορίζεται.

§ ϛ'. Μὴ λαμβανέτωσαν δὲ οἱ ἐπιδιδόντες τὰ βιβλία ἢ τὰς γραφὰς πρακτῆρες, καὶ τὰς ἐντυχίας, ἢ τὰ συμβόλαια, περαιτέρω τῆς διωρισμένης τῇ μετὰ ταῦτα διατάξει παραμυθίας· ἢ παραβαίνοντες, ὑποκείσθωσαν τοῖς ἐπιτιμίοις αὐτῆς. Dat. *.

[a] Ὁ Ἐγχειριζόμενος] Refert Jacobus Cujacius doctor meus *lib. XII. Obſervat. cap. XXII.*

[b] Ἐγγυητὴν ἢ τῆς ἐξωμοσίας] Repetitio ἐξωμοσίας quædam ab oculis librarii ſevocavit: forte legendum eſt ἢ τὴν ἐξωμοσίαν μηδὲν ὑπὲρ τοῦ ἐγγυητικοῦ ἢ τῆς ἐξωμοσίας κομιζόμενον. Quod & τῆς νομικῆς ὀφθαλμὸς vidit *ex L. XXVI. C. de Epiſcop. aud.* Officiales jubente Judice cuicumque cauſæ neceſſarium hominem tenebant, aut permanente lite exhibebant, aut finita dimittebant. *Auguſtin. Macedonio.*

TITULUS DECIMUS.

DE PLUS PETITIONIBUS.

α'. Αὐτοκράτωρ Ζήνων. *

Πᾶς τῶν ἐναγόντων [a], καὶ ἄῤῥενες, καὶ γυναῖκες, πρὸ τῆς ὡρισμένης προθεσμίας [b] τὸ χρέος ἐνάγοντες, καὶ κατὰ τοῦτο τὸν ἐναγόμενον βλάπτοντες, ἄλλον τοσοῦτον περιμενέτωσαν χρόνον, μηδένα τόκον ἐν τῷ μέσῳ λαμβάνοντες, ὅσον αὐτοὶ προφθάσαι τὴν προθεσμίαν ἐπεχείρησαν· καὶ τοῦ χρόνου δὲ τούτου παρατρέχοντος, μὴ ἄλλως ἐναγέτωσαν, εἰ μὴ τὰ δαπανήματα τῆς πρώτης εἰσόδου τὰ ὑπὲρ τῆς μεθοδείας συμβάντα τῷ ἀντιδίκῳ καταβάλλωσι.

§. α'. Ἐὰν δὲ ἐπίτροποι ἢ κουράτορες ἐν χρόνῳ ἢ ποσότητι πλέον ἐπιχειρήσωσιν ἀπαιτῆσαι, τοὺς τῶν κηδευομένων χρεώστας οὐδὲν καταβλάπτεσθαι, ὡς ἂν οἱ ἐπιτροπευόμενοι ἢ κουρατορευόμενοι, αὐτοὶ δὲ οἱ ἐπίτροποι καὶ κουράτορες ἐπιγινωσκέτωσαν τὴν ἐντεῦθεν συμβαίνουσαν ζημίαν.

§. β'. Οἱ δὲ κληρονομικὰ διεκδικοῦντες πράγματα, ἢ λόγους ἐπιτροπικοὺς, ἢ κουρατορείας ἀπαιτοῦντες, καὶ οἱ κατὰ ἀφηλίκων, ἢ μειζόνων περὶ διοικήσεως κινοῦντες, ἢ παραθήκας ἐφ' ἑτέρων δεδομένας ἀπαιτοῦντες, ὡς αὐτοὶ τῶν παραθεμένων διάδοχοι γινόμενοι, μηδὲν ἐκ τῆς ὑπεραπαιτήσεως ζημιούσθωσαν, ὡς δικαίαν ἔχοντες τῆς ἀγνοίας αἰτίαν· τότε δὲ ὁ ἀπαιτῶν ζημιούσθω, ὅτε προφανῶς ἠλέγχθη πλεονεκτῶν.

§. γ'. Εἰ δέ τις εἰς ἔλαττον τῆς ἀληθείας διετιμήσατο τὴν ἑαυτοῦ δίκην· μὴ προσεχέτω τούτῳ ὁ δικάζων, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀληθῆ ποσότητα τὴν ψῆφον ἐκφερέτω [c].

I. Imp. ZENO.

OMNIS actor ſive maſculus, ſine fœmina ante definitam dilationem debiti agens, & per hoc reum damno afficiens, aliud tantum expectet tempus, nullam uſuram in medio accipiens, quantum ipſe prævenire definitum ſolutioni diem conatus eſt: & hoc vero tempore elapſo, non aliter agat, quam ſi impendia primæ inſtantiæ circa litis præmonitionem facta adverſario ſolvat.

§. 1. Si vero tutores, aut curatores tempore, aut quantitate in plus eniſi fuerint exigere, eorum qui ſuæ curæ commiſſi ſunt debitores in nullo lædantur, ut qui ſub aliorum tutela & cura ſint: ſed ipſi tutores & curatores agnoſcant ſubinde contingens damnum.

§. 2. Qui vero hereditarias res petunt, aut rationes tutelæ, aut curæ exigunt, & qui contra minores, aut majores de negotiis geſtis, (ſeu de geſta) intendunt, aut depoſita ab aliis data exigunt, ut eorum qui depoſuerunt, ſucceſſores facti, nihil ex plus petitione damnificentur, veluti qui juſtam habeant ignorantiæ cauſam. Tunc vero is, qui plus petit, damnificetur, quando manifeſte convictus fuerit per avaritiam delinquere.

§. 3. Si vero quis minus quam revera ſit, taxaverit ſuam litem, nec ad hoc reſpiciat Judex, ſed in veram quantitatem calculum ferat.

[a] Πᾶς τῶν ἐναγόντων] Refert Joſephus Tenedius *ex lib. VII.* Βασιλικῶν *tit. VI.*

cap. xxii. Et Jacob. Cujac. *lib. xii. Obſervat. cap. xxi.* Meminit Juſtinianus §. *hodie*, §. *ſed hæc quidem de action.*

[b] Περὶ τῆς ὡρισμένης προθεσμίας] Τὸ ἔξελε τὸν χρεωστοῦντα πρὸ καιροῦ χρεώσῃ τῷ δημοσίου, οὕτως γὰρ καλῶς ἀπαιτεῖται καὶ πρὸς τῆς προθεσμίας ὑπὸ τοῦ δημοσίου, ὡς βιβλ. δ'. τοῦ κώδικος tit. θ'. διάταξ. α'. ἡ γὰρ αἰδὼς τῆς διαφορᾶς τῶν στρατιωτῶν ἐποίησε καὶ πρὸ τῆς ἡμέρας τὴν ἀπαίτησιν.

[c] Τὴν ψῆφον ἐκφερέτω] Ἐν αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ, ὡς ἡ εἰρημένη Ζήνωνος βούλεται διάταξις. *Theoph.* §. *κινεῖ τις, de action.* ἀληθῶς γὰρ ποσότης τῆς εἰσαγωγῆς πείθει εἰς ἣν ὁ δικάζων ἐκφέρει τὴν ψῆφον. Et dati Judices non ad modum ſuæ rationis, ſed ad veritatis indaginem ferunt ſententiam. *L. ult. C. de appellat.*

II. JUSTINIANUS A. *.

ZENONIS Divæ memoriæ [a] veſtigiis inſiſtentes, præſenti lege decernimus; ut quicumque ante tempus debitum exegerit, tanto tempore ultra conſtitutum tempus manifeſta plus petitione ſine uſurarum acceptione expectet: nec tunc agere ante poteſt, quam omnia damna parti diverſæ reſtituat. Tutores vel curatores talia perpetrantes, ipſi damnabuntur: exceptis his, qui res hereditatis petunt, aut rationes tutelæ, vel curæ, ſive negotiorum geſtorum agunt contra minores, ſeu majores, vel qui depoſitum repetunt, quaſi ex ſucceſſione.

§. 1. Qui autem minus petit in judicio, in nullo læditur.

§. 2. Si quis vero majorem, quam ſibi debetur, quantitatem in libello conventionis inſeruerit, in triplum parti adverſæ reſtituere compellatur, quicquid ex hac cauſa ſportularum nomine Executoribus amplius dedit.

[a] *Zenonis Divæ memoriæ*] Meminit Juſtinian. §. *tripli*, §. *ſin autem quantitate, de actionibus.* Refert doctor meus *lib. xii. Obſervat. cap. xxi.*

IX. * Græca Conſtitutio *.

Ejus Epitomen reſtituit Ant. Auguſtinus. Quia tamen is putat eam potius eſſe Epitomen l. 3. Latinæ ſupra de Epiſcopali audientia, *& nos idem arbitramur, ideo eam prætermiſimus.*

De Latronibus *&* Iſauris.

X. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio. P.P.

PROVINCIARUM Præſides [a] moneantur, ut in quæſtionibus latronum, & maxime Iſaurorum, nullum quadrageſimæ tempus nec venerabilem Paſchæ diem exiſtiment excipiendum: ne differatur ſceleratorum proditio conſiliorum, quæ per latronum tormenta quærenda eſt: cum facillime, & in hoc ſummi Numinis ſperetur venia, per quod multorum ſalus & incolumitas procuratur. Dat. V. Kal. Matr. BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

[a] *Provinciarum Præſides*] Refert Joſephus Tenedius *ex lib. vii. tit. xvii.* Βασιλικῶν poſt legem IX. hujus tituli. Meminit Leo *Sermon. ii. de quadrageſim.* Chryſoſtom. *Homil. xxx. in Geneſin.* Et extat *lib. 1. Codic. de Epiſcopat. audient.*

Nec

Nec tamen ſupereſſe conſtitutionem non deeſſe in hoc titulo difficile crediderim, quod & ſubindicat. Phot. *Nomocan. tit. VII. cap. I. & IIII.*

TITULUS QUADRAGESIMUS-TERTIUS.

DE ALEATORIBUS, ET ALEARUM LUSU.

Aliud Argumentum ex Nomocanone.

α΄. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Α. Ἰωάννῃ P. P.

ΟΤΙ ὁ ἡττηθεὶς εἰς κύβον, οὐκ ἀπαιτεῖται· καὶ καταβαλὼν, ἀναλαμβάνει μετὰ διαδόχων [a] ἀπὸ τοῦ νικήσαντος καὶ τῶν κληρονόμων αὐτοῦ διηνεκῶς, καὶ μετὰ τριακονταετίας. Εἰ δὲ μὴ θέλουσιν ἀναλαβεῖν· ὁ θέλων, καὶ μάλιστα ὁ τῆς πόλεως, ἐν ᾗ τοῦτο γέγονε Πατὴρ, ἢ Ἔκδικος ἀπαιτεῖ, καὶ δαπανᾷ εἰς ἔργα τῆς πόλεως. Καὶ ἡ γινομένη ἐπὶ κύβῳ ἀσφάλεια, ἄκυρός ἐστι καὶ ἀποδίδοται. Εἰ δὲ καί τις ἐν σχήματι κύβου ἡττηθῇ θερμίοις [b], ἢ ἑτέρᾳ ὕλῃ, οὐκ ἀπαιτεῖται· τῶν Ἐπισκόπων ἄδειαν ἐχόντων ταῦτα ζητεῖν βοηθούντων αὐτοῖς τῶν Ἀρχόντων καὶ Πατέρων, καὶ Ἐκδίκων. Μόνον δὲ παίζειν ἔξεστι μονόβολον [c], καὶ κωντομὸν [d] κόντακα χωρὶς τῆς πόρπης, καὶ περιχυτὴν [e] καὶ ἱππικὴν ἄνευ τέχνης καὶ ἐπινοίας· καὶ οἱ μὲν σφόδρα πλούσιοι νομίσματος ἑνὸς ἑκάστην συνθεσιν παίζουσι· οἱ δὲ λοιποὶ πολὺ ἧττον. Ὃ δὲ πλέον ἀπαίτησιν οὐκ ἔχει· καὶ διδόμενον ἀποδίδοται. Προνοοῦσι τούτων οἱ Ἄρχοντες δίχα λιτῶν ποινῆς ἐπικειμένης τοῖς παραβαίνουσιν, ἢ συγχωροῦσιν παραβαίνεσθαι.

I. Imp. Juſtinianus A. Joanni P. P.

VICTUM in aleæ luſu, non poſſe conveniri: & ſi ſolverit, habere repetitionem, tam ipſum, quam heredes ejus adverſus victorem, & ejus heredes, idque perpetuo, & etiam poſt triginta annos. Quod ſi vel ipſe, vel ejus heredes repetere neglexerint: liceat cuicunque volenti, & præcipue civitatis, in qua id factum eſt, Primati, vel Defenſori, repetere, & in opera civitatis id expendere. Data autem ſuper aleæ luſu cautio ſit irrita, & condici poſſit. Sed & ſi quis ſub ſpecie alearum victus ſit lupinis, vel alia quavis materia, ceſſet etiam adverſus eum omnis exactio. Data licentia Epiſcopis hæc inquirendi: debentibus etiam Præſidibus, & Primatibus & Defenſoribus civitatum eos hac in re adjuvare. Duntaxat autem ludere liceat μονόβολον, liceat item ludere κοντομονόβολον, κωντομὸν κόντακα, & item liceat ludere χωρὶς πόρπης, id eſt, ludere vibratione Quintiana, abſque ſpiculo, ſive aculeo, aut ferro, a quodam Quinto ita nominata hac luſus ſpecie. Liceat item ludere περιχυτὴν, id eſt, exerceri lucta. Liceat vero etiam exerceri hippice, id eſt, equorum curſu, ſeu hippodromo, abſque dolo & circumventione. Et liceat quidem di-

tioribus ad ſingulas commiſſiones, ſeu ad ſingulos congreſſus, aut vices unum aſſem, ſeu numiſma, ſeu ſolidum deponere & ludere; cæteris autem longe minori pecunia. Quod ſi plus luſum fuerit, neque repetitio detur, & ſolutum repetatur. Curent vero iſta Præſides, decem librarum pœna interpoſita, ſi hanc legem contempſerint, vel contemni permiſerint.

[a] Μετὰ διαδόχων] Fort. Μετὰ διατοκῶν. Sed aliter Latina verſio: Repetatur, inquit, ab his qui dederunt aut eorum hæredib. At quod initio ejuſdem verſionis corruptum eſt facile reſarcietur ex Cedreno, qui ita ſcribit: Οὗτος δὴ Παλαμήδης ὁ καὶ τὴν πεῦλαν ἐφευρὼν πρὸς μετεωρισμὸν τοῦ στρατοῦ, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ συνήθειαν σὺν φιλοσοφίᾳ πολλῇ κατεστήσατο.

[b] Ἡττῆσθαι θέρμοις] Hodie in Italia luſitantes pueri ementiuntur lupinis nummos, & apud Plautum pro aureis nummis numerantur lupini. Aurum Comicum.

[c] Μονόβολον] Balſam. Γίνωσκε ὅτι μονόβολον λέγεται ὁ δρόμος· κοντομονόβολον τὸ πήδημα. οἱ μέν τοι τὰ περὶ ἱερῶν ἀγώνων ἐπισκεψάμενοι, οὕτως ἐμμέτρως τοῖς ἄθλοις μάζουσιν· Ἅλμα ποδῶν, δίσκου τε βολή, καὶ ἄκοντος ἐρωή, Καὶ δρόμος ἠδὲ πάλη, μία δ' ἔπλετο πᾶσι τελευτή. Καὶ τοῦτο δή φασι πένταθλον. ἕτεροι δὲ οὕτως. ἅλμα. πάλη. δίσκευμα κόντος καὶ δρόμος. Euſtat. Ἰλιάδ. ψ'.

[d] Κλωστανὸν κόντακα] Balſam. Κλωστανὸς κόνταξ χωρὶς τῆς πόρπης, ὁ ἀκοντισμὸς χωρὶς πόρπης, ἤτοι σιδήρου, ἀπὸ Κυΐντου τινὸς οὕτω κληθείς. *Robertus Rhemenſis de bello contra Sarracen.* Tentoria variis ornamentorum generibus venuſtantur, terræ infixis ſudibus ſcuta apponuntur, quibus in craſtinum Quintanæ ludus, ſcilicet equeſtris, efficeretur. Aleæ, ſcaci, veloces curſus equorum flexis in gyrum frenis non defuerunt & militares impetus haſtarumque vibrationes in alterutrum ibi celebratæ. Kintzuſtræ & Tornæ meminit Nicephor. Gregor. *lib. x.* Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. Sed nec hodie Quintanæ nomen noſtris ignotum eſt. Vide Nicet. *lib. III. Manuel. Comnen.*

[e] Περιχυτὴν] Balſam. Ἡ πάλη. *Marc. Tullius de finibus.* Nam cum Academicis uncta luctatio eſt. Sic Vet. Cod. Quis enim oleam gymnaſium ſequi neſcit?

II. Conſt. Argumentum Βασιλικῶν lib. 60. tit. 8. de Aleatoribus, Jacobo Cujacio interprete.

Conſtitutio prohibet ea, quæ dicuntur ξύλινα ἱππικὰ [a] periculi repetitione propoſita in luſores, & publicatione domorum, in quibus hujuſmodi luſus peracti ſunt. Datur & repetitio ei, qui ſuperatus eſt, & ſolvit: quod ſi nolit repetere, id jubet in opera publica ejus civitatis erogari.

[a] Ξύλινα ἱππικὰ] Balſam. Περὶ δὲ τοῦ ξυλίνου ἱππικοῦ πότε γέγονεν ἀμφιβολία παρὰ τῷ Βασιλικῷ βήματι. καὶ τινὲς μὲν εἶπον εἶναι τοῦτο, τὸ συνήθως παρὰ τῶν παίδων γινόμενον παίγνιον, ἔξωθεν τοῦ ἱππικοῦ, ἀντὶ ἵππων χρωμένων ἀνθρώποις εἰς διφρηλασίαν. Τινὲς δὲ εἶπον εἶναι τοῦτο, ξυλινόν τι κατασκεύασμα, διὰ κλιμάκων ξυλοειδῶν ἀνυψούμενον, ἐχουσῶν διὰ μέσου ὀπὰς διαφόρους. Οἱ γὰρ συμπαίζοντες ἐπὶ τῷ τοιούτῳ παιγνίῳ, βόλους τέσσαρας ἐπιβαφεῖς ἄνωθεν τῶν κλιμάκων τιθέμενοι, πρὸς τὸ κάταντες ἀπολύουσι. Καὶ ὁ πρῶτος ἀπὸ τῶν βόλων ἐξερχόμενος διὰ τῶν ὀπῶν, ἐκ τῆς τελευταίας ὀπῆς τὴν νικῶσαν δίδωσι τῷ ἔχοντι αὐτόν. ἔοικεν οὖν κἀμοὶ τοῦτο τὸ παίγνιον δικαίως παρὰ τοῦ νόμου ἀποτρέπεσθαι καὶ κολάζεσθαι ὡς ἔχον αἰτίαν κόπου. An potius ἱππάδας κυβευτάδας? Et Lepuſculos quidem teſſeras Larinos vocaſſe, quod exiliendo diſcurrerent, Iſidorus tradit. Οἷον ξύλινον deſcribit Nicetas. *Tom. III. Alexii Comnen.*

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS
LIBER QUARTUS.
TITULUS VIGESIMUS.
DE TESTIBUS.

De ſcripta teſtatione, & nuda voce.

Hanc legem reſtituit ex Baſilicis Cujacius lib. 13. obſervat. cap. 38. *quam Antonini eſſe exiſtimat. Illius autem ea eſt ſententia : Ne teſtes recipiantur adverſus tabulas vel inſtrumenta, quæ etiam teſtium ſubſcriptionem habent : & eam expreſſit Harmenopulus his verbis*, lib. 1. tit. 6. Ἄγραφος μαρτυρία κατὰ ἐγγράφου μαρτυρίας ἰσχύειν οὐ δύναται.

I.

ΚΑΤΑ ἐγγράφου [a] μαρτυρίας ἄγραφος μαρτυρία οὐ προσφέρεται.

CONTRA ſcriptum teſtimonium non ſcriptum teſtimonium non fertur.

[a] Κατὰ ἐγγράφου] Μιχαὴλ Ἀνθύπατος Ἀτταλειάτης, Περὶ μαρτύρων· κατὰ ἐγγράφου μαρτυρίας ἄγραφος μαρτυρία οὐ προσφέρεται. τοῦτο δὲ ἐπὶ τῶν συμβολαίων· καὶ ἀγράφου μαρτυρίας ἡ τοῦ ἑνὸς μαρτυρία ἀποδοκιμάζεται. Alterum Conſtitutionis caput hoc eſt. Ἀπόβλητος εἰς μαρτυρίαν γίνεται ὁ καταδικασθεὶς ἐπὶ τὸ ποιῆσαι περιχύσιν φλυαρίαν. Si non potius integræ ſit Conſtitutionis Epitome, aut aberrat Balſam. *tit. IX. cap. II. Nomocan. Photii.* Ο δὲ κτλ. inquit, τοῦ κϛ΄. βιβ. τῶν διγέστων ἐστιν τιτ. α΄. τοῦ κα΄. βιβλ. τῶν Βασιλικῶν, καὶ λέγει τὸ προῤῥηθὲν αὐτοῦ κεφ. ἀξιοπίστους εἶναι δεῖ τοὺς μάρτυρας, καὶ προσέχοντι καὶ ἐπὶ χρηματικοῖς καὶ ἐγκληματικοῖς οἱ μὴ κωλυόμενοι ἀπὸ τοῦ νόμου ἢ ἐξουσιαζόμενοι. ὁ κ΄. τιτλ. τοῦ δ΄. βιβλ. τοῦ κώδικος ἐστι κεφ. κα΄. τοῦ α΄. τιτλ. τοῦ κα΄. βιβλ. οὕτως ἔχον. Ἀπόβλητος εἰς μαρτυρίαν, & cætera quæ pene tribuerim. *L. XXI. D. de teſtib.* Photium habet humaniſſimus. Doct. prudentiſſ. Jureconſultus Baſilius Amerbachius, cui beneficiorum memoria ſempiterna obſtrictus ſum.

De falſis teſtibus.

ιγ΄. Αὐτοκράτωρ Ζήνων.

XIII. Imp. ZENO.

ΟΤΑ ψευδῆ [a] μαρτυρήσας, πρότερον μὲν ἐπιορκ. δι-

QUI falſa in teſtimonio protulerit, primum quidem de

perjurio, deinde falſi crimine convenitur. Quod ſi eum in ipſo teſtimonii tempore mentiri ſuſpicioſi ſit, verberatur. Quod ſi is, qui ex falſo teſtimonio damnatus eſt, civiliter agere contra teſtem voluerit: quidquid damni fecit ab eo recipiet, ac præterea falſus ille teſtis definitam legibus pœnam ſuſtinebit. Quod ſi etiam in ipſa lite principali convictus mendacii fuerit, officium Judicis eſto, ut eum, vel in totam litem, quæ illi mota eſt, contra quem teſtimonium dixit, vel in minus condemnet, vel etiam pœnis ſubjiciat: ſervatis omnibus, quæ jam ſtatuta ſunt de his, qui falſum teſtimonium perhibent.

περὶ δὲ ὡς πλαστογράφος ἐνάγεται, καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τῷ καιρῷ τῆς μαρτυρίας ἐπιστηθεὶς ψευδόμενος, βασάνοις ὑποκείσθω. Εἰ δὲ βουληθῇ ὁ ἐκ τῆς ψευδοῦς μαρτυρίας καταδικασθεὶς πολιτικῶς κινῆσαι κατὰ τοῦ ψευδομαρτυρήσαντος, λήψεται παρ' αὐτοῦ πᾶσαν τὴν ὑπεισῆλθε ζημίαν παρ' αὐτῷ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν νόμων ὡρισμένην τιμωρίαν ὑφίστασθαι. Εἰ δὲ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πρωτοτύπῳ δίκῃ ψευσάμενος ἐλεγχθείη, ἔργον ἔστω τοῦ δικάζοντος ἢ εἰς πᾶσαν τὴν ἐπιφερομένην ἐκείνῳ καθ' οὗ ἐμαρτύρησεν δίκην καταδικάζειν αὐτὸν ἢ εἰς ἔλαττον, καὶ τιμωρίαις [b] ὑποβάλλειν αὐτὸν φυλαττομένων πάντων τῶν ἤδη νενομοθετημένων περὶ τῶν τὰ ψευδῆ μαρτυρούντων.

[a] Ὁ τὰ ψευδῆ] Refert Michaël Ataliates *ex lib. xxi. tit. i. cap. xxxiiii.* Βασιλικῶν. Vid. Julian. *Nov. cxxiii.* §. Τοῖς εὐλαβεστάτοις. *Nov. Leon. xli.*
[b] Καὶ τιμωρίαις] Ἢ καὶ τιμωρίαις. *Joſephus Tened. & Michaël Ataliat.*

1. De cognatione & genere. 2. De fori præſcriptione.

XV. Imp. ZENO.

HANC legem reſtituit ex Baſilicis Cujacius libro trigeſimo-tertio obſervationum capite trigeſimo-octavo, *& illius argumentum his fere verbis explicat:* XV. Græca, quæ dat in primis Pedaneis Judicibus teſtes falſos corrigendi, & tormentis ſubjiciendi, ſi plebeii ſunt, jus poteſtatemque, adhibito Præfecto Vigilum. Quod ſi teſtes Decuriones ſunt, vel in aliqua dignitate poſiti, ut non poſſit in eos Judex Pedaneus animadvertere, debet rem omnem ad Magiſtratum a quo datus eſt, referre, ita ut pro inſinuatione relationis nihil inferatur, & ſi res aperta ſit, ſententiam a Magiſtratu ferri de teſtium fide ſuſcipienda vel rejicienda oporteat: ſin autem majori indaga-

ιε'. Αὐτοκράτωρ Ζήνων.

Ἡ ΔΙΑΤΑΞΙΣ ἀκόλουθος [a] τῇ πρὸ αὐτῆς ἐπιτρέπει τοῖς Διαιτηταῖς ἐξουσίαν ἔχειν τοὺς τὰ ψευδῆ μαρτυροῦντας ὑποβάλλειν σωφρονισμῷ τῷ δέοντι, ἐὰν ἰδιωτικὴν ἐπιγραφόμενοι τύχην δύνανται βασανισθῆναι, ἢ ἐὰν συνίδωσιν αὐστηροτέρας τὸ πρᾶγμα δεῖσθαι κολάσεως καὶ διὰ τοῦ Πραίτωρος τοῦ δήμου τούτους ἐπιστρέφειν. Εἰ δὲ ζώνην τυχὸν εἴη ὁ μάρτυς περιβεβλημένος, καὶ μὴ δύναται παρὰ τοῦ Διαιτητοῦ σωφρονίζεσθαι, τότε γίνεσθαι μὲν ἀναφορὰν πρὸς τὸν Αρχοντα τὸν πέμψαντα αὐτοῦ τὴν ὑπόθεσιν τὰ περὶ τοῦ πράγματος μηνύουσαν, καὶ ἡ τοιαύτη ἀναφορὰ ἀζημίως ἐμφανιζέσθω παρὰ τῷ Αρχοντι, καὶ λοιπὸν ὁ Αρχων δεχόμενος τὴν περὶ τῶν μαρτύρων ἀναφορὰν, εἰ μὲν εὕροι τὸ πρᾶγμα τελείως κεκριμένον ἐκ τῆς τῶν

μαρτύρων τὰ περὶ αὐτοῦ μαρτύρων ἐξετάσεως, παρέχει τὴν αὐτοτελῆ ψῆφον· ἐὰν δὲ σκευάσῃ καὶ μετὰ τὴν μαρτύρων ἐξέτασιν δεόμενον τὸ πρᾶγμα ζητήσεως τινὸς, τυγχάνει πάλιν παραπεμπέσθω τὰ λοιπὰ τοῦ πράγματος πρὸς τὸν Διαιτητήν· ὀφείλει δὲ οὕτω τῆς μαρτυρίας κρίνειν, ὡς εἴρηται, ἐν τῇ περὶ ταύτης διατάξει, τουτέστιν ἵνα μηδεμίαν φέρειν παραγραφὴν δυνῶνται προβάλλεσθαι πρὸς ἀποφυγὴν τῆς καθ' αὐτῶν ἀγανακτήσεως οἱ ἅπαξ ἑκουσίως ἐλθόντες μαρτυρῆσαι.

tione indigere videatur, ruſſus ejus rei cognitionem judici delegari, non obſtante ulla præſcriptione fori, ullove privilegio. Nam cum ultro teſtimonium dixerint, ſuo privilegio teſtes renuntiaſſe videntur.

§. α'. Ἐὰν δέ τις ἴδιον αὐτόχθονι περὶ συγγενείας ἀπαιτήσῃ συστάσεις λέγων αὐτὸν μὴ εἶναι συγγενῆ ἐλεγχθείη ψευδόμενος, ταύτην ἀπολαμβανέτω τὴν τιμωρίαν, ἵνα κἂν ταῖς ἀληθείαις ἐστὶ συγγενής, ἀπολέσῃ τὰ ἐξ ἀδιαθέτου δίκαια τὰ πρὸς ἐκεῖνον ὃν ἀπῄτησε τὰς περὶ τῆς συγγενείας ἀποδείξεις, μᾶλλον δὲ ἐπειδὴ τοῦτο τὸ προοίμιον εὐκαταφρόνητόν ἐστιν ἑκάστου λέγοντος ὅτι κἂν μὴ δουλαγωγήσω, οὐ πάντως ἐγὼ μέλλω κληρονομεῖν αὐτόν· ἴσως γὰρ ἐπὶ διαθήκῃ τελευτήσει, κελεύει ἡ διάταξις τὸν ἀπαιτοῦντα τὰς συστάσεις πρὸ πάντων ὀμνύναι ὡς νομίζων μὴ εἶναι συγγενῆ τὸν διάδικον τοῦτο λέγει [b], καὶ εἰ μὲν ἐπομόσηται δύναται κληρονομῆσαι, λοιπὸν δὲ μετὰ τὸν τούτου ὅρκον ὀφείλει ὁ τὰς συστάσεις ἀπαιτούμενος ταύτας παρέχειν. χρεία δὲ ἐν τῇ ἀποδείξει μαρτύρων πέντε ἐὰν μὴ ὦσι δικαιώματα πρὸς σύστασιν ἐπιτήδεια. Εἰ δὲ εἰσὶ δικαιώματα ἀρκούμεθα τρισὶ μάρτυσιν. Εἰ δὲ τὸ δικαίωμα τοιοῦτον ἐστὶν ὥστε αὐτὶ πάντων ἀρκεῖν, ἴσως γὰρ ὑπόμνημα δημόσιον [c] ἐστι, τότε οὐ δεόμεθα μαρτύρων. Ἐπιφέρει δὲ καὶ ἕτερον κεφάλαιον ἡ διάταξις τοιοῦτον. Ἐάν τις ἐν ὑπομνήμασι, καὶ ἐν συμβολαίῳ παραμαρτυρήσῃ, ἀνάγκην ἐχέτω πᾶσι τόποις καὶ δίκης ἐπὶ τῷ πράγματι κινουμένης μαρτυρῆσαι, κἂν ἕτερον φόρον ἐπιγράφηται· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο εἴπωμεν, βλάπτεται ὁ δεηθεὶς τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας.

§. 1. Qui falſo negavit adverſarium ſuum eſſe cognatum, exegitque ab eo probationes generis aut gentis, quam is ſe habere dicebat: non habeat jus vindicandorum bonorum inteſtati, (ejus ſcilicet quem ſuum eſſe cognatum negavit, cum inteſtatus deceſſerit.) Sed non audiatur qui ab adverſario probationes generis exigit, niſi prius ipſe juret de calumnia, & jurato conſervetur jus legitimæ ſucceſſionis. Requiruntur vero ad generis probationem teſtes quinque ſi deſint inſtrumenta, vel tres, ſi illis inſtrumenta ſuffragentur. Quod ſi hujuſmodi ſunt inſtrumenta, quæ omnium probationum vice eſſe poſſint, illa etiam ſine teſtibus ſufficiunt. Ultimum autem ejus conſtitutionis caput illud eſt, ut qui inſtrumento teſtis adfuit, & qui depoſuit tanquam teſtis quæ ſciebat, poſt, lite mota, non poſſit defugere teſtimonium, & uti præſcriptione fori.

[a] Ἡ διάταξις ἀκόλουθος] Refert Joſephus Tenedius *ex lib. xxi.* Βασιλικῶν, *tit. i.* Doctor meus *lib. xiii. Obſervation. cap. xxxviii.* Meminit Harmenop.

lib. I. tit. VIII. Prochiri, Theodor. *lx.* Βασιλικῶν, *tit. LXIIII.* Vid. *Nov. LXXIII. L. nullum C. de teſtib.*

b Τὸν ἀδέκαστον τοῦτο λέγει] Michaël Ataliat. Τὸν αἰτιάσιμον τοῦτο λέγει καὶ μετὰ τὸ ὀμόσαι τὴν τῶν ψήφων σύστασιν.

c Ἴσως γὰρ ὑπόμνημα δημόσιον]. Superfluum ac privatum teſtimonium, cum publica monumenta, ſufficiant. *L. XXXI. C. de donat.* Vid. *L. 1. C. ſi min. ſe major. dixer. Capital. in Antonino Philoſopho, Nov. CXVII. Nov. XLIX.* Theodoret. *lib. XLVII.* Βασιλ. *tit. I.* notat ſcriptum *lib. IIII. tit. XX. Conſt. XV.* Quòd in contractibus favorabilibus nec teſtibus quidem opus, eſt ut Herveus vertit.

De teſtibus cogendis teſtimonium perhibere vel non. 1. De ſumptibus.

XVI. Imp. JUSTINIANUS.

CONSTITUTIO jubet non ſolum in criminalibus judiciis, ſed etiam in pecuniariis unumquemque cogi teſtimonium perhibere de his, quæ novit, cum ſacramenti præſtatione, vel jurare, ſe nihil compertum habere (exceptis tamen perſonis quæ legibus prohibentur ad teſtimonium cogi, & etiam Illuſtribus, & his qui ſupra Illuſtres ſunt, niſi ſacra forma interveniat) & ſi quidem in Regia urbe reſtes habitent, cogit eos propria voce teſtimonium ferre; ſi vero non adfuerint, mitti ad eos jubet procuratores partium, ut apud eos deponant, quæ noverint, vel dejerent, quæ ignorant. Eodem proculdubio obſervando, & in teſtimonio quod in geſtis fit, nempe ut eædem perſonæ ab ejus neceſſitate excipiantur.

§. 1. Omnibus autem teſtibus ſine damno & impendio ſuo vult factas de his interlocutiones & productiones procedere.

ιϛ'. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός.

Ἡ ΔΙΑΤΑΞΙΣ κελεύει [a] μὴ μόνον ἐν ταῖς ἐγκληματικαῖς δίκαις, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς χρηματικαῖς ἕκαστον ἀναγκάζεσθαι μαρτυρεῖν ἅπερ ἐπίσταται μεθ' ὅρκου δόσεως, ἢ ὀμνύειν ὡς οὐκ ἐπίσταται, ὑπεξῃρημένων τῶν προσώπων τῶν ἀπὸ νόμου κωλυομένων μαρτυρεῖν, καὶ τῶν Ἰλλουστρίων [b] καὶ τῶν ὑπερβεβηκότων αὐτούς, εἰ μή γε θεῖος γένηται τύπος, καὶ εἰ μὲν ἐνδημοῦσιν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, δι' οἰκείας φωνῆς μαρτυρεῖν· εἰ δὲ ἀπολιμπάνονται, στέλλεσθαι τοὺς τῶν μερῶν ἐντολέας, ἐφ' ᾧ κατατίθεσθαι ἅπερ ἐπίστανται ἢ ἐπομνύεσθαι ἅπερ ἀγνοοῦσι [c], δηλονότι καὶ ἐπὶ τῆς ἐν ὑπομνήμασι μαρτυρίας τῶν αὐτῶν προσώπων ὑπεξῃρημένων.

§. α'. Πᾶσι δὲ τὰς ἐπὶ τούτοις διαλαλίας [d] καὶ τὰς προαγωγὰς ἀζημίους εἶναι τοῖς μάρτυσιν.

a Ἡ διάταξις κελεύει] Meminit Juſtinian. *Nov. XC. L. Judices C. de fid. inſtrument. L. Si quando C. de teſtib.* Harmenop. *lib. I. tit. I. VI.* Theodor. *lx.* Βασιλικῶν *tit. LXIIII.* Et (quod Antonium Contium. doct. & acut. Jureconſultum notaſſe poſtquam hæc ſcripſi vidi) *lib. XXVIII. tit. IIII.* Zenoniſque eſſe dicitur.

b Τῶν Ἰλλουστρίων] Ἰλλουστρίους δὲ λέγουσι τοὺς Πρωτοπαναθείους καὶ τοὺς ὑπερβεβηκότας αὐτούς. *Synaxarium Græcorum.* Ἰλλούστριος δέ τις κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν Πρωτοπαναθέιος. Quam dignitatis appellationem cognomentum fecere qui Heſychii Mileſii ex Diogene Laërtio ἐκλογῶν illuſtriore, quam fortaſſe par fuit, titulo ediderunt.

ᵃ Ἄπερ ἀγνοοῦσι] Καὶ δέχεται ὁ Ἄρχων ἢ ὁ Ἔκδικος τοῦ τόπου καὶ ἐρωτᾷ τούτους, καὶ ἀποστέλλει τὰς μαρτυρίας αὐτῶν ἐγγράφους πρὸς τὸν τὴν δίκην δικάζοντα δικαστήν. ἀπὸ ἐπαρχίας γὰρ εἰς ἐπαρχίαν οὐ δεῖ πρὸς μαρτυρίαν ἕλκεσθαι τινα μὴ βουλόμενον.

ᵇ Πᾶσι δὲ ταῖς ἐπὶ τούτοις διαλαλίαις] Id eſt, ψῆφον περὶ τούτου, uti loquitur *Nov. xc. Gloſſ. Baſilienſ.* διαλαλία, interlocutio. Judex interloquutus eſt, διελάλησεν.

TITULUS VIGESIMUS-PRIMUS.

DE FIDE INSTRUMENTORUM, & amiſſione eorum, & de Apochis & Antapochis faciendis, & de his, quæ ſine ſcriptura fieri poſſunt.

De his qui ſcripturam ſuam inficiantur.

XVI.

ΕΑΝ ἐναγόμενος ᵃ τις ἀρνήσηται χεῖρα ἰδίαν προσφερομένην ἐν γραμματείῳ, ἢ ἐν ἑτέρῳ χάρτῃ, εἰ μὲν ἀπὸ συγκρίσεως ἐλεγχθείη, τουτέστιν αὐτοῦ ἑτέρας προσφερομένης χειρὸς, καὶ ἀντεξεταζομένης πρὸς τὴν ἐν τῷ γραμματείῳ κειμένην, διδόναι αὐτὸν λόγῳ προστίμου τῷ ἐνάγοντι ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ ψεύδους εἰκοσιτέσσαρα NN. Ἐὰν δὲ ἢ συμβολαιογράφος παρενεχθῇ παρ' οὗ τὸ συμβόλαιον ἐγράφη, ἢ καὶ ἕτεροί τινες μαρτυροῦντες τῇ ἀληθείᾳ, τότε αὐτὸν πρὸς τῷ ἐπιτιμίῳ τῶν εἰκοσιτέσσαρα NN. Οὐδὲ παῤῥησίαν δύνασθαι ἔχειν πρὸς τὸ ἀντιτεθῆναι τὴν τῆς ἀναργυρίας παραγραφὴν, λέγοντα, ὅτι κἂν τὸ συμβόλαιον ἐγένετο, οὐκ ἐδόθη πάντα ἐν αὐτῷ γεγραμμένα, ἀλλὰ πάντως καταδικάζεσθαι, κἂν εἰ μηδὲν αὐτῷ ταῖς ἀληθείαις κατεβλήθη.

§. α'. Ταῦτα μὲν, ἐὰν ἐνάγηταί τις ἐξ οἰκείου συναλλάγματος. Εἰ δὲ ἐπίτροπός ἐστιν, ἢ κουράτωρ ἑνὸς τῶν κουρατωρευομένων προσώπων, ἄῤῥην εἴτε θήλεια, κατὰ τὰς διατάξεις ἐπιτροπεύουσα τῶν ἰδίων παίδων, καὶ χεῖρα ἰδίαν προσφερομένην ἐν τῷ

SI conventus quis negaverit manum propriam prolatam in libello aut alia charta, ſi quidem ex comparatione is convincatur, hoc eſt, alia ejus prolata manu, & comparata cum ea quæ eſt in libello, det is pœnæ nomine actori pro mendacio ſolidos vigintiquatuor. Si vero aut Tabellio productus fuerit, apud quem inſtrumentum ſcriptum eſt, aut alii quidem teſtes pro veritate deponentes, tunc ipſe præter pœnam viginti quatuor aureorum non poſſit habere licentiam objiciendæ exceptionis pecuniæ non numeratæ, ut dicat, quamvis inſtrumentum factum fuerit, ea tamen quæ in eo ſcripta ſunt non fuiſſe data: ſed omnimodo condemnetur, etiamſi nihil ipſi revera ſolutum eſt.

§. 1. Hæc quidem obtineant, ſi conveniatur quis ex proprio contractu. Si vero tutor eſt, aut curator unius earum, quæ ſub cura eſſe ſolent perſonarum, maſculus aut fœmina ſecundum conſtitutiones tutelam gerens propriorum libero-

rum, & manum propriam prolatam in contractu eorum, qui ſub tutela aut cura ſunt, inficiarus fuerit, tunc ſi quidem ex ſola comparatione convincantur mentiri, præſtent ipſi viginti quatuor aureos. Si vero ex productione Tabellionis, aut teſtium, pecuniæ quidem non numeratæ exceptio ne adimatur his, qui ſub tutela vel cura ſunt (neque enim peccarunt illi) ſed ipſi tutores aut curatores alios, viginti quatuor aureos pœnæ nomine dent actori, habentibus his, qui ſub tutela aut cura ſunt, ſalvam ſibi pecuniæ non numeratæ exceptionem. Neque enim æquum eſt ipſos ex alienis peccatis damno adfici.

§. 2. Hæc de reis conventis ubi dixit conſtitutio, tranſitum fecit, & ad agentium perſonam. Jubens ut ſi actor manum propriam inficietur poſitam in charta contra ipſum prolata, forte in ea quæ de ſuſcepta dicitur confeſſione, & ipſe ſimiliter, ſiquidem ex ſola comparatione convincatur, præſtet viginti quatuor aureos: ſi vero ex productione Tabellionis aut teſtium, tunc modis omnibus imputet, & agnoſcat contenta in illa charta, etiamſi re vera non ſunt accepta ab ipſo. Hæc ſi proprio nomine agat. Si vero tutor eſt aut curator dat quidem duplam pœnam viginti quatuor aureorum. Is vero qui ſub tutela aut cura eſt, poſſit objicere probationi exceptionem non numeratæ pecuniæ.

συναλλάγματι τῶν ἐπιτροπευομένων ἢ κουρατωρευομένων ἀρνήσονται, τιμωρείσθωσαν, εἰ μὲν ἀπὸ μόνης συγκρίσεως ἐλεγχθείησαν ψευδόμενοι, παρέχειν αὐτοὺς τὰ εἰκοσιτέσσαρα NN. Εἰ δὲ ἐκ προσαγωγῆς συμβολαιογράφου ἢ μαρτύρων, τὴν μὲν τῆς ἀναργυρίας παραγραφὴν μὴ ἀναιρεῖσθαι τοῖς ἐπιτροπευομένοις ἢ κουρατωρευομένοις προσώποις (οὐδὲ γὰρ ἥμαρτον ἐκεῖνοι) αὐτοὺς δὲ ἐπιτρόπους ἢ κουράτωρας ἑτέρους εἰκοσιτέσσαρα χρυσοῦς λόγῳ προστίμου διδόναι τῷ ἐνάγοντι, ἐχόντων τῶν ἐπιτροπευομένων καὶ κουρατωρευομένων σωζομένην αὐτοῖς τὴν τῆς ἀναργυρίας παραγραφήν. οὐδὲ γὰρ δίκαιον ἐστὶν αὐτοὺς ἐξ ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων ζημιοῦσθαι.

§. β'. Ταῦτα περὶ τῶν ἐναγομένων εἰποῦσα ἡ διάταξις ἔρχεται καὶ εἰς τὸ τῶν ἐναγόντων πρόσωπον, κελεύουσα ἵνα εἰ ὁ ἐνάγων χεῖρα ἰδίαν ἀρνήσηται κειμένην ἐν χάρτῃ καθ' αὐτοῦ προσφερομένῳ, τυχὸν ἐν ἀποληπτικῇ ὁμολογίᾳ, καὶ αὐτὸς ὁμοίως εἰ μὲν ἐκ μόνης συγκρίσεως ἐλεγχθείη, παρέχῃ τὰ εἰκοσιτέσσαρα NN. Εἰ δὲ ἐκ προσαγωγῆς συμβολαιογράφου ἢ μαρτύρων, τιμωρείσθω πᾶσι τρόποις ἀπολογίζεσθαι αὐτὸν τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἀποδείξει περιεχόμενα· κἂν μὴ ταῖς ἀληθείαις καταβληθῶσιν ἐπ' αὐτῷ. Ταῦτα ἐὰν οἰκείῳ ὀνόματι ἐνάγηται. Ἐὰν δὲ ἐπίτροπός ἐστιν ἢ κουράτωρ, δίδωσι μὲν διπλάσιον τὸ ἐπιτίμιον τῶν εἰκοσιτέσσαρα NN. Ὁ δὲ ἐπιτροπευόμενος ἢ κουρατωρευόμενος δύναται ἀντιτιθέναι τῇ ἀποδείξει τὴν ἀναργυρίαν.

[a] Ἐὰν ἐναγόμενος] Refert Joſeph. Tened. *ex lib. xxii. tit. i. κεφ. lxxiii.* Βασιλικῶν, Jacob Cujacius *lib. x. Obſervat. cap. ix.* Meminit Juſtinianus *Nov. xviii.* Nec tamen ἄχρηστον dixerim quæ hic relata eſt a ſummo viro Antonio Auguſtino, cujus immortali liberalitate has Codicis Juſtiniani Græcas conſtitutiones habemus. Et neſcio quid forſitan aliud deeſſe in hoc titulo ſubindicat vitioſa inſcriptio ſubſcriptioque LXIIII.

De

De edendo.

κβ. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός.

ΕΑΝ τις ἀπαιτούμενος ἐν δικαστηρίῳ προαγαγεῖν δικαίωμα οὐ καθ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καθ' ἑτέρου τινὸς, συμβαλλόμενον δὲ ἑτέρῳ, παραιτῆται τοῦτο προαγαγεῖν ὡς ἐκ τούτου βλάβην εὐλαβούμενος· ὁ δὲ ἀπαιτῶν τὸν χάρτην προενεχθῆναι, λέγει μηδὲν ἄλλο ἀδικεῖσθαι, ἀλλ' ἢ χρήματα εἰληφέναι παρὰ τῶν μελλόντων ἐλέγχεσθαι ὑπὸ τοῦ προφερομένου δικαιώματος, ἢ ἑτέρους τινὰς προβάλλεσθαι προφάσεις, ἑαυτὸν δὲ μεγάλα βλάπτεσθαι, μὴ προφερομένου τοῦ δικαιώματος· βούλεται μὲν ἡ διάταξις τὸν ἔχοντα τὸ δικαίωμα, προφέρειν αὐτὸ, εἰ μηδὲν ἐκ τῆς προκομιδῆς αὐτοῦ μέλλει καταβλάπτεσθαι. εἰ δὲ τῇ ἀληθείᾳ βλάβην αὐτῷ ποιεῖ προσφερόμενον τὸ δικαίωμα, μὴ ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν προκομίζειν αὐτὸ ἐπειδὴ συμφέρει αὐτῷ μᾶλλον κρύπτειν ἢ δημοσιεύειν αὐτό· εἰ δὲ ὁ τοῦ συμβολαίου δεόμενος διαβεβαιοῦται μηδὲν αὐτὸν ἀδικεῖσθαι, ὅρκον διδότω μόνον, ὡς νομίζων βλάβην περὶ τὴν ἰδίαν πίστιν ὑπομένειν ἐκ τῆς τοῦ συμβολαίου προκομιδῆς, διὰ τοῦτο παραιτεῖται προκομίσαι· ἵνα δὲ μὴ αὐτὸ τοῦτο τὸ μὴ κερδᾶναι τὸ ἐπαγγελθέντα αὐτῷ πρὸς τὸ μὴ κομίσαι τὸν χάρτην, βλάβην οἰκείαν νομίζῃ, περιεργότερον παρεχέτω τὸν ὅρκον, λέγων ὅτι οὐ διὰ τὸ λαβεῖν χρήματα ἢ ἕτερόν τι, διὰ τὸ μὴ προκομίσαι τὸν χάρτην, ἢ διὰ τὸ ἔχειν ἐπαγγελίαν δόσεως, οὔτε διὰ φόβον ἐκείνου καθ' οὗ ζητεῖται τὸ δικαίωμα, οὔτε διὰ τὴν φιλίαν αὐτοῦ παραιτεῖται τοῦ χάρτου προκομιδὴν, ἀλλ' ὡς ἐξ ὀρθοῦ περὶ τὴν ἰδίαν οὐσίαν μεγάλα βλαπτόμενος· ὥσπερ γὰρ ὁ νομιζόμενος εἰδέναι τὸ ἀληθὲς περί τινος ὑποθέσεως, ἀναγκάζεται δὲ ἄκων πρὸς μαρτυρίαν,

XXII. Imp. JUSTINIANUS.

SI poſtuletur ab aliquo in judicio, ut inſtrumentum non adverſus ſeipſum, ſed alium quendam producat, quod alteri proſit, idque producere recuſet, ut qui damnum inde metuat; verum is qui exhiberi chartam petit, nequaquam eum lædendum dicat, ſed pecuniam ipſum ab illis accepiſſe, qui per inſtrumentum exhibendum coarguendi ſunt: vult conſtitutio, ut is qui habet inſtrumentum, idipſum proferat, ſi quidem ex illius prolatione nihil ipſe damni ſenſurus ſit. Sin reapſe detrimentum ei prolatum inſtrumentum adferat, nequaquam eum cogi ad proferendum debere: cum ei magis expediet id occulrare, quam publicare. Quod ſi affirmat is, cui opus eſt inſtrumento, nihil ei fraudis ex eo futurum, duntaxat jusjurandum præſtet, Quod exiſtimando ſe fidei ſuæ detrimentum pati propter inſtrumenti exhibitionem, eam ipſam ob cauſam proferre chartam recuſet. Et quoniam ſibi damno id fore putat, curioſius ſacramentum præſtet atque dicat, Se non quia pecuniam acceperit, vel quid aliud non proferendæ chartæ cauſa, vel quod muneris promiſſionem habeat, nec metu illius, contra quem inſtrumentum requiratur, nec ejuſdem amore, chartæ exhibitionem recuſare, ſed quia magnum ex eo circa facultates ſuas detrimentum capiet. Nam quemadmodum is, qui quadam in cauſa verum ſcire putatur, invitus quoque teſtimonium dicere cogi-

rut, neque ſi pecuniam promiſſam habet ob non perhibendum teſtimonium, neque ſi adverſus amicos teſtimonium dicturus venit, recuſare teſtimonium poteſt: ita nec is recuſare poteſt, a quo inſtrumenti exhibitio deſideratur, vel propterea quod aliquid acceperit, aut acceptum ſe ſperet, vel ob amicitiam cum illo, cui damno futurum eſt inſtrumentum. Sed ſi quis juret ſe inſtrumentum, quod deſideratur, non habere; prorſus id proferre, quod non habet, haud cogitur: ſin ejuſmodi ſacramentum præſtare non ſuſtinet, omnino cogitur deſideratum inſtrumentum exhibere: Quod ſi ſemet occultaverit, quaſi qui nec jurare, nec inſtrumentum edere velit: omne damnum, quod hinc emerget, ei, cui opus eſt inſtrumento, de ſuo compenſet: Iiſdem obtinentibus etiam in Argentariorum aliorumque brevibus. Cæterum illi codices, vel inſtrumenta proferre cogantur, qui & teſtimonium dicere adverſus aliquem coguntur. Nam in quas perſonas invitus quis teſtimonium non dicit, adverſus eaſdem nec codices, vel inſtrumenta, vel quid aliud tale proferre cogitur. Notiſſimi ſunt autem ex legibus, qui adverſus aliquos inviti teſtimonium dicere non coguntur, ſicut & ii, contra quos aliqui teſtimonium perhibere non coguntur. Nec ulli licet aliter cogere ut exhibeantur inſtrumenta, niſi eodem in judicio, in quo cauſa agitur. Idque ſumptibus ejus, qui codicis, aut inſtrumentorum exhibitionem fieri deſiderat. Oportet autem ſemel duntaxat eorum oſtenſionem fieri: ac ſi prolato ſemel inſtrumento, deſi-

καὶ οὐ καὶ εἰ ἐπαγγελίαν ἔχει ὑπὲρ τοῦ μὴ μαρτυρῆσαι, οὐδὲ εἰ κατὰ φίλων ἔρχεται μαρτυρῆσαι, παραιτεῖται μαρτυρίαν· οὕτως οὐδὲ ὁ συμβόλαιον ἀπαιτούμενος προενεγκεῖν, οὔτε διὰ τὸ εἰληφέναι τι ἢ ἐλπίζειν λαμβάνειν, οὔτε διὰ φιλίαν μέλλοντος ἐκ τοῦ συμβολαίου βλάπτεσθαι, δύναται τὴν προκομιδὴν αὐτοῦ παραιτεῖσθαι· ἀλλ' εἰ μὲν τις ἐπομόσειεν μὴ ἔχειν τὸ ζητούμενον δικαίωμα, μηδὲ ὅλως ἀναγκάζεσθαι προφέρειν ὅπερ μὴ ἔχει· εἰ δὲ οὐκ ἀνέχεται τὸν τοιοῦτον ὅρκον ὑποσχεῖν, πάντως ἀναγκάζεσθαι προφέρειν τὸ ἐπιζητούμενον δικαίωμα· εἰ δὲ ἑαυτὸν ἀποκρύψει, ὡς μήτε ὀμόσαι μήτε προσαγαγεῖν τὸ δικαίωμα βουλόμενος, πᾶσαν τὴν ἐκ τούτου συμβησομένην ζημίαν τῷ δεομένῳ τοῦ δικαιώματος οἴκοθεν καταβαλλέτω. τῶν αὐτῶν κρατούντων καὶ εἰς τὰ ἀργυροπρατικὰ βρέβια [b], ἢ τὰ παρ' ἑτέρων τινῶν συνταττόμενα· ὥσπερ τις ἐπιζητεῖ προκομισθῆναι οὐ κατὰ τῶν τὰς πυκτὰς ταύτας συντεθεικότων, ἀλλὰ καθ' ἑτέρων τινῶν. ἐκεῖνοι δὲ ἀναγκαζέσθωσαν προφέρειν πυκτὰς ἢ δικαιώματα, οἳ καὶ μαρτυρεῖν κατά τινος ἀναγκάζονται. καθ' ὧν γὰρ προσώπων ἄκων τις οὐ μαρτυρεῖ, κατὰ τούτων οὔτε προκομίζειν πυκτὰς ἢ δικαιώματα ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον ἀναγκάζεται. πρόδηλοι δέ εἰσιν ἐκ τῶν νόμων οἱ μὴ ἀναγκαζόμενοι κατά τινων μαρτυρεῖν, ἄκοντες καὶ ἐκεῖνοι καθ' ὧν οὐκ ἀναγκάζονταί τινες μαρτυρεῖν; οὐδενὶ δὲ ἔξεστιν ἄλλως ἀναγκάζειν προφέρεσθαι δικαιώματα, εἰ μὴ ἐν αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ, παρ' ᾧ κινεῖται ἡ ὑπόθεσις, καὶ τότε δὲ ἀναλώμασι τοῦ ζητοῦντος γίνεσθαι τὴν προκομιδὴν τῆς πυκτῆς τῶν δικαιωμάτων. Χρὴ δὲ γίνεσθαι κατὰ τὴν ἐμφάνειαν αὐτῶν πρὸς ἅπαξ μόνον· εἰ δὲ ἅπαξ προκομισθέντος τοῦ συμβολαίου, ἐπι-

ζητῇ καὶ δεύτερον δοθῆναι τὴν προκομιδὴν αὐτῷ ὁ τούτου δεόμενος, εἰ εὔλογον φανείη τῷ δικαστῇ τὸ καὶ δεύτερον προσενεχθῆναι τὸν χάρτην, ὁ δὲ προκομίσας αὐτὸν ἤδη παραιτῆται ἀποφευγόμενος τὴν δευτέραν προκομιδὴν, λέγων ἀπολωλεκέναι τὸν χάρτην, ἢ ἄλλως πῶς μὴ ἔχειν εὐχέρειαν τῆς τούτου προκομιδῆς, ὅρκῳ μόνῳ τοῦτο αὐτὸ πιστούσθω, καὶ μηκέτι ἀναγκαζέσθω προσφέρειν αὐτὸ, τούτων κρατούντων οὐ μόνον ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, ἀλλὰ καὶ ἐν πάσῃ τῇ πολιτείᾳ.

deret is, cui opus eſt, exhiberi denuo, ſiquidem rationi conſentaneum viſum fuerit Judici, ut iterum quoque charta proferatur, ille vero qui eam jam protulit, ſecundam exhibitionem recuſet, quod ſe dicat chartam perdidiſſe, vel alioqui non habere facultatem ejus exhibendi: juramento tantum fidem facito, nec amplius ad proferendum cogitor. Iiſdem obtinentibus non in urbe duntaxat Imperatrice, verumetiam in univerſa Republica.

[a] Εἀν τις ἀπαιτούμενος] Refert Joſeph. Tened. *tit.* περὶ τῶν ἀναγκαζομένων μαρτυρεῖν ἢ προσφέρειν ἐν δικαστηρίῳ δικαιώματα. Et ex ea quædam Harmenop. *lib. I. tit. II.* Meminit Juſtinian. *Edict. IX.*

[b] Ἀργυροπρατικὰ βρέβια] Τὰ βρέβια τοῦ δανειστοῦ. Rationes creditoris, *L. IIII. C. de edend. Rationes breviaria, L. ult. D. de pecul. legat.*

TITULUS VIGESIMUS-QUARTUS.

DE PIGNERATITIA ACTIONE.

De fructibus pignoris.

I. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. ad Metrodorum.

Οἱ ἐκ τοῦ ἐνεχύρου [a] ληφθέντες καρποὶ, ψηφίζονται εἰς τὸ χρέος, καὶ ἐὰν ἱκανοὶ γένωνται πρὸς τὸ ὅλον χρέος, λύεται ἡ ἀγωγὴ, καὶ ἀποδίδοται τὸ ἐνέχυρον· εἰ δὲ καὶ πλείονες εἰσὶ τοῦ χρέους οἱ καρποὶ, ἀποδίδονται οἱ περιττεύοντες δηλονότι κινουμένης τῆς περὶ τοῦ ἐνεχύρου ἀγωγῆς.

Ex pignore percepti fructus imputantur in debitum: qui ſi ſufficiunt ad totum debitum, ſolvitur actio, & redditur pignus. Si debitum excedunt, qui ſupererunt redduntur; videlicet mota actione pigneratitia. P. P. Idib. Octobr. APRO & MAXIMO CONSS. 208.

[a] Οἱ ἐκ τοῦ ἐνεχύρου] Refert Harmenop. *lib. III. tit. V.* Jacobus Cujacius *lib. XI. Obſervat. cap. XXXI.*

TITULUS TRIGESIMUS-SECUNDUS.

DE USURIS.

De duplo.

XXIX.

USURÆ minutim & per intervallum ſolutæ cum duplo compenſantur, etiam ſi non univerſæ ſimul ſolutæ fuerint.

ΟΙ κατὰ μικρὸν [a] καὶ κατὰ χρόνον καταβαλλόμενοι τόκοι, τῷ διπλῷ συμψηφίζονται, κἂν μὴ καθάπαξ ὑφ' ἓν καταβληθῶσιν.

[a] Οἱ κατὰ μικρὸν] Οἱ κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ χρόνον καταβαλλόμενοι τόκοι τῷ διπλῷ συμψηφίζονται καὶ μὴ καθάπαξ ὑφ' ἓν καταβληθῶσιν. Refert conjunctis ſimul tribus hujus tituli poſterioribus conſtitutionibus Harmenop. *lib. III. Prochiri tit. VII.* Joſephus Tenedius *littera τ.* Et in veteri quodam Romano libro ſub titulo de Nautico fœnore, prima conſtitutio deeſſe dicitur, quam ultimam tituli proximi de uſuris putat Antonius Auguſtinus, cui ego viro ampliſſimo aſſentior, & tantum me debere illi ſcio, quantum alii ignoto de facie nemini. Sic quod ſub tit. I. lib. IIII. Cod. in veteri libro legitur conſtitutionem primam deſiderari, malim ad tit. ult. lib. III. referre. *Photius tit. XIII. cap. XVIII. Nomocan* Vid. *L. Uſuræ, C. de uſur. Nov. CXXXVIII. Nov. CXXI.* quæ nuper pervulgatæ ſunt V. C. Petri Pithœi fratris optimi beneficio, quem mihi cœco ducem ad ſuſcipiendam & ad ingrediendam horum ſtudiorum rationem extitiſſe in ſumma fœlicitate pono.

TITULUS QUINQUAGESIMUS-NONUS.

DE MONOPOLIIS ET CONVENTU Negotiatorum illicito, vel artificio Ergolaborum, necnon Balneatorum, prohibitis & pactionibus illicitis.

I.* Imp. ZENO A. Conſtantino P.P.

JUBEMUS, ne quis [a] cujuſcunque veſtis, vel piſcis, vel pectinum forte, aut echini, vel cujuſlibet alterius ad victum, vel ad quemcumque uſum pertinentis ſpeciei, vel cujuſlibet materiæ, pro ſua authoritate, vel ſacro jam elicito, aut in poſterum eliciendo reſcripto, aut pragmatica ſanctione, vel ſacra noſtræ pietatis adnoratione, monopolium audeat exercere: neve quis illicitis habitis conventionibus conjuret, aut paciſcatur, Ut ſpecies diverſorum corporum negotiationis, non minoris quam inter ſe ſtatuerint venundentur. Ædificiorum quoque artifices, vel ergolabi, aliorumque diverſorum operum profeſſores, & balneatores penitus arceantur pacta inter ſe componere, Ut ne quis, quod alteri commiſſum ſit, opus impleat, aut injunctam al-

teri ſolicitudinem altet intercipiat: data licentia unicuique ab altero inchoatum & derelictum opus, per alterum ſine aliquo timore diſpendii implere, omniaque hujuſmodi facinora denunciandi ſine ulla formidine, & ſine judiciariis ſumptibus. Si quis autem monopolium auſus fuerit exercere, bonis propriis expoliatus, perpetuitate damnetur exilii. Cæterarum prӕterea profeſſionum Primates, ſi in poſterum aut ſuper taxandis rerum pretiis, aut ſuper quibuſlibet illicitis placitis, auſi fuerint convenientes hujuſmodi ſeſe pactis conſtringere, quadraginta librarum auri ſolutione percelli decernimus: Officio tuæ ſedis quinquaginta librarum auri condemnatione multando, ſi in prohibitis monopoliis, & interdictis corporum actionibus commiſſas forte (ſi hoc evenerit) ſaluberrimæ noſtræ diſpoſitionis condemnationes, venalitate interdum, aut diſſimulatione, vel quolibet vitio minus fuerit executum.

[a] *Jubemus, ne quis*] Sub hoc tit. de Monopoliis. In veteri quodam libro conſtitutio Græca deeſſe dicitur, quæ forte extat *lib. VI. Harmenop. tit. XIIII.*

TITULUS SEXAGESIMUS-QUINTUS.

DE LOCATO ET CONDUCTO.

XXXIII.

ΕΚΑΤΕΡΩι ἡ διάταξις ἐπιτρέπει καὶ τῷ μισθώσαντι καὶ τῷ μισθωσαμένῳ ἐξεῖναι ἐντὸς ἐνιαυτοῦ λύειν τὴν μίσθωσιν, καὶ ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν πάσαις ταῖς Ἐπαρχίαις, καὶ μὴ διδόναι πρόστιμον ὡς ἐκ παραβασίας, εἰ μὴ ἄρα ἐν ἀρχῇ τοῦ συναλλάγματος ἀπετάξαντο τῷ τοιούτῳ συμφώνῳ, ἢ ἀγράφως ἀπεῖπον.

HÆC conſtitutio [a] permittit utrique, tam locatori quam conductori, ut liceat intra annum conductionem ſolvere, tam in Italia, quam in omnibus Provinciis: ac ne pœnam quidem velut ex tranſgreſſione præſtare: niſi contractus initio ſpecialiter huic legi valedixerint, aut citra ſcripturam renunciarint.

[a] *Hæc conſtitutio*] Refert Joſephus Tenedius eo quo reſtitui modo *ex lib. XX.* Βασιλικῶν quam deſiderari in hoc titulo docuit me dudum Julian. Anteceſſor Conſtantinop. in cujus dictato, quod edidit ille natura mihi frater, conſiliis Pater, ita ſcriptum eſt. De Emphyteuſi autem & de conductionibus invenies lib. IIII. Codic. ultimum & permult. In his autem titulis non prætermittas legem illam pulcherrimam, qua cavetur licere intra annum ſine pœna a contractu in conductione recedere. Nec tamen Euſtatius meminit.

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS
LIBER QUINTUS.
TITULUS PRIMUS.
DE SPONSALIBUS,
& Arris Sponſalitiis, & Proxeneticis.

De Proxeneticis.

Hujus legis Epitomen retulerat ex Harmenopulo Contius, ſed eam integram ex Baſilicis edidit Cujac. lib. 11. obſ. cap. 18.

VI.

CONSTITUTIO vult, ne Proxeneta, ſeu conciliator nuptiarum quidquam capiat. Si tamen omnino ſuſtineat aliquid accipere, ſi quidem nihil de ea re convenerit, nihil omnino conſequatur: ſin pactum intercesſerit, non ultra viceſimam partem dotis, & ante nuptias donationis exigat, ſi dos ad ducentas uſque libras auri pertingit: minus autem, ſi quidem volet, ut accipiat; liberum ei facit. Sin vero cujuſcunque majoris quantitatis dos fuerit, ultra decem libras auri Proxenetam accipere non permittit, neque ſi perfecta eſt dos, vel ante nuptias donatio. Quod ſi præter hæc aliquis pactus ſit, ne exigatur, ſed & ſolutum reddatur, ſive pecuniam accepit, ſive res, datave eſt ei con-

Η ΔΙΑΤΑΞΙΣ [a] βούλεται τὸν προξενοῦντα [b] γάμον μάλιστα μὲν μηδὲν λαμβάνειν. Εἰ δὲ ὅλως ἀνέχεται λαβεῖν, εἰ μὲν μηδὲν συνεφώνησε περὶ τούτου, μηδὲν ὅλως λαμβάνειν. Εἰ δὲ συνεφώνησε, μὴ ὑπὲρ τὴν εἰκοστὴν μοῖραν τῆς προικὸς καὶ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς ἐπιζητεῖν, ἐὰν ἡ προὶξ ἄχρι διακοσίων λιτρῶν ἐστὶ χρυσίου. ἔλαττον δὲ εἰ βούλεται λαβεῖν, ἐπιτρέπει αὐτῷ. Εἰ δὲ καὶ ὁσησδήποτε ποσότητος ἐστὶν ἡ προὶξ, περαιτέρω τῶν ι. λιτρῶν τοῦ χρυσίου οὐκ ἐπιτρέπει τῷ προξενητῇ λαμβάνειν, οὐδὲ εἰ τελεία ἐστὶν ἡ προὶξ ἢ ἡ πρὸ γάμου δωρεά. Εἰ δὲ παρὰ ταῦτα τις συμφωνήσῃ, μὴ ἀπαιτεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ καταβληθὲν ἀναδίδοσθαι, εἴτε χρήματα ἔλαβεν, εἴτε πράγματα, ἢ

ἀπεδόθη αὐτοῦ ὁμολογίᾳ χρέους, ἢ ὅλως ἔλαβέ τι κινητὸν, ἢ ἀκίνητον ἢ αὐτοκίνητον, κινουμένων τῶν ἀγωγῶν οὐ μόνον κατὰ τοῦ λαβόντος, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν αὐτοῦ κληρονόμων, καὶ οὐ μόνον παρὰ τοῦ δεδωκότος, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν αὐτοῦ κληρονόμων· ὡρισμένου ι'. χρυσίου λιτρῶν ἐπιτιμίου τοῖς παρὰ ταῦτα πρᾶξαι ἐπιχειροῦσιν.

feſſio debiti, aut omnino accepit aliquid mobile, vel immobile, vel ſe movens: intentatis actionibus non ſolum contra accipientem, ſed etiam contra ejus heredes: nec ſolum ab eo qui dedit, ſed etiam ab ejus heredibus: pœna decem librarum auri definita adverſus eos, qui præter hæc aliquid agere tentaverint.

[a] Ἡ διάταξις] Refert Epitomen Joſephus Tenedius *ex lib. liv.* Βασιλικῶν *tit. xv.* & Theodoretus quidam Monachus in Prochiro.

[b] Τὸν προξενοῦντα] Sudas. Προμνήστρια, ἡ προμνωμένη τὸν γάμον, ἣν καὶ προξενήτριαν φασί. Scholiaſt. Ariſtophan. ἡ προποιοῦσα τῶν γάμων προμνήστρια καλεῖται, ἡ καὶ προξενήτρια. Vet. Gloſſar. Conciliatrix, Προξενήτρια. Προξενητὴς, conciliator, proxeneta.

[c] Ἐὰν δὲ ἡ προὶξ ἔχῃ διακοσίας λίτρας] Vet. Ἄχρι διακοσίων λιτρῶν ἐστί. Maxima ergo dos centum libras excedit.

TITULUS QUARTUS.

DE NUPTIIS.

De ſcenicis mulieribus.

κθ'. Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις.

ΘΕΙΑΝ ἐποιησάμεθα [a] διάταξιν, οὐδενὶ συγχωροῦντες οὐδὲ ἄκουσαν γυναῖκα δούλην ἢ ἐλευθέραν εἰς σκηνὴν ἢ ὀρχήστραν καθέλκειν, οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι βουλομένην κωλύειν τοὺς ἐγγυητὰς τῆς αὐτῆς, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου χρυσίου ῥητὸν ὁμολογήσαντας ἀπαιτεῖν· ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτο γένηται, κωλύεσθαι ταῦτα παρά τε τῶν λαμπροτάτων τῶν Ἐπαρχιῶν Ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων διεταξάμεθα, δόντες ἄδειαν τοῖς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις ἅμα τῷ λαμπροτάτῳ τῆς Ἐπαρχίας Ἄρχοντι, καὶ ἄκοντας ἄγειν πρὸς ἑαυτοὺς

XXIX. Idem A. ubique terrarum religioſiſſimis Epiſcopis.

SACRAM fecimus conſtitutionem, nemini permittentes, neque invitam mulierem ancillam aut liberam, in ſcenam aut orcheſtram pertrahere, neque converti volentem, prohibere eam ejus fidejuſſores, quaſi ſuper hoc ipſo certum auri modum promiſſum repetendo: ſed ſi quid tale factum fuerit, prohiberi hæc & a clariſſimis Provinciarum Præſidibus, & a civitatum religioſiſſimis Epiſcopis conſtituimus, dantes licentiam religioſiſſimis Epiſcopis una cum clariſſimo Provinciæ Præſide, etiam invitos trahere ad ſe eos qui com-

pulerint, aut qui mutari ſeu converti ab ea actione prohibuerint, & publicam quidem fieri eorum ſubſtantiam, ipſos vero civitate expelli. Si vero qui Provinciam regit, ipſe ſit qui eas compulerit, aut a prædicta actione converſionem ſeu reſipiſcentiam prohibuerit, damus licentiam & ſolos religioſiſſimos Epiſcopos adire eam quæ talia patitur, aut ejus fidejuſſorem, hunc vero Epiſcopum adverſari Magiſtratum habenti, & non permittere injuſte agere, aut ſi minus fuerint ad id conſequendum potentes, indicare id noſtro Imperio, ut a nobis competens exerceatur pœna: fidejuſſionibus ſimul liberandis, & fidejuſſoribus indemnibus conſervandis: licentiam dantes converſis hujuſmodi mulieribus liberis & ingenuis exiſtentibus ad matrimonium tranſire legitimum, etiamſi contigerint honeſtiſſimis dignitatibus qui illas duxerint, decorari, non amplius indigentibus Imperialibus Reſcriptis, ſed ſua poteſtate nuptias celebrantibus, nuptialibus nimirum inſtrumentis omni modo inter ipſos factis: eademque & de filiabus ſcenicarum conſtituentes.

§. 1. Hanc autem dictam conſtitutionem, & in quinto libro omnium conſtitutionum hujus ſcilicet noſtræ pietatis cognominis libri, ad civiles Magiſtratus reſcriptam poſuimus. Quoniam enim oportebat per præſentem ſanctionem, & vobis ubique terrarum poſitis religioſiſſimis Epiſcopis hæc facere manifeſta, propterea congregantes, quæ ad ipſam pertinent expoſitione latiore ſancita, eandem Divinam conſtitutionem feci-

τοὺς βιασαμένους ἢ τοὺς ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἐργασίας κωλύοντας, καὶ δημοσίαν μὲν αὐτῶν ποιεῖν τὴν οὐσίαν, ἐκείνους δὲ τῆς πόλεως ἐξελαύνειν. Εἰ δὲ ὁ τὴν ἐπαρχίαν ἰθύνων αὐτὸς ὁ βιαζόμενος, εἴη ἢ τὴν ἐκ τῆς εἰρημένης ἐργασίας ἀπαλλαγὴν κωλύων, δίδομεν ἄδειαν καὶ μόνοις τοῖς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις προσιέναι τὴν ταῦτα πάσχουσαν, ἢ τὸν αὐτῆς ἐγγυητὴν, τὸν δὲ ἐναντιοῦσθαι τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι καὶ μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν, ἢ, μὴ δύναιντο πρὸς τοῦτο ἱκανοὶ, μηνύειν εἰς τὴν βασιλείαν, ὥστε ἐξ ἡμῶν τὴν προσήκουσαν ἐξενεχθῆναι ποινὴν τῶν ἐγγυῶν καθάπαξ λυομένων, καὶ τῶν ἐγγυητῶν ἀζημίων φυλαττομένων, ἄδειαν διδόντες ταῖς ἀπαλλαττομέναις τοιαύταις γυναιξὶν ἐλευθέραις καὶ εὐγενέσιν οὔσαις πρὸς γάμον χωρεῖν νόμιμον, κἂν εἰ τυγχάνοιεν ταῖς σεμνοτάταις ἀξίαις οἱ ταύτας λαμβάνοντες κεκοσμημένοι, μηκέτι δεομένας βασιλικῆς ἀντιγραφῆς, ἀλλὰ κατ' ἐξουσίαν τὸν γάμον πραττούσαις, γαμικῶν μέν τοι συμβολαίων ἐκ τρόπου παντὸς μεταξὺ αὐτῶν γινομένων, τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν θυγατέρων τῶν σκηνικῶν διατεταξάμενοι.

§. α'. Τὴν μὲν εἰρημένην διάταξιν καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ τῶν πασῶν διατάξεων τούτου δὴ τοῦ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐπωνύμου βιβλίου πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς ἀντιγεγραμμένην τεθείκαμεν· ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν διὰ τῆς παρούσης νομοθεσίας καὶ ὑμῖν τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις ταῦτα ποιῆσαι φανερὰ, διὰ τοῦτο συνελθόντες τὰ κατ' ἐκείνην ἀφηγήσει πλατυτέρᾳ νομοθετηθέντα, τὴν δὲ θείαν διάταξιν ποιούμεθα καὶ πρὸς ὑμᾶς,

ὑμᾶς, ὅπως τὴν ἱερατικὴν διασώζοντες σεμνότητα καὶ σωφροσύνης ἀντεχόμενοι, ταῦτα φυλάττοιτε, τόν τε τοῦ μεγάλου Θεοῦ δέος καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν, εἴ τι τούτων παραβαίνοιτε, λογιζόμενοι.

mus etiam ad vos, ut ſacerdotalem conſervantes reverentiam & continentiæ ſtudioſi, hæc cuſtodiatis: tam magni Dei metum, quam imperialem indignationem, ſi quid horum prætermiſeritis, conſiderantes. Dat. Kalend. Novembr. C.P.D.N. JUSTIN. IV. & PAULINO CONSS. 534.

[a] Θείαν ἐποιησάμεθα] Meminit Photius *tit. XIII. cap. XXI.* Theodor. *lx.* Βασιλικῶν *tit. XXXVIII. Nov. li. Nov. XIIII.* Cujus meminit Procop. λογ. α'. περὶ τῶ αἰγουστείου.

TITULUS NONUS.

DE SECUNDIS NUPTIIS.

In 28. lib. Βασιλικῶν *ſit mentio* XI. *Conſtitutionis hujus tituli, quæ ipſius quidem eſt Juſtiniani, ſed ab eo abrogata Novell. 2. in qua etiam illius meminit: illam vero tam ex ipſo* Βασιλ. *libro, tum ex Novella Juſtiniani fuiſſe conſtat de hereditatibus filiorum, quorum matres ad ſecundas venerant nuptias, ſi ipſi ante eas inteſtati deceſſerint. In eodem* Βασιλ. *libro fit etiam mentio* XIV. *conſtitutionis hujus tituli, quæ ipſius eſt Juſtiniani, eam Cujacius Latinam edidit in Comment. ad Novell. Juſtiniani: quem ſecuti, illam ſic reſtituimus. Char.*

XI. Iidem A. *.

SI filii[a], quorum parentes ad ſecundas venerant nuptias, ante eos deceſſerint, proprietas lucrorum nuptialium ad filiorum heredes etiam extraneos teſtamento ſcriptos perveniet: deducto eo, quod in caſum orbitatis parentem lucrari convenit, quod etiam pro rata obſervatur uno ex pluribus filiis ante parentem mortuo. Sed ſi parens lucra nuptialia alienaverit, & ad ſecundas nuptias venerit, nec eum liberi heredem inſtituerint, valebit alienatio ad finem ejus, quod in caſum mortis liberorum lucrari parens, qui alienavit, debuit, & reliquum revocabitur ab heredibus defunctorum liberorum. Dat. *.

[a] *Si filii*] Titulus de ſecundis nuptiis Cod. non eſt poſitus in Baſilico. Vid. *Nov. lxviii. Nov. xxii. Nov. ii.* Meminit Theodor. *tit. XIIII. lib. XXVIII.* Βασιλικῶν.

TITULUS DECIMUS-SEPTIMUS.

DE REPUDIIS ET JUDICIO de moribus ſublato.

Ne liberi matrimonium diſtrahant in fraudem parentum.

XII. Imp. JUSTINIANUS.

VULT conſtitutio, neque ſub poteſtate conſtitutos, neque ſui juris filios, neque maſculos, neque fœminas poſſe diſtrahere matrimonia in ſuorum læſionem patrum aut matrum, qui dotes, aut antenuptiales donationes obtulerunt, vel ſuſceperunt. Sed ſicut in contractu nuptiarum expectamus patrum conſenſum, ita neque tranſigere matrimonia ſinimus in parentum læſionem citra illorum voluntatem. Sed & ſi mittatur repudium, competere contra eos exactionem pœnarum non ſinimus, ſive ipſi dederint hoc, vel ſuſceperint, ſive etiam cum aliis ſuſceperint, parentem quidem contra voluntatem filii non poſſe tranſigere matrimonium, aliis autem permittere, & in minori ætate conſtitutis, & neque quid utile ſit ſcientibus citra patrum voluntatem ſolvere matrimonium, & ex hoc parentes lædere. Hoc autem bene quidem inchoans philoſophiſſimus ſancivit Marcus: Diocletianus autem hunc ſecutus eſt: nos autem ſimiliter approbavimus.

ιβ'. Αὐτοκράτωρ Ιουςινιανός.

ΒΟΥΛΕΤΑΙ ἡ [a] διάταξις, μήτε ὑπεξουσίους μήτε αὐτεξουσίους παῖδας, μήτε ἄῤῥενας μήτε θηλείας, δύνασθαι διαλύειν τοὺς οἰκείους γάμους εἰς τὴν τῶν οἰκείων βλάβην πατέρων ἢ μητέρων τῶν προῖκας ἢ τὰς προγαμιαίας δωρεὰς ἐπιδεδωκότων ἢ ὑποδεξαμένων. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῇ συςάσει τῶν γάμων ἀναμένομεν τὴν τῶν πατέρων συναίρεσιν, οὕτως οὐδὲ διαλύεσθαι τοὺς γάμους συγχωροῦμεν ἐπὶ τῇ τῶν γονέων βλάβῃ, παρὰ τὴν ἐκείνων γνώμην. Ἀλλ' εἰ καὶ πεμφθείη ῥεπούδιον, ἁρμόζειν κατὰ αὐτῶν τὴν εἴσπραξιν τῶν ποινῶν οὐ συγχωροῦμεν, εἴτε αὐτοὶ δεδώκασι τοῦτο, ἢ ὑπεδέξαντο, ἢ καὶ συνυπεδέξαντο· ἄτοπον γάρ ἐστι, τὸν μὲν πατέρα παρὰ γνώμην τοῦ παιδὸς μὴ δύνασθαι διαλύειν τὸν γάμον, τοῖς δὲ παισὶν ἐπιτρέπειν, ἴσως καὶ ἐλάττοσι τὴν ἡλικίαν οὖσι, καὶ μηδὲ ὃ συμφέρει ἐπισταμένοις, λύειν παρὰ τῶν πατέρων γνώμην τὸν γάμον καὶ τοῦτον τοὺς πατέρας ἀδικεῖν. Τοῦτο δὲ οὖν μὲν ἀρξάμενος ὁ φιλοσοφώτατος ἐθέσπισε Μάρκος· Διοκλητιανὸς δὲ τούτῳ κατηκολούθησεν· ἡμεῖς δὲ ὁμοίως ἀπεδεξάμεθα.

[a] Βούλεται ἡ] Meminit Græcus Scholiaſt. *lib.* XXVIII. Βασιλικῶν *tit.* II. VII. & VIII. Juſtinian. *Nov.* XXII.

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS
LIBER SEXTUS.

TITULUS QUARTUS.

DE BONIS LIBERTORUM, & Jure Patronatus.

IV [a]. Αὐτοκράτωρ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ. deeſt.

Varia capita Græca conſtitutionis Juſtiniani de Jure Patronatus ex variis locis in unum congeſta, per Ant. Contium.

[a] *IV.*] Meminit Scholiaſtes *lib. XXVIII.* Βασιλικῶν *tit. IIII. VIII. & Enantioph. tit. I. lib. XLV. & tit. II.*

TITULUS QUADRAGESIMUS-OCTAVUS.

DE INCERTIS PERSONIS.

I [a]. Αὐτοκράτωρ Ιουστινιανός.

Hujus conſtitutionis meminit Juſtinianus Inſtit. de Legatis. §. Poſthumo & Inſtit. De bon. poſſeſſ. in princ. *ex quibus locis hoc argumentum confeci. A. Cont.*

CUM olim incertis perſonis nec legata nec fideicommiſſa relinqui poſſent, nec libertas, nec poſthumo alieno, qui nec inſtitui poterat, hæc omnia correxit Juſtinianus: ita tamen, ut incertus tutor nec hodie dari poſſit.

[a] *I.*] Julianus in dictato, *Lege autem, & in lib. VI. Codicis conſtitution. de Jure Patronat. & conſtitut. ſub. titul. de caducis tollendis, conſtit. de inventario, ſub titulo de Jure deliberandi ultima Latina ad Senatum, & conſtit. de incertis perſonis ſub tit. competenti.* Qui omnes tituli in VI. lib. Codic. telati ſunt plurima & utiliſſima continentes.

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS
LIBER SEPTIMUS.

TITULUS QUADRAGESIMUS-QUINTUS.
DE SENTENTIIS ET INTERLOCUTIONIBUS omnium Judicum.

De lite habente plura capita.

In Auredani libro notatur hic deeſſe Græcam conſtitutionem : eam ex Baſilicis edidit Cujacius lib. 12. obſ. cap. 2. *eamque Juſtiniani eſſe tradit.*

XV. Imp. JUSTINIANUS.

CONSTITUTIO jubet, ut ſi multa ſint in lite capita, poſſit Judex ſuper quibuſdam eorum ſententiam definitivam ferre, tuncque iterum de aliis quærere, & ſententiam proferre, quæ ipſi videatur: neque compellatur unam ſententiam de omnibus capitibus ſimul dicere.

ιε΄. Αὐτοκράτωρ Ιουστινιανός.

Η ΔΙΑΤΑΞΙΣ [a] κελεύει πολλῶν ὄντων ἐν τῇ δίκῃ κεφαλαίων, δύνασθαι τὸν δικαστὴν ἐπὶ τισὶν αὐτῶν ἐξαγαγεῖν ἀπόφασιν τελείαν, καὶ τότε πάλιν ζητῆσαι περὶ τῶν ἄλλων, καὶ πάλιν ἐξενεγκεῖν τὴν δοκοῦσαν αὐτῷ ἀπόφασιν, καὶ μὴ ἀναγκάζεσθαι μίαν ἀπόφασιν περὶ πάντων ἅμα λέγειν τῶν κεφαλαίων.

[a] Η διάταξις] Refert Jacobus Cujacius *lib. XII. Obſervat. cap. II.* Meminit Harmenop. *tit. IIII. lib. I. ad L. res Judicata C. de re Judicat.*

TITULUS QUINQUAGESIMUS-PRIMUS.
DE FRUCTIBUS ET LITIUM EXPENSIS.

V. Imp. ZENO.

CONSTITUTIO præcipit, ut quivis Judex in ſententia

έ. Αὐτοκράτωρ ΖΗΝΩΝ.

Η ΔΙΑΤΑΞΙΣ [a] κελεύει, ὥστε πάντα δικαστὴν ἐν τῇ ἀπο-

φάσκ αὐτοῦ κελεύειν τὸν ἡττηθέντα διδόναι τὰ δαπανήματα πάντα ἐν τῷ δικαστηρίῳ γινόμενα, ἔχοντος ἐξουσίαν αὐτοῦ τοῦ δικαστοῦ καὶ ὑπερβαίνειν τὴν δαπάνην ἕως τῆς δεκάτης μοίρας τῶν δαπανηθέντων, ἐὰν αὐτὸν ἡ ἀναισχυντία τοῦ ἡττηθέντος μέρους πρὸς τοῦτο παρακινήσῃ, ὥστε τὰ ὑπὲρ τὰ δαπανήματα τῷ δημοσίῳ λόγῳ διαφέρειν, εἰ μή τι ἄρα ὁ δικαστὴς τὴν βλάβην τοῦ νενικηκότος μέρους βουληθεὶς θεραπεῦσαι μέρος τι ποτε ἐκ τούτων αὐτῷ ἀφορίσῃ, καταδικαζομένου μὴ μόνον τοῦ ἐνάγοντος καὶ ἐναγομένου, ὅτε πρόσφορος ἑκατέρῳ ἐστὶν ὁ δικαστὴς ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐνάγοντος ἀπρόσφορος ἐστὶν, ἡττηθῇ δὲ ἐξ ἀντεναγωγῆς, μὴ δυνάμενος ἐκκλίνειν τὸν δικαστὴν παραιτήσασθαι, εἴτε ἄρχοντες εἶεν δικασταὶ εἴτε θεῖοι διαιτηταί· ἔχουσι γὰρ καὶ οὗτοι ἐκβιβαστὰς καὶ ἐπεικτάς. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσῃ ὁ δικαστής, αὐτὸς τὴν ζημίαν ταύτην ἀναγκάζεται θεραπεῦσαι τῷ νενικηκότι μέρει.

§. α'. Ἐὰν δέ τις ἐναγόμενος ἀνεγκλήτως ἀποδώσῃ, ἢ ἐνάγων ἀποστῇ τῆς δίκης, ἢ καὶ ὁ δικαστὴς εὕρῃ αὐτὸν τῇ ἀληθείᾳ οὐχὶ συκοφάντην, ἀλλὰ ἐπὶ ἀμφιβόλῳ πράγματι δικαζόμενον, ὁ τοιοῦτος ἐκφεύγει τὴν τῶν δαπανημάτων καταδίκην.

§. β'. Δῆλον δὲ ὅτι ἐπὶ τῶν χαμαιδικαστῶν ὁ ἄρχων ἐστὶν ὁ ὀφείλων αὐτοῖς ἀφορίσαι ταξεώτην τὸν ταῦτα μεθοδεύοντα.

ſua jubeat victum factos in judicio ſumptus præſtare. Habet & poteſtatem Judex tranſcendendi ſumptum ad decimam uſque partem eorum, quæ impenſa ſunt, ſi eum ad hoc partis ejus, quæ ſumptum profudit, impudentia permoverit: ita ut ea, quæ impenſas excedunt, ad fiſcales rationes pertineant, niſi forte Judex detrimentum partis victricis ſarcire volens, partem aliquam horum ei adſignet. Neque tantum actor atque reus (in expenſas) condemnantur, quum Judex utrique competens eſt; verum etiam quum non eſt Judex actoris competens: qui tamen ex reconventione victus ſit, nec eum Judicem recuſare poſſit: ſive adeo Præſides, ſive dati a Principe Arbitri, Judices fuerint. Nam & hi ſuos executores atque compulſores habent. Quod ſi Judex hoc non fecerit, ipſe parti victrici damnum illud compenſare cogitur.

§. 1. Si quis vero conventus bona fide ſolverit, aut actor lite deſtiterit, aut etiam Judex inveniat eum non calumniatorem, ſed de re dubia litigantem: hic evitabit impenſarum condemnationem.

§. 2. Manifeſtum eſt autem, quod in Judicibus Pedaneis Præſes, ſeu Magiſtratus, eſt, qui debet eis aſſignare Officialem, ſeu Apparitorem, hæc tractantem, ſeu dirigentem. Dat. VII. Kal. April. poſt Conſulatum Longini.

a Ἡ διάταξις] Refert Harmenop. *lib. 1. tit. xiii.* & Joſephus Tenedius *ex lib. ix. tit. iii. cap. lxx.* Baſil. Ex quo deeſſe eam ſub hoc titulo cognovi. Meminit Juſtinian. *Novell. lxxii.* §. Τὸ δὲ χρέος. Explicat Jacob. Cujacius *lib. xxi. Obſervat. cap. 1.*

TITULUS SEXAGESIMUS-SECUNDUS.

DE APPELLATIONIBUS ET CONSULTATIONIBUS.

De ſententia Præfectorum Prætorio.

XXXV. Imp. JUSTINIANUS.

JAM trigeſima ſecunda conſtitutione dicente, de omnibus Magiſtratibus illuſtribus a quibuſdam eſt appellatio, Principem fore appellationis Judicem, præſens conſtitutio inveniens jus certum, quod adverſus ſententiam Præfectorum Prætorio appellatio quidem non eſt, retractatio vero eſt: & ſi alius quidem ſit Præfectus, credibile eſt, quia reſcindet, quæ fuerint ab altero judicata: ſi vero idem ipſe fiat Præfectus iterum, is, qui jam ſententiam tulit, contra cujus calculum, & ſupplicationes oblatæ ſunt, quia præſumitur pro vetere ſua ſententia dicturus, jubet conſtitutio, ut Quæſtor una audiat cum ipſo iterum, aut tertium Præfecto creato, & examinante ſuas in priore Magiſtratu dictas ſententias, ſtatuens, ut nulla ſit contra hujuſmodi ſententias retractatio.

λε΄. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός.

ΗΔΗ τῆς τριακοστῆς δευτέρας διατάξεως εἰπούσης ἐπὶ πάντων τῶν Ἀρχόντων τῶν Ἰλλουστρίων, ἐφ᾽ ὧν ἐστιν ἔκκλητος, τὸν Βασιλέα τῆς ἐκκλήτου ἀκροᾶσθαι, ἡ παροῦσα διάταξις εὑροῦσα νόμιμον ἐγνωσμένον, ὅτι κατὰ τῆς ἀποφάσεως τῶν Ἐπάρχων ἔκκλητος μὲν οὐκ ἔστιν, ἀναψηλάφησις δέ ἐστι, καὶ εἰ μὲν ἕτερος ἐστὶν Ἔπαρχος, πιθανόν ἐστιν, ὅτι ἀνατρέπει τὰ παρ᾽ ἑτέρου κριθέντα. ἐὰν δὲ ὁ αὐτὸς γένηται Ἔπαρχος πάλιν ὁ ἤδη ψηφισάμενος, οὗτινος κατὰ τῆς ψήφου καὶ αἱ δεήσεις προσενεχθῶσιν· ἐπειδὴ προείληπται ὑπὸ τῆς παλαιᾶς αὐτοῦ ἀποφάσεως λέγειν· κελεύει ἡ διάταξις ὥστε τὸν Κυαίστωρα συνακροᾶσθαι αὐτῷ δεύτερον ἢ τρίτον γινομένῳ Ἐπάρχῳ [a] ἐξετάζοντι τὰς ἐπὶ τῆς προτέρας αὐτοῦ Ἀρχῆς γινομένας ἀποφάσεις, θεσπίζουσα ὥστε μηδεμίαν εἶναι κατὰ τῶν τοιούτων ἀποφάσεων ἀναψηλάφησιν.

[a] Τὸν Κυαίστωρα συνακροᾶσθαι αὐτῷ δεύτερον ἢ τρίτον γινομένῳ ὑπάρχῳ] Ἀναψηλαφήσεως νομίμῳ τρόπῳ προϊούσης. *Nov. cxix.* Sacris Judiciis præſidere dicuntur: *L. præcipimus C. de appellation.* Et a ſpectabilibus appellatio porrecta apud illos inducitur. *Nov. xxv.* Juliano cujus meminit Juſtinian. *Nov. xx. Nov. xxv. xxiiii. Nov. xxiii.* quæ ſcripta eſt Triboniano glorioſiſſimo Quæſtori iterum, & Exconſule. Mota enim a factionariis ſeditione (cujus forſitan tacite meminit. *Nov. xiii. Nov. xvii.*) Tribonianum quæſtura, Joannem præfectura movere coactus eſt Juſtinianus, quos iterum in eandem dignitatem evexit. *Procop. lib. 1. de bell. Vandalic.* Et forte in Novellis interpungendum eſt ita, *Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν* Πραιτωρίων *τὸ δεύτερον*, ut ſubſequatur ἀπὸ Ὑπάτων ὀρδιναρίων καὶ Πατρικίῳ. Semel enim ordinarius Conſul factus eſt.

De ſententiis definitivis, & interlocutionibus.

λς´. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός.

ΧΡΗ μετὰ πᾶσαν [a] τὴν δίκην, τότε τὴν ἔκκλητον ἐπιδίδοσθαι· οὐδὲ γὰρ βλάπτεταί τις, ἐὰν ἐν τῷ μεταξὺ ἐνεχθῇ διαλαλία, ἀποστεροῦσα αὐτοῦ δίκαιον ἁρμόζον αὐτῷ, τουτέστιν ἢ μαρτύρων παραγωγὴν, ἢ ἀνάγνωσιν συμβολαίου· δύναται γὰρ ἐν τῇ ἐκκλήτῳ πάντα γυμνάσαι· ἵνα μὴ κατὰ τῆς μέσης διαλαλίας ἐπιδιδομένης ἐκκλήτου μῆκος δίδωται ταῖς ὑπερθέσεσι, πολλάκις ἐν τῇ αὐτῇ ὑποθέσει ἐπιδεδομένης ἐκκλήτου καὶ ἐξεταζομένης, πάλιν ἄλλου κεφαλαίου γυμναζομένου, καὶ πάλιν καὶ κατ' αὐτοῦ προφερομένης ἐκκλήτου. ἐὰν δὲ διαιτητής ἐστιν ὁ ἐν μέσῃ διαλαλίᾳ δίκαιόν τι αὐτοῖς ἀρνησάμενος, κελεύει ἐγγράφως τοῦτο ἐπισημαίνεσθαι, ὥστε ἐν τῇ ἐκκλήτῳ φυλάττεσθαι αὐτοῖς τὴν περὶ τούτου δικαιολογίαν ἀπρόκριτον. Εἰ δὲ παρὰ ταῦτα γένηται, μήτε δεχέσθω τὴν ἔκκλητον ὁ δικαστὴς, καὶ αὐτὸς ὁ ἐκκαλεσάμενος ὑπὲρ τῆς παραβάσεως πεντήκοντα λίτρας ἀργύρου παρεχέτω.

XXXVI. Imp. JUSTINIANUS.

OPORTET poſt omnem litem finitam tunc appellationem reddi: neque enim læditur quis, ſi interea facta fuerit interlocutio, quæ illi denegeet jus competens, id eſt, vel teſtium productionem, aut relectionem inſtrumenti, poteſt enim in appellatione omnia denudare, ſeu exercere, ne contra medii temporis interlocutionem, data appellatione, mora injiciatur dilationibus, ſæpius in eadem cauſa data appellatione, & examinata, iterum alio capitulo ventilato, & iterum contra etiam ipſum porrecta appellatione. Si vero Diæteta eſt is, qui in media interlocutione jus aliquod ipſis denegavit, jubet ſcripto iſtud inſinuent, ut ita in appellatione ſervent ſibi ſuam de hoc allegationem impræjudicatam, ſi vero contra hæc fiat, neque recipiat appellationem Judex, & ipſe, qui appellavit, pro tranſgreſſione quinquaginta libras argenti præſtet.

[a] Χρὴ μετὰ πᾶσαν] Refert Jacob. Cujacius *lib. XII. cap. III.* Meminit Juſtinianus *L. Apertiſſimi, C. de Judic.*

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS
LIBER OCTAVUS.
TITULUS DECIMUS.
DE ÆDIFICIIS PRIVATIS.

Præfatio. 1. De ſpatio ab eo, qui ædificat, relinquendo. 2. In quantum liceat domum attollere. 3. De feneſtris. 4. De proſpectu. 5. De ſolariis, mænianis & ſcalis. 6. De columnis & publicis porticibus ac ſtationibus. 7. Si ædificaturo lis moveatur. 8. De opere inchoato perficiendo.

XII. Imp. ZENO A. Adamantio Præfecto Urbis.

EX quo pace frui cœpimus, & litibus & externis bellis populos noſtros eximere ſtudentes, variis legibus condendis animum applicuimus; inter quas & hanc quoque referri volumus, dilucide demonſtrantem, & quæ tua Magnificentia, ſuggeſſit, & cautiſſime omne ambiguum definientem: Non multum autem a civilibus verbis receſſimus, ſed vulgo notioribus uti maluimus, ut ita quicunque in eam inciderint, alterius interpretis non egeant auxilio. Ex relatione igitur Magnitudinis tuæ cognovimus, Divinam legem immortalis memoriæ patris noſtri Leonis, quam ſuper his poſuit qui in hac glorioſa civitate ædificare voluerint, quibuſdam ſui partibus

ιβ΄. Αὐτοκράτωρ Ζήνων Ἀδαμαντίῳ Ἐπάρχῳ Πόλεως.

ΚΑΙ δὴ τῆς εἰρήνης ἀπολαύοντες, καὶ τὸν ἔξωθεν πόλεμον ἀπαλάττεσθαι τοὺς ὑπηκόους βουλόμενοι, νομοθετεῖν ἑκάστοτε προθυμούμεθα, διὸ καὶ τὸν παρόντα φέρεσθαι νόμον, ἱκανῶς ἀποδεχόμενοι ὡς καὶ ἡ σὴ Μεγαλοπρέπεια δικαίως ἐδίδαξεν, καὶ ἡμᾶς προσηκόντως τὰ τῶν δυσχερῶν λύοντα διαιζόμενα, καὶ μικρὸν ἀποστάντες τῶν περιπωδεστέρων τῇ πολιτείᾳ ῥημάτων, τοῖς τοῦ πλήθους γνωριμωτέροις χρησόμεθα· ὅπως ἂν ἕκαστος αὐτοῖς ἐντυγχάνων τοῦ νόμου, μὴ δέοιτο ἑτέρου βοηθοῦ. Ἔγνωμεν τοίνυν ἐκ τῶν ἐνεχθέντων παρὰ τοῦ σοῦ Μεγέθους, ὡς ὁ θεῖος νόμος τοῦ τῆς ἀθανάτου μνήμης πατρὸς ἡμετέρου Λέοντος *, ὃν ἔθετο περὶ τῶν ἐν τῇ δὲ τῇ ἐνδόξῳ

δόξῃ πολλὴ κτίζειν βουλομένων, ἀμφίβολος.

§. α'. Καὶ ἡμεῖς προστάττομεν, τοὺς τὰς ἰδίας οἰκίας ἀνανεοῦντας, τὸ ἀρχαῖον σχῆμα [b] μηδαμῶς παρεξιέναι, ὥστε μὴ τοὺς οἰκοδομοῦντας ἀφαιρεῖσθαι φῶτα ἢ ἄποψιν τῶν γειτόνων, παρὰ τὸ πάλαι καθεστηκὸς· οὐ μὴν προσεθήκαμεν ὅτι δήποτε δέοι κρατεῖν οἷον ὁ τῇ οἰκοδομίᾳ χρώμενος, δίκαιον ἔχει, ἰδίᾳ προσθήκην αὐτοῦ ἐκ συμφώνου ἢ ἐπερωτήσεως, ἐπιτρέπειν ἀμείβειν, εἰ βουληθείη, τὸ παλαιὸν σχῆμα. τότε γὰρ θεσπίζομεν, εἰ σύμφωνον ἢ ἐπερώτησις βοηθοῖ τῷ κτίζοντι, ἐξεῖναι αὐτῷ, κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ συμφώνου ἢ τῆς ἐπερωτήσεως οἰκοδομεῖν· εἰ καὶ τοὺς γείτονας, οἷς ἐναντιοῦται τὸ σύμφωνον, ἐνθένδε βλάπτειν δοκοίη.

§. β'. Τῆς δὲ μὲν τῆς διατάξεως [c] εἰπούσης καὶ ιβ'. ποδῶν χρῆναι καταλιμπάνεσθαι μέσον τῆς τε ἰδίας καὶ τῆς τοῦ γείτονος οἰκίας τὸν οἰκοδομεῖν μέλλοντα, καὶ τὸ πλέον ἢ ἔλαττον προσθείσης. ὃ μεγίστην ἀσφάλειαν εἰκότως ποιεῖ· (τὸ γὰρ ἐνδιάζον οὐκ ἐπιτήδειον εἰς ἀμφιβολίας αἵρεσιν) περιφανῶς κελεύομεν δυοκαίδεκα πόδας εἶναι μέσους ἑκατέρας οἰκίας, ἀρχομένους μὲν ἀπὸ τοῦ ἐπικειμένου τοῖς θεμελίοις οἰκοδομήματος, παραφυλαττομένους δὲ μέχρι πέρατος τοῦ ὕψους καὶ τῷ τοῦτο τοῦ λοιποῦ παραφυλάττοντι ἐξεῖναι τὴν οἰκίαν ἐγείρειν ἐφ' ὅσον θελήσειεν ὕψος, καὶ θυρίδας κατασκευάζειν τὰς καλουμένας παρακυπτικὰς, καὶ φωταγωγοὺς [d], κατὰ τὴν θείαν νομοθεσίαν· εἴτε νέαν οἰκίαν βούλοιτο κτίζειν, εἴτε παλαιὰν ἀνανεοῦν, εἴτε διαφθαρεῖσαν ἐκ πυρὸς οἰκοδομεῖν. Μηδαμῶς ἐκ

propter pravas interpretantium opiniones ambiguam eſſe.

§. 1. Et nos itaque præcipimus, ut qui proprias domos renovare cupiunt, non ſolum veterem formam non excedant, (ſicut nec hi qui novas ædificant) aut lumen, vel proſpectum vicinis auferant, adverſus ea quæ pridem conſtituta ſunt: verum etiam addimus, quale jus is qui ædificat, habere debeat, cum facultatem habet ex pacto, vel ſtipulatione mutandæ, ſi velit, veteris formæ. Tunc enim ſancimus, ut ſi pactum vel ſtipulatio ædificanti ſuffragetur, liceat ipſi ſecundum vim pacti & ſtipulationis ædificare, etiamſi officere vicinis quibus pactum adverſatur, ita ædificando videatur.

§. 2. Sed cum noſtra conſtitutio dicat, duodecim pedes oportere relinqui ab eo, qui ædificaturus eſt, inter propriam & vicini domum, & PLUS vel MINUS adjiciat: quod magnam ſane ædificantibus ſecuritatem præſtat: (nihil autem dubium aptum eſt ad tollendam ambiguitatem) diſerte, ac perſpicue jubemus, duodecim pedes relinqui intermedios inter utramque domum, incipientes a ſuperpoſita fundamentis ædificii parte: eademque obſervatione perſeverante ad ſummum uſque altitudinis culmen. Et ei, qui hoc in poſterum obſervaverit, licere domum in quantam voluerit altitudinem excitare, & attollere, & feneſtras fabricare, tam quæ proſpectivæ dicuntur, quam quæ luciferæ, ſecundum Divinam Conſtitutionem, ſive novam domum velit extruere, ſive veterem inſtaurare, ſive ex incendio collapſam exædificare: nulla licentia

ex hoc ſpatio conceſſa tollendi vicino directum & omni ex latere domus inviolatum in mare proſpectum: quem domi ſtans vel ſedens habet, non autem detorquendi hunc ipſum proſpectum, ita ut cogatur vicinus ex obliquo mare aſpicere. Quod autem ad hortos atque arbores attinet: nec aliquid in ſuperioribus conſtitutionibus comprehenſum eſt, nec de his hic aliquid addetur: neque enim convenit.

§. 3. Nulli autem liceat ædificanti domum juxta compitum forte aut angiportum, vel plateam duodecim pedibus latiorem auferre partem plateæ, vel compiti, & proprio ſuperaddere ædificio. Non enim quæ ad Rempublicam pertinent, minuere, & ædificantibus dividere volentes, duodecim pedum intervallum in medio domorum definimus, ſed ne anguſtiora ſint domorum intervalla. Si autem majus ſit ſpatium, maneat vetus diſtantia: non enim eam minui concedimus, ſed ſervari urbi propria jura. Si autem vetus ædificium ſecundum veterem formam tale erat, ut minus eſſet domorum abs ſe invicem ſpatio duodecim pedum intervallum, ne liceat præter veterem formam in altitudinem ædificium erigere, vel feneſtras facere, niſi decem pedes in medio intercedant. Tunc enim proſpectivas is, qui ædificabit, non poterit facere, niſi antea quoque fuerint, ut dictum eſt. Luciferas vero faciet utique ſex pedum ſervato ab imo pavimento in altum intervallo: eo tamen non audente ullo modo facere id, quod vocatur pſeudopatum (id eſt, falſum aut fictitium tabulatum, aut

τούτου τοῦ διαστήματος συγχωρεῖσθαι τῷ γείτονος ἄποψιν θαλάσσης εὐθεῖαν καὶ οὐ βεβιασμένην· ἐξ οἱουδήποτε πλευροῦ τῆς οἰκίας, ἣν ὁ γείτων ἑστὼς ἔνδον ἐν τοῖς ἰδίοις ἢ καὶ καθήμενος ἔχει, μηδὲ περιτρέπων ἑαυτὸν ἐν τῷ περισκύπτειν εἰς τὸ πλάγιον, καὶ βιαζόμενος ὥσπερ ἰδεῖν θάλασσαν. Τὸ γὰρ τῶν κήπων τε καὶ τῶν δένδρων οὔτε περιείληπται τῇ προτέρᾳ νομοθεσίᾳ, οὔτε τῇ παρούσῃ προστεθήσεται· οὔτε γὰρ προσήκει.

§. γ'. Μηδενὶ δὲ ἐξέστω κτίζοντι οἰκίαν ἐν μέσῳ ὄντος στενωποῦ, ἢ πλατείας, ὑπὲρ τοὺς δώδεκα πόδας διὰ τοῦτο παραιρεῖσθαι μέρος τῆς πλατείας ἢ τοῦ στενωποῦ καὶ τῇ οἰκείᾳ προστιθέναι οἰκοδομήματι. Οὐ γὰρ τὰ τῷ δημοσίῳ προσήκοντα βλάπτειν βουλόμενοι, καὶ τοῖς κτίζουσιν ἀπονέμειν δώδεκα ποδῶν εἶναι διάστημα ἐν μέσῳ τῶν οἰκιῶν διωρισάμεθα. ἀλλ' ὥστε μὴ στενότερα εἶναι τὰ μεταξὺ τῶν οἰκιῶν διαστήματα, καὶ πλέον, εἴπερ πλέον ὄντος, ἔχειν ὡς ἔχει, καὶ τοῦτο μένεσθαι μὴ συγχωροῦντες, ἵνα τῇ πόλει τὰ οἰκεῖα περισώζηται δίκαια. Εἰ δὲ τὸ παλαιὸν οἰκοδόμημα κατὰ τὸ ἀρχαῖον σχῆμα τοιοῦτον ἦν, ὥστε ἔλαττον εἶναι τῶν ιβ'. ποδῶν μεταξὺ ἑκατέρας οἰκίας διάστημα, μὴ ἐξέστω παρὰ τὸ παλαιὸν σχῆμα ἢ ὑψοῦν τὸ οἰκοδόμημα, ἢ θυρίδας ποιεῖν, εἰ μὴ ι. πόδες εἶεν ἐν μέσῳ. Τηνικαῦτα γὰρ παρακυπτικὰς μὲν ὁ κτίζων οὐ δυνήσεται ποιεῖν, εἰ μὴ οὔσας πάλαι, ὡς εἴρηται, φωταγωγοὺς δὲ ποιήσει ἀπὸ ἓξ ποδῶν τοῦ κάτω εἰς ὕψος, μηδαμῶς τὸ καλούμενον ψευδόπατον οὐ ποιεῖν ἐν τῷ αὐτῷ οἰκήματι πλημμελοῦντος, φωταγωγοῦ θυρίδος κατασκευασθείσης, κατὰ τὸ εἰρημένον

τὴν τῶν ἓξ ποδῶν ὕψος, καὶ σοφίζεσθαι τὸν νόμον. εἰ γὰρ τοῦτο ἐξείη, πάλιν αἱ φωταγωγοὶ διὰ τοῦ ψευδοπάτου κατὰ προσοπτικὴν πληρώσουσι χρείαν, καὶ τὸν γείτονα βλάψουσιν, ὅπερ γίνεσθαι κωλύομεν, οὐδαμοῦ τὴν ἐκ τῶν συμφώνων ἤτοι ἐπερωτημάτων ἁρμόζουσαν τοῖς κτίζουσι βοήθειαν (εἴ περ ὅλως ὑπάρχει τοιαύτη τις) ἀναιροῦντες.

(pavimentum in ipſo ædificio) & ita ab hoc pſeudopato ad ſex pedum altitudinem luciferas feneſtras excitare, & ſophiſtice legem interpretari, & cavillari. Si enim hoc liceat, eveniet iterum, ut luciferæ æquent proſpectivarum utilitatem, & nihil diſtent a proſpectivis, & vicino noceat: quod quidem fieri prohibemus, nullatenus competens ædificantibus, vel ex pacto, vel ex ſtipulatione jus tollentes, ſi quod tale prorſus competat.

§. δ'. Ἔτι δὲ τοῦ προτέρου νόμου κελεύοντος ρ'. πόδας ἐξεῖναι τὰς οἰκίας εἰς ὕψος αἴρειν τὰς ἀπὸ τοῦ πυρὸς πρότερον διαφθαρείσας, εἰ καὶ παρὰ θαλάσσης ἄποψιν ἑτέρους βλάπτοιεν· καὶ ταύτην ἀναιροῦντες τὴν ἀμφιβολίαν, θεσπίζομεν τοῦτο αὐτὸ κρατεῖν ἐπὶ τῶν ἐμπρησθεισῶν οἰκιῶν. εἶτα τῶν ἀνανεουμένων καὶ ἐπὶ τῶν οὐκ οὐσῶν μὲν πρότερον, κτιζομένων δὲ νῦν μετὰ ταῦτα, καὶ ἐπὶ τῶν πυρὸς [h] μὲν βλάβην μὴ δεξαμένων, διὰ παλαιότητα δὲ ἢ καί τινα ἑτέραν ἄλλην αἰτίαν σαθρῶν γινομένων. καὶ ἐπὶ πάσης οἰκίας οἰκοδομουμένης, ρ'. ποδῶν εἴη διάστημα ἐν μέσῳ τῶν ἀμφισβαλλομένων τόπων, κωλύματος χωρίς. γίνεσθαί τε οἰκοδομήματα, εἰ καὶ τῆς ἄλλοις διαφερούσης οἰκίας τὴν ἐπὶ θάλασσαν ἄποψιν ἀφαιρεῖται. τὰς δὲ ἀπὸ μόνων μαγειρείων [i], ἢ τῶν καλουμένων ἀποπάτων, ἢ ἀφεδρώνων, ἢ κλίμακος, ἢ διαβάσεων πρὸς πρόοδον μόνην χρησίμων, ἢ καὶ τούτων ἃ καλοῦσιν οἱ πολλοὶ βαστέρνια [k], ἄποψιν εἰς θάλασσαν βλάπτειν ἐξέστω, κἂν ἐντὸς ρ'. ποδῶν βούλοιτό τις οἰκοδομεῖν, εἰ καὶ δυοκαίδεκα πόδες ἐν μέσῳ τυγχάνοιεν. ταῦτα δὲ παραφυλαχθῆναι θεσπίζομεν ὅτε μὴ ὑπάρχει τι σύμφωνον ἐπιτρέπον οἰκοδομεῖν. τοὺς δὲ κτίζοντας ἀπὸ συμφώνου τοῦ γείτονος ἐμμένειν τοῖς συγχωρηθεῖσι. Τηνικαῦτα γὰρ καὶ

§. 4. Inſuper cum priore lege cautum ſit, centum pedes altas domos combuſtas inſtaurare licere, etiam ſi alteri proſpectum in mare prohibeant: hanc etiam tollentes ambiguitatem, conſtituimus hoc obtinere tam in his quæ poſt conflagrationem renovatæ ſunt, quam quæ nunquam antea fuerunt, & nunc primum extruuntur. Sed & in his quæ nullam ignis injuriam ſenſerunt, vetuſtate autem, aut alia quacunque cauſa defecerunt, & in omnibus omnino domibus quæ ædificantur, ſi centum pedum ſpatium relinquatur inter circumjacentia loca, omni impedimento ceſſante fiant ædificia, etiamſi aliis domibus proſpectum in mare adimant. Proſpectum autem hunc liceat auferre a ſolis culinis, vel latrinis, vel receſſibus, vel ſcalis, vel trajectibus ad ſola diverticula vicorum pertinentibus, vel baſternis, quamvis, & intra centum pedes velit quis ædificare, ſi modo tamen duodecim pedes in medio intercedant. Hæc autem obſervari volumus quando nullum adeſt pactum, quod ædificare volentem adjuvet. Qui autem ex pacto vi-

cini ædificant, intra definitum ab eis modum ædificent: tunc enim & eo non cuſtodito ſpatio permittimus attollere ædificia, etiam ſi proſpectum adimant iis, qui conſenſerunt, & pacti ſunt, aut qui in eorum domos ſucceſſerunt, quandoquidem competentia jam quibuſdam ex conventione jura, per generalem auferri legem non oportet.

§. 5. Item illud etiam ſtatuimus, ne ea quæ vocantur ſolaria, poſt hanc legem ex ſolis lignis & tabulis conſtruantur, ſed ad eorum quæ Romanenſia dicuntur, modum & figuram ædificentur, & inter duo ſolaria ex adverſo ſeſe ſpectantia decem pedes relinquantur. Sin hoc præ loci anguſtia fieri non poſſit, tunc ſolaria fiant ἐκ παραλλαγῆς, hoc eſt, ut ſe invicem non ex adverſo vel ἐκ παραλλήλου reſpiciant, ſed alternis, & ex obliquo atque tranſverſo. Si vero ſpatium medium decem pedes non excedat, tunc nulla ex parte nec adverſa, nec tranſverſa liceat ſolaria, aut mœniana fabricare. Quæ vero ſecundum ſupra ſcriptam formam ædificabuntur, jubemus alta eſſe ab imo ſolo pedes quindecim & eorum quidem columnas lapideas, aut ligneas ita ſolo imponi jubemus, ut non ad cathetum ſive perpendiculum ſtent, ſicuti nec murus, ut nec aër, qui eſt ſub illis in ſuperiore parte, ut dictum eſt, conſtitutis ſolariis, obturetur, nec ex hoc anguſtior fiat angiportus, & publicum iter. Prohibemus autem & ſcalas a ſolo angiportus inchoare, & ad ſolaria ducere, ita ut tam impenſa & præparatione firmiore, quam quod non ita proxima ſint

μὴ παραφυλαχθέντος διαστήματος, κατὰ τὸ σύμφωνον ἐπιτρέπομεν ἐγείρεσθαι τὰς οἰκοδομάς, εἰ καὶ βλάπτοιεν περὶ θαλάσσης ἄποψιν τοὺς συμφωνήσαντας, ἢ τοὺς τὰς ἐκείνων οἰκίας διαδεξαμένους. ἐπειδὴ τὰ ἤδη τισὶν ὑπάρχοντα ἐκ συμφώνων δίκαια οὐ προσήκει διὰ τῆς γενικῆς αἱρεῖσθαι νόμου.

§. ε΄. Ἔτι δὲ θεσπίζομεν, τὰ καλούμενα σολάρια, μετὰ τὸν παρόντα νόμον, μὴ ἐκ μόνων ξύλων τε καὶ σανίδων γίνεσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὸν τῶν λεγομένων Ῥωμανισίων [l] οἰκοδομεῖσθαι σχήματι. δέκα δὲ ποδῶν εἶναι διάστημα μεταξὺ δύο σολαρίων ἀντικρυόντων ἀλλήλοις. εἰ δὲ τοῦτο μὴ δυνατὸν εἴη, διὰ στενοχωρίαν τοῦ τόπου, ἐκ παραλλαγῆς γίνεσθαι τὰ σολάρια. εἰ δὲ οὕτως ὁ στενωπὸς μὴ πλατύτερος δέκα ποδῶν εἴη, μηδ᾽ ἐπιχειρεῖν ἐκ μηδετέρου μέρους σολάρια ἤτοι ἐξώστας [m] κατασκευάζειν. καὶ τὰ γινόμενα δέ, ὃν εἴρηται, κελεύομεν ἀφεστάναι τοῦ ἐδάφους εἰς ὕψος ποδῶν δεκαπέντε διάστημα, καὶ μηδαμῶς κατὰ κάθετον αὐτῶν κίονας λιθίνους ἢ ξυλίνους ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ἵστασθαι, ἢ τοίχους κατασκευάζεσθαι. ὥστε μήτε τὸν ἀέρα τὸν ὑπὸ τοῖς ἐν τῷ ὕψει γινομένοις, ὡς εἴρηται, σολαρίοις ἀποφράττεσθαι, μήτε ἐντεῦθεν στενότερον γίνεσθαι τὸν στενωπόν, καὶ τὴν δημοσίαν πρόοδον. Κωλύομεν δὲ καὶ κλίμακας ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀρχομένας τοῦ στενωποῦ γίνεσθαι, ἀναγούσας ἐπὶ τὰ σολάρια. ὥστε ἐκ τῆς ἀσφαλεστέρας κατασκευῆς, καὶ ἐκ τοῦ μὴ σφόδρα πλησιάζειν ἀλλήλοις τὰ σολάρια, κουφοτέρας καὶ ἀδαπανωτέρας

συμβαίη ποτὲ καὶ εὐκολώτερον δὲ παύεσθαι ἐκ τῶν πυρὸς κινδύνους τῇ πόλει, καὶ τοῖς ἔχουσι τὰς οἰκίας. Εἰ δὲ παρὰ τὸν ἡμέτερον νόμον γένηται σολάριον, ἢ κλίμαξ, οὐ τὸ γινόμενον ἐκκοπήσεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς οἰκίας κύριος δέκα χρυσίου λιτρῶν ζημίαν ὑπομενεῖ. καὶ ὁ διατυπώσας ἀρχιτέκτων, ἢ ἐργολάβος ἑτέρας δέκα χρυσίου λίτρας καταθήσει· καὶ ὁ ἐργασάμενος τεχνίτης οὐχ εὑρεθεὶς ὢν διὰ πενίαν ζημιοῦσθαι, τὸ σῶμα αἰκισθεὶς, τῆς πόλεως ἐξελαθήσεται.

§. ϛʹ. Πρὸς τούτοις παρακελευόμεθα, μηδενὶ ἐξεῖναι πολλοὺς ἐφεξῆς κίονας ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς, ἀπὸ τοῦ καλουμένου μιλίου ἄχρι τοῦ καλουμένου καπιτωλίου, ἢ φράττειν οἰκήμασιν ἐκ σανίδων μόνων, ἢ καὶ ἄλλοις ἐν μέσῳ τῶν κιόνων κατασκευαζομένοις. ἀλλὰ μὲν τὰ τοιαῦτα οἰκήματα μὴ ὑπερβαίνειν πλάτους μὲν ποδῶν ἓξ σὺν τοῖς τοίχοις, ἐπὶ τὴν πλατεῖαν, ὕψους δὲ ποδῶν ζʹ. ἐκ παντὸς δὲ τρόπου διὰ τεσσάρων κιόνων τὰς προόδους ἐλευθέρας καταλείπεσθαι, τὰς ἀπὸ τῶν στοῶν ἐπὶ τὰς πλατείας. καλλωπίζεσθαι δὲ τὰ τοιαῦτα οἰκήματα, ἤτοι ἐργαστήρια, μαρμάροις ἔξωθεν, ὥστε κάλλος μὲν διδόναι τῇ πόλει, ψυχαγωγίαν δὲ τοῖς βαδίζουσι. Τὰ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσι τῆς πόλεως, ἐν τοῖς μέσοις τῶν κιόνων τόποις κατασκευαζόμενα ἐργαστήρια, καθάπερ ἂν δοκιμάσειε τῇ πόλει συμφέρειν ἡ σὴ Μεγαλοπρέπεια, καὶ τοῦ μέτρου ἕνεκα καὶ τοῦ τρόπου, κατασκευάζεσθαι θεσπίζομεν, τῆς ἰσότητος δηλαδὴ πάσης φυλαττομένης, ὥστε μὴ τοῦτο ἐπί τινων ἐπιτρέπειν, ἐφ' ἑτέρων κωλύεσθαι.

§. ζʹ. Καὶ τοῦτο δὲ νομοθετοῦμεν, ὥστε μὴ τὰς τῶν συκοφαντῶν κακοτεχνίας τοῖς ἐπιεικέσι λυμαίνεσθαι. Πολλοὶ γὰρ φθόνῳ

inter ſe ſolaria, breviora & rariora & extinctu faciliora ex igne pericula civitati, & his, qui domos habent, immineant. Si autem contra noſtram hanc legem fiat ſolarium vel ſcala; non id ſolum, quod factum fuerit, detruncabitur, ſed etiam ædificii dominus decem auri librarum pœnam expectabit: & qui deſignavit Architectus, aut qui opus recepit, alias decem auri libras perſolvet, & qui fabricaverit Artifex, ſi per inopiam non potuerit pœnam ſolvere, corpore luens a civitate fiat extorris.

§. 6. Præterea jubemus nemini licere multas ex ordine collocatas columnas in publicis porticibus & ſtationibus ab eo quod vocatur Milium, uſque ad Capitolium obſtruere ædificiis, vel ſolidis etiam tabulis, vel aliis quibuſvis rebus in medio columnarum extructis: ſed ipſa quidem ædificia non excedant in latitudine pedes ſex, comprehenſis etiam parietibus plateam verſus: in altitudine vero pedes ſeptem. Omnimodo autem volumus per quatuor columnarum ordines relinqui a porticibus ad plateas liberum iter: decorari quoque hujuſmodi tabernacula ſive officinas exterius ſaltem marmore: ut & civitati ſint decori, & tranſeuntibus voluptati: In reliquis autem civitatis regionibus extructas in mediis columnis officinas, prout urbi eſſe utile, & quatenus & quomodo exiſtimaveris, extrui ſancimus, omni æqualitate ſervata, ne quod uni permittitur, cæteris prohibeatur.

§. 7. Et hoc quidem conſtituimus, ut ne calumniantium dolis & machinationibus, æquis & bonis viris periculum ſtruatur. Multi

enim ædificaturis lites, non ex injuria aliqua accepta, ſed per invidiam ſubſtruentes, intermiſſionum illis cauſam præbent: ut eum, qui jam cœperat ædificare, prohibitum, & opus imperfectum relinquere coactum, & in jus tractum, pecuniam ad ædificationem repoſitam, litigando conſumere cogant: & (quod omnium incommodiſſimum eſt) poſtquam victricem ſententiam retulit, adhuc quaſi indiſſolubilibus vinculis obligari contingit, dum appellationis prætextu fatales dies expectare cogitur, & ex hac fruſtratione, & ædificationis interruptione voluptatem capit ejus adverſarius. Adjicimus itaque in ejuſmodi caſibus, ut ſi appellatio ab his, quæ ab Arbitro definita ſunt, interceſſerit, ſimul atque miſſa fuerit ad Judicem relatio, vel forma ſcriptis redacta, licere victori & victo, non obſervato legitimo appellationis introducendæ tempore, una cum adverſario, vel ſoli ad tuæ Magnificentiæ tribunal accedere: & adverſario ex more vocato, ſi abſit, terminum rei controverſæ facere: ut omni mora abſciſſa, legitimus liti finis imponatur, ne hyeme, ſi ita acciderit, præſente vel imminente, dum longos appellationum dies ſtatos expectare cogitur is, qui injuſte ab incepto ædificio prohibitus eſt, damna intolerabilia ſuſtineat. Quod autem eſt proximum, ſi etiam quis in hujuſmodi controverſiis appellare voluerit, conquerens de Magnitudinis tuæ ſententia, illico eam, quam dicunt conſultationem fieri jubemus; & dari tam victo quam victori, ut de more ſententiam ipſam accuratius ex-

δίκας οὐκ ἀδικήματος τινὸς τοῖς οἰκοδομεῖν βουλομένοις ὑφαίροντες, ἀναβολῶν αὐτοῖς αἴτιοι γίγνονται, ὥς τε τὸν οἰκοδομεῖν ἀρξάμενον εἶτα κωλυθέντα, καὶ τὸ ἔργον ἀτελὲς καταλιπεῖν ἠναγκασμένον, καὶ πρὸς τὸ δικαστήριον ἀφελκόμενον, τὸ χρῆμα ἐξ οὗ τὴν οἰκίαν ἐγείρειν ἤλπισεν, ἀναλίσκειν περὶ τὴν δίκην· καὶ τὸ πάντων ἀτοπώτατον μετὰ τὸ ψῆφον νικῶσαν ἐπιτυχεῖν, ἔτι καθάπερ ἀλύτοις τισὶ συμπεπλέχθαι δεσμοῖς, τοῦ κωλύσαντος τὸ ἔργον, προσχήματι μὲν ἐφέσεως τὰς κυρίας ἀναμένοντος, τῷ δὲ ἐμποδὼν γίνεσθαι τῇ οἰκοδομίᾳ ἐπὶ ταῖς τοῦ γείτονος συμφοραῖς εὐφραινομένου. Προστάττομεν τοίνυν ἐπὶ τῶν τοιούτων ὑποθέσεων, εἰ ἔφεσις ἐπιδοθείη κατὰ τῶν τυπωθέντων παρὰ τοῦ διαγνώμονος, ἅμα τῷ δοθῆναι παρὰ τοῦ δικαστοῦ τὴν ἀναφορὰν, ἤτοι τύπον ἔγγραφον, καὶ μὴ παραφυλαχθείσης κυρίας, ἐξεῖναι τῷ νενικηκότι καὶ τῷ ἡττηθέντι, ἅμα ἢ κατὰ μόνας εἰς τὸ δικαστήριον τῆς σῆς εἰσιέναι Μεγαλοπρεπείας, καὶ τοῦ ἀντιδίκου κληθέντος, κατὰ τὸ συνήθες, εἰ ἄπεστι, τὸν ὅρον τοῦ διαγνωστοῦ φανερὸν ποιεῖν, ἵνα πάσης ἀναβολῆς ἐκκοπείσης, νόμιμον ἐπιτεθείη πέρας τῇ ὑποθέσει. καὶ μὴ χειμῶνος, εἰ τύχοι ἐνεστῶτος, ἢ πλησιάζοντος, ἕως περιμένουσι τοὺς μακροὺς τῶν ἐμπροθέσμων χρόνους τὸν οἰκοδομεῖν βουληθέντα, καὶ μὴ δικαίως κωλυθέντα, ζημίας ἀφορήτους ὑπομένειν. Παραπλήσιον δὲ εἰ καί τις ὑπόθεσι τοιαύτῃ ἐφεῖναι βουληθείη, μεμφόμενος τοῖς παρὰ τῆς σῆς Μεγαλοπρεπείας ἐψηφισμένοις, παραχρῆμα τὴν καλουμένην conſultatiora γίνεσθαι, καὶ δίδοσθαι καὶ αὐτῷ καὶ τῷ νενικηκότι σκοπεῖσθαι κατὰ τὸ εἰωθὸς τὴν ἀπ-

φον, ἐν τῷ θείῳ ἡμῶν Παλατίῳ, μηδεμιᾶς ἀναβολῆς γινομένης. Γινωσκέτωσαν δὲ πάντες ὅσοι κωλύειν ἐπιχειροῖεν τοὺς οἰκοδομοῦντας, ὡς ἡττηθέντες καὶ τὰς ζημίας αὐτοῖς πάσας τὰς συμβάσας καταθήσουσι, καὶ τὴν τῶν ὑλῶν τιμὴν, ἃς εἰκὸς διαφθαρῆναι, ἢ χείρους γενέσθαι ἐν τῷ τῆς δίκης χρόνῳ. Καὶ τὸν οὐ δικαίως ἐπιχειρήσαντα οἰκοδομεῖν, ἢ ἡττηθέντα, καὶ τὰς ζημίας τῷ κεκωλυκότι τὸ οἰκοδόμημα καὶ δίκην εἶναι περὶ τούτου ἀναγκασμένῳ, κατατιθέτω. Πᾶσαν μέντοι τοιαύτην δίκην ἐξ ἀποφάσεως μόνου τοῦ δικαστηρίου τοῦ σοῦ μεγέθους κρίνεσθαι κελεύομεν, καὶ μήτε ἄλλον τινὰ τῶν ἐνδόξων Ἀρχόντων ἀκροάσασθαι τοιαύτης ὑποθέσεως· μήτε τινὰς τῶν ἀγωνιζομένων τοιαύτην ὑπόθεσιν, στρατείας ἢ φόρου χρῆσθαι παραγραφῇ ἕνεκα τοῦ μὴ δικάσασθαι, ἢ μὴ καταθεῖναι τὰς ζημίας ὅσας δοκῶσι τῇ ψήφῳ τοῦ ἐνδοξοτάτου Ἐπάρχου τῆς πόλεως, τοῦ παρ' αὐτοῦ δοθέντος Διαιτητοῦ, περιεχθείη, ἀλλὰ τὴν ἀπαίτησιν ὑπομένειν τὸν ἡττηθέντα, διὰ τῆς πράξεως τῆς σῆς Μεγαλοπρεπείας, μηδενὸς ἐπὶ τούτῳ χρωμένου φόρου παραγραφῇ.

§. η'. Προνοείτω δὲ ἡ σὴ Μεγαλοπρέπεια, τοῦ μὴ τινὰς τῶν ἐργολάβων ἢ τεχνιτῶν, ἀρξαμένους ἔργου, τοῦτο καταλιμπάνειν ἀτελές. ἀλλ' αὐτὸν μὲν τὸν ἀρξάμενον λαμβάνοντα τὸν μισθὸν, ἀναγκαζέτω πληροῦν τὸ ἔργον, ἢ διδόναι τὴν ἐντεῦθεν συμβαίνουσαν ζημίαν τῷ οἰκοδομοῦντι, καὶ πᾶσαν τὴν ἐκ τοῦ μὴ τὸ ἔργον γινομένην βλάβην. Εἰ δὲ πένης τις εἴη τυχὸν ὁ τοῦτο ἁμαρτών, πληγάς τε λαμβανέτω, καὶ ἐκβαλλέσθω τῆς πόλεως. Μὴ κωλυέσθω δὲ ἕτερος τῆς αὐτῆς τέχνης τὸ

pendant, in ſacro noſtro Palatio, omni mora ceſſante. Noverint autem quicunque ædificantes impedire præſumpſerint, quod ſi victi fuerint, & omne quodcunque contigerit damnum reſarcient, & materiæ pretia, quam probabile erit corruptam aut deterioratam eſſe inter litium moras rependent. Quod autem ad eos, qui injuſte ædificare tentaverint, attinet, & hi ſi victi fuerint, damna ei, qui ædificium prohibuerit, & cauſæ ideo adeſſe coactus fuerit, refundent. Omnem autem hujuſmodi controverſiam in ſolo Magnitudinis tuæ judicio decidi præcipimus, & neque ulli cuiquam illuſtrium Magiſtratuum audire hujuſmodi cauſas, neque ex hac cauſa litigantes, militiæ, vel fori præſcriptione ad detrectandum judicium, vel ſumptuum, & damnorum, quæ ſententia glorioſiſſimi Præfecti urbis, aut ab ipſo dati Cognitoris continebuntur, ſolutionem detrectandam permittimus: ſed exactioni eos ſubjici volumus, qui ex decreto magnificentiæ tuæ victi fuerint, nemine ab hoc fori præſcriptione utente.

§. 8. Provideat autem Magnificentia tua, ne quis redemptorum, aut fabrorum, aut artificum opus a ſe inchoatum relinquat imperfectum, ſed ut accepta mercede opus, quod incepit, perficere cogatur: vel omne damnum, quod inde ædificare volens acceperit, & quidquid omnino diſpendii ſenſit ex eo quod opus perfectum non fuerit, ſarciat. Si autem penuria laboret qui ita deliquerit, fuſtibus cæſus civitate ejiciatur. Nullus autem id perficere prohibeatur, quod ab

alteto cœptum opus fuerit: quod præſumi cognovimus a quibuſdam artificibus, vel redemptori-bus, nec iis, quæ ipſi cœperint, finem imponentibus, nec alios id perficere ſinentibus, atque inde damnum intolerabile inferentibus iis, qui domos ſuas fabricari cupiunt. Qui itaque hoc ſolo recuſat opus perficere, quod ab alio antea inchoatum ſit, is eandem pœnam excipiat, quam is excepit, qui opus reliquit.

παρ' ἑτέρου ἀρχθὲν ἐκπληρῶσαι. ἐπειδὴ ἔγνωμεν πλημμελεῖσθαι τὸ κατὰ τὴν οἰκοδομουμένων οἰκίας παρὰ τῶν ἐργολαβούντων τεχνιτῶν, οὔτε αὐτοὺς τὸ τέλος ἐπιτιθέντων οἷς ἤρξαντο ἐργάζεσθαι, οὐδὲ ἑτέροις τὰ αὐτὰ ἔργα ἀναπληρῶσαι συγχωρούντων, ἀλλὰ ἐντεῦθεν ἀφόρητον ζημίαν ἐντεῦθεν τοῖς τὰς οἰκίας κατασκευάζουσι μηχανωμένων. ὁ δὲ παραιτούμενος τὸ παρ' ἑτέρου ἀρχθὲν ἐκπληρῶσαι δι' αὐτὸ τοῦτο ὅ, τι ἕτερος ἤρξατο, καὶ αὐτὸς παραπλησίαν τῷ καταλιπόντι τὸ ἔργον ὑπεχέτω δίκην.

Antonius Contius *juris ſtudioſis : Quid in hac lege reſtituenda, vel in Latinum ſermonem transferenda præſtiterimus, experiemini, ſi hanc noſtram operam cum editione Portana & Scrimgeriana contuleritis. Nam in utraque ſequens conſtitutio erat acephala, & in altera ita corrupta & tranſlata, ut magna ex parte aieret, quæ hæc negat; negaret quæ hac aſſerit. En quanta in legibus, vel edendis, vel transferendis cautio. Utraque etiam editio prima ipſius conſtitutionis verba in inſcriptionem ipſius tranſtulit: altera ſic,* Ἀδαμαντίῳ Ἐπάρχῳ πόλεως καὶ δικῶν Εἰρήνης ἀπολαύοντος, &c. Altera vero ſic, Ἀδαμαντίῳ Ἐπάρχῳ πόλεως καὶ δικῶν Εἰρήνης ἀπολαύοντι. Τὸν παρόντα, &c. *Qui error ei contrarius eſt, qui ante Haloandrum obtinuerat in principio conſtitutionis de Juſtiniano Codice confirmando: ut illa verba inſcriptionis,* Ex præfecto hujus almæ urbis, *in textum ipſius conſtitutionis irreperent, hoc modo:* Ex præcepto hujus almæ utbis, &c. *Quis autem unquam appellari audiit Præfectum urbis Præfectum judiciorum, aut judiciorum pacis? Itaque quamvis ſola conjectura adjutus ſim, in hujus legis principio reſtituendo: omnibus tamen vobis probatum iri judicium meum ſpero. Eſt autem elegantiſſima lex, & ad multos juris articulos controverſos, ſi qua alia, adprime utilis.*

[a] Πατρὸς ἡμετέρου Λέοντος] Evagr. *lib. II. cap. XII.*

[b] Ἀρχαῖον σχῆμα] Ἀναγκάζεται καὶ τὸν τύπον καὶ τὴν κατάστασιν τῶν φώτων οἰκημάτων καὶ τὸ παλαιὸν σχῆμα φυλάττειν. *L. XI. D. de Servitut.*

[c] Τῆς δὲ μεθ' ἡμῶν διατάξεως] Forte. Τῆς δὲ αὐτῆς διατάξεως.

[d] Παρακυπτικὰς καὶ φωταγωγούς] *III. Reg. VI. verſio Latina* feneſtras obliquas quas Græca vulgata θυρίδας διακυπτομένας κρυπτὰς vocat. Quo loco altera verſio manuſcripta θυρίδας δεδικτυωμένας κρυπτὰς habet, quod ita explicat Procopius. Φωταγωγοὺς ὁ ναὸς εἶχεν, ἔνδοθεν μὲν εὐρείας, ἔξωθεν δὲ λίαν στενάς, διαφανέσι λίθοις κεκαλυμμένας. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ῥητόν· οὐχ ὁρῶντο γὰρ ἔξωθεν, quo modo & feneſtras interpretatur Iſidorus. *Lib. XV. Ethymol. cap. VII.* Baſilicis, jus immittendi luminis, *L. eos qui D. de Servitut.* δίκαιον φωταγωγῶν θυρίδων dicitur.

[e] Εὐθηνίαν καὶ οὐ βεβιασμένην] Epitom. Ἐὰν ἐξ εὐθηνίας ὁρᾷ τὴν θάλασσαν ἑστὼς ἐν ἰδίοις οἴκοις, ἢ καθήμενος ἐν αὐτοῖς, καὶ μὴ ἀναγκαζόμενος παρατρέπειν ἑαυτὸν εἰς πλάγιον, ἐφ' ὃ ἰδεῖν θάλασσαν. Depretiari videtur domus quæ conſpectum maris perdidit aut in locando aut in vendendo. Sic Vet. Juliani Codex. *Nov. LVIII.*

[f] Κήπων τε καὶ δένδρων] Harmenop. *lib. II. tit. IIII.*

[g] Ψευδόπατον] *Veter. libri duo.* Ψευδοπάτιον ut μονοπάτιον.

h Ἐπὶ

[h] Ἐπὶ τῆς πυρὸς] Cedren. in Leone & Zenone. Zonar. in Baſiliſco *cap.* XIII.

[i] Ἀπὸ μόνων μαγγείων] Epitome in Theodoreti Prochiro: Εἰ δέ τις ἀπὸ μαγγείου, ἢ ἀφεδρῶνος, ἢ ἀπὸ κλιμακώσεως, ἢ ἀπὸ βαστερνίων, ἔχειν τὴν λεγομένην παρόδους, ἤτοι διαβατικῶν, ἀποφεύγη διαλαττούσης ἔχη τὴν τοσαύτην ἀποφυγὴν καὶ ὁ ἐντὸς ἐπ᾽ αὐτῆς οἰκοδομὴν ἀκωλύτως ἀφαιρεῖται, εἰ μόνον δώδεκα πόδες εἰσὶ μεταξὺ τῶν δύο οἴκων.

[k] Πολλοὶ βαστέρνια]. Ennodius Baſternas uxoris vocat. Baſilica: αἱ πολιτικαὶ δουλεῖαι εἰσὶ τὸ ὑψῶσαι ἢ μὴ ὑψῶσαι, ἐπιπέμψαι σταλάγμον κατ᾽ ἀυτὴν τοῦ γείτονος, ἢ μὴ ἐπιπέμψαι, καὶ τὸ ἐμβαλεῖν ξύλα τῷ τοίχῳ τοῦ γείτονος, καὶ τὸ ποιῆσαι συλάριον ἢ βαστέρνιον καὶ τὰ ὅμοια, καὶ τὸ μὴ ἐμποδίζειν τῇ ἀπόψει. *L. I. C. II. D. de ſervitut. urban. præd.*

[l] Ῥωμανησίων] Ὥστε δὲ καὶ τὰ συλάρια τὰ λοιπὰ ῥωμανήσια ὑψοῦσθαι.

[m] Συλάρεια ἤτοι ἐξώσεις] Baſilica conſtitutionem XI. hujus tituli Græcam fecerunt ita: ἐὰν ἐξώστην τὸν λεγόμενον ἡλιακὸν ποιῇ τις ἢ ἐποίησε δέκα πόδας ἀπεχέτω τῷ ἐναντιωτικοῦ, τῷ δὲ πλάτει δημοσίου διαστήματος. εἰ δὲ παραβαίνῃ τις καὶ τὸ ἔργον, καταλυθήσεται, καὶ ὁ οἶκος τῷ ἡμετέρῳ ταμείῳ προσκυρωθήσεται. Vid. *Nov. Leonis* CXIII. poſt quam poſteriores ſeptem deſiderantur. Hieronym. *ad Sunniam & Ezechiel. cap.* XLI. Ἐκθέτας autem Romæ appellant ſolaria de cœnaculorum parietibus eminentia ſive mœniana ab eo qui ea primus invenit, quæ nonnulli Græcorum ἐξώστας vocant. Vetus Gloſſarius ἐξώστης, uti ἐπὶ τῆς σκηνῆς. Heſychius & Tullius *de Provinciis Conſular.* Gloſſ. Baſilienſ. ἐκθέτης, ὁ ἐξώστης. Projectus aggrunda. ἐξώστης. Menianum, projectio, projectus; Meniana & ſuggrunda projiciuntur. *L.* CCXLII. *D. de verb. ſignific.*

[n] Ἀπὸ τοῦ καλουμένου μιλίου] Sudas. Paul. Diacon. *lib.* XXII. Hujus caput in Milio ſuſpendit tribus diebus. *Et lib.* XXIII. Tribus diebus in Milio ſuſpenderunt. Zonar. Μάχης γὰρ συρραγείσης μέσον τῶν δήμων καὶ τῶν βαρβάρων κατὰ τὸ λεγόμενον μίλιον. Cedren. ἐποίησε δὲ καὶ τὸ ὡρολόγιον τοῦ μιλίου. Nicet. Οὐκ εἰς αὐτὸ δὲ μόνον ἕδραν ἀθροιζόμενοι πάντα τὸ μίλιον.

[o] Ἐκ στηλῶν μόνον] Μηδεὶς ἐξέστω πολλοὺς κίονας ἀποφράττειν ἐκ στηλῶν ἀπὸ τοῦ μιλίου ἕως τοῦ καπιτωλίου· ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα ἐργαστήρια πλάτος ἐχέτω ἓξ ποδῶν σὺν τοῖς τοίχοις ἐπὶ τὴν πλατείαν. ὕψος δὲ ἑπτά. Sic legit Epitomator.

[p] Παρὰ τοῦ δικαστοῦ τὴν ἀναφορὰν ἤτοι τύπον ἔγγραφον] Geſta quæ intra XXX. dies una cum relatione litigatoribus convenit præſtari. *L.* XXII. *C. de appellat.* Μετὰ τῆς ἰδίας ὑπογραφῆς. *Nov.* CXXVI. *De appellation.*

[q] Ὅπερ ἐγνωσμένον τολμᾶσθαι] Propterea idem repetita lege juſſit. *Tit. de Monopolis.*

TITULUS DECIMUS-SECUNDUS.

DE OPERIBUS PUBLICIS.

De Cruce & ſanctis Reliquiis.

III. Græcæ Conſtitutionis Epitome.

ΜΗΤΕ Μοναχὸς [a], μήτε ἕτερός τις ἐν δημοσίῳ τόπῳ ἢ ἐν ᾧ θέα ἐπιτελεῖται, σταυρὸν ἐπιβαλλέτω, ἢ λείψανον ἅγιον.

NEQUE Monachus, neque alius quivis in loco publico, vel ubi ſpectacula fiunt, Crucem imponat, aut Reliquias ſanctas.

[a] Μήτε Μοναχὸς] Refert Joſephus Tenedius *ex lib.* I. Βασιλικῶν *tit.* I. Et extat *L. decernimus, C. de Epiſcop. & Cler.* Sed nec ſequentem Græcam deſideraverim, nec aliquot quæ in librum nonum relatæ ſunt. Sane quæ refertur tit. de Suariis lib. XI. Cod. extat L. Imperatores D. de contrah. emption. conjungenda cum L. III. D. de leg. Jul. de annon. quamque refert Hermen. *lib.* IIII. *tit.* III. & Michael Ataliates ex *lib.* LIII. *tit.* XVII. Βασιλικῶν.

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
EX REPETITA PRÆLECTIONE
LIBER NONUS.
TITULUS QUARTUS.
DE CUSTODIA REORUM.

Græca Conſtitutio Juſtiniani hic deeſt. Ejus quædam pars a Triboniano jam poſita fuit in l. 22. ſupra de Epiſcopali audientia, *ſed integrior, & prolixior, quæ hic eſſe debuerat, injuria temporum obliterata eſt. Ejus Epitomen ex* lib. 60. Baſil. tit. 35. *& Antonio Auguſtino ita reſtituemus: nam multa idem Anton. Auguſtinus ad eam non pertinentia permiſcuit.*

VI.

Latine Antonii Contii.

NEMINEM oportet injici cuſtodiæ abſque juſſione magnorum Magiſtratuum, aut locorum Defenſorum.

§. 1. Oportet autem Epiſcopum per quartam feriam, aut Paraſceven inquirere eos, qui ſunt in cuſtodia, quam ob cauſam incluſi ſint, & ſiquidem ſervi ſint, intra vinginti dies emittere eos, vel caſtigatos, atque etiam dominis redditos, aut ſi non appareant eorum domini, ſolvere ipſos. Si vero liberi ſint pro ſeditione detenti, confeſtim judicare ipſos, vel ſi pro alia quacunque cauſa, ſiquidem non

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Βασιλεὺς Ὑπάρχοις τῶν θείων Πραιτωρίων.

ΟΥΔΕΝΑ χρὴ ἐμβάλλεσθαι φυλακῇ χωρὶς κελεύσεως τῶν μεγάλων Ἀρχόντων, ἢ τῶν κατὰ τόπον Ἐκδίκων.

§ α'. Χρὴ δὲ τὸν Ἐπίσκοπον κατὰ τετράδην ἢ παρασκευὴν ἐπισκέπτεσθαι τοὺς ἐν φυλακῇ, διὰ τί ἐνεκλείσθησαν. καὶ εἰ μὲν δοῦλοι εἰσὶν, εἴσω κ. ἡμερῶν, ἐκβάλλεσθαι αὐτοὺς ἢ σωφρονιζομένους, καὶ τοῖς δεσπόταις παραδιδομένους, ἢ ἐὰν μὴ φαίνηται ὁ δεσπότης, ἀπολύεσθαι αὐτούς. εἰ δὲ ἐλεύθεροι εἰσὶν ἐπὶ ἀταξίᾳ κατεχόμενοι, παραχρῆμα κρίνεσθαι αὐτούς, ἢ ἐὰν ἄλλης δήποτε αἰτίας

παραχρῆμα αὐτοὺς ἐγγυητάς. Εἰ δὲ μὴ ἔχουσιν ἐγγυητὰς, εἰ μὲν ἐπὶ ἐγκλήμασι κατέχονται (χωρὶς φόνου) ἐν τάχει αὐτοὺς κρίνεσθαι. Εἰ δὲ κεφαλικὸν ἐστὶ τὸ ἔγκλημα, ἔσω λʹ. ἡμερῶν.

habeant fidejuſſores, & pro criminibus detinentur, excepto crimine homicidii, ſtatim eos judicari, ſi vero capitale crimen ſit, intra triginta dies.

§. βʹ. Ἐὰν δὲ μετὰ χρόνον πλείονος ὑπερθέσεως, μηδεμιᾶς παρεχόντος αἰτίαν τοῦ εἰσκεκλεισμένου, δεθήσεται αὐτῷ ἐπὶ ἐξωμοσίᾳ, ἵνα ἡ ψῆφος γένηται καὶ αὐτοῦ ἐὰν ἀπολειφθῇ. ἐὰν δὲ φόνου ἐστὶν, εἰ μὲν ἀπὸ ἀναφορᾶς δημοσιευόντων [b] ἔσω ἓξ μηνῶν κρίνεσθαι, εἰδότων τῶν δημοσιευόντων ὅτι ἐὰν ψεύσωνται, τῇ αὐτῇ ὑποκείσονται τιμωρίᾳ. Εἰ δὲ τις ἐγγραψάμενος, αἴτιος γέγονε τῆς ἐνοχῆς, διδόσθω αὐτὸν ὑπὸ ἐγγύας· ἢ ἐὰν μὴ εὐπορῇ ἐγγυητῶν, μένειν μὲν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, τέμνεσθαι δὲ τὴν δίκην ἐντὸς ἐνιαυτοῦ.

§. 2. Si vero majore poſtea dilatione neceſſaria exiſtente, is, qui detinetur, non præbeat cauſam, committatur ſuæ juratoriæ cautioni, ſi abſens fuerit. Si vero cædis eſt cauſa, ſiquidem ex delatione publicarum perſonarum, intra ſex menſes judicetur. Scientibus publicis perſonis, quod ſi mentitæ fuerint, ſe iiſdem ſubdendos pœnis. Si vero accuſator, qui ſe inſcripſit, auctor fuit ejus detentionis, detur reus ſub fidejuſſione: vel ſi non reperiat fidejuſſores, maneat quidem in carcere: cauſa autem intra annum terminetur.

§. γʹ. Προλήψεως δὲ περὶ αὐτοῦ γινομένης ὡς ὑπευθύνως εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ φρουρᾷ, ἕως ὅτε περανθῇ ἡ δίκη. Εἰ δὲ ψῆφος γέγονε περὶ τῶν εἰσκεκλεισμένων, ἐκβιβάζεσθαι αὐτὴν, εἴτε σωματική ἐστιν, εἴτε χρηματική.

§. 3. Facta autem præſumptione, tanquam reus ſit, in cuſtodia maneat, donec cauſa terminetur. Si vero jam ſententia lata eſt de incluſis, & ea executioni mandetur, ſive corporalis ſit, ſive pecuniaria.

§. 4. In pecuniaria condemnatione poteſtatem habentibus cedere bonis.

§. 5. Epiſcopis monentibus Præſides, ſcituros ſe, & officium ſuum illaturos decem libras.

§. 6. Habentibus etiam Epiſcopis poteſtatem deferendi Principi, negligentiam (hiſce in rebus) Præſidum.

[a] Οὐδένα χρὴ] Meminit Theodor. *lx. Βασιλικῶν tit. xxxvii.* Julianus *in dictato.* Cotidie autem legendus eſt lib. IX. Cod. propter criminales diſcuſſiones, & maxime tit. (de cuſtodia & exhibit. reor.) in quo eſt Græca conſtitutio quæ de temporibus loquitur, intra quæ oportet criminales exilii cauſa mitti, quando hac coërcitione ſunt digni. Vid. Euſtat. Περὶ λ. ἡμερῶν.

[b] Δημοσιευόντων] Δημοσίων προσώπων. Relationibus a publicis perſonis. *L. XIIII. C. de accuſat.* Ad quas tuendæ pacis vigilantia pertinebat. August. *epiſt. clix. clx.* Irenarchas vocat, *L. VI. D. de cuſt. & exhibit. reor.* Gloſſ. Baſilienſ. Εἰρηνάρχης. Pacator, Irenarcha. Qui notoriis ſive notariis inſimulabant. *L. VII. C. de accuſatis.* Utrumque enim recte dicitur. Gloſſ. Baſilienſ. Μηνύσις. Indicatio, Notaria, indicium.

TITULUS SEXTUS.

SI REUS, VEL ACCUSATOR mortuus fuerit.

I. Epitome ex lib. 60. Βασιλ. titul. 56. cap. 1.

SI miles [a] λειποτάκτης, (id eſt, deſertor militiæ,) deceſſerit, ſolvitur crimen.

[a] *Si miles*] Deſideratur hoc titulo conſtitutio cujus hæc fuit ſententia. Si miles deſertor militiæ deceſſerit ſolvitur crimen. Defunctorum in deſertione bona confiſcari Divus Marcus & Antoninus conſtituit. *L. defunctorum. C. de re militar.* Qui innumeri Gallias tunc vexabant. *Spartian.*

TITULUS OCTAVUS.

AD LEGEM JULIAM MAJESTATIS [a].

Si Judex contra conſtitutiones pronunciaſſe dicatur.

I. Imp. ALEXAND. A. Paulino.

ETIAM ex aliis cauſis Majeſtatis crimina ceſſant meo ſæculo: nedum etiam admittam te paratum accuſare Judicem propterea crimine Majeſtatis, quod contra conſtitutionem meam eum dicis pronuntiaſſe. P. P. III. Idib. April. MAXIMO II. & JULIANO CONSS. 224.

[a] *Ad legem Juliam majeſtatis*] Deſideratur ſub hoc tit. Conſtitutio. Ut ſervi poſſint crimen læſæ majeſtatis exercere. Dat. III. Non. Martii. Meminerunt Græci *lx. Βασιλικῶν tit. XXXVI. & tit. XXXIIII.*

TITULUS UNDECIMUS.

DE MULIERIBUS, quæ ſe propriis ſervis junxerunt.

Servus, qui concubuit cum domina, debet comburi, & domina decapitari. Bald.

I. Imp. CONSTANTINUS A. ad populum.

SI qua cum ſervo [a] ſuo occulte rem habere detegitur, capitali ſententiæ ſubjugetur: tradendo ignibus verberone. Sitque om-

nibus facultas crimen publicum arguendi, ſit Officio copia nunciandi, ſit etiam ſervo licentia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur. Filii etiam, quos ex hac conjunctione habuerint, exuti omnibus dignitatis inſignibus, in nuda maneant libertate: neque per ſe, neque per interpoſitam perſonam quolibet titulo voluntatis accepturi aliquid ex facultatibus mulieris. Succeſſio autem mulieris ab inteſtato, vel filiis, ſi erunt legitimi, vel proximis cognatiſque deferatur, vel ei, quem ratio juris admittit. Id autem & quod ille, qui condemnatus eſt, & quod ex eo ſuſcepti filii quolibet caſu in ſua videantur habuiſſe ſubſtantia, mulieris dominio ſociatum, a memoratis ſucceſſoribus vindicetur. Dat. IV. Kal. Jun. Serdicæ, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS. 326.

[a] *Si qua cum ſervo*] Vix certo repoſuerim ſub hoc titulo conſtitutionem quam ex Harmenopul. *lib. VI. tit. II. lib. LX.* Βασιλικῶν *tit. XXXVII.* referunt. Similiter nec alteram ſub titulo de Abigeis infra. Vid. *XLVIII.* Βασιλικῶν. *tit. XXV.*

TITULUS DECIMUS-SEXTUS.

AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS.

Poſt hanc legem ſubjicitur in Baſilicis lex quarta, videntur enim Baſilici authores ſecundam, & tertiam hujus tituli una complecti, quæ eſt ejuſdem tituli in Baſilic. 20. illius autem, quæ hic omiſſa eſt, atque in Baſilicis inter conſtitutiones refertur, ea ſunt verba Cujacio interprete.

LICEAT cuilibet aggreſſorem [a] nocturnum in agris, vel obſidentem vias, atque inſidiantem prætereuntibus, impune occidere, etiamſi miles ſit: melius namque eſt his occurrere, & mederi, quam injuria accepta vindictam perquitere.

[a] *Liceat cuilibet aggreſſorem*] Vid. *Scholiaſt. tit. XXXIX. lib. LX.* Βασιλικῶν. Vir ampliſſ. Antonius Auguſtinus nunquam laudatus ſatis, exiſtimat hanc eſſe Epitomen Conſtit. Latin. ſub tit. Quando liceat unicuique ſin. Jud. ſe vindicar. Extat non diſſimile *κεφάλαιον lib. VI. tit. V. Harmenop.* Quod integre magis refert Michaël Ataliates, ita: Τὸν νυκτερινὸν κλέπτην, τὸν ἔξω πόλεως ἔξεστι φονεύειν, κἂν στρατιώτης ἐστί· τὸν δὲ ἐν πόλει οὐκ ἔξεστι φονεύειν, εἰ ἄλλως διαφυγεῖν τὸν κίνδυνον ὁ φονεύσας ἐδύνατο. τὸν δὲ ἡμερινὸν οὐκ ἔξεστι φονεύειν, εἰ μὴ ἀκοντὶ ἑαυτὸν διεκδικεῖ. ἐπ᾽ ἑκατέρου δὲ δεῖ τοῦτον διὰ κραυγῆς διαμαρτύρεσθαι.

TITULUS DECIMUS-OCTAVUS.

DE MALEFICIIS ET MATHEMATICIS, & cæteris ſimilibus.

De maleficis comprehendendis & ad publicum pertrahendis.

IX. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Albino P.P.

QUICUNQUE maleficiorum [a] labe pollutum audierit, deprehenderit, occupaverit, illico ad publicum pertrahat, & Judicum oculis communis hoſtem ſalutis oſtendat. Quod ſi quiſquam ex agitatoribus, id eſt, aurigis, ſeu ex quolibet alio genere hominum; contra hoc interdictum venire tentaverit, aut clandeſtinis ſuppliciis etiam manifeſtum reum maleficæ artis oppreſſerit: ultimum ſupplicium non evadat, geminæ ſuſpicioni obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris ſocios publicaret, ſeveritati legum, & debitæ ſubtraxerit quæſtioni: aut proprium fortaſſis inimicum ſub hujuſmodi vindictæ nomine conſilio atrociore confecerit. Dat. XVII. Kal. Septembr. Romæ, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

[a] *Quicumque maleficiorum*] Refert Joſephus Tenedius *ex lib. I. Βασιλικῶν tit. I. κεφ. XVII.* Et extat *lib. IX. Cod. Theodoſ. tit. XVI.* tranſlata a Triboniano in lib. I. Cod. Juſtinian. *tit. IIII. Conſt.* X. Vid. *Photium tit. IX. cap. XXV. Nomocan.*

TITULUS VIGESIMUS-NONUS.

DE CRIMINE SACRILEGII.

II.

Ο ΤΟΝ προσφεύγοντα [a] εἰς τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν ἰδίᾳ αὐθεντίᾳ ἀποσπάσας, τυπτόμενος καὶ κουρευόμενος [b] ἐξοριζέσθω.

QUI confugientem ad ſanctam Eccleſiam ſua auctoritate abſtraxerit, verberatus, & tonſus deportator.

[a] Ο τὸν προσφεύγοντα] Refert & Joſephus Tenedius *ex lib. LX.* Βασιλικῶν *tit. XLV.* Vid. *L. II. L. III. C. de his qui ad Eccleſ. confug. Sozom. lib. VIII. cap. VII. In actis African. Concil.* In hoc Concilio legationem ſuſceperunt Epigonius & Vincentius Epiſcopi, ut pro confugientibus ad Eccleſiam quocunque reatu involutis legem de glorioſiſſ. Principibus mereantur, ne quis eos audeat abſtrahere.

[b] Τυπτόμενος καὶ κουρευόμενος] *Vet. Cod.* Δερόμενος καὶ κουρευόμενος ἐξοριζέσθω διηνεκῶς. *Prudentius.* Comam cutemque verticis revulſerat a fronte tortor, nuda

teſta ut tegminis cervicem aduſque dehoneſtaret caput. Multa extant in Baſilicis ex Codice & Prochiro mixta capita quale forſitan iſtud eſt, ſi pœnam ſpectes, quæ frequens eſt in Leonis legibus. *Nov. lx. xcii. lxiii. & Nov. xcvi.* Τοὺς δὲ, inquit, *πολεμήσαντας καὶ αὖθις τὸ κάλον συμφερνίζεσθαι διὰ μαγκλαβίων καὶ κουρᾶς.* Sic legit Bâlſam. *tit. xiii. cap. xxiii. Nomocan. Photii.* Vulgo *μάστιξι τῆς κατὰ νώτου καὶ τριχῶν ὀφειλέτω τιμωρίας. Georg. Vicendinus:* *χρήματα δὲ ἐπὶ ζώνης ἑκάστου τούτων λαβὼν, οἷς καλοῦσι μαγκλάβια ὥστε μαστίζειν τοὺς ἀξίους.* Hinc *μαγκλαβίτης* Cedreno. Et in Nicetæ Gloſſis *lib. iii. Manuel. Comnen.* *ἔξαιρε πολλάκου διὰ λαίζων*, id eſt, *μαγκλάβια δοὺς πολλὰ*, quæ in Baſilicis *ἄλλακτα* dicuntur: *ὁ ἔχων γυναῖκα καὶ πορνεύων διὰ ιϛʹ. ἀλλακτῶν συμφερνιζέσθω. Harmen. lib. vi. tit. iii. Nicetas lib. ii. Andronic. Comnen.* *αὐτὸν μὲν δι' ἀλλακτῶν ἐπιμέδιον δίδωσι. Gloſſ. Nicet.* *μαγκλάβια, ἄλλακτα.* Illud Perſicum eſt, iſtud Syriacum.

TITULUS TRIGESIMUS-SEXTUS.

DE FAMOSIS LIBELLIS.

Qui famoſum carmen de aliquo invenerit, illud pandere non debet. Salic.

I. Impp. VALENTINIANI & VALENTIS A A. Edictum.

SI quis famoſum libellum [a] ſive domi, ſive in publico, vel quocunque loco ignarus reperit, aut corrumpat priuſquam alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum. Si vero non ſtatim eaſdem chartulas vel corruperit, vel igni conſumpſerit, ſed vim earum manifeſtaverit, ſciat ſe quaſi auctorem hujuſmodi delicti capitali ſententiæ ſubjugandum. Sane, ſi quis devotionis ſuæ, ac ſalutis publicæ cuſtodiam gerit: nomen ſuum profiteatur, & quæ per famoſum libellum perſequenda putaverit, ore proprio edicat: ita ut abſque ulla trepidatione accedat, ſciens quidem, quod ſi adſertionibus ſuis veri fides fuerit opitulata, laudem maximam & præmium a noſtra Clementia conſequetur: Sin vero minime hæc vera oſtenderit, capitali pœna plectetur. Hujuſmodi autem libellus alterius opinionem non lædat. P. P. XVI. Kalend. Mart. Conſtantinop. VALENTINIANO & VALENTE, AA. CONSS. 365.

[a] *Si quis famoſum libellum*] Refert Balſam. *tit. ix. cap. xxxvi. Nomocan. Photii.* Joſeph. Tenedius *tit.* Περὶ φλυαρῶν χαρτῶν, *τουτέστι τῶν ῥιπτομένων πιττακίων ἐχόντων κατηγορίας κατά τινων.*

TITULUS QUADRAGESIMUS-SEPTIMUS.

DE POENIS.

De exilio perpetuo vel temporali.

XXVI. Conſtitutionis argumentum, quæ lingua Græca primum fuerat edita, *ex lib. 60. Baſil. tit. 51. cap. ult.* Jacobo Cujacio interprete.

CONSTITUTIO jubet [a], ut ne miſſi in exilium, eis locis, in quæ miſſi ſunt, degant in cuſtodia, & ut ne qui relegetur in propugnaculum Gypſi, vel alia præſidia: ſed ſi quidem morte dignum ſit crimen, huic pœnæ ſubjiciatur: ſi exilio perpetuo vel temporario, tum in exilium mittatur: ita tamen, ut non jubeatur eſſe in cuſtodia eis locis in quæ mittitur: ſed in Provinciam eat, quam Judex ſtatuerit, citra civitates & Provincias inferius exceptas, cum poteſtate verſandi in tota Provincia, qua tamen exire nequeat, nec manens in ea quicquam ſeditioſe, & inciviliter agere, niſi velit ultimo ſupplicio adfici a Præſide Provinciæ, vel a Præſide illorum locorum in quibus exulat.

§. 1. Et conjecti in carcerem, ut in Regia Urbe, in eo non ſint ſupra conſtitutum jam tempus in ſuperiori titulo de cuſtodiis, & ſimili modo in Provinciis: ut compendio criminum cauſæ finiantur: & reus, ſi dignus exilio, damnetur, non in cuſtodiam, ſed in Provinciam quæ non ſit ex prohibitis, ea lege ut ultimo ſupplicio adficiatur, ſi Provincia exceſſerit, vel ibi inciviliter quid admiſerit.

§. 2. Magiſtratus autem Alexandriæ & Thebaidos ſolos jubet in Gypſum, & in Oaſin mittere, vel in ſex menſes, vel ad ſummum in annum. Quod ſi perpetuum ſit exilium, neque in Gypſum mittere, neque in Oaſin, neque in cuſtodiam alterius Provinciæ, ſed ut dictum eſt, in Provinciam integram ea conditione, ut ſi quid deliquerint, vel ſi exceſſerint juſſa Præſidum qui miſerunt, ultimo ſupplicio adficiantur.

§. 3. Jubet autem Officiales cujuſque judicii, hujus legis commonefacere Præſides: nec quemquam detinere ultra relegationis tempus, ſed ſtatim dimittere ſine damno & mora, & eum quicquid auſus fuerit accipere, quadruplum reddere.

§. 4. Prohibentur vero Præſides relegare in Provincias & civitates conſtitutioni ſubjectas.

[a] *Conſtitutio jubet*] Neſtorius: πρὸς τὸν τῆς Θηβαίων ἡγούμενον. Ὄασιν τὴν καὶ Ἴβιν ἐκ θεσπίσματος βασιλικοῦ κατοικεῖν. ἀπάνθρωπος ἐρημία dicitur Nazianzeno. Procop. *lib. 1. de bell. Perſic. Zoſimus* ἱστορῶν ε΄. Τιμάσιος δὲ τῆς Ὀάσεως οἰκεῖν παραδοθεὶς ἀπηλαύνετο φυλακῆς αὐτῷ δημοσίας παραπεμπούσης· τόπος δὲ ἦν οὗτος λυπρότατος καὶ

ὅθεν

οὐδεὶς τῶν αὐτοῦ παραδιδομένων ἀναχωρεῖν ἐκδιδόασι. ἔστι γὰρ ἐν μέσῳ γῆ ψαμμώδης οὖσα καὶ παντάπασιν ἔρημος καὶ ἀοίκητος ἀφαιρεῖται τῆς γνώσεως τοὺς ἐπὶ τὴν Ὄασιν ἀπιόντας, τῶν ἀνέμων τοῖς ἴχνεσι τὴν ψάμμον ἐπιφερόντων καὶ τῷ μήτε φυτοὺς μήτε οἴκησιν εἶναι γνώρισμα εἰς εἰκασίαν τι καταλιπεῖν τοῖς ὁδοιποροῦσι δυνάμενα. Unde & Oaſena deportatio *C. Th. de Nili aggeribus.* Quod verbum dedita opera omiſit Tribonianus propter hanc legem. Duas Oaſeis ſtatuit Plin. *lib. v. cap. ix.* Et Athanaſius περὶ τῶν διαβαλλόντων τὴν ἐν τῷ διωγμῷ φυγὴν αὐτοῦ· Πάντας μὲν οὖν, inquit, τοὺς περιληφθέντας ἀδελφοὺς καὶ τὴν παρθένον ἐξώρισαν εἰς τὴν μεγάλην Ὄασιν. Una ſuperior, altera inferior eidem Athanaſio dicitur.

TITULUS QUADRAGESIMUS-NONUS.

DE BONIS PROSCRIPTORUM, ſeu damnatorum.

De bonis fiſco deferendis.

X I. Αὐτοκράτωρ * Græca Conſtitutio.

Sententia l. ult. Cod. de bonis proſcriptorum, lib. 9. Cod. tit. 49. *Ex Euſtathio.*

Περὶ χρονικῶν διαστημάτων.

ΟΙ ἔχοντες [a] πράγματα τοῦ κατακριθέντος ἐπὶ τυραννίδι, ἐν τῇ Βασιλίδι πόλει ἔσω δύο μηνῶν [b], καὶ ἔσω ὀκτὼ ἐν ταῖς Ἐπαρχίαις ὀφείλουσι καταμηνύσαι, ἐπεί τοι γε μετὰ τῶν πραγμάτων τὸ τετραπλάσιον παρέχουσιν.

QUICUNQUE habent, vel detinent bona damnati perduellionis, in Regia quidem Urbe intra duos menſes: In Provincia vero intra octo menſes debent ea fiſco deferre. Alioquin enim una cum ipſis bonis quadruplum inſuper præſtabunt.

[a] Οἱ ἔχοντες] Refert eo quo repoſui modo Michaël Ataliates περὶ πραγμάτων καταδικῶν.

[b] Ἐν τῇ Βασιλίδι πόλει εἴσω δύο μηνῶν] Euſtath. Οἱ ἔχοντες τὰ πράγματα τοῦ κατακλεισθέντος ἐν τῇ Βασιλίδι πόλει ἐπὶ τυραννίδι, εἴσω β΄. ἢ γ΄. μηνῶν.

IMPERATORIS JUSTINIANI
NOVELLÆ
CONSTITUTIONES
PER JULIANUM
ANTECESSOREM CONSTANTINOPOLITANUM
DE GRÆCO TRANSLATÆ.

Nunc primum ad manuſcriptos Codices
PETRI ET FRANCISCI PITHOEI FRATRUM
reſtitutæ & emendatæ,

Cum Notis EORUMDEM, & ANTONII AUGUSTINI,
nec non Scholiis & Lectionibus variis.

Ex Bibliotheca Illuſtriſſimi D. D. CLAUDII LE PELETIER
Regni Adminiſtri, Regii Ærarii Præfecti, & Supremi
Galliarum Senatus Præſidis Infulati.

Cura FRANCISCI DESMARE'S, DOMINI DE PALIS,
ET DE LUYE'RES, in Curia Patroni, & Facultatis Jurium
in Univerſitate Pariſienſi Doctoris Honorarii.

FRATRI PIISSIMO ET INCOMPARABILI
PETRO PITHŒO J. C.
FRANCISCUS PITHOEUS J. C.

IULIANUM *Anteceſſorem Conſtantinopolitanum quanti facias, non ignoro. Mihi quidem ſic videtur, Novellarum epitomen non potuiſſe latine elegantius ab alio fieri. Sermo illi eſt terſus & elegans, Juſtinianeorum temporum redolens antiquitatem, quibus propterea quoque proximum fuiſſe eſt veriſimile. Non repetam quæ alii de eo ſcripſere, quod illa huic editioni inſerenda juſtis de cauſis duxerim. Omnia omnium præconia & auctoritates ſuperat magnum ſtudium, multaque opera in hoc antea edendo repurgandoque a præſtantiſſimis viris poſita. Ne quid de aliis dicam, unus mihi inſtar eſt omnium Jacobus Cujacius utriuſque noſtrum Magiſter: quo adjutore perelegantem illius editionem, atque cæteris pleniorem procuravit Lu-*

dovicus Miræus ab hinc annis aliquot. De qua aliquid inaudiſſe magnum Hiſpaniarum ornamentum Antonium Auguſtinum pervelim. Acceſſiſſent quidem ſatis multa ad tantam diligentiam, quam in eodem limando eruditiſsimum adhibuiſſe virum indicant quæ adjecit paratitla, indices, variæ lectiones, obſcurorum verborum ſignificationes. Nec tamen omnia ſine mendis, quæ qui Mireo tribuit, fidem religionemque in corrigendis libris evertit. Quas ubique tanti ego feci, ut vix ac ne vix quidem ab exemplaris tui ſcriptura diſceſſerim, variis cæterorum lectionibus in cumulum Auguſtinianarum rejectis. Superſtitio eſt iſta, inquies. Atqui codicis vetuſtas & bonitas hoc poſtulabat. In quo etſi aliquid deſiderari credam, & indicio ſit Novella ultima, cujus inſcriptio ex notatione mea neſcio quomodo irrepſit: permulta tamen ex eo nunc primum reſtituta, emendata, aucta dari ingenue polliceri poſſum. Quantum profecerim, aliorum, præſertim vero Jureconſultorum eſto judicium. Quos etiam lubentiſſime correctores eſſe patiar gloſſarii ejus quod adjeci, non quia me viris eruditiſſimis adæquari cupiam, quorum tota vita veſtigia adoraturus ſum: ſed ut ſpecimem ſit librörum quos necdum editos in peregrinatione mea vidi. Itaque quantum in me fuit, exemplarium ſcripturam nulla conjectura adhibita bona fide expreſſi. Nec vero apertiori circumloquutione ad faciliorem explicationem uſus ſum: quod ex variis locis ſelegerim pleniores, & poſsint cætera ex aliis peti. Quantulumcunque eſt quod in eo præſtiti, hoc me acceptum referre par eſt viris ampliſſimis & ornatiſſimis, quorum benignitate ad librorum ſacraria, Venetiis & Auguſtæ Vindelicorum patuit mihi aliquotiens introitus. Sed & permulta debeo V. C. & nunquam laudato ſatis, Joanni Vincentio Pinello: ex cujus unica bibliotheca plura mihi de Juſtiniano didiciſſe contigit, quam ex cæteris omnibus. Ingratiſſimus etiam ſim, ſi non in iſta editione magnis me agnoſcam

affectum beneficiis ab amantiſſimo utriuſque noſtrum Baſilio Amerbachio J. C. doctiſſimo & prudentiſſimo, ut plane in toto iſto opere meum nihil proprie ſit. Quid enim mihi Conſtitutiones aliquot vindicem, quæ acceſſionis vice cæteris cedunt? Sed aut tua ſunt omnia, aut amicorum, niſi ſi quæ peccata ſint, ut erunt fortaſſe permulta. Quæ ſi ferri poſſe tibi videbuntur, mihi ſatisfactum putavero. Si non, ut emendes etiam atque etiam rogo. Tuam ego ſingularem doctrinam, tuum limatum politumque judicium ſic admiror, ſic colo, ut niſi quod ipſe probes, nihil a me recte factum exiſtimem. Vale.



EX NICOLAI BOHERII J. U. INTERPRETIS, ET SACRI CONSISTORII CONSILIARII ORDINARII, *PRÆFATIUNCULA,*

in leges Longobardorum, & Novellas Conſtitutiones Juſtiniani Imperatoris, per Julianum eloquentiſſimum Anteceſſorem Conſtantinopol. latinas factas.

ET ſic Novellæ Conſtitutiones Juſtiniani quas inſeri feci poſt Leges Longobardas ſunt obſervandæ pro legibus, & illas Novellas Conſtitutiones gloſſ. allegat in multis Juris paſſibus, & præcipue in Aut. de monachis, §. Cogitandum, in verbo Heſychaſtas, collatione I. & in Aut. ut Judices ſine quoque ſuffrag. §. Nulli quoque verb. loci ſervatores col. II. & in Auth. de mand. princip. §. Sed neque in verb. Sed neque in fine, & in §. Sed etiam, in verb. Agricolas, in fin. eod. tit. col. III. & in Aut. de triente & ſemiſſe, §. I. In. verb. Hoc ſervando, & in §. Illud quoque, in verb. conventus, in fine, eod. tit. & in Aut. de nuptiis, §. Soluto igitur matrimonio, in verb. prædictas, col. IIII. & in Aut. de juramento a morient. præſtito, in princip. verb. cum jurejurando, col. V. & in Aut. ut ſi qui obl. ſe habet. §. I. In verb. ad curationem, poſt princip. collat. VI. & in Aut. de fid. inſtrument. §. Oportet, in verb. atteſtentur, & in verb. inter quos, in fine, & in Aut. de Judicibus, §. Judices, in verb. judicium, circa medium, col. VI. & in Aut. de reſtib. §. ſancimus autem, in verb. officii, & in §. neque igitur, in verb. ſubſcriptionem, col. VII. & in Aut. de alien. & emphyteuſ. in princip. in verb. ſubalterno, & in Aut. de ſanc. Epiſcop. §. I. in verb. conſtitutionibus, & in §. jubemus, in verb. Romæ, & in verb. pro intronisticis, & §. Deo amabiles, verſ. ſi autem, & in §. ſi quis cum ſacra, in verb. exilium, collat. IX. ad idem gloſſ. in l. fin. in verb. tam eas, C. de agricol. & cenſit. lib. XI. & l. nemini, in verb. dignitatem, C. de conſu. lib. XII. ubi alleg. tit. de ordin. ſedendi, quem non inveni integraliter. Nec tit. Ut Eccleſia ſanctæ reſurrectionis quem allegat Alber. de roſa in diction. in verb. Eccleſia, in II. ad hoc quod dicitur Eccleſia Hieroſolymitana, in qua mundi Creator dignatus eſt conſtitui in humana generatione, ut in Novellis. Nec tit de expenſis quæ fiunt circa defunctorum exequias, quem allegat Albericus ibidem, in verb. Exequias, nec etiam tit. de privilegiis Paflagoniæ quem etiam allegat Alberic. ibi in verb. Eccleſia. Nec tit. de naturalibus liberis curiæ deputandis. Nec tit. de donationibus a Curiali factis, quos allegat Alberic. ibi in verb. Florini, in I. & 2. &c. & etiam gloſſ. in l. quoniam, C. de hæretic. quam & cæteras allegationes bene inveni, & allegant etiam alibi, quæ cauſa brevitatis omitto.

LUDO-

LUDOVICUS MIRÆUS
LECTORIBUS S.

FUIT ſane mihi ſemper ea in promovendis ſtudioſorum conatibus voluntas; ut tum demum me longe uberrimum induſtriæ meæ fructum conſecutum arbitrarer, cum inde ſtudiis veſtris nonnihil emolumenti acceſſiſſe intelligerem. Ego itaque ut a mea conſuetudine non abhorrerem, cum mihi conſtaret Juliani Novellas hactenus mancas, luxatas, miſereque laceras fuiſſe: cœpi inire conſilium quonam pacto huic auctori tam depravato in gratiam veſtram opem ferre poſſem. Cum enim tribus abhinc circiter annis Luteriam Pariſiorum me, negotiorum conficiendorum gratia, contuliſſem, obiter etiam volui, inſtituti mei non oblitus, utilitatis publicæ rationem habere, ut profectio mea nonnihil commodi ſtudioſis adferret. Eam ob rem inviſi illic veterem amicum Æm. Ranconetum, quem ob amantiſſima, quæ mihi dare ſolitus erat in novis cudendorum librorum editionibus, conſilia, colere obſervareque ſolebam: tum vero maxime quod lubenter ſuis veteribus exemplaribus me juvabat. nam is præter admirabilem & ſtupendam diſciplinarum omnium, Juris potiſſimum civilis, ac utriusque litteraturæ cognitionem, non vulgari etiam librorum veterum ſupellectile inſtructiſſimus erat. inter quos forte deliteſcebat harum Juliani Novellarum exemplar vetuſtiſſimum ac integerrimum omnium, quæ mihi videre contigit. quod cum ab eo ſtatim, ut erat in me juvando proclivis, impetraſſem: cœpi quamprimum cum impreſſis conferre. In quibus, Deum immortalem, quot hiatus, quot lacunas, quot verſus omiſſos, quot denique Conſtitutiones deeſſe reperi, ne dicam interim operis rudem indigeſtamque molem, & ineptam in duos libros diviſionem, cum debeat in Conſtitutiones, ut in illo vetuſto exemplari, & ratio operis poſtulat, diſtingui. Hoc tamen exemplar etſi cetera integritate & ſcripturæ vetuſtate (erant enim in eo dictiones uno eoque ſinuoſo calami ductu, Gothicisque characteribus exaratæ, cujuſmodi in tiliaceis chartis apud Dominum Stephanum Carpinum Eccleſiæ Lugdunenſis Symmyſten, venerandæque antiqnitatis ſtudioſiſſimum, vidi) & ordinis concinnitate ſuperare videretur: reſedetant tamen in eo librariorum culpa aliquot nævi citra collationem aliquorum veterum exemplarium, aut alicujus docti viri acerrimum judicium inſanabiles. Quos cum Jacobo Cujacio antiquitatis feliciſſimo reſtauratore indicaſſem, is lubenter mihi pro ſua ſingulari, quam in me gerit, benevolentia, multos reſtituit. Quin & duo vetuſta Juliani exemplaria manu ſcripta ſumma cum alacritate exhibuit: nec ſatis illi fuit ſua commodaſſe, ni etiam apud Ludovicum Ruſſardum virum, ut audio, reſtituendis bonis auctoribus impenſe deditum, aliud antiquum impetrandi gratia paratum ſe mihi præſtitiſſet. Ex quorum omnium collatione primum quæ deerant in illo Ranconeti vetuſto, ſupplevi. deſiderabatur enim conglutinatoris culpa Conſtitutio LIII. *De impenſis in funera mortuorum faciendis.* & initium quinquageſimæ quartæ,

quæ eſt, *De creditoribus, qui morientibus debitoribus imminent.* Dein multa repoſita ſunt, quæ recenſere longum nimis eſſet. Scholia porro illa, quæ proxime ſequuntur Julianum haud omnino aſpernanda, ex Ranconeti & Ruſſardi libris ſumpta ſunt: ſed ea auctoris nomine in utroque exemplari carebant: neque in totum corpus Novellarum ſcripta, ſed in Conſtitutiones tantum XV. XVI. XVII. XVIII. XXI. XXIII. XXIIII. XXVI. XXVII. XXXII. XXXIII. XXXIIII. nec ultra progrediuntur. Eaque adeo corrupta erant, ut prorſus illa edendi animum ſæpius deſponderim, ni monitore Cujacio, ejuſque diſcipulo Petro Pithœo, adoleſcente tum probo, tum docto (quem ſi fata ad maturam ætatem pervenire ſinant, ſpecimen aliquando ſuæ eruditionis, quam ſub haud pœnitendo magiſtro ſibi comparavit, eſt editurus) quatenus fieri potuit, emendaviſſem. Quæ vero deinceps ſubſequuntur aliquorum Imperatorum Conſtitutiones, eas partim in Cujacii, partim in Ranconeti & Ruſſardi libris reperimus. Jam vero quis fuerit hic Julianus, & quo tempore vixerit, haud compertum habeo, niſi quod Anteceſſorem eum Conſtantinopoleos fuiſſe indicat titulus alterius exemplaris Cujacii: quæ dignitas erat juris ac legum profeſſio, ut conjectari licet ex Conſtitutione præfixa Digeſtis quæ incipit, *Omnem*, ſtatim in initio. Exemplaria vero Ranconeti & Ruſſardi ἀνεπίγραφα prorſus erant, neque ullam auctoris nomenclaturam præ ſe ferebant. Atque haud ſcio an epigrammata quæ in Anthologia epigrammatum libro ſecundo Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάτων nomine referuntur, hujus Juliani ſint: quorum primum in quendam pumilionem ſic habet:

ἀσφαλέως οἴκησον ἐν ἄστεϊ μή σε κολάψῃ
  αἵματι πυγμαίων ἠδομένη γέρανος.

& duo ſequentia in quendam fœdum & deformem ſic:

ὄψιν ἔχεις στρουθοῦ πανομοίιον. ἦ ῥά σε Κίρκη
ἐς πτελεὴν μετέθηκε φύσιν, κινάδεα πάντα.

τοῦ αὐτοῦ.

ἀμπὶς πολὺς ἐστὶ τεὴν μετὰ δάσκιον ὄψιν,
τοὺς σε χρὴ ἀρετάοισι, καὶ οὐ ψαλίδεσσι κορέσαι.

Alciatus eum Patricium & Exconſule fuiſſe ſcribit. Verum ex catalogis Conſulum, qui hodie circumferuntur, quoniam ad ejus uſque Conſulatum non extenduntur, exacte qua ætate vixerit cognoſci non poteſt, niſi quod ſumma mihi conjectura eſt eum circa tempora ſaltem Juſtini junioris, Tiberii, & Mauricii floruiſſe. Quantum vero ad harum Novellarum tranſlationem attinet, palam eſt eum παρὰ Græcas non integras, ſed amputatis longiſſimis præfationibus & hyperbatis, quæ in illis ſunt, κατ' ἐπιτομὴν vertiſſe, atque ita Latinis hominibus communicaviſſe, ſtylo magis ut illis temporibus ſimplici & fideli quam elaborato. Ceterum multa ἑρμηνευτικῶς, quædam μεταφραστικῶς, ſed & plura κατὰ πόδας, & quæ merum reſipiant helleniſmum, exprimit, ceu ſunt illa ἐν διατάξει μγ. τῶν νεαρῶν, verſiculo, τὸ ἔναγχος. ὡς τὰ ὀκτακόσια μὲν ἐργαστήρια τελεῖν σώματα. πεντακόσια δὲ ἐν ἐπαργυρικῷ καθιστάναι. quæ ad verbum ita effert Julianus Conſtit. XIII. *Ita ut octoginta quidem ergaſteria corpora perſonarum præſtare, reſidua*

autem trecenta ergaſteria pecuniam dare, pro, *præſtent*, &, *dent*. Similis eſt phraſis Dig. de Offic. quæſt. in Pand. Florent. manu ſcriptis, adſertore Antonio Auguſtino libro Emendationum ſecundo, capite primo: *Hodieque obtinuit, ut indifferenter Quæſtores creari*. Ubi tamen Taurellius illud *creari*, mutavit in *creantur*, in impreſſis. Infinitus quoque modus more Græco pro aliis verborum modis ſæpe ponitur, ut Conſtit. CXI. cap. CCCCX. verſ. Et ſi quidem. Et ſexcentis fere locis, quibus nonnulli ſolent addere, *Oportet*, *Neceſſe eſt*, *Debet*, aut quid ſimile. Hoc ideo monere volui, quod jam mihi præſentiſcit animus ſciolos quoſdam (quibus ſolemne eſt auctorum ſcripta pro ſua libidine mutare, ut hujuſmodi impoſtura, dum errata correxiſſe videri volunt, ſimplicium librariorum nummos expiſcentur) noſtræ editioni inhiantes multa ceu parum Latina ſtatim, non dicam commutaturos, ſed contaminaturos, non verentes interim, dum pro genuinis ipſius auctoris verbis ſua ſubſtituunt, in falſi crimen impingere. Cujuſmodi feciſſe quempiam (ut unum e multis exemplum adducam) in fragmento Juliani apud Peſnotum edito, cum ſic legeretur elegantiſſime in omnibus manu ſcriptis Conſtit. XV. cap. LVII. *Præſes Provinciæ poſtquam deſierit eſſe Præſes, in eadem Provincia quinquaginta dies faciat*, is ceu inuſitatum correxit, *quinquaginta dies moram faciat*. cum tamen Dige. ad leg. Juliam de adult. l. miles. §. quidam. ipſiſſima phraſis obſervetur: *Quidam accuſare volebat adulterii mulierem: & poſtulabas, ne ſibi computarentur dies, quos in cuſtodiam feciſſet*. Quin & in Actis Apoſt. Lucam hujuſmodi locutum fuiſſe memini, cap. 18. circa finem, καὶ ποιήσας χρόνον τινά. Et cap. 20. in princip. ποιήσας τε μῆνας τρεῖς. Porro ut in promptu ſit cuivis conferendi, ſicubi forte hæreat, Juliani verſionem cum archetypo Græco: & Novellarum Græcarum numerum qui ſæpiſſime a Juliani ordine diſcrepat, in margine adpoſuimus, & fontes ipſos unde ſingula cujuſque Conſtitutionis capitula dimanent, indicavimus. Hæc ſunt, Lectores candidi, de quibus admonere operæpretium fore duxi, obnixe interim rogans, ut hunc qualemcumque laborem, quem nomine veſtro in reſtituendo hoc auctore ſumpſi, æquo animo accipiatis. habetis enim nunc Julianum tum ſuæ integritati reſtitutum, qui hactenus fœde mutilatus circumferebatur, tum infinitis locis mendis, quibus ſcatebat, repurgatum. niſi quod reſtant adhuc loca, ſed ea perpauca, in quibus non omnino animo meo ſatisfeciſſe videor. Quæ ſi quis me felicior vel ingenio, vel exemplariorum copia reſtituerit, libenter & hominis induſtriam exoſculabor, & publicæ gratulabor utilitati. Valete. Lugduni M. D. LX. Kal. Auguſti, ex officina Tornæſiana, e qua prodibit prope diem, Deo favente, Codex Theodoſianus integer, una cum corpore Juris civilis pari integritate & diligentia reſtituto.

ANTONII AUGUSTINI
EPISCOPI ILERDENSIS
IN JULIANI
ANTECESSORIS CONSTANTINOPOLITANI NOVELLARUM JUSTINIANI IMPERATORIS EPITOMEN

PRÆFATIO.

CUM duo lectorum genera ſint, quorum alteri diſcendi cauſa legant, alteri ſolum, ut reprehendendi captent occaſionem: illarum mihi habendam eſſe rationem, horum contemnendam eſſe calumniandi cupiditatem ſemper exiſtimavi. Sive enim ſcribas, ſive nihil ſcribas, ſive hoc, aut illo modo ſcribas: ſemper hi habent, quod reprehendant. At ſtudioſo viro nullus liber eſt inutilis. Ab aliis enim dicendi, ab aliis vivendi rationem, ab aliis artes, ac diſciplinas, ab aliis hiſtoriam temporum, ab aliis alia, atque alia diſcit. Illi ſe omnia ſcire jactant, habereque ſe, in quo Platones, Ariſtoteles, Demoſthenes, Cicerones, Papinianos, Julianos, Ulpianos, & ceteros quoſcumque magnos viros ſæpius erraſſe facile oſtendant. His igitur, qui nihil ignorant, nihil ſcribendum eſſe cenſemus: quando ad eos, qui vitam Epicureorum deorum in terris degunt, nulla beatitatis acceſſio fiet, Medicis hos tantum committendos eſſe putamus. Studioſorum vero, hoc eſt eorum, qui diſcendi cupiditate tenentur, duplex etiam genus eſt, juris præſertim civilis, qua de re nunc agitur; alteri enim nocere exiſtimant linguarum peritiam, antiquitatis cognitionem, diſſerendi, aut dicendi artem, & ceteras diſciplinas, quibus tamen veteres Juriſconſultos exornatos fuiſſe negare non poſſunt: alteri his omnibus libenter operam dant, & ceterorum ignaviam, quam etiam ſtupiditatem appellant, vehementer irrident. Utroſque admonendos eſſe potius, quam irritandos ſemper cenſui. Peccare enim quoſdam ex utroque genere hominum video, dum præter modum, aut hi ſuavitate dictionis, atque ornamentorum capti, minus in hanc ipſam diſciplinam incumbunt; aut illi nec verbis, nec ſententiis ſibiipſis conſtant, in utriſque hærent, artis docendi rudes, atque imperiti. Utriſque Juliani librum proferimus, ut imitentur. Hic Anteceſſor Conſtantinopolitanus, hoc eſt Juris præceptor, utriuſque linguæ peritus fuit, Græcas Novellas Conſtitutiones Latinas fecit & proœmiis, ac perorationibus ſublatis ſingulorum capitum ſententiam paucis verbis dilucide explicat. Hunc Alciatus meus Conſularem virum, & Patricium appellat in parergis. Exiſtimo eum putaſſe eundem fuiſſe Julianum illum, quem eiſdem titulis Priſcianus ornavit. A qua opinione diſcedo, propterea quod Priſciani libri extant Mavortio Conſule ſcriptia diſcipulis Priſciani. Illius autem Conſulis annus collectionem Novellarum, quæ poſt mortem Juſtiniani facta eſt, quinquaginta amplius annos excedit. Alius eodem nomine fuit Præfectus Prætorio, ad quem extant aliquot Græcæ Conſtitutiones datæ Lampadio, & Oreſte Conſulibus. Sed hunc etiam alium eſſe exiſtimamus, tum propter rationem temporum, tum propterea, quod hunc videmus in veteribus libris, nec Patricium ſe, nec Conſularem, aut Præfectorium appellaſſe, aut, ut tunc uſurpabant, Exconſule, vel Expræfecto; ſed tantum Anteceſſorem C P. Neque illi audiendi ſunt, qui Conſtantienſem fuiſſe dixerunt, & temporibus Irneris conſcripſiſſe: quos & veteres libri, & plurima antiquorum ſcriptorum teſtimonia, quæ in Paratitlis retulimus, aliter rem ſe habere docebunt. Uſum fuiſſe hoc

libro Irnerium, Bulgarum, Azonem, Joannem, Accurſium, & ceteros interpretes non Juliani nomine ſed Novellæ, certiſſimum eſt. Sed cum eodem tempore haberent ineptam illam κατὰ πόδα interpretationem τῶν Νεαρῶν, hoc eſt Novellarum Conſtitutionum, eam huic libro præferentes, Authenticorum nomine exornarunt. Ex eo libro Irnerius Conſtitutionibus Codicis Juſtiniani capita quædam adjecit, quas Authenticas Conſtitutiones appellavit. Ita Novellarum nomen, quod vetuſtiſſimum eſt, & a plurimis Imperatoribus poſt Theodoſianum Codicem editum, uſurpatum; & quo Juſtinianus ipſe utitur frequentius in his iiſdem legibus appellandis, uſurpari deſiit, & Authenticorum frequentari. Primus noſtro tempore Gregorius Haloander Norica illa laudatiſſima editione Juris civilis, exemplo quodam uſus Bononiæ Florentini libri Marcianæ bibliotheca, Græce, & Latine, quaſi poſtliminio reſtituendum eum librum Novellarum curavit. Poſt hunc Henricus Scrimgerus Græce multis Conſtitutionibus auctum eundem edidit, exemplum ſecutus Veneti libri Beſſarionis Cardinalis. Scrimgerianæ editionis interpretes fuerunt Antonius Contius, & Henricus Agylæus, quorum alter Authenticorum volumini nimis deferens decimam quandam collationem addidit, in quam retulit eas Conſtitutiones, quæ in Authenticis deerant; alter novam Latinam editionem Novellarum addendo, ea quæ in Norica editione ab Haloandro omiſſa ſunt, ſatis diligenter conſcripſit. Id unum in eorum libris, & in Duareni Juris civilis accurata editione deſidero; quod nemo eorum Græca verbo Novellarum retulit, nec Latinam Juliani interpretationem. Primus Nicolaus Boerius legibus Longobardorum Juliani libellum conjunxit, ſcholiis ornavit, & in publicum propoſuit. Hunc ſecuti ſunt Lugdunenſes librarii, qui minus mendoſos libros habuerunt. Ad noſtras manus venerunt præter hos And. Alciati perveteus liber, & alter Pallantinæ Eccleſiæ codex Hiſpanienſis minus vetuſtus. Ex his omnibus libris, & ex collatione verborum, quæ tum ab aliis, tum ab Ivone Carnotenſi referuntur, Julianus noſter magis limatus prodit, & plenior, quamvis quædam adhuc mutila ſint, & quæ manus aliorum, atque auxilium expoſcant. Ordinem libri aliquot locis mutavimus, ut facilius Novellarum libros ſubſequeretur. Latinas Conſtitutiones ſuo quamque loco inſeruimus: ut & magis Juliani labor eluceret comparatione Latinarum Legum; & ut minus in Græcis laboraremus, quæ de eadem re ſcripta ſunt. Dicet aliquis, quid mihi cum Juliano? qui aut eadem dicit, quæ ceteri interpretes, & ſupervacaneum laborem ſuſtinebo; aut alia quæ neque in Græcis, neque in Latinis legibus continentur; & cum probationem res deſideret, aliunde mihi quærendo auctoritas, & probationis genus eſt? Hanc rationem ceſſatoris potius, & otium amantis, quam ſtudioſi alicujus viri fuiſſe crediderim: qua ſola poſſet maxima librorum, atque hominum pars negligi. Omnes enim aut noſtro, aut alieno referimus: neque tamen omnes pari auctoritate cenſemur. Debetur more majorum antiquitati, & ſenectuti honos: non minor eis qui morum ſanctitate, & vitæ innocentia excellunt: debetur Regibus, Pontificibus, Magiſtratibus, & ceteris, qui domi, militiæque cum imperio, aut poteſtate ſunt, ſuus quoque honos parentibus, ac præceptoribus, atque iis, qui bene de nobis, aut de Republica meriti ſunt, deferendus eſt. Eadem ratione poſt divini & humani Juris conditores, ii qui propius abſunt ab illis, qui leges conſcripſerunt, utpote qui verbis utuntur communibus, & ſenſo norunt legum latorum, habere debent apud nos majorem in eiſdem legibus interpretandis auctoritatem. Illi quoque, qui in ſingulis artibus, aut diſciplinis ita excellunt, ut principes dicantur, & duces aliorum, auctoreſve familiæ, in maximo honore ſunt: quales Caſſianorum, & Proculeianorum Longinus & Proculus, ſic poſtea ex Papiniani domo, tamquam ex equo Trojano plurimos noſtri Juris auctores ortos fuiſſe novimus. Quæ cum ita ſe habeant, ea Juliani noſtri vetuſtas eſt, ut vel ſola ejus auctoritas maximum apud omnes pondus habere debeat. Itaque cum eadem dicit, quæ ceteri, poſſumus eadem pro certis ducere, neque aliqua ratione dubitare, cum tanto teſtimonio confirmentur. Cum vero ſolus eſt in ſua ſententia; veriſimile eſt non ſine cauſa motum eſſe, & niſi contrarium certa ratione, aut ſcripto legum conſtet, probabilius eſſe debet, id verum eſſe. Sed fingamus eſſe quædam aut ſupervacanea, aut etiam falſa: quotus enim quiſque liber hujuſmodi nævis caret? at ea eſt utilitas ceterorum, ut condo-

nari debeant, ſi qua hujuſmodi reperiantur. Erit fortaſſe, qui ordinem accuſet rerum tractandarum, cum de eadem re diverſis conſtitutionibus agatur, & cum eadem conſtitutione de rebus variis conſcribatur. At id non Juliani magis, quam Juſtiniani erratum eſt, & libri Novellarum Conſtitutionum collectoris, in quo non ſolum non ea diſtincta ſunt, quæ tractantur, ſed ne ipſæ quidem conſtitutiones ſecundum ordinem temporum collocatæ ſunt. Accedit, quod inſerta ſunt Juſtini minoris, & Tiberii Conſtantini aliquot Novellæ Conſtitutiones, & tres Præfectorum formæ, ut ex paratitlis cognoſci poteſt. Sed an eas habuerit Julianus, incertum eſt; neque enim extat ea libri pars, quæ ad eas conſtitutiones pertineat. Ut vero conſuleremus lectorum utilitati, & Paratitla, & indices, & variæ lectiones, & obſcurorum verborum Juliani ſignificationes adjecta ſunt: quibus exiſtimamus gratam rem iis eſſe facturos, qui hoc fortaſſis auxilio indigebunt.

ANTONII CONTII
JURISCONSULTI,
ET IN BITURIGUM METROPOLI
DOCTORIS ORDINARII
PRÆFATIO
IN LIBRUM NOVELLARUM.

INTERDIXERAT *Juſtinianus ullam legem Imperialem extra corpus Codicis Juſtinianei legi, ſed non ſine ulla exceptione. Adjecit enim, niſi poſtea varia rerum natura aliquid novum creaſſet, quod Imperiali Conſtitutione indigeret: quod ſi eveniſſet, novam legum congregationem pollicitus eſt, quæ Novellarum nomine Conſtitutionum ſignificaretur. Porro idipſum mox accidit: & vix novus Codex promulgatus erat, cum interpellatus Imperator Conſtitutionem de Hæredibus & Falcidia edidit, vix altero menſe poſt editum Codicem, ut qui editus ſit. XVI. Kal. Decemb. ipſo Imperatore. IIII. Conſule. Novella autem Conſtitutio de Hæredibus, data eſt Kalendis Jan. Beliſario viro clariſſimo Conſule. Scripſit ſubinde & ſequentibus menſibus atque annis alias Novellas ad extremum uſque Imperii ſui annum, quæ omnes in unam congregationem relatæ, Novellæ appellatæ ſunt Conſtitutiones. Sane Gregorius Pontifex Romanus (qui vix triginta annis poſt Juſtinianum ſcripſit) Conſtitutionem Novellarum vocat. Cæterum paucæ illarum Conſtitutionum Latino ſermone primum ſunt editæ, quæ etiam hodie ab aliis ex Græco in Latinum factis ſtyli integritate diſcerni poſſunt: cætera omnes Græca primum lingua compoſitæ, quod & Græcis jam hominibus & proceribus uteretur Juſtinianus linguæ Latinæ ut plurimum ignaris, & firmum atque ſtabile Imperium in Græcia obtineret, in Latio vero jam illo tempore anceps atque dubium. Ad Latinorum tamen hominum uſum & ex Græca in Latinam linguam tralatæ hæ Conſtitutiones fuerunt, eodem vel certe non longo poſt tempore. Illa eſt injucunda & ſalebroſa, atque ut ita dicam, barbara hæc tralatio quæ hodie habetur. Verum id non omnino veteris interpretis culpa accidiſſe arbitror, tametſi illum ab omni culpa vindicare meum non ſit. Paruit enim legi Juſtinianeæ, quæ ita demum in aliam linguam leges transformari permiſit, ſi modo ſub eodem ordine eademque verborum conſequentia, id eſt eo genere quod Græci* κατὰ πόδας *dicunt, transferrentur. Metuebat enim, ne ſi vulgaris illa transferendi libertas paſſim permitteretur, novæ ex verbis legis ſuborirentur calumniæ, & occaſiones illis legibus, ut variis & ambiguis, non parendi. Itaque &*

veteres illi Septuaginta Bibliorum Interpretes, & qui novum Domini & Salvatoris noſtri Teſtamentum tranſtulerunt, & veteres Ariſtotelis Interpretes eandem convertendi religionem & formidinem præ oculis habuerunt. Verba enim potius quam phraſes converterunt. Scribit Dionyſius Exiguus (qui utique temporibus floruit Anaſtaſii Imperatoris) in præfatione Conciliorum Græcorum a ſe tralatorum, tantam fuiſſe priſcæ tralationis confuſionem, ut regulas Eccleſiaſticas de integro transferre coactus ſit. Nihil igitur cauſa eſt cur hoc ſolo argumento non eſſe hanc veterem tralationem Novellarum dicamus, quod confuſa & ſpinoſa ſit. Quid ſi certis indiciis demonſtro eſſe veterem, & a temporibus fere Juſtiniani huc uſque transmiſſam? Gregorius primus qui fuit illis fere temporibus, ejus tralationis verbis utitur, eaque prolixe recitat apud Gratianum. xi. q. 5. c. 35. Item in Decretalibus ti. de teſtibus. c. 1. ubi caput ult. Novellæ. 90. de teſtibus recitat. In Concilio quoque Pariſienſi (quod conſtat eſſe antiquiſſimum, & tempore S. Ludovici factum) recitatur ex ea tralatione integer locus, ex Novella ſcilicet. 123. ubi etiam conſtitutio. 123. appellatur. locus extat apud Ivonem Epiſcopum Carnotemſem Pannomias ſua parte quinta. Jam vero leges Caroli magni, filiorumque ejus & nepotum, hac tralatione plena ſunt. Sanctus denique Iſidorus (qui fuit iiſdem fere temporibus quibus Gregorius primus) in libro Canonum eccleſiaſticorum, integram Novellam XLII. de depoſitione Anthimi, &c. ex eadem veteri tralatione ſumpſit: quam ex eodem Iſidoro poſt vulgatas novem Collationes idcirco adſcripſi. Prætermitto innumera veterum Pontificum ſcripta: mitto Ivonis, Burchardi, Gratiani, Joannis Salesberienſis ſcripta & rhapſodias, quæ multas paginas hujus tralationis continent. Unus poſt illos inventus eſt Irnerius, qui non ſolum tralationis, ſed etiam totius ſententiæ & libri fidem elevaret, & a quodam monacho librum tam verboſum & acephalum ſcriptum aſſereret: quem optimis rationibus ab Azone confutatum legimus. Iiſdem autem temporibus quibus illa tralatio facta eſt, prodiit, & harum conſtitutionum epitome a Juliano quodam viro eloquentiſſimo, Anteceſſore Conſtantinopolitanæ civitatis, ſic enim appellatur in veteri quadam ejus epitome manu ſcripta, quam mihi communicavit aliquando doctiſſimus Anteceſſor Jacobus Cujacius. Quæ quidem epitome longe purioribus verbis & elegantioribus conſcripta eſt, quam vetus illa tralatio. utraque tamen tralatio diligenter a veteribus juris Interpretibus, Joanne, Pilieo, Rogerio, Azone, Accurſio, lectitata & comparata cum invicem, tum etiam cum cæteris juris libris. Ut autem in his duabus citandis atque allegandis vitaretur confuſio, prolixiorem illam tralationem vocaverunt Authenticum, quaſi dicerent verum & nullo modo detruncatum Juſtinianearum Novellarum exemplum: breviorem vero hanc Juliani epitomen, ſimplici nomine nuncupaverunt Novellas. Utraque etiam tralatio Conſtitutiones ſingulas habuit propriis capitibus diſtinctas, ita ut breve ſingulorum capitum argumentum literis miniatis deſcriptum eſſet: quod nos in hac editione perpetuo obſervari curavimus: & quæ ex manu ſcriptis libris interdum reſtituere non potuimus, proprio ingenio confingere conati ſumus. Conſtat enim id a Juſtiniano factum & obſervatum fuiſſe, cum & ipſe numerum capitum ſæpe exprimat. Cur autem multæ deperierint, in cauſa hæc ſunt. Erant inter has leges permultæ conſtitutiones ἰδικαὶ & locales, quarum nullus fere uſus eſſe viſus eſt illis præſertim Langobardis plus æquo Muſas & humaniores literas abhorrentibus, nilque quod non πρὸς ἄλφιτα conduceret, magni facientibus: cujuſmodi erant, De privilegiis Archiepiſcopi Juſtinianæ primæ. Ut Eccleſiæ ſanctæ Reſurrectionis, &c. De Armeniis, De Præſide Piſidiæ, Lycaoniæ, Thraciæ, Iſauriæ, & hujuſmodi prope innumera, quæ quia ab Interpretibus in ſchola non legebantur, deſierunt paulatim deſcribi, ut aliquæ omnino perierint. A diligentioribus tamen Librariis ad calcem libri deſcribebantur, quemadmodum ex meis aliquot exemplaribus deprehendi; a quibuſdam etiam ad antiquitatis memoriam aſſervabantur. Nam Jacobus de Bellovíſu, qui commentarios ad Novellas ſcripſit, teſtatur ſe eas omnes Extravagantes Novellas (ſic enim appellat) ad finem lecturæ ſuæ adſcribi juſſiſſe. ſæpeque idcirco perquiſivi lecturam iſtiuſmodi manu ſcriptam, ut verumne ſit quod ſcripſit, experirer: nam in impreſſis ejus commentariis deſunt. Porro ſciendum eſt nullis titulis, nullaque

arte, ſed prout quæque conſtitutio facta eſt, ita omnes temere & fortuito in hanc congregationem congeſtas eſſe, ſola temporum (ut mihi quidem videtur) ratione habita. Vulgata autem in novem Collationes diviſio, a nobis retenta eſt, quia ſicut nova eſt, & non multum ante Gratiani tempora excogitata, ita ad memoriam & allegandi promptitudinem apprime utilis. Quas autem ille Jacobus Extravagantes appellabat, omnes partim ex Haloandro, partim ex Scrimgerio, partim ex Juliano manu ſcripto, partim etiam ex meis manu ſcriptis in Decimam Collationem coacervavi, illaſque tantum tranſtuli, quæ nec ab Haloandro, nec ab ullo, quod ſcirem, aut quem haberem, Interprete tralata fuerant. Quod ad editionum varietatem attinet, illud diligens librorum inſpector facile animadvertet, ex Græco exemplari longe fideliore & integriore vulgarem hanc tralationem prodiiſſe, quam aut Haloandrinam (quæ a quodam privato homine propria auctoritate contaminata eſt) aut Scrimgerianam, quæ ſuas lacunas habet, & nullam Latinarum continet. Sane ut Haloandrinam editionem elegantiorem eſſe non inficiar, ita & hanc plerumque fideliorem in pleriſque locis adnotavi. Nam dum vitat barbariem, incidit plerunque in pravam affectationem. In Novella XCVI. cap. II. ad criminalem accuſationem refert, quod ad civiles cauſas pertinet, dum vitat vulgarem tralationem, ἐν αἰτίαις ἐποιοῦντο, In conventiane fecit. Cætera illius tralationis vitia invidioſe nolo contra viri benemeriti exiſtimationem congerere, malimque ob ſummos ejus pro communi ſtudiorum utilitate labores & conatus, gratias agere. Melius tamen (ut opinor) publicis ſtudiis eſſet conſultum, quando propter gloſſarum uſum, quæ prima capitum ſeu paragraphorum verba ſemper uſurpant, vulgata editione carere non poſſumus, ſi in illius tralationis vitiis perpurgandis, quamvis permulta ſint, elaboraſſet.

Ex Andreæ Alciati Parerg. lib. 2. cap. 46.

QUum interrogatus quandoque eſſem, unde fieret, ut Conſtitutionum Juſtiniani volumen, Authentici nomine citaremus, quum tamen nuſquam appareat hunc ei titulum ab ipſo legis latore præfixum eſſe, ſic reſpondendum duxi. Editum eſſe eum librum græco ſermone, & Conſtitutiones eas græce νεαρὰς appellatas fuiſſe. Verum cum Aſiatica quadam luxuria diffuſus prolixitateque nimia ſcriptus liber eſſet, tranſlatum latine a Juliano Patricio & Exconſule fuiſſe: ſed compendioſius, & ſtylo, ut tum tempora ferebant, non inelegante. qui liber adhuc extat, & Novellæ titulo circumfertur, dubio procul legitimus Juſtiniani ipſius partus, quem tamen doctores noſtri ut ſpurium rejecerunt: maluitque Accurſius barbaram & Bulgari tempore factam tranſlationem interpretari, quod uberior ei videretur: ideoque Authenticam appellavit, quoniam ex ipſo græco originali ad litteram traducta eſſet.

IN

IN NOMINE

DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

INCIPIT NOVELLARUM

DOMINI NOSTRI JUSTINIANI IMPERATORIS

PARS PRIMA

PER JULIANUM VIRUM ELOQUENTISSIMUM

Anteceſſorem civitatis Conſtantinopolitanæ.

CONSTITUTIO I[a].

Διάταξις α'.

ET *in Digeſtis* [a], & in Conſtitutionibus *didicimus* [b] parentibus quidem & liberis, nec non fratribus & patronis, certam *quandam* [c] portionem ex noſtra deberi ſubſtantia, quam neceſſe eſt *omni modo* [d] eis relinquere: niſi forte ingrati circa nos apparuerint. Aliæ autem *perſonæ*, *quæ* [e] neque *parentibus*, *neque liberis*, *neque fratribus*, *neque patronis connumerantur* [f], ſive ingratæ ſint, ſive non, ex voluntate noſtra heredes nobis exiſtunt: vel lucrum ex noſtro patrimo-

[a] in digeſtis. vel primum quidem in digeſtis.
[b] diximus
[c] [illegible]
[d] quidem
[e] omnino
[f] perſonæ ſunt quæ
[g] parentis, neque liberorum, neque fratris, neque patroni loco habentur

obſervantiam [16]: ita tamen ut eodem modo is, qui ad partem vocatur, cautionem præbeat, quod omni modo impleturus ſit ea, quæ in teſtamento defuncti continentur. Quod ſi nemo ex his, de quibus locuti ſumus, appareat; tunc etiam adgnatis ſive cognatis defuncti pateat aditus: quamvis in teſtamento nulla mentio eorum comprehenditur. Quod ſi nec tales perſonæ appareant, tunc extraneis quibuſcumque locus fiat, ſi velint hæreditatem ſuſcipere, & de implenda voluntate teſtatoris cavere. Quod ſi *nec extraneus* [17] inveniatur, *qui defuncti* [18] ſucceſſionem cum *ſupra ſcripta* [19] cautione ſuſcipiat: tunc fiſco res vindicentur, *ſcilicet* [20] & ipſo voluntatem teſtatoris impleturo. Illud autem certum eſt, *quod filius* [21] a patre in teſtamento juſte *exheredatus* [22]: neque ex ipſo teſtamento, neque ab inteſtato lucrari aliquid poterit occaſione conſtitutionis. Omnes autem qui ex hac lege ad rerum vindicationem vocantur, omnia jura heredum habeant, id eſt, jus aditionis & pro herede gerendi, & conveniant & conveniantur. Omnibus, quæ diximus, obtinentibus, & ſi non ab herede, ſed a legatario vel fideicommiſſario, & forte ab eo qui mortis cauſa *quid accepit* [23], dari fierive teſtator voluit, id eſt, ut ordo vocationis incipiat quidem a *ſubſtitutis legatariis* [24], deſinat autem in publicum.

[16] obſervationem
[17] nec talis extraneus
[18] qui nec teſtatoris
[19] ſupradicta
[20] ſed &
[21] quod ſi filius
[22] add. ſit
[23] aliquid accepit
[24] ab ſuſtitutis & legatariis: al. ab inſtitutis

^a *Si quis parentem, &c.*] *A. A.* Juliani verba refert Ivo Carnotenſis part. 16. cap. 115. Decret. Vide Authent. hoc amplius C. de fideicom.

^b *Propius ad eos veniat*] *Pithœus.* Inter proprium & proprius hoc intereſt, quod proprium Domini eſt: proprius autem loci.

II. Ad legem Falcidiam.

2. Si quis ab aliquo [a] ſcriptus heres in teſtamento fuerit, in quo legata vel fideicommiſſa *relicta* [1] ſunt: timeat autem, ne forte legata vel fideicommiſſa, legatariis vel fideicommiſſariis relicta totam ſubſtantiam *defuncti* [2] exhauriant, ut ipſe nihil ab hereditate ſibi delata lucretur: ergo ſi velit Falcidiæ legis emolumentum integrum ſibi ſervari, faciat inventarium rerum, quas teſtator *dereliquerit* [3] præſentibus legatariis & fideicommiſſariis, qui ſcilicet in eadem civitate degent: niſi forte propter ſexum quod feminæ ſunt, vel propter dignitatem, vel propter morbum, vel propter ætatem, vel vinculis, præſto eſſe *impedirentur* [4]: tunc enim illos repræſentari oportet in *conſcriptionem* [5] inventarii, qui negotia eorum legitime adminiſtrant. Quod ſi *omnino* [6] præſto non ſint legatarii ſive fideicommiſſarii: tunc teſtes adhibeantur tres, quorum & fides & opinio probata *eſt* [7]. Teſtes autem ex ea civitate eſſe oportet, in qua conficitur inventarium, & ſub conſpectu eorum atque præſentia, inventarii *procedat conſcriptio* [8]. Solis enim Tabulariis in ea cauſa non credimus. Quod ſi poſtea reverſi fuerint legatarii, & quaſdam res ab *herede* [9] ſubreptas eſſe putaverint, eaſque celatas, & inventario non inſertas, liceat eis per tormenta ſervorum hereditariorum veritatem *requirere* [10], & *fraudes* [11] he-

[1] ſcripta
[2] teſtatoris
[3] add. ſibi
[4] impediuntur. al. impedientur
[5] conſcriptione
[6] omnes
[7] ſit
[8] præcedat inventarii confectio
[9] heredibus
[10] inquirere
[11] fraudem

redum manifeſtare, ſcilicet & ipſis heredibus nihilominus cogendis *jusjurandum ſubire* [13], quod nullo modo in conſcribendo inventario doloſe verſati ſint: & teſtibus ſimiliter compellendis *ſacramentum* [14] præſtare, quod de nulla fraude conſcii ſunt ſcriptis heredibus. Hæc ſi legatarii præſentes ſint, & veniant, vel homines eorum interveniant, vel abſentibus eis tres bonæ opinionis teſtes repræſentati fuerint. Quod ſi legatarii præſto quidem fuerint, venire autem, vel homines ſuos mittere ad inventarium conſcribendum noluerint: tunc libera licentia pateat heredi trium teſtium adhibenti teſtimonium inventarium facere: *nullo legatariis* [14] objiciendo poſtea obſtaculo ſi voluerint, & in hoc caſu per tormenta ſervorum hereditariorum, vel per ſacramentum heredis ſive teſtium veritatem manifeſtare: *& is quidem* [15] qui hæc omnia obſervaverit, legis Falcidiæ *beneficium retinebit* [16]. Quod ſi *nec* [17] fecerit inventarium, nec ſupradictam *obſervantiam* [18] cuſtodierit, ſciat ſe omnia legata, *omnia fideicommiſſa* [19], legatariis, vel fideicommiſſariis ſoluturum, quamvis non ſufficiat teſtatoris ſubſtantia, ut interdum etiam de ſuo præſtare legata *vel* [20] fideicommiſſa legatariis vel fideicommiſſariis cogatur. Tota autem iſta diſceptatio totiens locum habebit, quotiens teſtator ignorans facultatum ſuarum modum legata vel fideicommiſſa ampla *reliquit* [21]. Alioquin ſi ſciens quantum habeat patrimonium, ſpecialiter expreſſerit, ut non liceat heredi Falcidiæ legis beneficio uti: neceſſe eſt voluntatem ipſius tenere. Et ſiquidem adire maluerit hereditatem ejus, is quem heredem *ſcripſerit* [22]: omni modo legata atque fideicommiſſa perſolvat ſine quadam deminutione, nullum habiturus lucrum, niſi pietatem ſolam, *quod voluntati* [23] teſtatoris gratis obtemperaverit. Sinautem repudiaverit hereditatem, locus fiat ſubſtitutis, & poſt ſubſtitutos coheredibus: & poſt coheredes fideicommiſſariis generalibus: & poſt generales fideicommiſſarios legatariis: & poſt legatarios eis qui libertate donati ſunt: poſtque eos, qui libertate donati ſunt, ab inteſtato venientibus adgnatis ſive cognatis: & his non apparentibus, extraneis: & poſt extraneos, publico.

[13] ſacramentum præſtare
[14] jusjurandum præſtare
[14] nullo a legatariis
[15] is quidem heres
[16] ſibi beneficium obtinebit
[illegible]
[17] non
[18] obſervationem
[19] & fidei commiſſa
[20] &
[illegible]
[21] reliquerit
[illegible]
[22] ſibi ſcripſit
[23] ſcilicet quod voluntati

* *Si quis ab aliquo, &c.*] *A. A.* De hoc capite & duobus ſequentibus, vide Authent. ſed cum teſtator C. ad leg. falcid.

III. De legatariorum exæquatione.

3. Nullam licentiam ſcriptus hæres habeat quibuſdam legatariis ſolida legata perſolvere, quibuſdam *ex parte, nec, quibuſdam præſtare* [1], quibuſdam non: ſed omnibus pro rata portione ſolvat, ſive in ſolidum, ſive in partem, æquitatis ratione *conſervanda* [2]. Vel enim cognoſcens ab initio modum ſubſtantiæ, diminuere legata non debet: vel ſi quibuſdam ſolida legata perſolvit, omnibus *implere* [3] debebit: niſi forte aliquid mirabile extiterit, quod diminuat teſtatoris ſubſtantiam.

[illegible]
[1] ex parte præſtare quibuſdam non
[2] conſervata
[3] perſolvere

IIII. *Ut legata intra annum præſtentur.*

4. Intra annum [a] modis omnibus relictum præſtetur legatum. Initium autem anni eſſe oportet illud tempus, *quo ex* [1] *judiciali ſententia* [2] reus admonitus eſt propter legati ſolutionem. Anno autem *tranſacto* [3] heres qui legata non ſolverit, hereditatem teſtatoris amittat: & locus fiat illis perſonis, *quarum ſupra fecimus mentionem* [4], *ſcilicet* [5] ab annali ſpatio impuberibus vel adoleſcentibus nullo præjudicio generando. hi enim duplici via muniti ſunt. Nam & reſtitui in integrum poſſunt, & competentes actiones adverſus tutores ſuos vel curatores dirigere. Ea autem quæ diximus, teneant ſive in ſcriptis, ſive ſine ſcriptis teſtamentum, ſive voluntas proferatur. *&* [6] in omni autem perſona teneant, *id eſt* [7], ſive privata ſit, ſive militaris, ſive religioſa *ſit* [8], ſive Imperialis. DAT. KAL. APRIL. CP. CONSULATU BILISARII.

4. [illegible]
[1] ex quo
[2] definitiva ſententia
[3] per culpam heredis tranſacto
[4] quas ſupra numeravimus
[5] ſed
[6] dele
[7] dele
[8] dele

[a] *Intra annum, &c.*] A. A. Hujus capitis verba refert Ivo Carnotenſis part. 16. Decret. cap. 116. *Pith.* Vide Gloſſ. in verb. Decreto. §. Illud Authent. 1.

CONSTITUTIO II [a].

[illegible]

V. *De his qui ad ſecundas nuptias migraverint.*

1. *Nulla licentia* [b] *ſit mulieri* [1] vel marito, qui quæve ad ſecundas migraverit nuptias, in donatione propter nuptias, vel dote, cujus ſolum uſumfructum *habet* [2], non etiam dominium, *aliquem* [3] de liberis ſuis anteferre: ſed ſit proprietas rerum omnibus debita portionibus *æquatis* [4].

1. [illegible] verſ. [illegible]
[1] nulla mulieri ſit licentia
[2] habent
[3] aliquos
[4] exæquatis

[a] *Conſtitutio ſecunda*] A. A. Eſt in libro Authenticorum Conſtitutio 2. Collat. 1. titulo de non eligendo ſecundo nubentes mulieres. Hanc non edidit Græcam Haloander, quia deerat in libro Florentino Græco Novellarum, ex quo deſcriptus eſt Bononienſis, quo Haloander uſus eſt. In Florentino autem defuit: propterea quod in Baſiliſcis Leonis Imperatoris hæc Conſtitutio omiſſa eſt. Eam Græcam edidit Henricus Scrimgerus ſumptam ex libro Veneto Beſſarionis Cardinalis, Latinam fecit Henricus Agyleus.

[b] *Nulla licentia, &c.*] A. A. Vide Authent. lucrum C. de ſecund. nupt.

VI. *Idem.*

2. Si maritus vel mulier [a], qui quæve ad ſecundas migraverit nuptias, res dotis, vel propter nuptias donationis alienaverit: quocunque tempore alienatio facta neque rata, neque irrita ſit, ſed interea maneat in ſuſpenſo. Et ſiquidem parens qui alienaverit, ante liberos ſuos moriatur: omni modo rerum alienatio refutetur. Sinautem eo ſuperſtite ab hac luce liberi ipſius erepti fuerint, in tantam portionem alienatio valebit, quantam ſuperſtiti parenti mortis liberorum caſus detulerit [b], id eſt, ut tantam portionem lucretur, quantam pepigit inſtrumento dotis vel donationis habiturum ſe, *ſi liberi*,

verſ. [illegible]

1 ſi liberi qui poſtea editi ſunt. al. ſi liberi qui poſtquam editi ſunt. vel ſi qui liberi poſtquam editi ſunt.
2 in reliquam, al. in alia autem portione.
3 niſi forte filii
4 reliquerint

poſtquam editi ſint [1], mortui fuerint. *in aliam* [2] autem portionem alienatio non valebit: niſi forte *filius* [3] eundem parentem qui alienavit, teſtamento heredem vel ab inteſtato *reliquit* [4].

[a] *Si maritus vel mulier, &c.*] *A. A.* Vid. Authent. ſed & ſi quis C. de ſecund. nupt.

[b] *Liberorum caſus detulerit*] *Pith.* Hoc pactum noviter a Juſtiniano inventum eſt, quod ita fit. Si liberi qui ex eo matrimonio nati erunt, poſtea mortui fuerint, tantam portionem lucraberis ex dote vel donatione propter nuptias. Contius notat ad marginem Juliani manuſcripti, quæ præcedunt notata fuiſſe tit. 2. coll. 1. Authent.

VII. Idem.

1. ἀδιαθέτως [illegible]
2 aut ante nuptiali
3 ipſa
3 dereliquit
4 migraverint
5 evacuetur

3. Si filius inteſtatus [a] mortuus fuerit, portio quæ competit ei ex dote, *vel ante nuptias* [1] donatione, non veniat ad parentem ſuperſtitem: ſed ſoli fratres ipſius ad eam partem vocentur, ſcilicet ſi ſine liberis *ille* [2] mortuus fuerit: liberi enim defuncti & fratribus ejus & parentibus præferuntur. In aliam autem ſubſtantiam, quam mortuus *dereliquerit* [3], pariter cum fratribus parentes vocentur, ſive ad ſecundas *pervenerint* [4] nuptias, ſive non. Quod ſi teſtamento condito filius deceſſerit: illi veniant, qui ſcripti ſunt, niſi forte inofficioſi querela teſtamentum ejus *evacuaverit* [5].

[a] *Si filius inteſtatus, &c.*] *A. A.* Vide Authent. ex teſtam. C. de ſecund. nupt.

VIII. Idem.

1. καὶ ἐπὶ ἕτερ.
1 dependent
2 tertiæ
3 tertiā
4 & uſufructu
5 add. ſint
6 add. ſuos

4. Si mulier [a] defuncto marito ſuo ad ſecundas pervenerit nuptias, res quæ ad eam pervenerint ex donatione propter nuptias priores, hoc modo adminiſtrentur. Siquidem immobiles ſint, mulier eas habeat: & liberis ſuis, ſi ſupervixerint, conſervet. Sinautem mortui fuerint, portionem quidem rerum, quam mortis liberorum caſus ei detulerit, modis omnibus habeat: reſiduam autem partem heredes eorum lucrentur. Sinautem donatio propter nuptias in rebus mobilibus ſit: tunc res quidem apud liberos ſint: uſuram autem matri *dependant* [1] *tertiam* [2] *centeſimæ* cum competenti cautela, quod prædictam uſuram ſine fruſtratione in omni ſequenti tempore perſolvant. Sinautem propter nuptias donatio & aurum habeat, & argentum, & veſtem: tunc electionem habeat mater, utrum velit cautionem præſtare, & res adminiſtrare; an *tertiam* [3] centeſimæ uſuram a ſuis liberis accipere. Sinautem res habeat tam mobiles quam immobiles propter nuptias donatio: tunc res quidem immobiles apud eam ſint, *ut ex fructu* [4] earum alatur: mobiles *autem* [5] apud *liberos* [6] ſecundum prædictam diſtinctionem.

[a] *Si mulier, &c.*] *A. A.* Vide Authent. ſed ſi aurum C. de ſecund. nupt.

IX. De dote adſcripta, & nonnumerata, vel præſtita.

1. καὶ ἄνευ γαμικ.

5. Si quis uxorem [a] duxerit, & propter nuptias donationem non

ſolum adſcripſerit, ſed etiam *re ipſa dederit* [1]: mulier autem adſcripſerit quidem dotem, re autem vera non dederit in toto tempore quo maritus ſuus vixerit, mortuo eo nec donationem *ante* [2] nuptias conſequatur: utpote cum nullam dotem ipſa dediſſet. Sed ſiquidem *nihil* [3] omnino dotis nomine dederit: nec mortuo marito ex donatione propter nuptias habeat ullum emolumentum. Sinautem partem præſtiterit dotis, tantam partem lucri nomine capiat ex donatione propter nuptias mortuo ſuo marito. Conſtitutio autem locum *habet* [4] etiam in his matrimoniis, quæ nondum ſoluta fuerint. Sciendum autem eſt quædam præſentis conſtitutionis capitula ex viceſima ſecunda Conſtitutione, quæ de nuptiis promulgata eſt, transformata fuiſſe. DAT. KAL. APRIL.[b] BILISARIO CONS.

[1] rem ipſam reddiderit. al. tradiderit.
[2] propter
[3] nec
[4] habebit. al. habeat

[a] *Si quis uxorem, &c.*] *A. A.* Vide Authent. ſed quæ C. de pact. convent.
[b] *Dat. Kal. April.*] XVII.

CONSTITUTIO III[a].

Διάταξις ν'.

X. *De fidejuſſoribus & mandatoribus, & his qui pro aliis pecunias conſtituunt.*

1. SI quis crediderit alicui, & fidejuſſorem vel mandatorem acceperit, vel eum qui pecuniam pro reo conſtituit: non prius contra tales perſonas actiones moveat ſuas, quam adverſus ipſum reum principalem egerit: eumque inopem invenerit, vel in ſolido, vel pro parte. Poſtquam enim egentia laborare noſcatur reus ſive in ſolidum ſive pro parte, tunc contra fidejuſſores vel mandatores intendere creditores oportet. Hæc ſi debitor præſens ſit, & appareat: Sinautem abſens fuerit reus, & fidejuſſores vel mandatores præſto ſint, vel hi qui pro eo conſtituerunt: tunc præfiniri eis diem oportet, intra quam debeant reum exhibere. Sinautem tempus præfinitum præterierit: ipſi quidem pro reo actiones ſuſcipiant, & debitam pecuniam perſolvant. Cedat autem eis *actionibus ſuis* [1] creditor, quas adverſus reum principalem habet. Quod ſi tam reus, quam fidejuſſor vel mandator, vel qui pecuniam pro reo conſtituit, in abſentia fuerint: tunc liceat creditoribus etiam adverſus res principalis rei venire. Quod ſi nullæ res principalis appareant: tunc etiam in res mandatoris vel fidejuſſoris manus creditoris porrigi poſſunt, ut ſi debitores habeant, etiam ab his creditori ſatisfiat. Hæc autem ſic intelligenda ſunt, ut nullam facultatem habeat creditor res prius vindicare, quam perſonales exerceat actiones, tam contra ipſum reum principalem, quam fidejuſſores ejus & mandatores, eoſque non ſolvendo eſſe appareat; eodem jure ſcilicet obſervando, ſi perſonæ eorum non appareant. Hæc autem omnia, quæ de creditore & fidejuſſore diximus, etiam ad venditionis confirmatorem [b] trahenda ſunt, ut non prius emptori licentia ſit adverſus confirmatorem conſiſtere, niſi prius venditorem convenerit vel indubitate ſolvendo non ſit. Sed nec hypothecariis

[illegible]
[1] actiones ſuas
[illegible]
verſ. [illegible]

in rem actionibus pateat judicium ante quam perſonales actiones defecerint. Et in ſumma quæ dicta ſunt in mutua pecunia, & in venditione, cuſtodienda erunt & in omnibus contractibus, qui aliquam ſatiſdationem recipiunt. Sin autem argenti diſtractores pecuniam *conſtituerint* [1], ſecundum veteres leges conveniantur.

[1] cuſtodierint

[a] *Conſtitutio tertia*] *A. A.* Eſt etiam tertia conſtitutio in libro Authenticorum collationis 1. titulo, ut determinatus ſit numerus Clericorum eam Græce & Latine edidit Haloander.

[b] *Venditionis confirmatorem*] *A. A.* Fidejuſſor datus a venditore. *Pith.* Βεβαιωτὴς, βεβαίωσις, confirmatio fidejuſſio. Βεβαιωτὴς ſecundus auctor, adfirmator fidejuſſorum vicem ſuſtinere dicitur. l. cum oſtendimus, §. ult. ff. de fidejuſſ. tutor.

XI. De ſolutionibus & verborum ſignificatione.

verſ. εἰ δὲ μὴ ὁ δανείσας.

2. Si quis pecuniam [a] mutuaverit, debitor autem pecuniam non habuerit, quam *daret* [1]: rem mobilem creditori præſtet ſi habet. Sinautem rem mobilem non *habeat* [2]: tunc immobilem rem ſuam, ſi habet, vendere debet, & pecuniam debitam ex pretio *rei* [3] ſolvere. Sinautem emptorem non *inveniat* [4], tunc prædium quod optimum habet, creditori ſuo præſtet, & actione qua *conſtrictus* [5] eſt, liberetur: ubi autem emptorem ſui prædii invenerit, caveat creditori pecuniam debitam ſe ſoluturum, & poſt cautionem liceat ei conſtituere venditionis contractum. Creditoris autem appellatione ſignificatur non ſolum is, qui mutuam alicui dedit pecuniam, ſed etiam omnes, qui aliquam actionem contra aliquem habeant. DAT. KAL. APRIL. CONSULATU BELISARII.

[1] dare poſſit, vel daret tunc
[2] habuerit
[3] rei venditæ
[4] invenerit
[5] obſtrictus, vel adſtrictus

verſ. δανειστοῦ δὲ.

[a] *Si quis pecuniam, &c.*] *A. A.* Apud Gregor. 9. cap. 2. de Præbend. hæc eſt inſcriptio in corpore Canonum. Sed in prima collectione Decretalium Bernardi Papienſis Epiſcopi Faventini caput 2. ejuſdem tituli hanc habet inſcriptionem in corpore Canonum P. V. ex Novellis. Hinc igitur ſumpta ſunt verba a Gregorio 9. relata. Hæc autem Conſtitutio eſt in libro Authenticorum quarta collationis 1. ſub titulo de fidejuſſoribus & mandatoribus: & edita eſt Græce & Latine ab Haloandro. Ejuſque verba refert Ivo part. 16. cap. 118. Vide Authent. hoc niſi C. de ſolutionib.

Διάταξις δ.

CONSTITUTIO IIII[a].

XII. De Monaſteriis.

1. QUi vult ædificare Monaſterium, prius Epiſcopum *vocet* [1], *ut ille exoret* [2], & ſanctam crucem [b] *imponat* [3], & poſtea imponatur ædificium.

[1] invocet
[2] & illum exoret
[3] faciat

[a] *Conſtitutio quarta.*] *A. A.* Hæc eſt quinta in libro Authent. coll. 1. tit. de Monachis. Non habuit eam Græcam Haloander, quod in Florentino libro deerat. In Baſilicis quoque integra non eſt. Edidit eam Græce Scrimgerus, Agylæus Latine. *Pith* Vide Zonar. in Can. Apoſt. 15.

[b] *Crucem imponat*] *Pith.* Vid. Σιγίλλιον τοῦ Πατριάρχου κυρίου Γερμανοῦ Μανουὴλ περὶ οἰκοδομικοῦ ἀρχείου l. 2. Jur. Oriental.

XIII. De

XIII. De Monachis & Aſcetriis.

2. Qui volunt Monachi fieri [a], ſive liberi ſint, ſive ſervi: non ſta-[1] tim monachi fiant, ſed per triennium tonſura quidem, & veſte laicorum utantur, & divinas ſcripturas diſcant, & confiteantur ſuam conditionem, id eſt, utrum ingenui ſint, an ſervi, vel alterius cujuſcumque *ſtatus* [2]: & narrent cauſas propter quas ad ſolitariam vitam migrare deſideraverint: ne forte mali ſint, & Deo diſpliceant. Oportet autem & monachos verba eis *adferre* [3], quæ mores eorum & vitam *corrigere poterunt* [4]. & ſi per triennium tales appareant, ut videantur digni tonſura & veſte religioſa: tunc *&* [4] tondeantur, & ſtolam [b] *monachicam* [5] veſtiant, ſive liberi ſint, ſive ſervi: & nulla moleſtia inferatur eis, neque de ſervili, neque de libertina conditione. Sin autem aliquis intra triennium retrahere eum *ut* [6] ſervum ſuum voluerit, & dicat quod res ſuas furatus ad monaſterium cucurrerit: non ſtatim eum abſtrahat, ſed prius *probet* [7], quod & ſervus eſt, & *in furto* [8] *vel* [9] vita mala, & peccatis atrocibus timuit & fugiit. Et ſi hæc vera ſint, reddatur ſervus domino ſuo cum rebus ſubreptis, ſi etiam ipſæ quoque & in monaſterio fuerint: dominus autem eum recipiens fidem ei præſtet, quod nullo eum malo propter hæc quæ jam peccavit, affecturus ſit. Quod ſi nulli delicto ſervum ſuppoſitum eſſe dominus *probare potuerit* [10], & ipſe ſervus ex caſtitate morum ſuorum bona teſtimonia habeat: & ſi nondum triennium præterierit, tamen maneat *in eodem venerabili monaſterio* [11]: triennio autem ſemel tranſacto, & inter monachos *ſervo Dei connumerato* [12], nulla licentia ſit *poſtea* [13] qualemcumque moleſtiam ei inferre, ſive *re vera* [14] famulus ſit, ſive ingenuus: ſed omni modo *ſolitariæ vitæ* [15] permaneat, *etſi* [16] peccatum ei in priore vita admiſſum ſit. Ea autem quæ furto ſubrepta ſunt, proculdubio, ſi inveniantur, domino reddi oportet.

1. εὐθέως
2. conditionis
verſ. [illegible]
3. facere
4. corrigant
4. dele &
5. monaſticam
verſ. [illegible]
6. in
7. eum probet
8. pro furto
9. &
verſ. [illegible]
10. probaverit
11. in eodem monaſterio, vel in eodem loco venerabili
12. ſervo numerato
13. adde, Domino
14. vere
15. in ſolitaria vita
16. etiamſi

[a] *Qui volunt Monachi fieri, &c.*] *A. A.* Refert Ivo part. 7. Decret. cap. 153. & 154. ut Conſtitutio 5. cap. 1. & 2. Vide Authent. verum. C. de Epiſcop. & Cleric.

[b] *Stolam Monachicam*] *Pith.* Στολὴ Μοναχικὴ pro religioſa veſte Monachorum. Novell. 4. 2. Mavortem vulgo vocarunt, ſive maſortem. Iſidorus: maforte, matronale operimentum, quod in capite ponitur. Vide Martyrologium Lovan. Caſſian. de inſtitut. Monachor. lib. 1. cap. 7. Iſidor. Etymolog. 19. cap. 35. Beroald. in Apol.

XIIII. Idem.

3. Sin autem ſervitutem effugiens veniat quis ad monaſterium: poſtea [1] autem reliquerit venerabilem locum, & in aliam vitæ figuram tranſierit: licet domino extrahere eum, & probanti quod ſervus eſt, *ut* [2] ſervum eum habere.

1. [illegible]
2. in

XV. Idem.

4. *In omnibus* [1] monaſteriis [a] ſive paucos ſive complures mona-

1. adde, autem

chos habeant, nulla licentia monachis ſit ſeparatim conſervandi, nec unuſquiſque monachus ſuum proprium cubiculum habeat, ſed communiter ad excolendum *Deum* [a] congregentur, & in communi loco dormiant: ſingulis quidem in culcitis ſuis, *humo videlicet conſtratis* [b] jacentibus [b], omnibus autem in una domo dormientibus. Quod ſi tantus ſit monachorum numerus, ut una domus eis non ſufficiat: tunc & *in duas complures* [c] habitationes dormiant: non autem ſeparatim per ſe, ſed in communi loco, ſicut jam ſupra diximus: niſi forte quidam ex his tales ſint, *ut* [d] juſte debeant ſegregari ab *alia* [e] multitudine monachorum, quos ſummæ vitæ conſtitutos Græci ἀναχωρητὰς & ἡσυχαστὰς [c] dicunt.

[a] Dominum
[b] humi videlicet ſtratis
[c] duabus pluribuſve
[d] qui
[e] illa

[a] *In omnibus Monaſteriis, &c.*] *A. A.* Vide Authent. ingreſſi C. de Sacroſanct. Eccleſ. & Authent. nunc autem. C. de Epiſcop. & Cleric. & Gratianum cauſ. 19. quæſt. 3. Can. 9. Hujus capitis verba refert Ivo part. 7. Decret. cap. 155.

[b] *Dormiant in culcitis ſuis humo videlicet conſtratis jacentibus*] *Pith.* Χαμευνεῖ. Heſych. Χαμευνεῖ, χαμαὶ κοιτεῖ. Euſtath. Odyſſ. ν. χαμεύνια, ἡ ταπεινὴ κλίσις καὶ εὐτελής. Gloſſ. Χαμεύνια, ταπεινὴ καὶ ἁπλῆς κλίνη, καὶ χαμευνία, ἡ ξηροκοιτία. Auctor de duplici Martyr. Nec enim locus deſertus, ſaccus pro veſte, legumen pro cibo, neque jejunia, neque chameunæ Monachum faciunt. Hieronymus ad Nepot. Omnes pene virtutes corporis mutantur in ſenibus, & creſcente ſola ſapientia decreſcunt cæteræ virtutes, jejunia, vigiliæ, eleemoſynæ, chameuniæ. Idem in Aggeum: Et jejunia eorum, & obſervationes varias, & χαμευνίας, id eſt humi dormitiones.

[c] Ἀναχωρητὰς & ἡσυχαστὰς] *Pith.* Synodus 6. Can. 41. Τοὺς ἐν πόλεσιν καὶ χωρίοις ἐν οἰκίσκοις βουλομένους ἀναχωρεῖν, καὶ ἑαυτοῖς κατὰ μόνας προσέχειν. Vide Hieronymum 2. in lamentat. Hierem. Epiphanium περὶ πίστεως Καθολικῆς & κατὰ Ἀρχοντικῶν, Caſſianum lib. 2. de inſtitut. Cœnobit. cap. 4. & collat. 2. cap. 2.

XVI. Idem.

5. Si quis *in* [a] monaſterio ſe conſecraverit, & poſtquam religioſam veſtem veſtitus eſt, a monaſterio receſſerit: omnia bona ipſius, quæ *in monaſterio* [b] *introduxit* [c], ad ipſum monaſterium pertineant. Idem eſt ex alia conſtitutione, & ſi non introduxerit: omnes enim res ejus dominii monaſterii ſint.

5. εἰ δὲ τις ἀπὸ ξ.
[a] in abeſt a V. C.
[b] monaſterium
[c] introduxerit

XVII. Idem.

6. Si vir vel mulier [a] liberos habens ad ſolitariam vitam pervenerit: ſiquidem jam donaverit *filio vel filiis ſuis* [b] tantum, quantum lex Falcidia facit, ſive occaſione propter nuptias donationis, quam pro filio ſuo dedit, ſive dotis cauſa, quam pro filia ſua præſtitit. Si igitur *habeant* [c] legis Falcidiæ quantitatem, cætera bona ejus *omni* [d] inquietudine liberentur, ſive pater ſit ſive mater, qui quæve in Monaſterium introierit, *ut* [e] in reliquis rebus eorum nullam habeant liberi communionem: utpote cum lege Falcidia ſatis eis factum ſit. Quod ſi nihil eis vel minus Falcidia pater vel mater præſtiterit: tunc etiam Monacho facto patre, vel conſecrata matre, libera facultas filiis

6. καὶ ὅτε δὲ.
[b] filio ſuo vel filiæ ſuæ
[c] habuerit
[d] ab omni
[e] ut abeſt a V. C.

ſit vel totam Falcidiam, vel quod ei deeſt, a Monaſterio vindicare. Inter virum autem & uxorem talis *obſervatio teneat* [5], ut ſive maritus, ſive uxor intraverit *in* [6] Monaſterium, hoc conſequatur in laïca perſona, quod ex *caſu* [7] mortis ei *competiſſet* [8] ſecundum dotalium pactionum tenorem.

[5 obſervantia teneatur] [6 dele in] [7 cauſa] [8 competis]

[a] *Vir & mulier*] A. A. Refert Ivo part. 7. Decret. cap. 155.

XVIII. *Idem.*

7. Si quis introierit [a] *in Monaſterio* [b] *& poſt religioſam veſtem* [c] receſſerit *&* [d] militaverit, vel ſimpliciter laicus factus fuerit [e] *ſpolietur* [f] cingulo militari, *&* [g] vita libera non potiatur: ſed officio Præſidis Provinciæ ſervire cogatur. Subſtantia autem ejus in Monaſterio maneat.

[a [illegible]] [b monaſterium] [c poſtquam religioſam indutus eſt veſtem, vel religioſa indutus eſt veſte] [d vel] [e exſpolietur] [f ita ut]

[a] *Si quis introierit, &c.*] A. A. Refert Ivo part. 7. Decret. cap. 157.

XVIIII. *Idem.*

8. Si quis in Monaſterio conſecratus fuerit, poſteaque in aliud Monaſterium tranſire maluerit, ſubſtantia quidem ejus a priore Monaſterio vindicetur: aliorum autem Monaſteriorum primates prohibeant eum tranſire, *ut* [1] in alio Monaſterio non recipiatur. Et *de* [2] hoc curare debent non ſolum religioſiſſimi Epiſcopi, ſed etiam reverendiſſimi Archimandritæ.

[verſ. [illegible] paul. infra.] [1 &] [2 in]

XX. *Idem.*

9. Si quis Monachus conſtitutus Clericatus honorem acceperit, nullam habeat *facultatem* [1] uxorem ducendi, quamvis ejus gradus ſit, cujus Clericus non prohibetur uxorem habere, qualis eſt gradus cantorum & lectorum: non ſolum autem uxorem ducere prohibetur, ſed etiam concubam habere. Si quis autem Monachus ante conſtitutus Clericatus occaſione vel duxerit uxorem, vel concubinam habuerit: ejiciatur de Clero, & ſit privatus, ad nullam militiam vel profeſſionem aliam *audens* [2] venire: niſi forte velit in antefatas pœnas incidere.

[[illegible]] [1 licentiam] [2 audeat]

XXI. *De Archimandritis, & ut conſtitutio communis ſit Monachorum & Sanctimonialium.*

10. Primi Monachi creatio non ſecundum ordinem temporis fiat: nec qui tempore prior eſt, primi loci creationem ſibi præſumat: nec qui ſecundus forte vel tertius eſt, ſed qui & vitæ caſtitate, & *divinarum* [1] rerum ſcientia, & animi gravitate præcellit, *is* [2] habeat loci prioris honorem: idque procedere debet ſecundum electionem atque judicium religioſi Epiſcopi. Quæ autem diximus & in prioribus & iſtis conſtitutionibus de Clericis, *vel* [3] Monachis, vel Monaſteriis, ea non ſolum de maſculis, ſed etiam de feminis ſanctimonialibus intelligere

[[illegible]] [1 adde, humanarumque] [2 dele is] [[illegible]] [3 &]

debemus. DATA KAL. APRIL. POST CONSULATUM BELISARII.

Διάταξις γʹ.

CONSTITUTIO V.

XXII. *De numero Clericorum Conſtantinopolitanæ civitatis.*

θ. ὅσα διατάζων.
ᵃ adde, ſcilicet
ᵇ Diacones
ᶜ Subdiacones

1. PRæſens Conſtitutio uſque ad ſua tempora numerum Clericorum, qui eſt, conſervat. Poſtea autem jubet Clericos Conſtantinopolitanæ *civitatis* ᵃ hoc numero definiri, ut LX. quidem Preſbyteros, C. autem *Diaconos* ᵇ, XL. Diaconiſſas ᵃ, XC. *Subdiaconos* ᶜ, C. & undecem Lectores, & XXV. Cantores, & C. Hoſtiarios Eccleſia habeat.

ᵃ *Diaconiſſas*] De his infra Conſtitut. 6. cap. 6.

XXIII. *Non liceat Clerico de minori Eccleſia in majorem per patrocinium tranſire: & de alimoniis Clericorum.*

θ. κάτωθεν ϖροσ-ϖηδᾶν.
ᶜ patrocinio
ᵇ pactum
ᶠ non licet ulli Epiſcopo Clericos ordinare
ᵉ & nullas
ᵍ horum

2. Non liceat in minoribus Eccleſiis Clericatus honores ſuſcipientibus poſtea in majorem Eccleſiam *per patrocinium* ᶜ quorundam tranſire. Sed ſi quid tale aliquid *factum* ᵇ fuerit, irritum ſit, & nullius momenti. *Nec liceat ulli Clericos quidem deſtinare vel creare* ᶠ, *nullas autem* ᵉ eis alimonias præſtare: ſed *duorum* ᵍ alterum, vel non faciat Clericos: vel ſi fecerit, det eis unde vivere poſſint. DAT. P. C. BELISARII.

Διάταξις ϛʹ.

CONSTITUTIO VIᵃ.

XXIIII. *De Epiſcopis.*

θ. διαλέγεται ϖερὶ.
ᵃ in primo capite loquitur
ᶜ cujus progreſſus talis eſt
ᵇ portionem
verſ. οὔτε ἐκ ἰδιωτικοῦ.
ᵈ *dele* ex
ᵉ liceat
verſ. οὔτε γαμετὴν σύνοικον.
ᶠ ſint incogniti
θ. ἢ ϖόσων χειροτονεῖσθαι.
ᵍ ea qua
ᵉ conſulit

1. HÆc Conſtitutio de conſecratione Epiſcoporum *loquitur* ᵃ, *quam oportet procedere ſic* ᶜ. Debet enim prius diſceptari de vita Epiſcopi, utrum bona ſit, an reprehenſibilis: & utrum bonis teſtimoniis muniatur, an non. Sed & ſi officialis vel curialis conditionis ſit, prohibetur Epiſcopus fieri: niſi forte a tenera ætate in Monaſterio fuit: eoque modo liberatus eſt a prædictis conditionibus: ita tamen, ut quartam *partem* ᵇ ſubſtantiæ ſuæ curiæ præſtet ſecundum legis obſervantiam. Sed neque *ex* ᵈ laico ſtatim ad Epiſcopatum aſcendere *licet* ᵉ: neque Clericatus honorem ſimulatum habuiſſe ſufficit. Oportet autem eum, qui Epiſcopus fit, neque uxorem habere neque concubam, neque filios, neque nepotes, ſive legitimos, ſive legibus *incognitos* ᶠ. Et ſi quis contra hæc fecerit: & is qui factus eſt, & is qui eum fecit, Epiſcopatus expellatur honore. Nec liceat pecuniæ datione Epiſcopum fieri. Eſſe autem oportet eum, qui Epiſcopus fit, vel Monachum vel Clericum: ita tamen, ut non minus ſex menſibus appareat eum in Clericatu fuiſſe. Legere autem debet & ſanctos Canones, *eoque* ᵍ tempore, quo conſecratur, *conſulat* ᵉ eum is, qui conſecrat, ſi poſſit facere atque cuſtodire omnia, quæ divini præcipiunt Canones: & ſi quidem denegaverit ſe poſſe cuſtodire, non conſecre-

tur. Sin autem pollicitus fuerit ſe obſervaturum, quantum *homini* [9] poſſibile eſt, *ſancti* [10] Canonum præcepta: tunc is, qui conſecrat eum, admonere atque *prædicere* [11] ei debet: quod ſi non obſervaverit Canones ſanctos, & Deo alienus erit, & *religioſis Epiſcopis* [12] non connumerabitur. Nam & Canones patrum vim legum obtinere oportet. Sin autem aliquis pecunias dederit, eoque modo creatus Epiſcopus fuerit: non ſolum ipſe, ſed etiam qui conſecravit eum, inter Epiſcopos non erit: ſed pecuniæ vel res datæ conſecrationis cauſa ſacroſanctæ Eccleſiæ addicantur, ſive Epiſcopus ſive Clericus eſt, qui dedit. Is autem qui accepit, non ſolum res amittit, ſed etiam gradum atque honorem *Clericatus* [13]. Similiter autem & ſi Laïcus ſit, qui pecuniam vel res accepit, & ipſas amittat, & aliud tantum quantum accepit, pœnæ nomine ſanctæ Eccleſiæ præſtare *compellitur* [14]. Sed & ſi Magiſtratum gerat: in Magiſtratu eſſe deſinat, & exilio irrevocabili condemnabitur. Sin autem aliquis Preſbyter vel Diaconus conſtitutus pecunia data ad Epiſcopatus pervenerit apicem: non ſolum Epiſcopus eſſe *deſinat* [15], ſed etiam priorem gradum Preſbyterii vel Diaconii *amittat* [16]. Conſecratio autem Epiſcopi fiat ante omnem populum *Chriſtianitatis* [17], ut ſit facultas unicuique, ſi velit, contradicere. Et ſi quidem ante conſecrationem facta fuerit contradictio, non prius conſecretur Epiſcopus, niſi *diſceptatio de contradictione facta fuerit* [18], & undique appareat innoxius is, qui ad Epiſcopatum vocatur. Sinautem *quis* [19] ante diſceptationem ad *Epiſcopatum* [20] pervenerit: amittat honorem, non ſolum *ipſe* [21], ſed etiam is, qui eum creavit. Quod ſi is qui *contradixit* [22], calumniator probatus fuerit, vel contradictionis judicium deſeruerit, & non peregerit cauſam: prohibeatur ſacra communione in omni vita ſua ab eo, qui *conſecravit* [23] Epiſcopum.

[9] hominibus
[10] ſanctorum
[11] prædicare
[12] inter religioſos Epiſcopos
ϐ. καὶ ὅσιος.
[13] dignitatis vel Clericatus
[14] compelletur, *vel* compellatur
[15] deſinet
[16] amittet
verſ. ὅτι δὲ καὶ αὐτόν.
[17] *forte* civitatis
[18] diſceptatione facta
[19] *dolo* quis
[20] Epiſcopatus apicem
[21] non ſolum is ipſe
[22] contradixerit
[23] *forte* conſecrabit

* *Conſtitutio ſexta.*] A. A. Hæc Conſtitutio eſt etiam ſexta in libro Authenticorum collationis 1. ſub titulo quomodo oporteat Epiſcopos Clericos ad ordinationes perduci. Eam refert Anſelmus Lucenſis lib. 1. cap. 90. Decretorum. Græcam non edidit Haloander, quod ea neque in Florentino libro, neque in Baſilicis conſcripta foret. At ex Veneto Codice eam Græce edidit Scrimgerus, & Agylæus Latine.

XXV. *Idem.*

1. Nemo religioſus Epiſcopus extra ſuam Eccleſiam degat ultra [1] annale ſpatium: niſi forte per imperialem juſſionem hoc factum fuerit. Patriarchæ autem Epiſcopos cogere debent, & in ſuis Eccleſiis *obſervare* [2], & in longas peregrinationes *non ire* [3]. Sin autem ſine juſſione principis ultra annum Epiſcopus extra ſuam Eccleſiam fecerit: tunc regionis Patriarcha legitimis eum præconiis *revocet* [4], id eſt, cuſtodiens ſacrorum Canonum *obſervantiam* [5]. Sin autem non obtemperaverit is, qui evocatus eſt, ſed in eadem abſentia perſeveraverit: tunc repellat eum ab Epiſcoporum numero, & alterum pro eo ſubſtituat. Sin autem is, qui in abſentia eſt, *Metropolitanus* [6] non fuerit,

[1] κεἰνιαυτοῦ χρόνου.
[2] *add.* quæ divini præcipiunt Canones
[3] *adde*, niſi juſſu Principis
[4] evocet
[5] obſervationem
[6] Archiepiſcopus

ſed cujuſdam municipii Epiſcopus: tunc ea, quæ diximus a Patriarcha fieri oportere, Metropolitanus faciat. *Quod ſi*[6] *litigiorum*[7] cauſa peregrinari voluerint Epiſcopi, *non concedatur*[8]. Litigare enim Epiſcopi non per ſemetipſos, ſed per ſuos Clericos debent, ſive apocriſarios[a], ſive *œconomos*[9], & ſupplicare principi debent: & impetrabunt ea, quæ deſiderant fieri.

[6] ſi autem
[7] litigandi
[8] *adde*, licentia eis non concedatur
[9] *adde*, vel Vicedominos

[a] *Apocriſarios*] *A. A.* Ἀποκρισιάριος, a reſponſis dici poſſet, qui veluti internuncius eſt ſanctimonialium & aliarum perſonarum. Nonnunquam procuratorem & negotiorum geſtorem earumdem, nonnunquam oratorem, vel legatum abſentis Epiſcopi vel Patriarchæ ſignificat. *Pith.* Novell. 115. 43. Novell. 73. t. Nicephorus lib. 17. cap. 26. Reſponſalis, Reſponſarius, Reſponſa faciens, uti tum in Occidente loquebatur. Liberatus Breviarii cap. 16. & 23. Gennadius quidem, inquit, ibi manſit, ut cum aliis reſponſa faceret Archiepiſcopi. Gregorius in epiſt. Cum in urbe, inquit, regia reſponſa Sedis Apoſtolicæ facerem. Τὰς ἀποκρίσεις διακονούμενος, Nicephor. Chronograph. Evagrius lib. 4. cap. 37. mandatis ſive negotiis gerendis, Eccleſiaſticis perſonis miniſterium exhibens. Sic τὸ ἀπόκρισις capitur §. κατὰ οὐδένα, Novella 123. ſi collatio fiat cum §. δεῖ δὲ. Novellæ 133. Dorotheus διδασκ. 6. ἔπεμψέ με ὁ οἰκονόμος εἰς τὴν δὲ τὴν ἀπόκρισιν. ἦν δὲ ἡ ἀπόκρισις περὶ τῆς ἔσωθεν ἀπὸ πολλῶν μιλίων. Item. Καὶ ἐὰν ἔχῃ τις διακονίαν, ἢ καὶ ἐὰν εὑρεθῇ τις ἐξ ἀνάγκης ἔχων οἱανδήποτε ἀπόκρισιν, εἴτε πρὸς τὸν κηπουρόν, εἴτε πρὸς τὸν κελλαρίτην.

XXVI. Idem.

3. *Nunquam Epiſcopus*[1] in Conſtantinopolitanam civitatem veniat, niſi *literas acceperit*[2] a Metropolitano ſuo ad Imperatorem, quas divini Canones[a] *Commendatorias*[3] appellant, quibus declarabitur neceſſariam eſſe profectionem Epiſcopi. Sin autem Metropolitani ſint, qui pervenire in Conſtantinopolitanam civitatem maluerint, literas accipiant a Patriarcha regionis ſuæ: venientes *autem*[4] non audeant *indicare*[5] apud Imperatorem per ſemetipſos: ſed prius ad Patriarcham veniant, vel *apud*[6] apocriſarios[b] regionis, ex qua ſunt: & ipſis communicent cauſas, propter quas venerint. Liceat autem Epiſcopis & per referendarios magnæ Eccleſiæ[c], vel apocriſarios Patriarcharum referre Imperatori, & ſic impetrare *reſponſa*[7].

6. μὴ ἄλλως δὲ ποτε.
[1] nemo unquam Epiſcopus
[2] litteris acceptis
[3] commendaticias
[4] *adde*, alias
[5] intrare
[6] ad
[7] reſponſum

[a] *Commendatorias*] *Pith.* Vet. Gloſſ. Commendatitias, Συστατικά. Γράμματά εἰσι συστατικά, ἃ καὶ ἀπολυτικὰ λέγεται, τὰ συνιστῶντα τὴν ἱερωσύνην τοῦ κομίζοντι. Commendatoriæ exemplum quod ſequitur refert Codex quidam manuſcriptus. Et ea eſt formata.

Reverendiſſimo atque Religioſiſſimo & a nobis cum ſumma veneratione nuncupando ILL. Epiſc. Ego ILL. extremus ſub Pontificali officio Deo famulantium, perpetuam in Domino Jeſu opto ſalutem. ΠΥΑ. ΠΑΑΑΑΙ. DLXXV. Præſens frater noſter ILL. petiit ab extremitate noſtra licentiam ad veſtram almitatem proficiſcendi, atque vobiſcum ſive cum veſtris habitandi. Cui & nos benevola mente, & fraterno affectu non ſolum ei copiam ad vos veniendi non negavimus: verum etiam ut a vobis, ſive a veſtris gratifice ſuſcipiatur expoſcimus. Et ſi vobis placuerit ut aut in gradu quem modo tenet ſacris altaribus miniſtret, aut ad altiorem gradum promoveatur, veſtro ſive veſtrorum teſtimonio ſuſcepto id ei facere liceat, quippe qui nihil in eo tale invenerimus quo id faciendi licentia denegetur. Bene namque in Eccleſia, in qua hactenus fuit, educatus, bene converſatus hoc nobis de ſe, ſive de ſua vita oſtendit: ut qui,

in quantum humana fragilitas ſcire poteſt, adminiſtratione ſacrorum miniſteriorum non ſit indignus. Nos itaque ut homines divini ſenſus inſcii, & arcanorum ignari, præbemus de fratre quale ſcimus teſtimonium. Deus eſt enim quem occulta non fallunt, & qui omnium ſecreta rimatur, juxta illud: *Homo videt in facie, Deus autem in corde.* Has ergo literulas ideo illi petere & nobis facere libuit, ut ille non ſolum pro profugo aut abjecto non habeatur: verum etiam noſtræ humanitatis & charitatis commendatione a veſtra fraternitate lubentiſſime ſuſcipiatur. ΑΜΗΝ. XCIX. Salus æterna quæ Chriſtus eſt, & in hoc præſenti tempore vobis longævam ſalutem, & in futuro cum ſanctis & electis ſempiternam largire dignetur. Amen. DCLXVIIII. Convenire videtur cum formula Attici Epiſcopi edita ad finem Concilii Chalcedonenſis & diſtinctione 73. ſed corrupte. Legend. qui ſecundum græca elementa ſignificat ΑΜΗΝ.

[b] *Apocriſarios*] De his ſupra cap. præced.

[c] *Referendarios magnæ Eccleſiæ*] *Pith.* De hac dignitate ſic Anaſtaſius ad 8. Synod. act. 8. Patriarcha Conſtantinopolitanus Referendarium quempiam ſemper habet, qui ejus Imperatori omnem denuntiat voluntatem: qui aditum in Palatio ſemper habet ad referendum Imperatori quæcumque ſunt Patriarchæ ac Eccleſiæ neceſſaria, per quem etiam Imperator quod placet Patriarchæ tranſmittit. Index Officiorum magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ὁ Ῥεφερενδάριος εἰς τὸ ἀποστέλλεσθαι εἰς τὸν βασιλέα καὶ εἰς μέγαν ἄρχοντα. De Referendariis vide infra ad Conſtitut. 16.

XXVII. *De Clericis.*

4. Nemo Clericus fiat, niſi is qui & bonum teſtimonium habet, & litteratus eſt. Qui enim litteras non ſcit, Clericus eſſe non poteſt. *Doceantur* [1] autem Preſbyteri & Diaconi ſacras orationes & Eccleſiaſticos Canones, quos conſecrari oportet ſine reprehenſione, ſine juſta contradictione & ſine pecuniarum datione, liberatos tam officiali quam curiali conditione: *niſi forte* [2] ſecundum obſervationem, quam in primo capite præſentis Conſtitutionis expoſuimus.

[1] Doceant
[2] *dele*, niſi forte

XXVIII. *Idem.*

5. Qui duas nuptias contraxerit, Diaconus vel Preſbyter fieri prohibetur; ſed & ſi mulierem disjunctam a marito ſuo, quem ipſa *reliquit* [1], uxorem quiſpiam habuerit, neque Diaconus, neque Preſbyter fieri poteſt. Idem eſt & ſi concubam habet: quippe tales homines *cum* [2] caſtitate vivere *decet* [3]. Caſtus [a] autem eſt, qui habet, vel habuit uxorem caſtam, & *ipſam* [4] ab ipſo virgine, *virginem* [b] *ſuſceptam* [5]. Siquis autem Preſbyter vel Diaconus vel Subdiaconus uxorem duxerit, vel concubam habuerit, ſive clam ſive palam, ſive ſub aliqua figura: cadat Clericatus honore, & ſit privatus & Laïcus.

verſ. μὲν δὲ ἱερ.
[1] reliquerit
[2] In
[3] debent
[4] ipſa
[5] virginem receptam, *alii* virgine ſuſcepta

[a] *Caſtus*] *A. A.* Non ſolum cælebs, ſed etiam is qui habet, vel habuit uxorem caſtam, eamque virgo virginem duxit. *Pith.* In actis Synodi Nicenæ: Σωφροσύνην δὲ καλῶ καὶ τὴν νομίμου γαμετῆς ἰδίου τὴν συνέλευσιν λέγω. Sudas, Παφνούτιος. Chryſoſtom. Homil. de invent. Cruc.

[b] *Virginem ſuſceptam*] *Pith.* Addunt quidam Ver. Cod. ipſa ſeparata Preſbyter vel Diaconus fieri non prohibetur.

XXIX. *De Diaconiſſis.*

6. ἰσὶ χηρῶν. · [1] Diaconiſſam · [2] præcipit · [3] habeat · [4] Aſcetriis · [5] *add.* corruptores · [6] minantur · [7] ſternentur, *alii* feriantur · [8] addicentur

6. Ea quæ de Clericis diximus, teneant etiam in Diaconiſſis [a]. *Diaconiſſas* [1] autem creari conſtitutio *præcepit* [2], ſi quinquaginta annorum ætatem *agant* [3]: ita tamen ut virgines ſint, vel unum tantummodo habuerint maritum. Si autem mulier propter aliquam neceſſitatem minor quinquaginta annis Diaconiſſa facta fuerit, non liceat ei alibi degere, quam in [b] *Aſceterio* [4] ſanctimonialium mulierum, ubi neque mares converſantur: neque vivere liceat ei quomodo velit. Nulla autem facultas Diaconiſſis tributa eſt, habere *quoſdam* [5] ſecum veluti fratres ſive cognatos: vel quos dicere ſolent Agapitos [c], id eſt dilectos. Nam Diaconiſſæ per ſe habitare debent, vel nullum alium admittere ſecum, niſi re vera fratrem. Sin autem aliqua ſuſpicio ſit quaſi ſimulatus frater cum ea degeret: vel ab initio non conſecretur: vel ſi conſecrata fuerit, amittat honorem. Pœnas autem cum corruptore patiatur eas, quas ſacræ Conſtitutiones adverſus corruptores *definiunt* [6]. Eo autem tempore quo Diaconiſſæ, conſecrantur, admonendæ ſunt ut ſi poſtea nupſerint, vel aliam vitam elegerint, gladio ultore *ſternantur* [7], & facultates earum Monaſteriis ſive Eccleſiis *addicantur* [8]. Is autem qui corrupit eam, puniatur quidem eodem ſupplicio: bona autem ejus fiſci viribus vindicentur.

[a] *Diaconiſſis*] *A. A.* Διακονίσσῃ, Nov. 3. cap. 1. Nov. 6. cap. 6. In Baptiſmo fœminarum, & in aliis Eccleſiaſticis miniſteriis, ut Clemens teſtatur lib. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 15. & 16. & lib. 8. cap. 34. Apoſtolic. Conſtitut. ne viri inter mulieres verſarentur, adhibebantur Diaconiſſæ, quæ etiam Epiſcopo ſuggerebant neceſſitates viduarum vel pupillarum. *Pith.* Sozomenus lib. 7. cap. 16. juncta l. nulla C. de Epiſc. & Cleric. Hieronymus, ſive quis alius cap. 16. ad Rom. Epiphanius κατὰ Κολλυριδιανῶν, & περὶ πίστεως Καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας· Καὶ Διακονίσσαι δὲ καθίστανται εἰς ὑπηρεσίαν γυναικῶν μόνον διὰ τὴν σεμνότητα, εἰ χρεία κατασχῇ λουτροῦ ἕνεκα, ἢ ἐπισκέψεως σωμάτων· καὶ αὗται δὲ μονόγαμοι ἐγκρατευσάμεναι, ἢ χηρεύουσαι ἀπὸ μονογαμίας, ἢ ἀειπάρθενοι οὖσαι.

[b] *Aſceterio*] *A. A.* Ἀσκητήριον. Nov. 6. cap. 6. Nov. 7. cap. 5. Nov. 59. Nov. 79. cap. 1. 2. Nov. 123. cap. 43. 51. 53. 55. Locus ubi aſcetriæ ſive ſanctimoniales degunt, quamvis olim Monaſterium virorum eodem nomine diceretur. *Pith.* Gloſſar. Παρθενῶνες, τὰ Μοναστήρια καὶ ἀσκητήρια. Nicephor. Chronographico: Ἐποίησε καὶ ᾀδούσας ρ. εἰς τοὺς ϛ΄. χορούς ἵνα ψάλλωσιν ἐν τῷ ἁγίῳ ναῷ· ἐποίησε δὲ καὶ ἀσκητήρια αὐτῶν πλησίον τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας· τὸ ἓν ἐκ δεξιῶν τὸ ἄλλο ἐξ ἀριστερῶν. ὁμοίως καὶ τῶν κληρικῶν τὰς κέλλας ἐποίησε κατὰ τὴν τάξιν αὐτῶν. Vid. Accurſ. Authent. collation. 2. tit. 1. Vetus Auctor de eodem Juſtiniano: ᾀδούσας ρ΄. μεμερισμένας εἰς δύο ἑβδομάδας· δέδωκε δὲ καὶ τῷ κλήρῳ εἰς τὰ διατήρια κατὰ τὴν τάξιν αὐτῶν, καὶ ταῖς ᾀδούσαις σιτηρέσια δύο, ἀσκητήρια δὲ ἐποίησεν ἑπτά.

[c] *Agapitos*] *A. A.* Ἀγαπητὰς. Novel. 6. cap. 6. dilectum ſignificat. Hoc nomine Diaconiſſæ ſuos appellabant familiares. Hieronym. epiſt. 22. ad Euſtochium: Unde in Eccleſiis Agapetarum peſtis introiit? unde ſine nuptiis aliud nomen uxorium? unde novum concubinarum genus? *Pith.* Agapetarum meminit Auctor Epiſtolæ ad Oceanum: Ipſe te, inquit, detrahentium morſibus tradidiſti, ſi Agapetarum conſortium non dimiſeris. Epiphanius κατὰ Ὠριγενιανῶν· Κατηγορεῖσθαι δὲ δῆθεν τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τὰς ἀγαπητὰς λεγομένας συνεισάκτους γυναῖκας κεκτημένων, ὡς καὶ αὐτοὶ τοῦτο ἐπιτελοῦντες κρυφῇ. Idem κατὰ Ἀντιδικομαριαμιτῶν.

τῶν. Λέγει δὲ τὸ Εὐαγγέλιον καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἔλαβεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτόν. ἀλλὰ μὴ τοῦτο γραφῇ εἰς βλάβην ποι, καὶ δόξωσιν ἐν τούτῳ λαμβάνειν πρόφασιν συνεισάκτους καὶ ἀγαπητὰς ἐπὶ καταλουσθμίας ἑαυτοῖς ἐπιποιεῖν διὰ κεκομψευμένον ὑπόνοιαν. Gregor. Nazianz. Παρθένοις. Idem. Γνώμαις. Auguſtinus in Grammatica. Cælebs dicitur qui non habet uxorem, vel quæ non habet maritum: qualia ſunt numina in cœlo quæ abſque conjuge ſunt, ſi Agapetas non attendamus.

XXX. Idem de Clericis.

7. *Sive lector* [1] ſive Subdiaconus [a], ſive Diaconus, ſive Preſbyter Clericatus honorem contempſerit, & in aliam vitam tranſierit, duorum alterum, vel curiali conditioni eum ſuis facultatibus ſubjiciatur, vel ſi plures curiales civitas habeat, ſive ipſe vilior ſit, ad officialem conditionem *trahatur* [a], id eſt taxeoticam.

[1] τῷ δὲ ἀναγ. [a] Ivo quiſquis ſive lector [a] Ivo tradatur

[a] *Sive lector, ſive Subdiaconus, &c.*] *A. A.* Refert Ivo Carnotenſis parte 6. Decr. cap. 421. ut Conſtitut. 6. cap. 7.

XXXI. Idem de numero Clericorum.

8. Nullus *Epiſcopus* [1] multitudinem Clericorum faciat *paſſim* [a]: debet enim ſecundum reditum Eccleſiarum ita etiam numerus Clericorum moderari. Et ſi quidem is, qui ſacroſanctam ædificavit Eccleſiam, ſtatuit ab initio numerum Clericorum, qui debet in eadem Eccleſia conſecrari, ille numerus cuſtodiatur. Sin autem numerus præfinitus non eſt: neque per amicitiam, neque per gratiam *oneranda* [3] ſacroſancta Eccleſia eſt, *ſed* [4] moderandus numerus erit cura & ſollicitudine Patriarcharum & Metropolitanorum, & aliorum Epiſcoporum. Liceat autem unicuique *ſive privatus* [1], ſive Laïcus ſit, inſpicienti ea, quæ diximus, ab aliquo contempta, ad Imperatorem referre. DATA KAL. APRIL. VII. CONSISTORIO [a] CONSULAT. BELISARII.

[1] οὐ μὴν αὐτ. [a] Epiſcoporum [a] paſſim *abeſt a* V. C. [3] honoranda [4] *add.* ſecundum facultates ſacroſanctæ Eccleſiæ [1] ἄδεια δ. [1] *add.* ſive Clericus

[a] *Data Kal. April. VII. Conſiſtorio*] *Pith.* Adde in Conſiſtorio ut l. 3. C. Theod. de Offic. Judic. l. 8. & l. 68. ejuſd. Cod. de teſtib. An ut Liberatus cap. 13. Breviar. IIII. Secretario & VIII. Secretario fol. 3. & Martyrolog. in ſecundo Secretario. *An ſeptimiliano.

CONSTITUTIO VII [a]. Διάταξις ζʹ.

XXXII. De rebus ad venerabiles locos pertinentibus non alienandis.

1. NUlla [1] ſub Romana ditione *conſtituta* [b] *Eccleſia* [a] vel Xenodochium [c], vel Ptochotrophium [d], vel Noſocomium [e], vel Orphanotrophium [f], vel Gerontocomium [g], vel Brephotrophium, vel Monaſterium tam Monachorum, quam Sanctimonialium, Archimandritam [h] habens vel Archimandritiſſam [i]: Ergo *his omnibus non* [t] liceat alienare rem *immobilem* [a], ſive domum, ſive agrum, ſive hortum, ſive ruſticum mancipium, vel panes civiles [k]: neque creditoribus ſive *ſpecialis ſive generalis* [t] hypothecæ titulo obligare. Alienationis autem verbum contineat venditionem [l], donationem, permutationem, & Em-

verſ. βοίναμις τὸν. [1] nullis [a] Eccleſiis. *Ivo ſic:* Nullus ſub Romana ditione conſtitutam Eccleſiam, &c. infeſtare audeat. [t] nulli [a] *add.* Eccleſiæ [t] ſpeciali ſive generali

phyteuſeos perpetuum contractum. *Sed* [c] omnes omnino Sacerdotes hujuſmodi alienatione abſtineant [m], pœnas timentes, quas Leoniana Conſtitutio *minatur* [7]: id eſt, ut is quidem qui comparavit rem loci venerabilis, *reddat eam* [8] cujus & antea fuerat, ſcilicet cum fructibus aliiſque emolumentis, quæ in medio tempore facta ſunt. Oeconomum autem Eccleſiæ præſtare lucrum, quod ex hujuſmodi prohibita alienatione ſenſerit, *vel Eccleſiam damno affecerit* [9]: ita ut in poſterum œconomus non ſit. Non ſolum autem ipſe, ſed etiam *ſucceſſores ejus* [10] *teneantur* [11], ſive ipſe œconomus alienaverit, ſive reſpiciens alienantem Epiſcopum non prohibuerit, & multo magis ſi conſenſerit. Tabellionem [o] autem, qui talia interdicta inſtrumenta conſcripſerit, perpetuo exilio tradi oportet. Magiſtratus autem qui eadem inſtrumenta admiſerunt, & officiales, qui operam dederunt, ut monumentis intimentur donationes, vel ceteræ alienationes actis intervenientibus confirmentur: non ſolum magiſtratu, ſed etiam dignitate & facultatibus ſuis cadant. Remittit autem Conſtitutio ea, quæ in præterito tempore acta ſunt: *excipit* [12] autem quoſdam contractus, quos in ſequentibus *exponit* [13] capitulis, per quos Eccleſiarum immobiles res alienari poſſunt. Xenodochium, id eſt locus venerabilis, in quo peregrini ſuſcipiuntur, & debiles aluntur. Prochotrophium, id eſt locus venerabilis, in quo pauperes & infirmi homines paſcuntur. Noſocomium, id eſt locus venerabilis, in quo ægroti homines curantur. Orphanotrophium, id eſt locus venerabilis, in quo parentibus orbati pueri paſcuntur. Gerontocomium, id eſt locus venerabilis, in quo pauperes & propter ſenectutem ſolam infirmi homines curantur. Brephotrophium, id eſt locus venerabilis, in quo infantes aluntur.

[6] unde
[7] comminatur, *alias* nominat
[8] *adde*, loco venerabili
[9] *Ivo part. 3.* vel ſi Eccleſiam damno affecerit. *idem part. 10.* qui Eccleſiæ damnum effecerit a miniſterio ſubmoveatur. *alii*, vel quod Eccleſiæ damnum effecerit. *alii*, vel Eccleſiam damni affecerit. *alii*, vel Eccleſiæ damoum affecerit
[10] conſortes eorum
[11] hac lege teneantur. *verſ. vul. ἀπέχη.*
[12] excepit
[13] exponemus

[a] *Conſtitutio VII.*] *A. A.* Hæc eſt prima collationis ſecundæ in libro Authenticorum titulo de non alienand. aut permutand. reb. Eccleſ. in libro Norico Haloandri, ut in Florentino & Baſilicorum libro Græca non extant. Sed Scrimgerus eam Græce, Latine Agilæus conſcripſerunt.

[b] *Nulla ſub Romana ditione conſtituta Eccleſia, &c.*] *A. A.* Hoc caput refertur ab Ivone part. 3. Decret. cap. 183. & part. 7. cap. ult. Partem vero ejuſdem capitis refert Burchardus Vormatienſis lib. 3. cap. 164. Decret. ut ex Concilio apud Silvanectim præſente Lndovico Rege cap. 5. & Bernardus Papienſis in prima collectione Decretalium cap. 4. de reb. Eccleſ. ex eodem Concilio. Unde ſumpſit Gregorius IX. cap. 5. eod. tit. Vide Authent. hoc jus porrectum C. de ſacroſanct. Eccleſ. cujus verba refert Gratianus cauſ. 10. quæſt. 2. Can. 2.

[c] *Xenodochium*] *A. A.* Locus venerabilis in quo peregrini pauperes recipiuntur. Utitur hoc verbo Hieronymus epiſt. 26. ad Pammach. & epiſt. 30. ad Ocean. *Pith.* Suidas. Ξενοδοχεῖον τὸ τοὺς ξένους ὑποδεχόμενον. καὶ ξενοδόχος ὁμοίως. Iſidorus 15. Etymolog. cap. 3. Julianus Imperator Arſacio. Auguſtinus in Joannem & Xenodochia & Monaſteria poſtea ſunt appellata novis nominibus, rei tamen ipſæ & ante nomina ſua erant. Liberarns Breviar. Mennas Præpoſitus Xenodochii majoris, quod vocatur Sampſonis. Meminit Novella 131.

[d] *Ptochotrophium*] *A. A.* Locus ubi pauperes educantur. *Pith.* Epiphanius. Τότε ξενοδοχεῖον αὐτοὶ [illegible] ὅπερ ἐν τῷ πόντῳ καλεῖται πτωχοτροφεῖον· τοιαῦτα γὰρ [illegible] κατασκευάζουσι κατὰ φιλοξενίαν, καὶ τοὺς λελωβημένους καὶ ἀδυνάτους ἐκεῖσε [illegible], ἐπιχορηγοῦσι κατὰ δύναμιν οἱ τῆς Ἐκκλησίας προεστῶτες.

[o] *Noſocomium*] *A. A.* Locus venerabilis, in quo ægroti pauperes curantur. Utitur hoc verbo Hieronymus epiſt. 30. ad Ocean. *Pith.* Iſidorus 15. Etymolog. 3. Suidas. Idem Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ. Et prima omnium Noſocomium inſtituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & conſumpta langoribus atque inedia miſerorum membra foveret.

[f] *Orphanotrophium*] *A. A.* Locus venerabilis in quo pupilli nutriuntur. *Pith.* In quo orbati pueri parentibus paſcuntur. Meminit Juſtinianus l. omnia C. de Epiſcop. & Cleric. Novel. 131.

[g] *Gerontocomium*] *A. A.* Locus venerabilis in quo ſenes pauperes aluntur. *Pith.* In quo pauperes & propter ſenectutem ſolam infirmi homines curantur. Conſtantinus Manaſſes Sinopſi Chronici.

Καὶ τοῖς γηραιοῖς ἱδρύσατο ὁ καὶ τοῦ γήρως σκέπης
Ἐκτεθλιμμένους ἐκ μακροῦ τοῖς παλιδρόμοις κυλίνδροις
Ἀνθρώπους κακουργότερους σκαιὸς ῥυπαρουμένους
Ὁ γοῦν τὴν ἐπιμέλειαν τῶν γηροκομουμένων.

[h] *Archimandritam*] *A. A.* Abbatem vel Monachorum Præfectum. Vide Conſtitutionem 52. Græcam de Epiſcop. & Cleric. *Pith.* Archimandrita, Abbas pater Mandritarum. Vide Evagrium lib. 1. cap. 14. Hiſtor. Doroth. Διδασκ. κδ'. Διδασκαλικὸν Monachorum adverſus Antimum per Marianum Primatem porrectum. Act. 1. Synod. 5. Conſtantin. Chryſoſtom. Homil. 69. in cap. 21. Matthæi. Auguſtinus in Pſalm. 99.

[i] *Archimandritiſſam*] *A. A.* Sanctimonialium Præfectam vel Abbatiſſam. *Pith.* Monaſteriorum muliebrium matrem.

[k] *Panes civiles*] *Pith.* Πολιτικὴ σίτησις. L. 17. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Annonæ civiles. Novel. 81. Annonæ pro extructis domibus l. 11. & 12. C. Theodoſ. de annon. civilib. ex beneficio Conſtantini. Chronicon quod Alexandrinum vocant Commodo Auguſto 3. & Vero 2. Coſſ. Κτίστης τις ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ ὀνόματι Ἀρτάβανος φιλοτίμως ἔρριψεν ἐν τῇ καλουμένῃ Δάφνῃ τοῖς δήμοις χαλάσματα. συντόμια διαγωνιζόντων καὶ ἐκέλευσεν τοὺς ἄρτους πολιτικοὺς διὰ τὸ τῇ ἰδίᾳ πόλει τούτους δωρήσασθαι καὶ ἐφόρησεν ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοῦ χωρίων πρόσοδον ἀναλογοῦσαν εἰς λόγον τῶν αὐτῶν πολιτικῶν ἄρτων.

[l] *Alienationis autem verbum continet venditionem, &c.* *Pith.* Non hypothecam l. 3. C. de iis qui ven. ætat. impetrav.

[m] *Sed omnes omnino Sacerdotes hujuſmodi alienatione abſtineant*] *Pith.* Ivo part. 17. Decret. cap. 137.

[n] *Tabellionem*] *Pith.* Procopius. Ανεκδότοις. καὶ ἀνδρὸς δέ τινος ὅσαπερ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τίμιον χρόνου καθήμενος ἐπὶ ἰκανὸν ὁ μαμιανὸς ἀγαθοῦ δόξαν τε πολλὴν ἐπί τε ἀληθείᾳ καὶ ἀρετῇ ἔχων ἅπαντα ἐπετέλει τὰ τῶν πολιτῶν χρηματεῖα ἕκαστοι αὐτῶν ἐπισφραγίζων αὐτὸς οἰκείοις γράμμασιν ὅνπερ ταβελλίωνα καλοῦσι Ῥωμαῖοι.

XXXIII. *Quomodo liceat ad Imperatorem res ſancti loci transferre.*

2. Si princeps [a] voluerit rem immobilem ſancto loco præſtare, & accipere ab eo aliam immobilem rem, & eo modo permutationem contrahere: liceat hoc facere ei, divina pragmatica ſanctione [b] *ab eo promulgata* [c].

f. ἴσως δέ. verſ. ἰφιῶν

[c] hæc deſunt in vett. Codicib.

[a] *Si princeps, &c.*] *A. A.* Refert Ivo part. 3. Decret. cap. 184. & Burchardus lib. 3. Decret. cap. 165. ex Concilio Silvanectenſi cap. 6. & Bernardus Papienſis cap. 1. de rer. permutat. ex eodem Concilio a quo ſumpſit Gregorius IX. cap. 1. eod. tit. Vide Authent. ſed & permutare C. de ſacroſanct. Eccleſ. cujus verba refert Gratianus cauſ. 10. quæſt. 2. Can. 2. §. ſed & permutare.

[b] *Pragmatica ſanctione*] *Pith.* Balſamon. Τὰ βασιλικὰ προστάγματα πραγματικοὶ τύποι λέγονται. Zonar. Can. 12. Chalced. Διὰ προσταγμάτων ἐνεχέτων· πάντα γάρ εἰσι τὰ πραγματικά. Et Can. 38. Syn. 6. Διὰ προσταγμάτων ἐνεχέτων ἃ καὶ δι-

μεσίοις τόποις διδόμενον· ἀλλαχοῦ δὲ πραγματικοὺς αὐτοὺς καλεῖ καὶ βασίλεια γράμματα. Imp. Theodoſ. & Valentin. Iſidoro PP. *Η ἔνδοξος τοιγαροῦν σου αὐθεντία τοῦ πραγματικοῦ τύπου ἤτοι ἰδικῆς αὐθεντίας ὑποδειχθείσης, τὸν μνημονευθέντα νεώτερον εἰς ἐξορίαν ἐφ᾽ ἃς εἰς τὸ διηνεκὲς προσταξάτω ὑφ᾽ ἣν ἐνεχθεῖσαν αὐτοῦ καταχθῆναι.* Vide Novell. de Adjutor. Queſtor. l. 7. C. de diverſ. reſc. l. 1. C. de contract. Jud. Novell. Theodoſ. & Valentin. de bon. fabric. 4.

XXXIIII. *Quomodo Emphyteuſis rerum ad ſanctos locos pertinentium contrahatur.*

3. Emphyteuſeos contractum [a] ſub hac *obſervatione* [1] ſanctus conſtituatur locus, ut vivo quidem eo, *qui* [2] contrahit maneat omnimodo Emphyteuſis, mortuo autem, ad heredes ejus tranſmittatur: ſi forte filii *ſint* [3] ſive maſculi, ſive feminæ: aut ſi nepotes ſint ſive neptes: aut ſi uxor ſit vel maritus: *ſi* [4] ſpecialiter mariti vel uxoris nomen expreſſum fuerit. Alioquin ad aliam perſonam Emphyteuſeos contractus non tranſeat, ſed uſque ad vitam contrahentium extendatur *niſi* [5] filios filiaſve, nepotes nepreſve habeant. Procedere autem Emphyteuſis debet prius requiſitione cum omni *libertate* [6] atque ſubtilitate habita in reditu eo, qui ad id tempus fuerat, in quo ad ſacroſanctam Eccleſiam res perveniſſet: ejuſque reditus *ſexta portio remittatur* [7] ei, qui Emphyteuſin contrahit. Sin autem deminutus fuerit ex aliquo caſu reditus prædii: duorum *alterum* [8] vel ſub eodem reditu, qui *tunc inveniatur* [9], ſine ulla deminutione is, qui contrahit, accipiat prædium, vel ad contractum omnino non accedat. Melius eſt enim locare magis prædia ſanctorum locorum, quam ſub hujuſmodi deminutionibus contractus Emphyteuſeos facere. Sin autem Eccleſiaſtici proaſtii Emphyteuſis contrahatur pretioſiſſimi quidem, ſed tamen viliſſimum reditum habentis, non oportet Emphyteuſeos contractum, ad *reditus* [10] quantitatem metiri, ſed æſtimatio proaſtii [b] fiat, & inſpiciatur reditus qui per *viginti* [11] annos comparari poterit ex pretio proaſtii, & tantum reditum dare ſe paciſcatur is, qui Emphyteuſin contrahit: ita tamen, ut & in hoc caſu non in perpetuum contractus extendatur, ſed ſecundum obſervationem, quam ſuperius diximus. Sciant autem hi, qui Emphyteuſim *contraxerunt* [12], quod *placito reditu ab eis per biennium non dato* [13], licentia libera præſtatur ſanctorum locorum adminiſtratoribus & prædia abſtrahere, & nihil emponematum [c] nomine præſtare. Emponemata autem dicimus ea, quæ labore contrahentis in agro meliorata ſunt. Sin autem deteriorem agrum *fecerit* [14], cogatur de ſuo ſumptus *dare* [15], & reſtituere *priſtinam* [16] prædii *faciem* [17]: & ad hoc ſubjici debet non ſolum ipſe, ſed etiam heredes ejus, vel ſucceſſores, vel bonorum poſſeſſores, & bona ejus: ita tamen, ut debitum quoque reditum ſine aliqua *dilatione* [18] reddere compellantur. Id autem quod de prohibitione alienationis diximus, obtineat non ſolum in integris domibus vel proaſtiis, vel agris, vel hortis, ſed etiam in his, quæ omnino diruta, & deſerta, & in area poſita ſunt: quamvis enim nullum ædificium, nul-

[a] θ. ἐμφυτεύσεως δέ.
[1] forma
[2] cum quo
[3] ſunt
[4] &
[5] adde, forte
[6] veritate
[7] ſextam portionem remittant
[8] θ. ἑκατέρου δέ.
[8] adde, fiat
[9] nunc invenitur
[b] θ. ἡ δὲ τοῦ προαστείου.
[10] fructuum
[11] triginta
[c] θ. εἰδέναι δέ.
[12] contraxerint
[13] ſi placitus reditus ab eis per biennium non datus.
[14] evicerit
[15] facere
[16] in priſtinam
[17] formam
[18] dilatione, vel diminutione
θ. ἢ δὲ εἰρηκέναι.

lam materiam habeant, attamen ea alienare prohibitum eſt, niſi forte Emphyteuſis ad tempus ſecundum *antefatam* [9] diviſionem in tres perſonas fuerit facta. Nc *autem* [10] aliqua circumſcriptio fiat, jubet conſtitutio duos primates mechanicorum vel architectorum [d] in civitate Conſtantinopolitana una cum religioſis œconomis & quinque reverendiſſimis Preſbyteris & duobus Diaconis, præſente & ipſo beatiſſimo Archiepiſcopo: *vel* [11] in Provinciis, duos nobiles mechanicorum vel architectorum: aut unum, ſi unum tantum habeat civitas, *pervenire* [12] oportet ad *loca* [13], & divinis ante poſitis ſcripturis definiri ab eiſdem architectis, quantum debeat ſuper eodem loco diruto ſacroſanctæ præſtari Eccleſiæ ab eo, *qui* [14] Emphyteuſeos contractus procedere *vult* [15], & ſub his pactionibus inſtrumenta Emphyteuſeos componantur: *ut* [16] is qui *contraxit* [17] Emphyteuſin & ædificet, & materiis utatur, ſi quaſdam materias *dirutas* [18] habeat locus, & *tranſmittat contractum* [19] duobus ſucceſſoribus ſuis ſecundum prædictam obſervationem, poſteaque prædium redeat ad ſacroſanctam Eccleſiam vel venerabilem locum, qui ſub titulo Emphyteuſeos rem immobilem *dederit* [20]. Tribus enim perſonis defunctis *omni modo* [21] prædium ad venerabiles locos redeat. Nam & illam pactionem, immo magis callidam machinationem *rejiciendam* [22] ſupraſcripta conſtitutio jubet, id eſt, ſi *pactus* [23] fuerit cum *œconomis* [24] & religioſo Epiſcopo & aliis perſonis, quas enumeravimus, is qui Emphyteuſin *contrahit* [25], ut etiam tribus perſonis defunctis, nihilominus deinceps ſucceſſoribus liceat Emphyteuſeos titulo res immobiles ab Eccleſia capere, & aliis perſonis anteponi. Talem enim conventionem utpote callide factam conſtitutio reprobavit.

[9] ante factam
[10] forte
[11] &
[12] venire
[13] locum
[14] qui ad
[15] velit
[16] &
[17] contraxerit
[18] dirutus
[19] tranſmittatur contractus
[20] dedit
[21] omnino
[22] removendam eſſe
[23] pactum
[24] œconomo
[25] contraxit

[a] *Emphyteuſeos contractum, &c.*] A. A. Vide Authentic. perpetua & Authentic. qui rem C. de ſacroſanct. Eccleſ. quarum verba refert Gratianus cauſ. 10. quæſt. 2. Can. 2. §. perpetua & §. qui rem.

[b] *Proaſtii*] A. A. Proaſtium, ſuburbanum prædium. Novel. 64. *Pith.* Procopius. Περὶ τῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ κτισμάτων λόγ. α΄. ἐς Βυζάντιον δὲ ἀφικομένη ὥσπερ ἐπὶ νώτῳ τινὸς χαμαιζήλῳ πεδιάδι ἀμφὶ τὰ πρὸς ἕω τῆς πόλεως, πλαγία τε πολλῷ ἔτι μᾶλλον γενομένη, ἐν ποδηρεῖ ἵσταται, ἰσθμὸν τῆς Θρᾴκης ταύτῃ προϊοῦσα καὶ ὀπίσω ὡς τὸ εἰκὸς ἐργαζομένη. οὐχ ὅτι ἐς ἐκεῖνα ἐνταῦθα ἡ θάλασσα μείζων ἐστὶν. ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἰσθμοῖς εἴωθεν, ἀλλὰ περιστρεφομένη τε θαυμασίως ὡς καὶ περιβαλλομένη ἑκατέρωθεν, θερινήν τε τὴν ἄλλην καὶ διαφερόντως τὰ ἐπὶ τοῦ Βυζαντίου προάστεια. οἰκοδομοῦνται δὲ καὶ περιστέλλουσιν οἱ ταύτῃ ἄνθρωποι τὰ προάστεια οὐχ ὅσον ἐς χρείαν ἀλλὰ ἐς ὕβριν τε καὶ τρυφήν, ὅπερ οὐκ ἔχουσιν, καὶ ὅσα ἄλλα πλούτου ἐξουσία ἐς τοὺς ἀνθρώπους, δημιουργεῖ ποιεῖ, ἅπαντά τε κατατίθενται ἐνταῦθα πολλὰ καὶ διαπονήματα ἐν αὐτοῖς ἐνδελεχέστατα ἔχουσιν. Baſilius Porphyrogenneta Nov. 2. Τὸ ὅλον ἐκ τοῦ κεφαλαίου ἐκείνου χωρίον καὶ προάστειον ἴδιον ἐποίησεν. ἐναλλάξας καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ τοιούτου χωρίου. Cyrus Manuel: ἐγκωμίῳ τῆς ἑκατέρας ῥώμης. τί δὲ περὶ τῶν προαστείων τῶν μ. μεγέθει ἡμερῶν οὐδὲν οὐκ ὀλίγων διϊσταμένων, τῷ δὲ κάλλει καὶ τῇ χρείᾳ καὶ τῇ κατασκευῇ τοῖς ἐπὶ τῆς πόλεως κατὰ πᾶν εἶδος ἁμιλλωμένων. ἀπὸ γὰρ ἀβύδου καὶ σηστοῦ ἑλλησπόντου μέχρι θρᾳκίου βοσπόρου καὶ ἱερῶν καὶ κυανέων, εἴτε ἀπὸ τῆς ἀσίας εἴτε ἀπὸ τῆς εὐρώπης κύκλῳ τὴν προποντίδα καὶ τὰς ἐν αὐτῇ κυκλάδας τῇ πόλει νήσους καὶ τὸ κέρας τοῦ λιμένος καὶ ὅσοι ἔσωθεν μέχρι Φάρου περιίασι, συνεχῆ προάστεια ἦν τῇ πόλει, &c. καὶ αὐτὰ δὲ τὰ προάστεια οὐκ ὀλίγου μέρει διὰ τοῦ μακροῦ λεγομένου τείχους, ἀπὸ τῆς κάτω θαλάττης εἰς τὴν ἄνω καὶ τὸν εὔξεινον διήκοντος, πόλις ἐγένετο, ὑπάρχει διειργομένη

εἶναι τῷ μεγάλῳ παλατίῳ προσκαλεῖσθαι, ὅσα ἐν ἰσομοῦ πάσαις ταῖς ἄλλαις, ἔργον ἦν ἴσως δ᾽ ἐρεῖν. Unde Nov. 159. Περάστειον ἐν τῷ ἄκρῳ τοῦ κόλπου τοῦ στενωνείου, περάστειον τὸ βυθιέειον, id eſt, ἐν τοῖς βυθιείοις quorum meminit Nicephorus Kalliſt. lib. 16. cap. 37. Soſtenii, Hiſtoria miſcella lib. 15. Et Simeon Metaphraſtes in vita Marcelli 1022. dicitur, judicium, reſcriptum l. 5. C. de Offic. mag. off. Annotatio l. 18. C. Theodoſ. de Pal. ſacr. largit.

[c] *Emponematum nomine præſtare*] *A. A.* Quæ meliora effecta ſunt in prædiis vulgo meliorationes appellant. *Pith.* Labore agricolæ in agro meliorata. Conſtantinus Porphyrogenet. Novell. 2. Ὥστε ἀναμφιβόλως καὶ αὐτοθέντως πάντας ἀπελαθῆναι τοὺς ἀπὸ τῆς εἰρημένης νομοθεσίας ἀγοράζειν κωλυομένους μηδένα λόγον μηδὲ περὶ ἐμπονημάτων ἀπαιτήσεως ἔχοντας. Impreſſi ἐκπονημάτων. Roman. Senior Nov. 1. Καὶ ἀναργύρως ἐκβῆναι ἐξελαυνέσθαι κελεύομεν, καὶ τῶν οἰκείων ἐμπονημάτων καὶ καλλιεργημάτων ἀποστερεῖσθαι.

[d] *Primates Mechanicorum vel Architectorum*] *A. A.* Pro peritioribus & antiquioribus.

XXXV. *Quomodo uſusfructus rerum ad ſanctos locos pertinentium conſtituatur.*

4. εἰ δέ τις βουληθείη.

[a] accipit
[b] ſit
[c] alia venerabilia loca
[d] illa res
[e] relictus eſt
[f] in tantum
[g] fructuario jure
[h] loco ſancto

4. Si autem voluerit aliquis rem immobilem Eccleſiaſticam vel Ptochicam [a] utendi fruendi cauſa accipere, eo modo faciat contractum, quo divi Leonis conſtitutio ſtatuit. Oportet enim fructuarium divitem conſtitutum, & rerum immobilium dominum aliam rem jure dominii dare ſacroſanctæ Eccleſiæ vel alii venerabili loco, a quo uſumfructum *apetit* [a]: ita tamen, ut res immobiles, quas ipſe pro uſufructu præſtat, non minorem reditum habeant, quam *eſt* [b] uſusfructus rei immobilis ad ſacroſanctam Eccleſiam, vel ad *alios venerabiles locos* [c] pertinentis: ita tamen, ut *res* [d] omni modo, quam utendi fruendi cauſa accepit, vel mortuo eo ad ſanctum redeat locum, vel adhuc vivo eo, ſi forte uſque ad certum tempus uſusfructus ei *conſtitutus erit* [e]. Impleto enim tempore, neceſſe eſt uſumfructum extingui. Nulla autem licentia ſit tempus *ſtatutum* [f] protelare, ut etiam poſt mortem fructuarii res immobilis ad ſanctum locum non redeat. Nam modis omnibus defuncto fructuario pleno jure fundus ad Eccleſiam redire debet: ita tamen, ut etiam illa res, quam de ſuo patrimonio ab initio *fructuarius* [g] *in locum ſanctum* [h] dedit, maneat firmiter nulla machinatione abſtrahenda.

[a] *Rem Ptochicam*] *A. A.* Pauperum res, hoc eſt alicujus loci ubi pauperes vel ægri educentur aut curentur. *Pith.* Zonaras Can. 59. Apoſtol. Τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν πράγματα καὶ χρῆμα πτωχικὰ ὀνομάζει καὶ δεῖ ταῦτα διαδίδοσθαι τοῖς πτωχοῖς. Balſamo. Τὰ περιττεύοντα τὰ ἐκ τῶν εἰσόδων τῆς Ἐκκλησίας διαδίδονται πρὸς πένητας, πτωχικὰ γὰρ καλοῦνται. Idem Synod. Chalcedon. Can. 26. Καὶ πτωχικὰ τὰ Ἐκκλησιαστικὰ λέγονται πράγματα.

XXXVI. *Quibus pœnis ſubjecti ſunt, qui præſentem conſtitutionem contemnunt.*

5. ἐὰν δέ τις Αἰσαμ.
[a] monita
[b] comparavit

5. Si quis contra ſaluberrima [a] *jura* [a] præſentis conſtitutionis rem immobilem loci venerabilis comparaverit: primum quidem rei æſtimationem amittat, & rem quam illicite *emerit* [b], reſtituat cum om-

nibus emolumentis, *quæ* [3] in medio tempore *facta* [4] ſunt. Et omnia lucro Eccleſiæ vel alterius loci venerabilis cedant, & nullam habeat ipſe contra Eccleſiam actionem: ſed tantum adverſus œconomos *vel* [5] alias venditorum perſonas ex empto judicium moveat. Nam venditorum patrimonia emptori ſubjecta eſſe æquum eſt. *Hæc* [6], ſi venditio contra præſentem legem rei immobilis ad venerabilem locum pertinentis contracta ſit. Alioquin ſi donatio facta fuerit: tunc is, qui liberalitatem interdictam accepit, non ſolum ipſam rem cum fructibus ſuis & cauſis *venerabili loco* [7] reſtituat, ſed etiam aliud tantum quantum accepit, pœnæ nomine præſtet ſanctiſſimo loco, cujus res donata fuerit, ab his qui res ejus *miniſtraverint* [8]. Sin autem titulo permutationis rem loci venerabilis capiat aliquis, tunc & rem quam accepit, reddat, & quam ipſe dedit, amittat. Actione *ei* [9] ſcilicet adverſus perſonas & patrimonia eorum conſervanda, *quicunque* [10] contraxerint, excepto videlicet principe, cui ſecundum præfatam ſuperius diviſionem permutationem facere rerum immobilium cum ſacroſanctis *locis* [11] permiſſum eſt. Sin autem pignus creditor ad corporalem detentationem acceperit, & res immobilis ſit, quæ pertinet ad Eccleſiam, vel alios venerabiles locos, veluti domus, vel *proaſtium* [12], vel ager, vel hortus, vel panes civiles [b], vel mancipia ruſtica: nam ea quoque veluti membra rerum immobilium ſunt. Si quis *igitur* [13] horum aliquid pignoris nomine corporaliter *acceperit* [14]: prius quidem neque ſortem quam dedit, neque uſuras quas forte ſtipulatus eſt, exigat: deinde etiam ipſam rem cum ſuis emolumentis venerabili loco reſtituat. Sed *&* [15] in hoc caſu adverſus œconomum vel alios adminiſtratores venerabilium locorum actionibus creditori competentibus. Omnia hæc quæ diximus, etiam in muliebribus Monaſteriis vel aſceteriis obtinere oportet.

[3] ejus quæ
[4] peracta
[5] &
[6] hoc
verſ. [illegible]
[7] ad venerabilem locum pertinentem
[8] adminiſtrant
verſ. [illegible]
[9] ejus
[10] qui cum eo, *alias* quæ cum eo
[11] Eccleſiis
[illegible]
[12] pratum
[13] *dolo*
[14] acceperit
[15] *dolo*

[a] *Si quis contra ſaluberrima, &c.*] *A. A.* Refert Ivo part. 3. Decret. cap. 185. Vide Authentic. quæ res C. de ſacroſanct. Eccleſ. cujus verba refert Gratianus cauſ. 10. quæſt. 2. Can. 2. §. qui vero res.

[b] *Panes civiles*] Supra ad cap. 1. hujuſce conſtitutionis K.

XXXVII. *Quando licet hypothecæ titulo res venerabilium locorum obligare.*

6. Si *qua* [1] neceſſaria [a] cauſa & *inexcuſabilis* [2] immineat, ut *mutuam* [3] pecuniam accipiat venerabilis locus, liceat œconomis etiam res immobiles obligare pignoris jure, ita tamen ut corporaliter non tradantur creditoribus.

verſ. [illegible]
[1] quando
[2] inextimabilis
[3] mutuum

[a] *Si qua neceſſaria, &c.*] *A. A.* Refert Ivo cap. 186. part. 3. Decret.

XXXVIII. *Quibus pœnis ſubjicitur, qui inlicitum Emphyteuſeos contractum in res venerabilis loci componit.*

7. Si quis Emphyteuſeos contractum in Eccleſiaſtica re vel alte- [illegible]

rius venerabilis loci contraxerit in perpetuum: primum quidem id, quod actum eſt, pro infecto *habebitur* [1]: deinde tantum eum in unoquoque anno perpetuo præſtare *ſanctiſſimo* [2] loco oportet quantum præſtitiſſet, ſi ab initio legitima Emphyteuſis eſſet, nullo remanente apud eum ex his, quæ fruſtra ei occaſione Emphyteuſeos præſtita ſunt. Res enim ipſas cum ſuis fructibus omnimodo reſtituere debet. Tabelliones autem *ſi* [3] contra *leges Emphyteuſin inſtrumentis* [4] receperint: irrevocabili puniantur exilio, *&* [5] numquam redeant, nec ſi divina ſanctio promulgata fuerit. Nam nec Magiſtratus *audaci ſpiritu* [6] talia inſtrumenta vel dictare, vel facta admittere, & publicis *monumentis inſerere* [7], vel confirmare debent. Nam ſi quid tale deliquerint, non ſolum honore, ſed etiam dignitate & patrimonio cadant.

[1] habeatur
[2] venerabili
verſ. μηδὲ τὸν ἐμφυτευτικὸν συμβόλαιον.
[3] qui
[4] legem Emphyteuſeos inſtrumenta
[5] ut
[6] audere
[7] inſtrumentis laſetta

XXXIX. *Quomodo punitur, qui ſacra vaſa vel dona alienat, vel pignerat, vel conflat: & de panibus civilibus.*

8. Eiſdem pœnis [a] coërceri oportet etiam illos, qui ſancta vaſa ſive *ſacra* [1] dona contra legem, vel pigneraverint, vel diſtraxerint, vel conflaverint, vel quocumque modo alienaverint, excepta videlicet captivorum redemptione: eandemque obſervantiam jubet conſtitutio *tenere* [2] & in alienatione panum civilium.

verſ. τῶν αὐτῶν ἐπιτιμίων.
[1] ſancta
[2] obtinere, *alias* teneri

[a] *Eiſdem pœnis, &c.*] *A. A.* Refert Ivo part. 3. Decret. cap. 187.

X L. *De pragmaticis ſanctionibus, quæ contra commoda venerabilium locorum promulgantur.*

9. Nulli liceat [a] per pragmaticam ſanctionem aliquid eorum capere, quæ ſacroſanctis Eccleſiis, aliſque venerabilibus locis competunt, *ſcilicet ſi* [1] immobiles ſunt, vel mobiles quidem, ſed quæ alienari non poſſunt. Sin autem Quæſtor magnificus tale reſcriptum dictaverit, vel ceteri Magiſtratus intimationem pragmaticæ formæ receperint, unuſquiſque quinquaginta librarum auri pœna multetur. Sin autem religioſi Epiſcopi tales pragmaticas ſanctiones contempſerint, ſine periculo ſe contempſiſſe cognoſcant: nam ſi receperint eas, etiam Epiſcopatus honorem ſe amiſſuros non dubitent, ea autem locari vel Emphyteuſeos titulo dari oportet ſola, quæ adminiſtratorum arbitratu videantur tali aliquo indigere.

verſ. ἐπειδὴ δὲ πολλάκις.
[1] ſive

[a] *Nulli liceat, &c.*] *A. A.* Refert Ivo part. 3. Decret. cap. 188.

X L I. *Idem.*

10. Si quis in potentatu [a] conſtitutus divinam pragmaticam ſanctionem impetraverit, cogentem œconomum vel alios adminiſtratores venerabilium locorum ea, quæ *aliis* [1] neque locata neque Emphyteuſeos *titulo* [2] data ſunt, ſibi locari, vel Emphyteuſeos nomine dari: pœna ſacrilegii teneatur.

verſ. μηδεὶ τῶν ἐν δυνάμει.
[1] ab eis
[2] nomine

[a] *Si quis in potentatu, &c.*] *A. A.* Ivo part. 3. Decret. cap. 188.

XLII. De

XLII. *De Monaſteriis non vendendis vel alienandis.*

11. Nemini liceat [a] in poſterum *cujuſcumque* [1] Monaſterii impiam venditionem, vel donationem, vel permutationem contrahere, ubi & altare collocatum eſt & *ſacra miſſa facta* [2], & Monachica converſatio. Sin autem aliquid tale fuerit admiſſum: & id quod factum eſt, pro infecto *habebitur* [3]: & is, qui accepit, *pretium* [4] amittat: & is, qui diſtraxit, & rem & pretium reddat ſacroſanctæ Eccleſiæ & venerabilibus *Monaſteriis* [5], quorum *cura erit* [6], alienatum contra leges Monaſterium rurſus in priſtinum ſtatum reducere. Nulli autem liceat nec titulo pignorum, vel hypothecarum ſacroſanctum obligare Monaſterium. Nam & ſi tale aliquid admiſſum fuerit, refutari oportet: ut iterum in ſanctiſſimo Monaſterio *ſacra procedat miſſa* [7].

1 [illegible] cujuſquam
2 ſacræ miſſæ factæ
3 habeatur
4 prædium
5 Monachis
6 cura erat
7 ſacræ procedant miſſæ.

[a] *Nemini liceat, &c.*] *A. A.* Vide Authenticam ſicut alienatio C. de ſacroſanct. Eccleſ. cujus verba refert Gratianus cauſ. 10. quæſt. 2. Can. 2. §. ſicut.

XLIII. *Si ſterilis ager ad venerabilem locum pervenerit.*

12. Si quis ſterilem agrum *cuicumque* [1] venerabili loco donaverit vel vendiderit: contractus nullius erit momenti. Nam & donatione & quavis alienatione reſciſſa cogitur donator vel venditor rem ſuam recipere, quam calliditate *&* [2] fraude videtur dediſſe, ut *exoneret* [3] *ſcilicet* [4] ſuum proprium patrimonium. Oeconomus autem vel quicumque alius miniſtrator venerabilis loci, omne damnum, quod ex hujuſmodi inlicito actu contigit, reſarciat ei, qui cum eo contraxit, ſecundum ea, quæ ſuperius diximus. Liceat autem unicuique ex populo ſi viderit, præcepta propoſitæ conſtitutionis neglecta ad *Imperatorem* [5] referre, & calumniatoris notam evadere. Omnibus autem permiſſum eſt *ubique* [6] Magiſtratus gerentibus ſive minorem, ſive majorem poteſtatem habeant, omnia præſentis conſtitutionis capitula cuſtodire. DAT. XVII. KAL. MAII, CONST. BILIS. V. C. CON.

1 [illegible] cuique
2 vel
3 exoneraret
4 dolo
verſ. [illegible]
5 Epiſcopum
verſ. [illegible]
6 ubicumque

Additio Cujacii ad Novell. 33. Conſt. 7. ſupra in margine ponenda Capitulo Extra de Rer. Permut.

CONSTITUTIO VIII.

[illegible]

XLIIII. *De præſcriptione centum annorum Eccleſiæ competente Romanæ civitatis.*

1. PRæſens Conſtitutio [a], quæ Conſulatu Beliſarii Kal. Mai. data eſt, jubet quidem ſacratiſſimam Eccleſiam *Romæ* [1] centum annorum præſcriptione *ſolam* [2] in ſuis actionibus *removeri* [3]: *nihil autem* [4] de ea latius exponimus, quia innovata eſt ab alia conſtitutione, quæ data eſt IX. Kal. Mai. Bileſario V. C. Conſ.

1 Romanam
2 ſolam
3 ſummoveri, *alias* poſſe removeri
4 nec etiam

[a] *Præſens Conſtitutio, &c.*] *A. A.* Latina fuit hæc Conſtitutio, & in libro Authenticorum eſt conſtitutio 4. collationis 2. titulo ut [illegible] Romana cen-

tum annorum habeat præſcriptionem. Eandem Haloander Latinam edidit, ut decimam conſtitutionem: Agylæus melius ut nonam. In Græcis libris ſignificabatur quid hac conſtitutione contineretur, eamque Novella conſtitutione 3. abrogari. Quod Julianus etiam affirmat, ſed id hodie non obtinet. Vide Authenticam quas actiones C. de ſacroſanct. Eccleſ.

Διάταξις ι'.

CONSTITUTIO IX.

XLV. Ut civitates circa Viminacium conſtitutæ ſuum proprium Archiepiſcopum habeant.

1. HÆc Conſtitutio jubet civitates, quæ ſunt circa Viminacium, quas ditione ſua noſter Imperator ſubjugavit, eas igitur jubet, poteſtati eſſe ſubjectas Archiepiſcopi ſui proprii, & non eſſe in poteſtate Theſſalonicenſis Epiſcopi. DAT. VI. KAL. MAII, CONS. BELISARII.

Διάταξις μϛ'.

CONSTITUTIO X.

XLVI. De Anthimo & Petro & Severo & Zoora hæreticis.

1. HÆc Conſtitutio confirmat *ſanctiſſimas Synodos & Monachorum* [1] auctoritatem: Anthimum autem & Petrum & Severum & Zooran Epiſcoporum numero expellit, prohibetque eos in *urbe* [2] Conſtantinopolitana vel alia magna civitate converſari. Comminatur autem etiam, ſi quis Severi libros habeat, eoſque ignibus non tradat, ſeveriſſimas pœnas: nam & manus *inciſionem* [3] *ſubſiſtere* [4] jubet eos, qui libros ejus ſcribere auſi fuerint. DAT. VIII. ID. AUG. CONS. BELIS.

[1] locus mendoſus: forte ſcribendum ſanctiſſimarum Synodorum œcumenicarum
[2] civitate
[3] ſucciſionem
[4] ſuſtinere

Διάταξις μζ'.

CONSTITUTIO XI.

XLVII. De rebus immobilibus alienandis, quæ in Eccleſia Hieroſolymitana pertinent.

1. HÆc Conſtitutio alia quidem omnia capitula, quæ de alienatione prædiorum Eccleſiaſticorum ſuperius dicta ſunt, in eodem vigore conſervat, ut etiam in ſancta Eccleſia Hieroſolymitanæ ſacratiſſimæ civitatis obtineant. Nam & ipſi *diſtractionem* [1] omnino ruſticorum prædiorum interdicit. Domos autem ſi quas habeat, non *prohibeat eam* [2] alienare, ſcilicet ſi ampliore commodo potiatur. Hoc autem decreto antecedente fieri jubet. Decretum autem apud Patriarcham Hieroſolymitanæ civitatis ordinetur, præſente etiam clero ejus *& probanda juſta cauſa* [3] propter quam alienatio domorum fit: ita tamen ut æſtimatio definiatur ad quantitatem penſionum, quæ per quinquaginta annos colligi poſſunt, ut ea æſtimatione domorum alienatio fiat. DATA XV. KAL. JUN. C. P. POST. BILIS. V. C. CONS.

[1] diſtractione
[2] prohibeatur eas
[3] ad probandam juſtam cauſam

CONSTITUTIO XII. Διάταξις μη'.

XLVIII. Quando liceat Clericis ab alia Eccleſia in aliam tranſire.

1. SUperius Conſtitutionem legimus, qua cavetur, ut numerus Clericorum certus ſit in majore Eccleſia urbis Conſtantinopolitanæ. Hæc autem Conſtitutio jubet, ut ex aliis Eccleſiis ſuperflui Clerici, id eſt hi, qui ſupra ſtatutum numerum ſunt, in locum mortuorum Clericorum majoris Eccleſiæ transferantur. DAT. XIII. KAL. AUG. P. C. BILISARII.

CONSTITUTIO XIII. Διάταξις μθ'.

XLIX. Ut mille centum ergaſteria immunitate potiantur ſub nomine decanorum & lecticariorum: & nemo alius immunitatem habeat.

1. HÆc Conſtitutio [a] jubet, ut *in Conſtantinopolitana civitate* mille centum ergaſteria immunitate potiantur occaſione decanorum [b] & lecticariorum, & funeribus defunctorum deſtinentur: ita ut octingenta quidem ergaſteria corpora perſonarum præſtare: reſidua autem trecenta ergaſteria pecuniam dare: cetera autem omnia ergaſteria civilibus muneribus fungantur, ſive Eccleſiæ ſint, ſive Xenonis, ſive Monaſterii, ſive Orphanotrophii, ſive Brephotrophii, ſive Ptochii, ſive alterius cujuſcumque dominii, ſive imperialis domus, ſive Magiſtratus populi Romani, ſive inluſtris, ſive alterius ſenatoris, ſive cubicularii, ſive militari cingulo decorati. Quod ſi quis patrocinio ſuo munere civili liberare ſuum voluerit inquilinum, dominium quidem amittat ergaſterii: hoc autem fiſci viribus vindicetur. DAT. KAL. JUN. C. P. P. C. BILIS. ANNO I.

l. ἐξ ὧν. verſ. δεκανῶν. • Conſtantinopolitanæ civitatis
verſ. ἐκ. τὰ ἐργαστήρια.
l. εἰ δέ τις διὰ προστασίας.

[a] *Hac Conſtitutio, &c.*] *A. A.* Hac Conſtitutione carent tam liber Juliani quam liber Authenticorum ab Haloandro Græce & Latine edita eſt ſub titulo de officinis ſive tabernis Conſtantinopolitanæ urbis.

[b] *Decanorum*] *A. A.* Decani qui lectuli defuncti miniſterium faciunt, dum ad ſepulchrum defertur. Vide L. non plures C. de ſacroſanct. Eccleſ. *Pith.* Οἱ τῇ κλίνῃ τῶν νεκρῶν ὑπηρετούμενοι δεκανοί. Gloſſar. Δεκανός. ἄρχων δέκα ὀνομάτων. δεκανοὶ κολλεγιᾶται συνημμένοι. Sic Decani l. 4. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Collegiati dicuntur l. 5. C. de Commerc. quomodo & Græci explicant. Sic enim Paratitla. Οἱ δεκανοὶ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως ἀτέλειαν ἔχουσιν· εἰ γίνονται δὲ ἐργαστήρια τῶν ρ'. Quem numerum iidem Græci habent d. l. 4. cujus ſimilis forſitan debet eſſe inſcriptio. Vide præfat. Nov. 59. Græc. Inter capita contra Chryſoſtomum iſtud legitur. Ὅτι κατὰ Σεβηριανοῦ συνοδὸν ἐποιήσατο κινήσας κατ᾽ αὐτοῦ δεκανούς.

CONSTITUTIO XIIII. Διάταξις ν'.

L. Quando licet locis venerabilibus res immobiles alienare.

1. HÆc Conſtitutio ſubdiviſionem [a] facit in ea Conſtitutione, quæ de rebus immobilibus ad ſancta loca pertinentibus loquitur: l. διαίρεσιν.

[1] *addo*, debitum
[2] tributum
[3] *addo*, debent
[4] clerici
[5] religioſus Epiſcopus
[6] apud
[7] diſtraxerint
[8] ipſis
[9] ita
[10] habita
[11] *addo*, debitum
[12] quibus
[13] neceſſitate ad alienationem, *alii* in neceſſitatem alienationis
[14] ante
[15] præcedere
[16] adjiciat ita
[17] exempta
[18] Theodora
[19] cujus

ait enim, ſi Eccleſia, vel alius ſactatiſſimus locus *publicum* [1] debeat [b], veluti *tributa* [2], & non habeat unde ſolutionem pecuniæ faciat, *convenire* [3] omnes in unum tam *Clerum* [4] quam *religioſum Epiſcopum* [5] ipſius civitatis *ad* [6] Metropolitanam, & ſanctis ſcripturis propoſitis rem diſceptari. Et ſi nullæ aliæ opes invenientur ſine alienatione Eccleſiaſtici prædii, tunc decreto apud Præſidem Provinciæ celebrato, alienatio prædii ad locum venetabilem pertinentis fiat. Ita tamen, ut emptor pretium tributorum exactoribus ſolvat, & ab eis apochas accipiat, & in locum fiſci ſuccedat, & munimentum pleniſſimum habeat, & non timeat anteriorem legem. Eos autem, qui *diſtraxerunt* [7], operam dare oportet, ut poſtquam *ipſi* [8] actis intervenientibus depoſuerint ſe *jure* [9] diſtraxiſſe, etiam apochas tributorum intimare, ut etiam Eccleſia ſecuritatem habeat de pecuniis tributorum nomine fiſco ſolutis, omni circumventione & ſimulatione pro infecto *habenda* [10]. Ideo enim & decreti celebratio permiſſa eſt, ut etiam *publicum* [11] manifeſtetur, ex *quot* [12] annis collectum eſt, & quemadmodum non potuerunt œconomi pecuniam ſolvere, ſed *in neceſſitate alienationis* [13] venerunt. Hæc *autem* [14] omnia *procedere* [15] debent propoſitis ſanctis Evangeliis. Sin autem privatus ſit, cui venerabilis locus pecuniam debeat, ipſam immobilem poſſeſſionem creditor pro ſoluto capiat, dummodo *adictio ita fiat* [16], ut debitam pecuniam non excedat, ſcilicet & in hoc caſu decreti celebratione interveniente. Hujus autem Conſtitutionis ſubdiviſione *excepta* [17] eſt magna Eccleſia Conſtantinopolitanæ civitatis, & ſancta *oratoria* [18], *quorum* [19] ipſa curam agit, ſed etiam omnia Monaſteria, quæ ſanctæ eidem magnæ Eccleſiæ ſuppoſita ſunt. DATA XVIII. ID. SEPTEMB. CONSULATU BELISARII.

[a] *Hæc Conſtitutio ſubdiviſionem, &c.*] *A. A.* Eſt in libro Authenticorum Conſtitutio prima collationis quintæ titulo de Eccleſiaſticarum rerum immobilium alienatione & ſolutione. Caruit ea Græca Haloander & libri Græci Bononienſis & Florentinus, ut neque etiam in Baſilicorum libris fuit. Sed Henricus Scrimgerus eam ex Veneto libro Græce Agylæus Latine poſtea ediderunt.

[b] *Publicum debeat*] *A. A.* Pro fiſco Novell. 1. cap. 1 2. Novell. 30 Novell. 46. Nov. 89 cap. 5. & 6. *Pith.* Δημόσιον. Baſilica l. ſunt munera, ff. de vacat. muner. [illegible] Publicatium l. 1. ff. de Publican. Quod Publicanus ejus publicarii nomine. *Impreſſi* publicani.

Διάταξις ι'.

CONSTITUTIO XV.

LI. Ut Magiſtratus ſine pecunia fiant.

ß. [illegible]
[1] creandos
[2] punitione

1. OMnes Magiſtratus [a] ſine pecunia *creari* [1] decernimus: ut neque impune aliquid detur, neque ſine *punitate* [2] aliquid a ſubjectis exigatur.

[a] *Omnes Magiſtratus, &c.*] *A. A.* Hæc Conſtitutio eſt in libro Authenticorum duplex, Conſtitutio ſecunda, & tertia collationis ſecundæ, titulo, ut judices ſine quoquo ſuffragio fiant. Et titulo jusjurandum quod præſtabatur ab iis

qui adminiſtrationem accipiunt. Huic eidem ſecundæ Conſtitutioni conjungitur edictum primum Juſtiniani in eodem libro. In Norico etiam ut duæ Conſtitutiones editæ ſunt & Græce & Latine ab Haloandro. Conſtitutio hæc octava, & jusjurandum illud ut nona Conſtitutio.

L I I. De Vicario Aſianæ regionis & Præſide Phrygiæ ſublatis, & in Comitis Phrygiæ Pacatianæ nomen tranſlatis.

2. Vicarius Aſianæ regionis [a], & Præſes Phrygiæ Pacatianæ, Comes Phrygiæ Pacatianæ nominetur, & habeat tam Vicarii quam Præſidis honorem, & utriuſque Magiſtratus annonas & capita [b] habeat, & una tantum apparitione utatur: permixta tamen ab utroque Magiſtratu. Agat autem curam & tributorum exactionem. Sed & apparitio ejus duplices annonas & capita habeat. Comes autem Phrygiæ Pacatianæ nullam habeat communionem in Aſiana Diœceſi, ſed habeat quidem Comitis Phrygiæ Pacatianæ nomen: nullam autem habeat juriſdictionem extra territorium Phrygiæ Pacatianæ. l. [illegible]

[a] *Vicarius Aſianæ regionis*] *Scholiaſtes.* Phrygia in duas dividitur Provincias, id eſt in Phrygiam Salutarem, & in Phrygiam Pacatianam. Ergo Vicarius Præfecti Prætorio, qui erat in Aſia habebat aliquod officium ſuum in Phrygia Pacatiana. Et hæc præſens Conſtitutio jubet, ut illud officium quod eſt in Phrygia Pacatiana pertinens ad Vicarium Aſiæ totum ad Phrygiæ Pacatianæ Comitem pertineat. *A. A.* Ut loci ſervator. *Pith.* Cledonius in arte. Sæpe quæſitum eſt utrum Vicarius dici debeat etiam is, cui magnificentiſſimi Præfecti vices ſuas in ſpeciali cauſa mandant. Nequaquam: nam Vicarius dicitur is qui ordine Codicillorum vices agit ampliſſimæ Præfecturæ. Ille vero cui vices mandantur propter abſentiam Præfectorum, non Vicarius, ſed vices agens, non Præfecturæ, ſed Præfectorum dicitur. Sed hæc tam anxie obſervata non ſunt. Vide l. 3. C. Theod. de ſponſ. l. 1. §. a Præfecto, ff. de legat. 3.

[b] *Capita*] *Pith.* Capitum eſt pabulum jumentorum. Heſychius. Καπιτὸν, παράβλημα ἀλόγων. Varin. l. 8. 9. & 32. C. Theodoſ. de erogat. milit. annon.

L I I I. De Vicario Ponticæ ſublato & in Comitis Galatiæ primæ nomen tranſlato.

3. Qui ante Vicarius Ponticæ vocabatur, modo Comes Galatiæ primæ nominetur, & in milites habeat poteſtatem, & utriuſque Magiſtratus annonas accipiat, id eſt tam civiles quam *militares* [c]. Ultra territorium autem primæ Galatiæ nullam habet poteſtatem. Utriuſque autem Ponticæ Magiſtratus apparitores miſceri oportet, & Comitianam appellari, & periclitari cum ſuo Comite in exactionibus tributorum. l. [illegible] [c] *adde.* honorem

L I I I I. Ut nemo civilis vel militaris Magiſtratus Vicarios habeat.

4. Nemo Magiſtratus [a] civilis vel militaris *in* [c] municipiis ejus Provinciæ, cui præeſt, Vicarios ſuos audeat mittere: ſed ſi *quis* [c] tale fecerit, Magiſtratus honore cadat. l. [illegible] [c] *dele* [c] quid

[a] *Nemo Magiſtratus*] *Scholiaſtes.* Prohibet hoc capitulum ne Vicarii Præſidum per diverſa oppida dimiſſi propter lucra ſua hominibus damna concutiant.

Ergo propter hoc nec mittant Vicarios ſuos. De loci ſervatoribus pleniſſime invenies in primo capite illius longæ Conſtitutionis quæ ad Muſonium ſcripta eſt. *A. A.* Vide Authenticam ſi vero C. ut omnes Judices.

LV. Ut Comes Orientis & Præſides Antiochiæ Officium habeant.

verſ. αὐτὴ δὲ ποιῶ.
ᵃ utrumque modo
ᵇ Quiriſtica

5. Magiſtratus Comitis Orientis [a] & Præſidis Antiochiæ unus ſit, & utriuſque adparitiones miſceantur, & Comitiana adparitio appelletur: & primam Syriam habeat *tantum* [a] Comes Orientis, dummodo etiam illam regionem habeat, quæ *Kyreſtica* [b] vocatur. Habeat autem & utriuſque Magiſtratus annonas, & curam agat in tributorum exactionibus, & ut populares ſeditiones compeſcat, & civilem ordinationem conſervet.

[a] *[Comitis Orientis]* *Pith.* Zoſimus. Ισοειкῶν λόγ. ι'. ὁ δὲ κόμιτα τῆς ἑώας πεποίηκεν· αὕτη δὲ ἡ ἀρχὴ βούλεται τὸν περιβεβλημένον αὐτῆς ἐφεστάναι πᾶσι τοῖς ταῖς ἑώας ἐπαρχίας ἰθύνουσι καὶ ἐπὶ τοῖς ἐν κατὰ ἄλλον περιττομένοις ἐπιθύνειν. Sudas λουκιανός. Conſtitutione Juſtiniani primam tantum Syriam haber Comes Orientis, & regionem quæ Cyreſtica vocatur.

LVI. Ut omnes privati Præſidibus ſubjiciantur, & de ſacramento a Præſidibus dando, & de furtis Præſidum.

Gr. βουλόμενα.
ᵃ ſubjectos
ᵇ & ut ii
ᶜ deſcenderunt, *alias* diſcedunt
ᵈ judicii

6. Omnes privatos homines [a] *ſuppoſitos* [a] eſſe Conſtitutio jubet omnibus Provinciarum Præſidibus tam in pecuniariis, quam in criminalibus cauſis. *Hi autem* [b], qui a Conſtantinopolitana civitate *deſcendunt* [c], cujuſcumque *judicis* [d] calculos [b] vel juſſiones habeant, ſubjecti ſint Provinciarum Præſidibus, ut non audeant ſportularum nomine aliquid exigere ſupra modum ſacris Conſtitutionibus ſtatutum. Hoc enim, ſi contempſerit Præſes, de ſua ſubſtantia reſarcire damna Provincialibus cogitur. Liceat autem eis & de hujuſmodi injuriis referre, non ſolum majoribus Magiſtratibus, quibus ſuppoſiti ſunt hi, qui ſportulas illicitas exegerunt, ſed etiam Imperatori. Liceat autem Præſidibus, ſi viderint eos, qui calculos vel juſſiones habeant, quod injuſte vel violenter verſati fuerint, refrenare, & non timere neque dignitatem eorum, neque cingulum, quo forte decorantur. Oportet autem unumquemque, qui Magiſtratum geſturus eſt, antequam honorem accipiat, date ſacramentum, quod neque dedit alicui [c] pecuniam, neque lucrum impium capturus eſt. Si quis autem *ab eo* [f] aliquid accipiat ultra ea, quæ Conſtitutio ſtatuit, in quadruplum hoc reddat. Curam autem agat Præſes Provinciæ & in exactionibus tributorum, *eaque* [g] exigere debet non cum *ſeveritate* [h]: niſi forte contumaces ſint hi, qui tributa debent. Habeat autem & adſeſſores circa ſe æquos & juſtos, & non inclinantes ad lucrum. Quod ſi quis dederit aurum, ut Magiſtratus fiat, poſteaque in furto convictus ſit in ipſo Magiſtratu: & publicabuntur bona ejus, & in exilio mittendus erit, & corporales coërcitiones patietur. Nam *Epiſcopum* [i] & Primates civitatis, ſi viderint judicem injuſte converſari, preces Im-

Gr. οὔτε τινι.
ᶠ dolo
Gr. καὶ δὴ οὕτως.
ᵍ ut ea quæ
ʰ *adde*, exigat
Gr. εἰ δέ τις ἐξ ἐθῶν.
ⁱ & Epiſcopi

peratori porrigere *debent, ut* [g] Principali indignatione pœnas impius luat. [g] oportet ut eum

[a] *Omnes privatos homines*] *Scholiaſtes.* De hoc capitulo ſpecialem Conſtitutionem invenies in inferioribus circa quinquageſimam Conſtitutionem.

[b] *Cujuſcumque judicii calculos*] *Scholiaſtes.* Veluti quales ſunt Magiſtriani aut Præfectiani.

[c] *Neque dedit alicui*] *Scholiaſtes.* Scilicet ultra modum Conſtitutionis definitum. Nam definitum eſt quantum debet accipere is, cujus officii intereſt, ſicut invenies in Conſtitutionibus relatum.

LVII. *Ut Præſides quinquaginta dies faciant in Provincia ſua, poſtquam eis ſucceſſum ſit.*

7. Præſes Provinciæ poſtquam deſierit eſſe Præſes, in eadem Provincia quinquaginta dies faciat, & publice *pareat* [a], & omnium *excipiat* [b] actiones. Quod ſi antequam quinquaginta dies prætereant, abſconderit ſe: liceat unicuique & tenere eum in Provincia, & omne quod furatus eſt [a], repetere ab eo, præſente tamen Epiſcopo & rem diſcernente. Quod ſi ante quinquaginta dies fugerit, & comprehenſus fuerit ſive in Conſtantinopolitana civitate, ſive in alia quacunque regione, retrahatur ad eam Provinciam cui præerat: & ea quæ furatus eſt, in quadruplum *reddat* [c]. Hæc autem tota licentia Provincialibus data eſt, ſi in furto Præſidem arguere maluerint. Nam in aliis cauſis antedicta *obſervatio* [d] ceſſat. *verſ.* [illegible] [a] appareat [b] ſuſcipiat [c] reſtituat *verſ.* [illegible] [d] obſervantia

[a] *Omne quod furatus eſt*] *Scholiaſtes.* Id eſt quæ ab uno quoque rapuit. Antedicta obſervatio ceſſat, veluti ſi injuriam alicui intulerit, tenebitur injuriarum actione. Si aliud aliquid commiſit, præter furtum, competenti actione tenebitur.

LVIII. *In quibus cauſis a Præſide tenti fori præſcriptionem non habeant.*

8. Nemo autem neque in criminali cauſa, neque in tributorum exactione, neque in populari ſeditione, a *Præſide Provinciæ tentus* [a] fori præſcriptione utatur. [illegible] [a] apud Præſidem Provinciæ conventus

LIX. *Si milites Præſidis Provinciæ juſſiones non fecerint.*

9. Ut autem in *omnibus exequi* [a] poſſit Præſes Provinciæ, & milites qui in *provinciis ſedent* [b], ſubjiciantur ei [a]. Quod ſi milites ei non obtemperaverint, & annona *eorum prohibetur* [c], & militiam ſuam *amittunt* [d], *&* *corporales pœnas ſubſiſtunt* [e]. *verſ.* [illegible] [a] omnibus cauſis & juſtitia exequi [b] Provinciæ reſident [c] eorumdem militibus prohibeatur [d] amittant [e] & corporali pœnæ ſubſiſtant

[a] *Ut autem, &c. milites ſubjiciuntur ei*] *Scholiaſtes.* Nota quod milites Provinciæ ſubjecti ſunt Præſidi pro communibus utilitatibus.

LX. *De latrunculatoribus & biocolytis, & aphopliſtis ſublatis, & quomodo ſacramentum a Præſide dandum ſit.*

10. Cumque in Provinciis Præſides juſti mittantur, ſuperfluum eſt latrunculatores [a] mittere, & [b] eos quos biocolytas, id eſt, qui violen- [illegible]

tiam prohibent, vel aphopliſtas [b] vocant, id eſt eos, qui privatis hominibus arma habere non concedunt, ne rapinas aut cædes faciant. Sed neque Magiſtro militum Orientis, vel aliis Magiſtratibus licebit latrunculatores, vel biocolytas, vel aphopliſtas, vel alios ſimiles eis in Provincias mittere. Sin autem aliquid tale perpetratur, hi qui miſſi ſunt, præſidali poteſtati ſupponantur, & ultimum periculum patiantur, poſtquam ad Imperatorem hoc fuerit relatum. Hi autem qui miſerunt eos, triginta librarum auri pœna coërceantur. Is autem qui Magiſtratus creatur, ſi quidem in Conſtantinopolitana civitate, præ oculis Imperatoris, vel Præfecti Prætorio, & Comitis rerum privatarum & Cubicularii [c]: ſin autem in Provincia Magiſtratum accipiat, ante Metropolitam & Primates civitatis jurare debet. Jubet autem conſtitutio & defenſores civitatum nihil omnino vel dare niſi uſque ad ſexaginta ſolidos: vel accipere, niſi publicas annonas ſi quæ ſint. DAT. XVII. KAL. APRIL. CONS. BELISARII.

[a] *Latrunculatores*] *Pith.* L. ſolemus ff. de Judic. Gloſſ. λῃστοδιώκτης Latroniculator, pro eo qui latronibus inſidiaretur. Capitolinus in Maximino 234.

[b] *Aphopliſtas*] *A. A.* Novell. 8. cap. 6. qui privatis hominibus arma habere non ſinunt: exceptis militibus, ut Novell. 17. cap. 11. & Novell. 85. cap. 3. Vide lib. 11. Cod. tit. ut armorum uſus, &c. & Heſychium. *Pith.* Αφοπλίζειν τὰ ὅπλων ἀφαιρεῖσθαι. Sic l. 26. C. de Epiſcop. audient. Καὶ μὴν ἀπαρχυρισμοῦ μιτάτων καὶ κωλύσεως ἀφοπλισμόν. Homerus Iliad. ψ΄. ut Euſtathius notat, ἔστια ἀφοπλίζεσθαι λέγει, οὐ μὴν ἁπλῶς ἀφοπλίζεσθαι· οὔπω γὰρ τότε τὰ ὅπλα ἐπὶ πολεμικῆς ἐνεργολεσθούντο ὁδοῦ.

[c] *Cubicularii*] *Pith.* Χαρτουλάριος. Cubicularius, Chartularius. Theonas Epiſcopus Præpoſit. Cubicul. Nam aliquem ex vobis ſervare privatas Principis pecunias audio, alium veſtes & ornamenta Imperialia, alium vaſa pretioſa, alium libros, alium aliam ſupellectilem.

Διάταξις ι΄.

CONSTITUTIO XVI.

LXI. De numero Referendariorum.

1. HÆc Conſtitutio jubet [a] Referendarios [b] quatuordecim, *tantum eſſe, & non plus* [*] donec autem *ad octo perveniant* [*], non liceat alium adjicere, ut ſtatutus numerus eorum octo ſit. DAT. XVII. KAL. MAII CONS. BILIS.

[*] qui nunc ſunt eſſe
[*] uſque ad octo veniant

[a] *Hæc Conſtitutio jubet Referendarios, &c.*] *A. A.* Hæc eſt in libro Authenticorum Conſtitutio 5. collationis 2. titulo de Referendariis ſacri Palatii. Eam Græce & Latine edidit Haloander.

[b] *Referendarios*] *Pith.* Sigebertus anno 637. Referendarius autem dicebatur ad quem publicæ conſcriptiones referebantur, ut per eum annulo ſeu ſigillo Regis confirmarentur. Procopius. Ανεκδότοις· Τοὺς δὲ Ῥεφερενδαρίους καλουμένους οὐκέτι ἀπῆγεν αἰσχυνόμενον εἰς τὸν βασιλέα τὰς τῶν ἱκετευόντων δεήσεις ἐς δὲ τὰς ἀρχὰς ἀναγγέλλειν μόνον ὥσπερ εἰώθει ὅτι αὐ αὐτοῖς ἀμφὶ τῷ ἱκέτῃ δοκεῖ· ἀλλὰ ξυμφορήσαντες ἐκ πάντων αἰθρώπων τὸν ἄδικον λόγον φενακίσμασι μὲν τὸν Ιουστινιανὸν καὶ παραγωγαῖς ἐξηπάτουν περὶ τοὺς ταῦτα ἐπιτηδεύουσι ἀποκείμενον φύσει· ἔξω δὲ αὐτίκα γενόμενοι καὶ τῶν σφίσιν ὡμιληκότων τοὺς ἀντιδίκους καθείρξαντες χρήματα οὐδενὸς ἀμυνομένου ἀπεξελεληκότας ἰσχυσαντο ὅσα αὐτοῖς διαρκῆ εἴη.

CONSTITUTIO XVII. διάταξις ιζ΄.

LXII. De Officio Prætoris Juſtiniani Piſidiæ.

1. HÆc Conſtitutio jubet utroſque Piſidiæ Magiſtratus, id eſt civilem & militarem in unum miſceri: & qui eas habet, ut Prætor Juſtinianus vocetur: & habeat adparitionem prætorianam: & ſinguli adparitores per probatorias [a] *ſuas* [1] fiant. Habeat autem & carrucam argenteam [b], & ſecurim & faſces ſive virgas, & Adreſponſum [c] propter milites. Et ſit unus ſpectabilium Magiſtratuum, quemadmodum ſpectabiles ſunt Comites Pacatianæ & Galatiæ & Orientis, & Proconſules.

Margin: ſ. ἀλλὰ πολι. ſ. πάντα πάντων. verſ. ὑπο-κειμένων. [1] dele. verſ. εἶναι δὲ καὶ ἑνὸς.

[a] *Probatorias*] *Pith.* δοκιμασίας, σύμβολα, ὑποδείξεις, σφραγῖδας. Probatorias, id eſt per ſcrinium epiſtularum.

[b] *Carrucam argenteam*] *Pith.* Symmachus lib. 1. epiſtol. 19. edit. ann. 1549. cum clementia veſtra meminiſſet, faciendæ carrucæ impendium de ſacro ærario eſſe decretum: cenſuit ut ejus argentum publicis conditis redderetur. Proconſularis carrucæ meminit Cledonius; Præfecturæ Adelmus de Laudib. Virginitat.

[c] *Adreſponſum*] *Pith.* Adreſponſum dicitur qui deputatus eſt a magiſtro militum, ut quid opus ſit a competente judice in milites fieri, reſponſum, id eſt miniſterium ei exhibeat. Et ſolet deputari iſte a magiſtro militum eo ſub quo Provincia illa eſt. *A. A.* Sub moderatore Heleneponti militum controverſias ſedabat. Sic alii Præſides alios habebant eodem nomine. Alius hic eſt ab Apocriſariis, quamvis nomen Græcum non diſſimile ſit. Πρὸς ὑπόκριον. Erant etiam Scriniarii adreſponſum, ut conſtitut. 7. de Palatin. lib. 12 Cod. & in notitia dignitatum fit mentio Primicerii Scrinii auri adreſponſum ſub comite ſacrarum largitionum. *Pith.* Εἰς ὑπόκριον. Ἀποκρισιάριος. Deſtinabatur de officio Magiſtri militum præſentalium propter milites competentibus judicibus inhæſurus, & juſſiones eorum, uti Anaſtaſ. Imp. loquitur l. 18. C. de re militar. implere curaturus: Unde forſitan nomen habet. Sic enim τὸ Reſponſum & ὑπόκριον alibi accipitur. Procop. 3. de bello Vandal. Τῶν ταῖς βασιλικαῖς ὑποκρίσεσι ἀεὶ ξυλλεγομένων οὓς δὴ βερεδαρίους καλοῦσι. Zoſim. Ἱστοριῶν λόγ. α΄. ἐπεὶ τίς ἐν τοῖς βασιλείοις ἱερὰς ὄνομα τῶν ἔξωθεν φερομένων ὑποκρίσεων μελέτης τεταγμένος. Nov. 25. ſecundum Baſilica. Ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν βασιλικῶν σφραγισμάτων ἀπὸ ὑποκρίσεως ἀρχόντων οἱ στρατὸν ἐκάλουν βασιλεῖς τε καὶ νομοθέτας. Paulo aliter Julian. in Scholiis.

LXIII. Si provocatio porrecta fuerit contra ſententiam Prætoris Piſidiæ vel alterius, qui in Piſidia judicavit.

2. Si provocatio porrecta fuerit adverſus ſententiam Prætoris Piſidiæ, oportet eam *referri* [1] in auditorium Præfecti *Prætorii* [a] & Quæſtoris, ut ſimul dirimant appellationem: nam & in aliis ſpectabilibus judicibus hæc eadem obſervabuntur. Sin autem ex divina juſſione judex non ſpectabilis in Piſidia datus fuerit, & adverſus ſententiam ejus provocatio porrecta ſit: non jam Comes Pacatianæ Phrygiæ provocationem audiat, ſed ipſe Prætor Piſidiæ. Nam & ſacrum auditorium [b] habere ei Conſtitutio conceſſit in hujuſmodi appellationibus,

Margin: ſ. εἰσὶ δὲ ἐπαρ-χ. [1] referre [a] Prætorio

ſcilicet ſi cauſa provocationis ultra trecentos aureos non ſit. DAT.
[1] xv. XII.[1] K. JUN. CONS. BILIS.

[a] *Spectabilibus*] Scilicet Comitibus Conſiſtorianis.

[b] *Sacrum auditorium*] *Pith.* Edict. 8. Vide Julian. in Scholiis. Symmach. lib. 10. epiſt. 52. ubi ventum ad ſacræ Sedis examen. Sacro potius auditorio ex provocatione competeret, accederire etiam proxima ſanctione, qua indiſcretas hujuſmodi appellationes ſedi, quæ vicem Principum tuetur, priſco jure commiſit. Auditorium autem ſacrum dicebatur ubi formalibus verbis cauſæ allegabantur, & veſtem induebant qualem in Palatio, veluti campaeos, & ſic ingrediebantur omnes ad eos; hoc Imperator noſter prohibuit.

[illegible]

CONSTITUTIO XVIII.

LXIIII. *De Officio Prætoris Lycaoniæ.*

verſ. [illegible] 1. PRæſes Lycaoniæ Prætor nominetur, habeat autem & civilia & militaria inſignia, & apparitio ejus per probatorias fiat [a], & uſque ad centum apparitores numerus ejus extendatur. Habeat autem Prætor Lycaoniæ non ſolum civilis, ſed militaris Magiſtratus annonas. Habeat autem & Adreſponſum. Curam autem agat in omnibus cauſis, id eſt in civilibus, in militaribus, in privatis, in publicis. Et ſi quid admiſſum fuerit ab eis, qui ex Conſtantinopolitana civitate deſcendunt, hoc diligenter perſcrutetur, & ſecundum delicti quantitatem temeratoribus pœnas inroget. Habeat autem & carrucam argenteam, & ſecurem, & faſces ſive virgas: & ſit inter ſpectabiles Magiſtratus.

[a] *Per probatorias fiat*] *Pith.* Quatuor ſunt ſcrinia. Palatinum quod dicitur libellorum, ſecundum memoriæ, tertium diſpoſitionum, quartum epiſtularum. Unde quatuor antigrafei ſunt.

LXV. *Si provocatio porrecta fuerit contra ſententiam Prætoris Lycaoniæ, vel alterius, qui in Lycaonia judicavit.*

verſ. [illegible] 2. Si Prætoris Lycaoniæ provocatio porrecta fuerit, Præfectus Prætorio cum Quæſtore eam recipiat. Sin autem a divina juſſione judex fuerit in Lycaonia datus, & non ſit ſpectabilis, poſteaque adverſus ſententiam ejuſdem judicis provocatio porrecta ſit, apud Prætorem Lycaoniæ exerceri eam oportet, ſcilicet ſi cauſa quingentorum aureorum quantitatem non excedat [a]. Idem eſt & ſi ab aliis magiſtratibus *maximus* [1] judex ibi fuerit deſtinatus. DAT. XV. KAL. JUN. C. P. CONS. BILIS.[a]

[1] maximus
[a] P. C. Bilis.

[a] *Quingentorum aureorum quantitatem non excedat*] *Pith.* Hoc tantum intereſt inter provocationem quæ porrigitur Prætori Lycaoniæ, & provocationem illam de qua loquitur in Præſide Piſidiæ in proximo ſuper ſe capitulo, quod ibi de CCC. hic autem de D. dicit.

CONSTITUTIO XIX. Διάταξις κϛ'.

LXVI. De Officio Prætoris Juſtiniani Thraciæ, & de provocationibus in Thracia porrectis.

1. QUi Thraciæ præeſt, Prætor Juſtinianus nominetur, & duorum verſ. ἐμβόλῳ.
Vicariorum, qui in Longomuro ſedebant [a], *ſolus* [1] habeat Ma- [1] ſolum
giſtratus: nam ex illis Vicariis unus quidem vicem agebat magiſtri militum, alter autem Vicarius erat Præfecti Prætorii. Thraciæ autem Prætorem & ſpectabilibus viris connumerare oportet. Nam ea quæ l. ὅσα εἴπομεν.
diximus de Prætore Piſidiæ & de Prætore Lycaoniæ, in eo quoque tenent. Habebit autem apparitores non plures quam centum. Et non l. κοσμεῖσθαι.
ſolum civilibus, ſed etiam militaribus decorabitur inſignibus. Habeat autem & Adreſponſum, & curam agat in tributorum exactionibus, cum ſua ſcilicet apparitione, quæ Prætoriana vocabitur. Militare autem apparitores Conſtitutio jubet ab epiſtularum ſcrinio [b], *a quo* [2] & [2] in quo
antea Vicariana apparitio militabat. Appellatio autem porrecta con- l. ἕως τῶν.
tra ſententiam Prætoris Thracenſium, apud Præfectum Prætorio & verſ. εἰ δὲ κα.
Quæſtorem exerceri debet, ita tamen, ut quingentorum aureorum quantitatem non excedat appellationis cauſa. Cavetur autem Conſtitutione, ut etiam in appellationibus porrectis contra ſententias non ſpectabilium judicum qui per divinam juſſionem conſtituti ſunt, eadem obſerventur, quæ in aliis Prætoribus diximus. DAT. KAL. [3] [3] xv. Kal.
JUN. CONS. BILIS. [4] [4] Const. v. Bilis. C. Cons.

[a] *Qui in Longomuro ſedebant*] *Pith.* Manuel. Ἐγκωμίῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης. Αὐτὸ δὲ τὸ μακρὸν τεῖχος οὐ μακρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ πλατὺ τεῖχος δικαίως καὶ ὑψηλὸν καθ' ἐπωνυμίαν ἠδύνατο καλεῖσθαι, τοσοῦτον μὲν ὄν, ὥστε εἰ καὶ τοῖς τυχοῦσι λίθοις καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ποταμῶν καὶ χειμάρρων βώλοις καὶ χερμαδίοις ἁπλῶς συνέκειτο, ἄξιον ὂν θαυμάσαι, τοιούτοις δὲ εἰ δὲ βούλει, τηλικούτοις τοῖς λίθοις ἔχον καὶ τοσαύτην τὴν δομησαμένην τέχνην, ὥστε εἰ καὶ ὀλίγων ὀργυιῶν ἦν, δικαίως ἂν παρέχειν ἔκπληξιν τοῖς θεωμένοις, ὄρος ὂν μᾶλλον ἢ τεῖχος, ὥστε εἰ κρεμαστὸν ἦν, ὥσπερ τι σχοινίον ἢ δοκὸς διατεταμένον, ἀνάλογον τοῦ μήκους τὸ πάχος εἶναι ὥσπερ ἐν ἐκείνοις ζητεῖται, πρὸς τὸ μὴ διαρραγῆναι αὐτό τι καὶ τὸ τῆς πόλεως ἢ μᾶλλον τὰ τῆς πόλεως.

[b] *Epiſtularum ſcrinio*] *Pith.* Magiſter epiſtularum legationes civitatum, conſultationes & preces tractat. Magiſter epiſtularum Græcarum eas epiſtolas quæ Græce ſolent emitti aut ipſe dictat, aut Latine dictatas transfert in Græcum. Eunapius in Nymphid. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Ἰουλιανὸς αὐτῷ καὶ τὴν βασιλικὴν γλῶτταν ἐπέτρεψε τὰς ἐπιστολὰς ἐπιστείλας, ὅσαι διὰ τῶν ἑλληνικῶν ἑρμηνεύονται λόγων. In Scrinio libellorum qui militant, Libellenſes dicuntur, quorum meminit. Nov. 25.

CONSTITUTIO XX. Διάταξις κζ'.

LXVII. De Officio Prætoris Iſauriæ & de appellationibus in ea Provincia porrectis.

1. PRæſes *Iſauriæ* [1] utriuſque, & ipſe Magiſtratus habeat inſignia, [1] Hiſauriæ
& Prætor, ſive Comes nominetur, & apparitio ejus Comitiana vocetur, & de appellationibus omnia ſic teneant & in eo,

quemadmodum de aliis Prætoribus diximus, eumque connumerari jubet *inter* [a] ſpectabiles Magiſtratus. DAT. XV. KAL. JUN. CONS. BILIS.

a inter

Διάταξις ιζ'.

CONSTITUTIO XXI.

LXVIII. *De Officio Rectoris Provinciæ.*

b. δεῖ πίνακι.

1. HÆc Conſtitutio habet [a] inſcriptionem, MANDATA PRINCIPIS. Diſponit autem quales eſſe oportet Provinciarum Præſides: & interdicit eis aliquid a ſubjectis lucrari, quaſi publicis annonis ſufficientibus eis. Nam & tributa exigere & requirere debent, ne forte fiſcus deminutionem aliquam *paſſus ſit* [c]. Oportet autem & cauſas privatorum cum æquitate eos audire, & viliores quidem dirimere ſine ſcriptis, & non concedere litigatores ultra ea, quæ Conſtitutionibus continentur [b], in judicio expendere. Sin autem viles ſint litigatores, & ſine aliqua expenſa [c] cauſas eorum cognoſcere Præſidem oportet. Si enim omnia cum omni *puritate* [e] fiant, nec facile in Conſtantinopolitanam civitatem Provinciales concurrent. Nam & ſi concurrerint, cum per Magiſtratus Provinciales *nihil* [f] ſteterit, nullum reſponſum [d] impetrabunt a principe. Jubet autem Conſtitutio & Agentes in rebus [e]: vel alios [f] quoſcumque, qui a Conſtantinopolitana civitate juſſiones majorum judicum *portant* [e], *prohibere poſſe* [g] Provinciarum Præſides injuſte converſari.

c patiatur.
b. ἔσω σοι καὶ κεῖται.
e pietate
f non
e impetrant
g prohiberi poſſe per

[a] *Hac Conſtitutio habet, &c.*] *A. A.* Fuit hæc Conſtitutio a Juſtiniano Græce & Latine edita. Sed Latina editione caremus. In lib. Authent. eſt Conſtitutio 4 collationis 3. tit. de mandat. Princip. Gregorius Haloander eam Græce & Latine edidit. *Scholiaſtes.* Nota quando Præſes Provinciæ ſententiam definitivam ſine ſcriptis proferre poteſt.

[b] *Qua in Conſtitutionibus continentur*] *Scholiaſtes.* Hæc Conſtitutio relata eſt in tertio libro Codicis titulo de Sportulis ultima.

[c] *Sine aliqua expenſa*] *Scholiaſtes.* Nota quando privati homines gratis apud Præſidem litigare debeant. Gratis autem diximus propter fiſcum, qui ſemper gratis litigat: quod eſt relatum in libro primo Codicis titulo competenti; & ſane veriſimile eſt hoc comprehenſum Juſtiniani Conſtitutione de Sportulis. Id tamen Interpretes Latini notant ex l. ad fiſcum C. ubi cauſa fiſci.

[d] *Nullum reſponſum*] *Scholiaſtes.* Nota quod non licet antequam adeatur Præſes Principem a Provincialibus adiri.

[e] *Agentes in rebus*] *Pith.* Magiſtrianos. Tam ad neceſſitates publicas quam privatas mittebantur. Hieronymus in Abdiam cap. 1 eos enim quos nunc agentes in rebus vel veredarios appellant, veteres frumentarios nominabant. Meminit Auguſtinus 7. Confeſſion. Eadem origine illuſtres in actu poſiti agentes dicuntur l. 1. C. Theod. de Comitib. qui illuſtrib. agentib. aſſid. Ammianus Marcellinus lib. 16. inductis quadam ſolennitate Agentibus in rebus, ut aurum acciperent, inter alios quidam ex eorum conſortio, non ut moris eſt, expanſa chlamide, ſed utraque manu cavata ſuſcepit. Et Imperator, rapere, inquit, non accipere ſciunt Agentes in rebus. *A. A.* De Agentibus in rebus & de Præpoſitis, & Principibus agentium in rebus, videndæ Conſtitutiones lib. 12. Codicis. In notitia dignitatum ſub Magiſtro Officiorum fuit ſchola Agentium in rebus. Vide titulum de Offic. Magiſtr. Offic. lib. 1. Cod.

[f] *Vel alios*] *A. A.* Præfectianos dicit.

LXIX. Idem.

2. Conſuetudinarias juſſiones ex quocumque judicio procedentes Provinciarum Præſides non recipiant: veluti de publico aquæductu, de portu, de itineribus muniendis, de pontibus, de imaginibus, de muris, de ædium excidio, *utpote* [1] in publico loco *ædificatarum* [2]. *Jubet* [3] autem nullam rationem habere Præſides Provinciarum hujuſmodi juſſionum, niſi divinam pragmaticam ſanctionem intimaverint: poſteaque Præſidem indicare oportet per ſuam relationem piiſſimo Principi. Nam nec divinam pragmaticam formam temere eum admittere Conſtitutio permittit. Debet autem & in operibus publicis ſuam diligentiam atque inſtantiam præſes oſtendere. Nam & patres civitatum ædificationes publicas cogere *debet conſtruere* [4]. Omnes autem milites qui in *eadem* [5] Provincia ſedent, Imperio Præſidis ſubjici Conſtitutio præcipit. Nam & caſtigare [a] eos delinquentes Præſidi licet.

verſ. [illegible]
[1] adde, vel aliorum publicum exigeri
[2] ædificatorum
[3] licet
[4] debent & conſtituere
[5] [illegible]
[6] dele

[a] *Caſtigare*] *Scholiaſtes.* Nota quod militibus etiam corporales pœnas Præſes inferre poteſt.

LXX. Idem.

3. Si quis crimine illigatus in *judicio* [1] Præſidis productus fuerit, & ne aliquid de eo cognoſcatur, privilegio dignitatis vel militiæ uſus fuerit: Præſes Provinciæ non recipiat eum. Qui enim privilegium ad *removenda* [2] crimina prætendit, a Præſide admitti non debet. Apparitores quoque refrænare Præſidem oportet, & ſi injurioſe converſari voluerint, non permittere. Sed & Conſiliarium & omnes homines ſuos puriſſimos habeat, *&* [3] his tantum contenti ſint, quæ eis *publicus* [4] ſubminiſtrat.

verſ. [illegible]
[1] judicium
[2] renovanda
verſ. [illegible]
verſ. [illegible]
[3] ne
[4] publicum

LXXI. Idem.

4. Præſes Provinciæ fidem publicam [a] non paſſim *cuique* [1] præſtare debet: immo etiam ſi dederit, uſque ad triginta dies [b] tantum fides publica valere debet. Sed & condemnare eos debet, qui intra terminos ſanctorum ſint, & *exigere eos* [2], ita tamen ut competentem honorem ſanctorum terminis conſervet.

[illegible]
[1] unicuique, aliàs criminoſis
[2] & exequi ab eis

[a] *Fidem publicam*] *Pith.* Οἱ [illegible] λόγοι. Salluſtius. Comes ejus qui Romam fide publica venerat. Cicero. Fidem ei publicam juſſu Senatus dedit.
[b] *Uſque ad triginta dies, &c.*] *Scholiaſtes.* Notandum hoc propter taxeotas. Ergo poteris contra eos per triginta dies hoc facere. Scimus enim quod ſolent iſti Officiales fugere ad Eccleſiam, quando ſuccedit aliquis novus Judex. Timent enim quæ fecerunt. Poteris ergo contra ipſos hanc legem proferre, ſi volueris, poſt triginta dies, quamvis eis juratum ſit.

LXXII. Idem.

5. Termini ſanctorum non proſunt neque homicidis, neque adulteris, neque raptoribus virginum. Sed & ſi quis tributa fiſco debet,

[illegible]

[i] ut

poterit intra ſanctorum terminos ab eo exigi publicum debitum, & [i] tam œconomi quam defenſores Eccleſiarum ad hoc ſubveniant Præſidi [a] magis, quam debitorem eripiant. Nam ſi quid tale fecerint, de ſua ſubſtantia tributa fiſco reddere compelluntur.

[a] *Ad hoc ſubveniant Præſidi*] *Scholiaſtes.* Nota quod Clerici Præſidem magis adjuvare debent quam confugientes in ſanctis, quamvis pecuniaria cauſa ſit.

L X X I I I. Idem.

k. [illegible]

[i] jugerum, *aliàs* locorum

[h] præſidiis

[g] præſidiorum

6. Præſes Provinciæ non debet permittere tributorum exactoribus aliter tributa exigere, niſi declaraverint *jugorum* [i] quantitatem [a], & pro quibus *prædiis* [h], & in quibus ſpeciebus exactio fit. Quod ſi de tributis aliqua dubitatio emerſerit, cenſuales quidem faciant expoſitionem [b] cum omni ſubtilitate: referatur autem apud glorioſiſſimum pro tempore Præfectum Prætorio, & per ampliſſimum judicium [c] ejus cauſa dubia dirimatur. Debet autem Præſes Provinciæ cogere cenſuales etiam, ut tranſlationes [d] faciant diſtractorum *prædiorum* [g], ſine omni tamen detrimento. Sin autem ideo cenſuales tranſlationem facere diſtulerint, quod emptores inopes eſſe putant, & hujus rei diſceptatio Præſidalis erit. Et ſi dubitetur: utrum emptor idoneus ſit annon, venditor autem paratus ſit periculo ſuo tranſlationem venditi prædii fieri: audiri debet.

[a] *Aliter tributa exigere niſi declaraverint jugorum quantitatem*] *Scholiaſtes.* Nota quando is qui nihil poſſidet, fiſcalia dare cogitur. Hoc autem ideo notavimus, quia ſcimus eſſe poſitam Conſtitutionem in Codice, quæ dicit, ut hic qui habet agrum & juxta ipſum eſt alius deſertus, compellatur eum ſuſcipere, ut tributa fiſco non deſint. Ergo in præſenti loco non ut poſſidens agrum, alium agrum ſuſcipit, niſi prius declaraverit. Et neceſſarius eſt locus iſte in Provinciis propter curiales vel quoſcumque exactores fiſcalium penſionum, qui ſolent contemnere talem facere ſcripturam.

[b] *Cenſuales quidem faciant expoſitionem*] *Pith.* Id eſt exemplaria publici cenſus. Cenſus. Regeſtum. Ἀποτίμησις ἀπογραφὴ κηνσίων. Cenſuales. Τῶν δημοσίων ἀπογραφῶν φύλακες. Meminit Firmicus lib. 4. cap. 11. l. omnes C. Theod. lib. 6. tit. 1. *A. A.* Novell. 17. cap. 5. Novell. 128. cap. 4. & 13. Cenſus curam gerit in municipio, ut & Magiſter cenſus. Erant etiam Scribæ Cenſuales, ut lib. 8. Cod. Theod. tit. de Tabulariis Holographis & Cenſualibus Scribis. Vide titulum de Tabulariis, Scribis, Logographis & Cenſualibus lib. 10. Cod. & de Cenſibus & Cenſitoribus lib. 11. In notitia dignitatum Occidentis Cenſuales numerantur in Officio Præfecti Urbis Romæ, de quibus Capitolinus in Gordianis.

[c] *Per ampliſſimum judicium*] *Scholiaſtes.* Nota quod non licet ſine Prætoris auctoritate de tributis litigium dirimi.

[d] *Tranſlationes faciant diſtractorum prædiorum*] *Pith.* Tranſlatio profeſſionis cenſualis l. ult. C. ſine cenſ. vel relig. fund. compar. non poſſ. l. 3. C. de Epiſcop. & Cleric. ἀπογραφὴ Baſil. 45. *A. A.* Tranſlationes, Cum tributa transferuntur in alios debitores.

L X X I I I I. Idem.

[illegible]

7. Profectiones Præſidum non oportet damnoſas Provincialibus

eſſe. Nam *nec* [a] angarias Præſidi, vel *apparitioni* [a] ejus facere licet [a]. Omnes enim omnino Præſides annonis ſuis contentos eſſe Conſtitutio jubet. [a] & [a] apparitori

[a] *Nec angarias Præſidi vel apparitioni ejus facere licet*] *A. A.* Angariæ proprie ad curſum publicum pertinebant ut lib. 12. Cod. Juſtin. & lib. 8. Cod. Theodoſ. tit. de curſu publico & angariis. Transfertur ad alia onera. Vide l. neminem C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. ult. in fine ff. de munerib. l. viæ ff. de veteranis. *Pith.* Ἀγγαροφορεῖν τὰ φόρτια φέρειν. Euſtath. Odyſſ. γ'. Procopius. Ἀνεκδότοις. Ἀλλὰ καὶ καμήλους πάλαι τοῖς τὸ δημόσιον ἐκ παλαιοῦ ἐκπέμπειν εἰωθὸς ἐν δὲ τοῖς Ῥωμαίων στρατῷ ἐπὶ πολεμίους ἰοῦσι ἅπαντα φέρουσι τὰ ἐπιτήδεια εἴσοντο· καὶ οὕτω τοῖς γεωργοῖς τότε ἀγγαροφορεῖν ἐπιλελοιπέναι ἦν. Inde Angaria, vehiculi genus l. 7. C. de fabricenſ. l. 28. l. 30. C. Th. de curſ. public.

LXXV. Idem.

8. Non liceat Provinciarum Præſidibus in *hiſdem* [a] Provinciis, quas ipſi gubernant Vicarios ſuos conſtituere: ſed nec militibus conceſſum eſt angarias a Provincialibus petere, vel quæcumque detrimenta eis facere: ſed ſi quid damni Provinciales ſentiant, hoc Præſes eis de ſuo reſarcire compellitur. *Ibidem.* [a] ipſis

LXXVI. Idem.

9. Si quis juſſionem portaverit Præſidi de *religionibus* [a], liceat ei eam contemnere. Nam ſi quid Canonicum acciderit [a], hoc Præſes cum Metropolitano [b] Provinciæ diſponere debet. ℓ. ἐὰν μὲν τὸ κ. [a] regionibus

[a] *Si quid Canonicum acciderit*] *A. A.* A Canone Eccleſiaſtico Novell. 17. cap. 7. *Pith.* Canonicum: quod ad divinas regulas pertinet. In ſacra Juſtini Imperatoris pro privilegio Concilii Vizaceni quam nos edi curavimus ad finem Novellarum Juliani.

[b] *Hoc Præſes cum Metropolitano*] *Scholiaſtes.* Hoc innovatum eſt. Nam in cauſis Canonicis immiſcere ſe Præſides non poſſunt, ut eſt relatum in centeſimam viceſimam Conſtitutionem, quæ de Clericis & Monachis loquitur. Præſens autem capitulum illos prohibet, qui ſolent petere a Principe licentiam diſcutiendorum Hæreticorum. Nam hoc lucri cauſa ſolent facere.

LXXVII. Idem.

10. Capitali crimine damnatorum bona [a] non ad lucrum Præſidis *referri* [a], ſed cognatis punitorum reddi oportet. ℓ. Νὰ Α. [a] proferri Sco

[a] *Capitali crimine damnatorum bona, &c.*] *Scholiaſtes.* Piiſſimum eſt iſtud capitulum, quo prohibetur fiſcus ſuccedere eis qui damnari ſunt publico crimine, ſed magis ad cognatos eorum deferri ſubſtantia eorum. Nota: quando ab inteſtato ſucceditur ei qui capitali crimine damnatus eſt. Lege autem ultimum caput Conſtitutionis Novellæ, quæ ad Muſonium ſcripta eſt.

LXXVIII. Idem.

11. Injuſta Patrocinia tam prohibere, quam *contemnere* [a] Præſes Provinciæ debet. ℓ. ατιμάζειν Α. [a] contemnere

LXXIX. Idem.

ᵃ ἀλλὰ καὶ αὐ. 12. Alienos colonos ſive capite cenſitos ᵃ nemo ſuſcipere audeat: ſed & ſi ſuſceperit, ſtatim reddat. Alioquin ſi non reddiderit, terram deſertam ᵇ propter colonorum vel *adſcripticiorum* ᶜ abſentiam ſuſceptoribus eorum irrogari æquum eſt. Curare autem etiam Præſes Provinciæ debet, ne aliquid tale contingat: ſed & ſi contigerit, etiam in alia Provincia coloni vel adſcripticii fugerint, per publicas litteras reducere eos debet: & hoc non ſolum in Dominicis prædiis obtinebit, ſed etiam in privatorum poſſeſſionibus, quarum forte aliqui curam habent, ſive quod *conductores* ᵉ ſint, ſive quod procuratores.

ᶜ adſcriptorum

ᵉ creditores

ᵃ *[Capite cenſitos]* *A. A.* Novell. 17. cap. 9. Olim capite cenſi dicebantur cives Romani, qui extra claſſes cenſebantur ob egeſtatem. Poſtea qui pro capite in Provinciis tributum ſolvebant, capite cenſiti dicebantur, & alienos agros colebant. Unde etiam coloni & adſcriptitii vocati ſunt. Vide Cod. de Agricol. & cenſit. lib. 11. & in quibus cauſis coloni capite cenſiti dominum accuſare poſſunt. *Pith.* Adſcriptitii. Vide l. 6. & 7. Cod. Theodoſ. de Tironib. l. 4. ejuſdem Cod. de Veteran. Balſamon. tit. 1. cap. 34. Nomocan. Photii ad Novell. 113.

ᵇ *Terram deſertam]* *Scholiaſtes.* Nota quando deſerta non fertilibus agris, ſed damni cauſam præſtantibus perſonis imponitur. Quæſitum eſt. In ſexto libro Codicis titulo primo relatum eſt quod duodecim libras argenti præſtare debet ſuſceptor talis perſonæ, & dictum eſt, diſtinctiones, quas habes ibi, hic tibi præjudicium non faciunt: ſed hic auxit Conſtitutio, poſita innovavit.

LXXX. Idem.

ᵃ ποιήσας. 13. Si quis alienis agris vel ergaſteriis titulos impoſuerit, & nomen ſuum inſcripſerit ᵃ, bonorum publicatione puniatur. Unuſquiſque autem Præſes Provinciæ poſtquam ad Provinciam pervenerit, convocare debet Epiſcopum, & Clerum, & Primates civitatis: & hæc divina intimare mandata non ſolum in Metropolitana civitate, ſed etiam in aliis *Provinciæ* ᶜ municipiis: ita ut per apparitores inſinuentur ſine omni municipalium damno.

ᵇ Τῶν οἴκων. verſ. ἅμα δέ.

ᶜ Provinciis &

ᵃ *Si quis alienis agris vel ergaſteriis titulos impoſuerit, vel nomen ſuum inſcripſerit]* *Scholiaſtes.* De eo qui nomen ſuum in alieno loco poſuit. Ergo ſi nomen Imperatoris, non habebit locum: ſed tamen de his qui nomine publico injuſte titulos imponunt, eſt pœna ſpecialis in Codice poſita. *Pith.* Vide l. 2. C. Theodoſ. de incorp. tituli vero quorum adjectione prædia noſtris ſunt conſecranda nominibus nonniſi publica teſtificatione ponantur. L. 2. C. Theodoſ. de navib. non excuſandis. D. Auguſtinus in Pſalm. 21. ubi potens aliquis invenerit titulos ſuos, nonne jure rem ſibi vindicat? & dicit, non poneret titulos meos niſi res mea eſſet. Idem tractat. 7. in epiſt. Joann. cujus ſit & ad quem pertineat prædium in titulo inſpicitur, ne forte importune irruamus quo non oportet. Idem Pſalm. 55.

LXXXI. Idem.

verſ. κἀκεῖνο δέ. 14. Nemo privatus audeat arma tenere vel gerere. Hoc enim *ſolis* ᶜ militibus conceſſum eſt. Hi quoque, qui propter ſeditionem a Conſtanti-

ᶜ ſolum

Conſtantinopolitana civitate *fugerunt* [a], teneri debent a Provinciarum Præſidibus & cuſtodiri. Nam & referre de eis Præſides oportet, & ſi de his ſunt, quos ut pote ſeditioſos perſcrutantur Magiſtratus populi Romani punire. DAT. XVI. KAL. MAII. C. P. BILIS. V. C. CONS. [a] fugeriat

CONSTITUTIO XXII. [illegible]

LXXXII. *De Officio Proconſulis Cappadociæ.*

1. MAgiſtratus [a] Cappadociæ [b] omne Officium atque apparitionem civilem & militarem habeat. Sed & in aliis Provinciis Ponticæ regionis conſtituta tamiaca prædia [c] ſub Imperio ſuo habeat. Nam & tamiacas poſſeſſiones poteſtati ejus Conſtitutio ſubjicit. [d] *Summarii* [a] quoque Comitianæ apparitionis [e] ſubjecti ſunt ei. [a] Summari Utrumque enim Officium Proconſuli Cappadociæ obtemperare debet: nam Magiſtratus Cappadociæ Proconſul eſt. Et ideo utraque apparitio tam Comitiana, quam civilis, Proconſularis appellabitur. Utrumque tamen Officium ſecundum veterem ordinem ſuas proprias adminiſtrationes habeat. Epitropi [f] autem & tracteutæ [g] non ſint. [illegible] Nominentur autem tredecim Magiſtri [h] periculo Comitianæ apparitionis, & tredecim exactores qui tredecim Magiſtris quinquagenos ſolidos præſtent. Nemo autem exactor ultra definitionem & formam [i] *Niceta* [a] audeat aliquid accipere, alioquin militia cadet. [a] illicite [illegible] Adjutoris autem creatio fiat periculo tredecim Magiſtrorum, & aliorum, vers. [illegible] qui poſt ipſos ſunt, ſi is qui in gradu vocatur, idoneus non ſit. Proconſul autem Cappadociæ habeat carrucam argenteam [k], & ſecurem, vers. [illegible] & faſces, & omnia vetera Proconſularia inſignia. Inferre autem eum vers. [illegible] oportet quinquaginta libras auri venerabili Auguſtæ, ſcilicet ex juſtis adquiſitionibus. Ipſum autem Proconſulatum ſine pecuniarum datione accipiat.

Habeat autem annonarum nomine, auri libras viginti, & Conſiliarius ejus libras auri duas: apparitio autem ejus habeat ea quæ ab antiquis temporibus uſque ad hoc tempus habuit. Maneat autem & Palatinorum ſchola [l], quæ ſub Cappadocia eſt in eadem poteſtate, & ordine, & figura. Nihil autem neque conſuetudinis nomine [m], neque annonarum, neque in veſte, neque in aliis ſpeciebus aliquid accipiat: non ab ipſo Proconſule, non ab ejus apparitione. vers. [illegible] vers. [illegible]

[a] *Magiſtratus, &c.*] *A. A.* Hæc Conſtitutio deſideratur in lib. Authent. Eam Haloander Græce & Latine edidit ſub titul. de Proconſule Cappadociæ.

[b] *Cappadociæ*] *Scholiaſtes.* Cappadocia in duas dividitur Provincias: in primam & ſecundam. Ergo in ea Provincia duo erant Præſides, unus in prima, & alius in ſecunda. Erat autem in eadem Provincia & Comes, qui dicebatur Comes domorum, & in utriſque Provinciis tam in prima quam in ſecunda jus ſuum ſuper domos publicas habebat. Præſens ergo Conſtitutio jubet ut ad unum Magiſtratum utrarumque Provinciarum, id eſt primæ & ſecundæ, adminiſtratio pertineat. Ordinabat autem & Præpoſitus ſacri cubiculi, & hoc innovatum eſt

per præſentem Conſtitutionem; equidem ut ipſe quem vult non mittat, ſed quem Princeps voluerit mittere. Lucra autem quæ habebat & hodie percipiat a Provincia ipſa.

[e] *Tamiaca prædia*] *A. A.* Ταμειακός. Novell. 30. & Novell. 38. cap. 6. Ταμεῖον eſt ærarium vel fiſcus. Inde res fiſci tamiacæ appellantur. Vide lib. 11. Cod. tit. de præd. tamiac. & iis qui ex colon. tamiacis, &c. *Pith.* Ταμεῖον τὸ δημόσιον fiſcus, ærarium. Ταμεῖον τὸ ἰδιωτικὸν cellarium, cella proma, penuarium, penum, promptuarium. Zon. 127. & 164. Cedren. 396. 446. & 447.

[d] *Summarii*] *A. A.* Novell. 64. Pro peritis æſtimatoribus. *Pith.* Qui ſumme ac mirabiliter computant ψηφισταὶ οἱ ἀριθμοῦντες, computatores, ratiocinatores. Vet. Interpres Authentic. æſtimationem vero olerum non ſolum ab hortulanis fieri, ſed & ab iis qui vocantur ſummarii, & qui talia noverunt.

[e] *Comitianæ apparitionis*] *A. A.* Apparitio cohortem vel Officium Præſidis, aut aliorum Magiſtratuum ſignificat. Novell. 28. cap. 1. Novell. 29. Novell. 60. cap. 1. de his plures tituli lib. 12. Cod. *Pith.* Comitis domorum Novell. 15. cap. 3. Comitis Galatiæ cap. 5. Comitis Orientis act. 10. Concil. Chalcedon. tanquam non eſſet carcere in Antiochia in ordine Comitianorum.

[f] *Epitropi*] *Pith.* Procuratores. Τῶν βασιλικῶν χρημάτων διοικηταί. Procopius ἀνεκδότοις. ἐπιτρόπους τε καταστὰς τῶν ἐν Παλαιστίνῃ τε καὶ Φοινίκης βασιλικῶν χωρίων. Auſonius Paulino de procuratore ſuorum prædiorum. Philon meis qui villicatur prædiis ut ipſe vult Epitropos. Nam glorioſum Græculus nomen putat, quod ſermo fucat doricus.

[g] *Tractenta*] *A. A.* Τρακτευτής. Novell. 128. cap. 1. 22. & 23. Novell. 130. cap. 3. & 5. Tracteuta exigebat tributa & annonas militares, a tractando, vel trahendo quaſi tractores. Vide Cod. lib. 12. tit. de tractoriis & ſtativis. *Scholiaſtes.* Quos dicimus apud Latinos tractatores, maxime in Africa ſic dicuntur, id eſt ſcriniarii, qui annonas publicas computant & tractant. *Pith.* Nov. 123. cap. 3 Nov. 124. cap. 1. Tractatores Nov. Theodoſ. de Patrimonial. rei dominic. Sic enim dicuntur qui annonas tractant Juliano auctore. Edict. 4 Τὸ τῆς Φοινίκης σιτώνιον τρακτεύοντος. Nov. 128. Οἱ δὲ τῆς ἑκάστης ἐπαρχίας τρακτευταί. Sed & de his qui res Eccleſiarum tractant dicitur in epitom. Nov. 120. Μηδεὶς δὲ, inquit, τῶν τρακτευτῶν διαφροντιζόντων ἢ διοικούντων τὰ πράγματα τῶν σεπτῶν οἴκων, ἢ συγγενεῖς αὐτῶν, ἢ ἀρχαίους ἐμφυτευτὰς ἢ ὑποθήκας τῶν αὐτῶν σεπτῶν οἴκων λαμβανέτω. Sidon. Apoll. Carm. 124. 125. in Paneg. Majoriani dict. *Tractabat publica jure æra ſuo.*

[h] *Magiſtri*] *Pith.* Ονομάζεσθαι δὲ βουλόμεθα καθ' οἰκίαν ἑκάστην, κινδύνῳ τῆς ὅλης κομιτατικῆς τάξεως καὶ τῶν δικαστικῶν τῶν προεστώτων (οὓς δὴ μαγίστρους πρώτους καὶ δευτέρους καλοῦσιν) ἑτέρους τοὺς μετ' αὐτοὺς εὐθὺς ἀποκρινομένους δικαστὰς, ἵνα ὡς εἴρηται καθ' οἰκίαν ἑκάστην. Procop. 4. de bell. Gotthor. Ἀψίλιοι μὲν ἐκ παλαιοῦ κατήκοοι Λαζῶν τυγχάνουσιν.... οἱ ἐπιχώριοι τῶν δὲ τοῖς ἐν Λαζοῖς λογίμων, περδίτης ὄνομα ὅπερ εἶχε τὴν τοῦ καλουμένου μαγίστρου ἀρχὴν ἐν τούτῳ τῷ ἔθνει γνωσθεὶς τῷ Λαζῶν βασιλεῖ προσκεκρουκώς τε καὶ χαλεπῶς ἔχων, &c.

[i] *Niceta*] *Scholiaſtes.* Niceta fuit ibi qui ordinavit quid dari deberet.

[k] *Carrucam argenteam*] *Pith.* Sup. ad Conſtitut. 17. cap. 1. litt. b.

[l] *Palatinorum ſchola*] *Scholiaſtes.* Palatini dicuntur hi qui pertinent ad Comitem rerum privatarum, vel ad Comitem ſacrarum largitionum. Sed & hi qui ſub Comite patrimonii ſunt, Palatini appellari poſſunt. Sed quæſivi quare dicerentur Palatini, & reſpondi, etymologiæ converſionem recipiunt. Sed tamen poteris dicere, videntur apud divinas res interius eſſe quam alii: poſſumus autem dicere quod etiam omnes, qui in Palatio militant, poſſunt appellari Palatini. Invenies enim titulum poſitum in duodecimo libro Codicis qui ita inſcribitur, *De Peculio omnium Palatinorum.* Ergo ſecundum hoc quod appellavit, Palatinorum, colligere poſſumus omnes Palatinos dici. *A. A.* Novell. 117. cap. 11. Sub Comite rerum privatarum Palatini miniſtrant. Eorum mentio eſt in notitia dignitatum in Officio ejuſdem Comitis. *Pith.* Meminit quinquagenarum Scholarum Julianus Imperator l. 1. Cod. Theodoſ. de Domeſtic. & Protector. ſchola candidatorum apud Adon. in Paſſio. Fauſtini, & ſchola gentilium

in Paſſio. Sergii. Vide Martyrolog. corrupte. Sudas. Κεντλιαῖν. Procopius. Ανεκδότοις. Ημάρτανετο δὲ τοιοῦτο καὶ τῇ μαγίστρου καλουμένου ἀρχῇ καὶ τοῖς παλατίνοις οἳ δὴ ἀμφί τε τοὺς θησαυροὺς καὶ τὰ πριβάτα καλούμενα τότε παρειμένοι ἐπιτελεῖν ἀεὶ τὴν ὑπουργίαν εἰώθασιν. Gloſſar. verbor. quæ ad jus pertinent. Παλατῖνοι κοινῷ ὀνόματι πάντες ἐκαλοῦντο οἱ ἐν τοῖς κατὰ τὸ παλάτιον θησαυροῖς ὑπηρετοῦντες ταξεώται· ἀλλ' οἱ μὲν ἀεὶ τῷ παλατίῳ προσεδρεύοντες ἐλέγοντο κομιτατίνσιοι· κομιτάτον γὰρ ὁ τόπος ἐν ᾧ διάγει ὁ Βασιλεύς. οἱ δὲ εἰς τὰς ἐπαρχίας πεμπόμενοι, μιτενδάριοι. μιτένδω γὰρ ἀποστέλλω.

m [*onſuetudinis nomine*] *A. A.* Pro ſportulis vel ſtipendiis ſolitis. Nov. 123. cap. 5. & 23. *Pith.* Απὲρ ἡ συνήθεια δίδοσθαι γινώσκει. Gloſſ. Salarium. Ὀψώνιον, παροχὴ, συνήθεια. Sportula. Ἐκβιβαστικὰ, ἱφόδια, συνήθεια. Auguſtin. Macedonio. Sunt aliæ perſonæ inferioris loci, quæ ab utraque parte non inſolenter accipiunt, ſicut officialis & a quo admovetur & cui admovetur officium, ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti ſolent, data per tolerabilem conſuetudinem non ſolent. Chryſoſtom. τοὺς ὑποδεξαμένους εἰσπράττεσθαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἃ μηδεὶς ἐπιτάττει νόμος, ἐπὶ προφάσει πρὸς ἔθους ἀρχαίου πεπραγμένου τε καὶ ἀδίκου. Sic alibi Juſtinian. μήτε δὲ συνηθείας ὀνομάζειν ἢ ζητεῖν. τὰ γὰρ κακῶς ἐπινοούμενα, οὐδὲ μακρᾷ συνηθείᾳ βεβαιοῦσθαι βουλόμεθα. Leo. Imperat. ναυμαχικοῖς. παραγγείλας δὲ καὶ τοῖς ἄρχουσι, μηδένα τῶν ὑπ' αὐτοὺς στρατιωτῶν ἀδικεῖν ἢ τὸ οἰκονομίαν δῶρον παρ' αὐτῶν λαμβάνειν ἢ τὰς λεγομένας συνηθείας.

LXXXIII. *Idem.*

2. Proconſul Cappadociæ vindicare debet direpta vel uſurpata a quibuſdam Tamiaca prædia [a], ſive ruſtica ſive urbana, nulla ei temporali præſcriprione opponenda. Temporis enim prolixitas publico non nocet [b]. Invigilare autem debet & tributorum exactionibus. Habeat autem in ſua poteſtate omnes ſive milites, ſive ſcriniarios tam glorioſiſſimi Præfecti Prætorii, quam fortiſſimi Magiſtri militum, ſive civile habeat Officium ſive Tamiacum cingulum [c], ſive dignitatem tam majorem quam minorem, ſive Sacerdos [d] ſit, ſive aliud quodcumque privilegium prætendat. Diligenter autem obſervare debet, ut Canonicarii, qui ab inluſtriſſimo præpoſito [e] mittunrur, nullum ſentiant lucrum ab aliqua perſona, quamvis ex conſuetudine aliquid accipere ſoliti eſſent.

6. ταμιακὰ κτήματα

verſ. καὶ ἐπιτακτικαῖς τε.

a *Tamiaca prædia*] De his cap. præced. litt. C. *Scholiaſtes.* Prædia ad fiſcum pertinentia.

b *Temporis enim prolixitas publico non nocet*] *Scholiaſtes.* Nota regulam generalem, qua cavetur ut temporis prolixitas publico non noceat. Ex hoc poteris dicere, quod fiſcus pupillo ſimilis eſt. Utiliſſimus locus eſt iſte, & innovat omnia quæ dicuntur contra fiſcum in præſcriptione. Ecce enim habes in Codice in aliquibus locis quod in hoc loco debet fiſco nocere præſcriptio. Per hunc præſentem locum omnis ambiguitas innovata eſt. Poteris dicere quia pro hoc etiam illud innovatum eſt, quæ habes in ſecunda inſtitutione in titulo ſexto, ubi dicit, ſi res fiſci vacantes aliquis invenerit, poteſt eas uſucapere. Ergo dicimus, quia jam nec illo loco poteſt longi temporis opponi præſcriptio. Ecce enim generaliter dixi prolixitas temporis fiſco non nocet.

c *Tamiacum cingulum*] *Scholiaſtes.* Id eſt, ſi Palatinus ſit vel Apparitor Comitianus, is eſt qui ante Comes domorum dicebatur. *A. A.* Magiſtratus ſignum Novell, 62. cap. 2. Tamiacorum Novell. 30.

d *Sive Sacerdos*] *Scholiaſtes.* Plebis Præpoſiti, Epiſcoporum & diſtinctiones diverſas in aliis Clericis relatas in centeſima viceſima Conſtitutione & de

Clericis & Monachis loquitur, ibi invenies quod Epiſcopus pro nulla cauſa apud publici judicem exhiberi debet ſine ſpeciali Principis juſſione.

e *Ab inluſtriſſimo Præpoſito*] *Scholiaſtes.* Quæſitum eſt qua dignitate fungeretur Præpoſitus? & dictum eſt, Præpoſitus præfectoriam habet dignitatem. Nam Præfectus Prætorio, Præfectus urbis & Magiſter militum præſentium, & Præpoſitus ſacri cubiculi ſimilem habent dignitatem. Quæſitum eſt & quid cubicularii non ſunt ſervi? & dictum eſt immo: & Conſtitutio poſita eſt Leonis, ut mox oblatus fuerit aliquis eunuchus Principi, mox in ipſa oblatione fiat liber.

LXXXIIII. Idem.

ἢ. τῷ στρατηγῷ. 3. Proconſul Cappadociæ municipiis [a] ejuſdem provinciæ, cui
[1] præceptum eſt *præeſt* [1], vicarios ſuos mittere non audeat. Si quid enim fieri vult,
habet defenſores municipiorum & apparitores ſuos, per quos ſuas
verſ. εἰ δέ τι. juſſiones ad effectum perducere poterit. Sin autem militibus indigeat, ipſi milites, qui in Cappadocia degent, juſſiones ejus impleant: ita tamen, ut neque milites, neque ipſe proconſul, neque conſiliarius ejus aliquid detrimenti faciant ſubjectis, ſed publicis annonis contenti ſint. Ideoque & propriis jumentis, propriiſque ſumptibus profi-
verſ. ἀνάγκην ἐχέτωσαν. ciſci eos oportet. Jubet autem Conſtitutio tam ſcholares homines, quam domeſticos in Cappadocia degentes [b] juſſiones Proconſulis implere. Nam ſi juſſionibus ejus non paruerint, & cingulum & faculta-
[2] amittunt tes ſuas *amittant* [2]. Nam & in eos poteſtas proconſuli ex hac Conſti-
verſ. εἰ συγχωρέσει. tutione data eſt. Curam autem agere debet, ne hi, qui a Conſtantinopolitana civitate deſcendunt, ſubjectos lædant. Sed & curſus publici debet curam habere [c]. Nam & veredorum diſpoſitionem [d] ſub
[3] juriſdictione ἢ. φροντίδι. *juriſdictionem* [3] ejus Conſtitutio eſſe jubet. Agat autem curam & frumentatiæ cauſæ civitatis & operum publicorum.

a *Proconſul Cappadociæ municipiis, &c.*] *Scholiaſtes.* Hoc amplius, nec totius Provinciæ loci ſui ſervatorem conſtituere Præſes Provinciæ poteſt. Hoc enim prohibet Novella Conſtitutio, quæ ad Muſonium reſcripta eſt, in primo capite ſuo. De eodem & de aliis Magiſtratibus obſervandum, exceptis quibuſdam diſtinctionibus, quas dicit ibi in ipſam Conſtitutionem. *A. A.* Municipium pro quocunque oppido. Ab eo municipales pro oppidanis. Olim a coloniis & ſociorum ac fœderatorum oppidis diſtinguebantur, quod municipia cum civitate Romana aliquibus muneribus convenirent.

b *Tam ſcholares homines, quam domeſticos in Cappadocia degentes*] *Scholiaſtes.* Iſti ſunt qui dicuntur Græce plærolimi, id eſt, quia omnes in hac civitate complent: & hic implent ſacramentum ſuum. *A. A.* Scholares. Nov. 82. cap. 7. & Novell. 117. cap. 9. Milites dictarum ſcholarum. *Pith.* Procopius. Ἀνεκδότοις. Ἐπεὶ στρατιῶται οὐχ ἧσσους ἢ πεντακόσιοι καὶ τρισχίλιοι τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ φυλακῇ τοῦ παλατίου κατέστησαν, οὕσπερ σχολαρίους καλοῦσι· καὶ αὐτοῖς συντάξεις ἀνέκαθεν πλείους ἢ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὸ δημόσιον ἀεὶ χορηγεῖν εἴωθε· τούτους οἱ πρότεροι μὲν ἀριστίνδην ἀπολέξαντες ἐξ ἀρμενίων ἐς ταύτην δὴ τὴν τιμὴν ἦγον. ἐξ οὗ δὲ Ζήνων τὴν βασιλείαν παρέλαβε πᾶσιν ἐξουσία ἐγίνετο καὶ ἀνάνδροις καὶ ἀπολέμοις οὖσι παντάπασι τούτου δὴ τοῦ ὀνόματος ἐπιβατεύειν. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου καὶ ἀνδραποδώδεις καταστάντες τίμημα τὴν στρατείαν ὠνοῦντο ταύτην. ἡνίκα τοίνυν τὴν βασιλείαν παρέλαβεν οὗτος Ἰουστινιανὸς πολλοὺς ἐς τὴν τιμὴν κατεστήσατο ταύτην χρήματα μεγάλα περιβαλλόμενος· ἐπεὶ δὲ τούτοις τοῖς καταλόγοις οὐδένα ἐνδεῖν τὸ λοιπὸν ᾔσθετο ἑτέρους αὐτοῖς ἐς δισχιλίους ἀντέθηκεν οὕσπερ ὑπεραρίθμους ἀπεσείσατο αὐτίκα μάλα τῶν χρημάτων οὐδ' ὁποιανοῦν ἀπόδοσιν σφίσιν. Vidend. Sudas. σχολάριοι. & ὑπεράριθμοι.

^c *Curſus publici debet curam habere*] *A. A.* Novell. 28. cap. 1. Cum publica pecunia licebat equis diſpoſitis & vehiculis homines aut res quaſlibet mittere. Olim diplomate uti, & angariis dictum eſt. Vide lib. 12. Cod. Juſtin. & lib. 8. Cod. Theodoſ. de curſu publico. *Pith.* Procopius. Ανεκδότοις. Οἱ μὲν Ῥωμαίων αὐτοκράτορες ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις γεγενημένοι προνοήσαντες ὅπως ἅπαντά τε σφίσιν ἀπαγγέλλοιτο τάχιστα καὶ μηδεμίαν ἀναβολὴν λαμβάνοι, τά τε πρὸς τῶν πολεμίων ἐν χώρᾳ ἑκάστῃ ξυμπίπτοντα καὶ τοῖς πόλεσι κατὰ στάσιν ἢ ἄλλο τι ἀπροσόπτον ξυμβαίνοντα πάθος, τά τε πρὸς τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων πανταχόθι πρασσόμενα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, ὅπως τε οἱ τοὺς φόρους παραπέμποντες τοὺς ἐπετείους διασώζοιντο βεβαιότητος καὶ κινδύνου χωρὶς, δημόσιον ὀξύν τινα πανταχόσε πεποίηνται δρόμον τρόπῳ τοιῷδε. ἐς ἡμέρας ὁδὸν εὐζώνῳ ἀνδρὶ σταθμοὺς τε κατεστήσαντο, πῆ μὲν ὀκτὼ, πῆ δὲ τούτων ἐλάσσους, οὐ μέντοι ἧσσον ἐν τῷ ἐπιπλεῖστον ἢ κατὰ πέντε· ἵπποι δὲ ἕστασαν ἐς τεσσαράκοντα ἐν σταθμῷ ἑκάστῳ· ἱπποκόμοι δὲ κατὰ λόγον τοῦ τῶν ἵππων μέτρου ἐτετάχατο ἐν πᾶσι σταθμοῖς. συχνῆς δὲ ἵππων δοκιμωτάτων ὄντων διαδοχαῖς ἐλαύνοντες ἀεὶ οἷσπερ ἐπίκειται τὸ ἔργον τοῦτο δέκα τε εἰ οὕτω τύχοι ὁδὸν ἡμερῶν ἀμείβοντες ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἐπέρασαν ἅπαντα ὅσα μοι ἄρτι δεδήλωται, &c. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ οὗτος πρῶτα μὲν τὸν ἐκ Χαλκηδόνος ἄχρι ἐς Ἑλενόπολιν σὺν ἐθελουσίοις ναυτίλλεσθαι πλέοντες οἷα ἐν ἀκάτοις βραχείαις ποῦ οἷα διαπορθμεύεσθαι τὰ δὲ εἰώθασι χειμῶνος εἰ οὕτω τύχοι ἐπιπεσόντος ἐπὶ μέγα κινδύνου χωρεῖν. τῆς γὰρ ἀναγκαίου σπουδῆς ἐγκειμένης σφίσι παραφυλάσσειν τε καὶ προσδέχεσθαι μέλλουσι τὴν γαλήνην ἀδύνατα ἐστίν. ἔπειτα δὲ κατὰ μὲν τὴν ἐπὶ Πέρσας ὁδὸν φέρουσαν τὸν δρόμον ἐπὶ σχήματος τοῦ πρόσθεν οὕτως εἴασεν εἶναι· ἐς δὲ τὴν λοιπὴν ξύμπασαν ἑῴαν μέχρις ἐς Αἴγυπτον ἐν ἡμέρας ὁδῷ κατὰ σταθμὸν ἕνα κατεστήσατο μόνον οὐχ ἵππων μέντοι ἀλλ' ὄνων ὀλίγων. διὸ δὴ τὰ μὲν ξυμβαίνοντα ἐν χώρᾳ ἑκάστῃ μόλις καὶ ὀψὲ τοῦ καιροῦ καὶ ὀπίσω τῶν πραγμάτων εἰσαγγελλόμενα ἐπανορθώσεως οὐδεμίας τυγχάνειν εἰκός.

^d *Veredorum diſpoſitionem*] *Pith.* Ο τῶν δημοσίων ἵππων δρόμος. L. ult. § patrimoniorum ff. de munerib. & honorib. l. 8. C. Theodoſ. de cohortalib. Caſſiodorus in formula Magiſter dignitat. Veredorum quin etiam opportunam velocitatem quorum ſtatus ſemper in curſu eſt, diligentiæ ſuæ diſtrictione cuſtodit: ut ſolicitudines noſtras quas conſilio vincit, beneficio celeritatis expediat.

LXXXV. Idem.

4. Eos, qui juſſiones ſuperfluas portant, veluti de aquæductu, de muris, de pontibus, *expellet* ^a Proconſul Cappadociæ: ut nec intimare eis tales ſupervacuas juſſiones concedatur, niſi forte juſſionem pragmaticam habeant. ^a. Sin autem Proconſul adjutorio majore indigeat, mittat relationes tam ad inluſtriſſimum præpoſitum ^b, quam ad alios maximos populi Romani magiſtratus.

b. καὶ εἰ πρα.
a expellat
verſ. ὁ δὲ πρα.

^a *Juſſionem pragmaticam habeant*] *Scholiaſtes.* Tunc enim præmittere debent intimationem, deinde referre Principi, & reſponſum ejus expectare. Quod ſupra didiciſti conſtitutione, quæ inſcripta eſt, *Mandata Principum.*

^b *Præpoſitum*] *Pith.* Ο τῶν βασιλικῶν κοιτώνων προεστώς. Zoſimus. Ἱστοριῶν λόγ. δ΄. ἦν δὲ ὁ πρὸς τοῦτο σταλεὶς ὁ ταῖς βασιλικαῖς φυλακαῖς ἐπιτεταγμένος κοιτῶνος εὐνοῦχος τις ὤν· οὐδὲ γὰρ εὐνοῦχος ὁ Μάξιμος ἐπιστῆναι τῇ τῆς αὐλῆς ἐδέχετο φυλακῇ. Idem λόγ. ε΄. καὶ ὁ Βασιλείας προεκάθητο δυνάμεως· εὐτρόπιος δὲ παρελθὼν ἐπ' ἐξουσίαν καὶ τὴν ἡγεμονίαν πάντων τῶν βασιλικῶν εἶχε κοιτώνων τῆς πάσης ψήφου κύριος ἦν. Sub diſpoſitione viri illuſtris Præpoſiti ſacri cubiculi erat domus divina per Cappadociam. Notit. Orientis. Vid. l. 5. C. ad l. Jul. repetund. & in Græc.

LXXXVI. Idem.

5. Titulos privatos alienis rebus prohibeat imponi ^a Cappadociæ Proconſul. Et ſit inter ſpectabiles magiſtratus. Et ſi provocatio con-

a. παίδες δὲ.
b. καὶ ἐπίδω.

tra ſententiam ejus porrecta ſit, apud Præfectum Prætorio [b] & Quæſtorem inducatur.

a *Titulos privatos alienis rebus prohibeat imponi*] *Pith.* Vide l. 2. C. Theod. de incorpor. tituli vero quorum adjectione prædia noſtris ſunt conſecranda nominibus, non niſi publica teſtificatione ponantur. L. 2. C. Theodoſ. de nav. non excuſand. D. Auguſtinus in Pſalm. 21. Ubi potens aliquis invenerit titulos ſuos nonne jure rem ſibi vindicat? & dicit, non poneret titulos meos niſi res mea eſſet. Idem tractat. 7. in epiſt. Joann. cujus ſit & ad quem pertineat prædium in titulo inſpicitur, ne forte importune irruamus quo non oportet. Idem Auguſtinus Pſalm. 55.

b *Præfectum Prætorio*] *Pith.* Zoſimus. Ἱσορικῶν λόγ. β'. συνετάραξε δὲ καὶ τὰς πάλαι καθεσταμένας ἀρχάς· δύο γὰρ τῆς αὐλῆς ὄντων ὑπάρχων καὶ τὴν ἀρχὴν κοινῇ μεταχειριζομένων, οὐ μόνον τὰ τῇ περὶ τὴν αὐλὴν τάγματα ταῖς τούτων ᾠκονομεῖτο φροντίσι καὶ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ἐπιτετραμμένα τὴν τῆς πόλεως φυλακὴν καὶ τὰ ταῖς ἐσχατιαῖς ἐγκαθήμενα πάσαις. ἡ γὰρ τῶν ὑπάρχων ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα νομιζομένη καὶ τὰς σιτήσεις ἐποιεῖτο τὰς ἐπιδόσεις καὶ τὰ παρὰ τὴν στρατιωτικὴν ἐπιστήμην ἁμαρτανόμενα ταῖς καθηκούσαις ἐπηνωρθοῦτο κολάσεσι. Κωνσταντῖνος δὲ τὰ καλῶς καθεστῶτα κινῶν μίαν οὖσαν εἰς τέσσαρας διεῖλεν ἀρχάς. ὑπάρχῳ γὰρ ἑνὶ τὴν αἴγυπτον ἅπασαν πρὸς τῇ πενταπόλει λιβύῃ καὶ τὴν ἑωαν ἄχρι μεσοποταμίας καὶ προσέτι γε κίλικας καὶ καππαδόκας καὶ ἀρμενίους καὶ τὴν παράλιον ἅπασαν ἀπὸ παμφυλίας ἄχρι τραπεζοῦντος καὶ τῶν παρὰ τὸν φᾶσιν φρουρίων παρέδωκε τῷ αὐτῷ καὶ θρᾴκην ἐπιτρέψας μυσίᾳ τε μέχρις αἵμου καὶ ῥοδόπης μέχρι τοπηρουπόλεως ὁριζομένην καὶ κύπρον μέντοι καὶ τὰς κυκλάδας νήσους δίχα λήμνου καὶ ἴμβρου καὶ σαμοθρᾴκης. ἑτέρῳ δὲ μακεδόνας καὶ θεσσαλοὺς καὶ κρῆτας καὶ τὴν ἑλλάδα καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους καὶ ἀμφοτέρας ἠπείρους καὶ πρὸς τούτοις ἰλλυριοὺς καὶ δάκας καὶ τριβαλλοὺς καὶ τοὺς ἄχρι τῆς βαλερίας παίονας καὶ ἐπὶ τούτοις τὴν ἄνω μυσίαν. τῷ δὲ τρίτῳ τὴν ἰταλίαν ἅπασαν καὶ σικελίαν καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους καὶ ἔτι γε σαρδόνα καὶ κύρνον καὶ τὴν ἀπὸ σύρτεων κυρήνης ἄχρι λιβύης. τῷ δὲ τετάρτῳ τοὺς ὑπὲρ τὰς ἄλπεις κελτοὺς καὶ ἴβηρας πρὸς τῇ βρεταννικῇ νήσῳ. Vidend. Notitia utriuſque Imperii, ex qua corrupta quædam apud Zoſimum emendare non erit difficile. Diminuto poſtea Romano Imperio nonnihil ex illa inſtitutione immutatum eſt. Orientis quidem & Illyrici Præfectorum fit mentio C. de Offic. Præfect. Prætor. Orientis & Illyrici quibus alium adjunxit Juſtinianus recuperata Africa. Tit. de Offic. Præfect Prætor. Affric. cujus fit mentio l. 2. §. ult. C. de vet. jur. enucl. l. 2. C. de Epiſc. aud. l. 1. C. de rapt. virg. Occidentis Præfecturæ ſive Italiæ quam nondum omnino tranquille in poteſtatem redegerat Juſtinian. meminit Nov. 70.

LXXXVII. Idem.

verſ. εἰ δὲ ὡς ἐξ ἑκατέρας. a cubiculo

6. Quod ſi ex utraque Cappadocia judex datus ſit tam ex divina juſſione quam ex *calculo* [a] maximi magiſtratus, judex autem neque ſpectabilis ſit, neque quantitas cauſæ quingentos aureos excedat; Proconſul talem appellationem recipiat, & ſacrum habeat auditorium [a]. Et ſi crimen moveatur in judicio ejus, attendat ipſe leges, & non timeat neque cingulum, neque dignitatem, neque ſacerdotium reorum [b]. DAT. CONS. BILISARII.

b. ὑπεχόντων. verſ. εἰ δὲ αἰδεῖσθαι.

a *Sacrum habeat Auditorium*] *Pith.* Supra Conſtit. 17. cap. 2.

b *Sacerdotium reorum*] *Scholiaſtes.* Hodie hoc innovatum eſt, ut ſupra dictum eſt de Epiſcopo, vel aliis Clericis.

CONSTITUTIO XXIII. Διάταξις κγ΄.

LXXXVIII. De Officio Prætorum populi.

1. QUi antea in urbe Conſtantinopolitana præfecti vigilum vocabantur, modo Prætores populi nominentur, & ſeditiones plebis compeſcant [a], & codicellos honoris a divina manu piiſſimi principis accipiant. *Fiant* [*] ab inluſtribus vel Comitibus Conſiſtorianis [b] vel tribunis [c], vel ex his qui magiſtratus in provinciis geſſerunt [d]. Habeant autem & unum conſiliarium ſinguli, & annonarum nomine denas auri libras per ſingulos annos. Sin autem incendium in urbe fuerit factum, intereſſe eo Prætores oportet, vicenos ſecum habentes milites & tricenos matricarios [e]. DAT. XVI. KAL. OCTOB. CONSTANT. BILIS. V. C. CONS.

[*] & fiant

[a] *Qui antea in urbe Conſtantinopolitana Præfecti Vigilum vocabantur modo Prætores populi nominentur & ſeditiones plebis compeſcant*] *A. A.* Hanc Conſtitutionem vidi in veteribus libris Authenticorum poſt undecimam Conſtitutionem ſub titulo de plebeiis Prætoribus. Juliani epitomes pauca verba extant. *Scholiaſtes.* Nota quod non tantum Præfectus ſed Prætores quoque populi ſeditiones plebis compeſcere poſſunt. Ex hoc ergo poteris dicere quod quaſi adjutor in hoc caſu Præfecti & poteſt Venetianos aut Praſinianos tenere. Scias autem quod Præfecti Vigilum Magiſtratus non erant, ut eſt relatum in primo libro Protorum titulo ſecundo. *Pith.* Καὶ τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ Prætores plebis προσαγορευθήσονται τῇ δὲ Ἑλλάδι ταύτῃ καὶ κοινῇ πραίτωρες δήμων. Procopius ἀνεκδότοις. ὥσπερ δὲ οὐχ ἱκανῶν οἱ ἐς τοῦτο οὐσῶν τῶν πάλαι διατεταγμένων ἀρχῶν ἑτέρας δύο ἐπὶ τῇ πολιτείᾳ ἐπιτεχνήσατο καίτοι ἅπαντα μεταξὺ φέρειν τὰ ἐγκλήματα ἡ τῷ δήμῳ ἐφεστῶσα ἀρχὴ, &c. καὶ αὐτῶν τὴν ἑτέραν μὲν τοῖς κλέπταις δῆθεν τοῦ λόγου ἐπέστησεν ὄνομα ταύτῃ ἐπιθεὶς πραίτωρα δὴ, &c. ὁ μὲν οὖν πραίτωρ εἴ τινα ἐν τοῖς φωρίοις λόγου πολλοῦ ἄξια εὕροι ταῦτα δὴ τῷ αὐτοκράτορι ἀποφέρειν ἠξίου φάσκων οὐδαμῇ φαίνεσθαι τοὺς τούτων κυρίους, &c. ὕστερον δὲ ὁ παλαμναῖος οὗτος ταύτης δὲ καὶ τῇ τῷ δήμῳ ἐφεστώσῃ ἀρχῇ πάντων ὁμοίως ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἐγκλημάτων ἐπέστελλεν δείξειν σφίσι πρὸς ἀλλήλους εἰπὼν ὅσῳ αὐτοῖν κλείους τε καὶ θᾶσσον διαφέρειν ἱκανὸς εἴη.

[b] *Comitibus Conſiſtorianis*] *A. A.* Utitur hoc verbo Juſtinianus pro Senatu, ſive tribunali Principis. *Pith.* Conſiſtoriani intra Conſiſtorii arcanum admiſſi actibus intererant, & ſacra adibant reſponſa l. 8. C. Theodoſ. de honorar. Codicill. Conſiſtorium θεῖον συνέδριον. Βασιλικὸν σέκρετον. Auſonius in Gratiar. action. In illa vero ſede, ut ex more loquimur, Conſiſtorii, ut ego ſentio ſacrarii tui, nullus unquam ſuperiorum aut dicenda penſius cogitavit, aut conſultius cogitata diſpoſuit, aut diſpoſita maturius expedivit. Vide Ambroſ. de obitu Valentiniani.

[c] *Tribunis*] *Pith.* L. 3. C. Theodoſ. de Primicer. & Notar. Tribuni Prætoris, tribuni reſidui ordinis, domeſtici Notarii. Tribuni & Notarii Prætoriani. Caſſiodor. in formul. Præfect. Prætor. militia perfunctis Tribunorum & Notariorum honorem tribuit: & milites ſuos illis exæquat, qui inter Proceres mixti noſtris conſpectibus obſecundant. Inde lib. 1. Pater enim candidati ſub Valentiniano Principe geſſit Tribuni & Notarii laudabiliter dignitatem. Honor qui tunc dabatur egregiis dum ad Imperiale ſecretum tales conſtet eligi, in quibus reprehenſionis vitium nequeat inveniri. Zoſimus. Ἱστοριῶν λόγ. ε΄. συνεξῄει δὲ τούτῳ καὶ Ἰωάννης τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων οὓς τριβούνους καλοῦσιν ἄρχων γεγενημένος. Vid. l. 2. & 3. C. Theod. de Primicer. & Notar.

[d] *Vel ex his qui Magiſtratus in Provinciis geſſerint*] *Scholiaſtes.* Ergo ſi non tales facti fuerint, poteris eis dicere, Subripuiſtis Principi. V. C. Subrepſiſtis.

[e] *Matricarios*] *Scholiaſtes.* Matricarii dicuntur illi quos videmus ad incendia currentes, & portantes ſpongias cum ferramentis & alia ferramenta per quæ poſſint de pariete in parietem tranſire, & ita incendium extinguere. *Pith.* Matticarii, Collegiati, Carpentarii. Scaliger Abietarii. Gloſſat. Ματρίκιοι. Τὸ παχὺ ξύλον καὶ πλατύ. Ματρικαρέιοι. ξυλουργοί. Cedrenus 140. Tzetz. Chyliad. 12. ἐν ματρικίοις ἔγραφον ἤτοι σανίσι ξύλοις.

Διάταξις κγ'.

CONSTITUTIO XXIIII.

LXXXIX. De Appellationibus.

§. *Ex rerum. verſ. Et ſancimus, in editione Latina.*

[b] jubet

1. OMnis provocatio [a], ſive per ſe, ſive per procuratorem, vel per defenſorem, vel per tutorem, vel curatorem velit quiſpiam provocare, intra decem dies porrigatur, quos numerari Conſtitutio *præcipit* [b] ex eo die, quo definitiva ſententia recitata eſt.

[a] *Omnis provocatio, &c. intra decem dies porrigatur*] *Scholiaſtes.* Scimus per Conſtitutiones, quod appellatio porrigebatur aut intra duos dies, aut intra tres. Ergo hæc Conſtitutio in hoc capitulo definivit, ut intra decem dies provocatio porrigatur. Et ideo in objectionibus provocationum a die debita & dies in quo provocatum eſt. Leges autem titulum in ſeptimo libro Codicis, de temporibus appellationum & obſervationum fatalium. *A. A.* Juſtinianus Latine hanc Conſtitutionem promulgavit. Eſt in libro Authenticorum ſecunda collatione 4. titulo de appellationibus & intra quæ tempora debeat appellari. Eam refert Gratianus cauſ. 2. quæſt. 6. Can. 27. anteriorum Græcam Epitomen habent libri Græci, quam Haloander edidit, eam Agylæus Latinam fecit. Vide Authentic. hodie C. de appellat.

XC. De Conſultationibus.

§. *Ad hæc ſancimus.*

[b] conſultatione ſperetur Imperator, *aliàs* ſi conſultatione ordinetur Prætor

[c] *dele* Ivo

2. Si *conſultatio* [a] *ſperetur* [b], & princeps occupatus non poſſit ſenatum ad hoc ipſum colligere: allegationes litigatorum maneant in eadem figura, ut nullum præjudicium patiantur, quamvis tempus ſtatutum tranſactum ſit: uſquequo videlicet, donec princeps vacationem agens, ſenatores *in unum* [c] convocaverit.

[a] *Si conſultatio*] *A. A.* Vide Authent. ſed & lis C. de temporib. & repar. appellat. cujus verba refert Gratianus cauſ. 2. quæſt. 6. cap. 40. ei qui. §. ſed lis. Juliani verba refert Ivo part. 16. Decret. cap. 120. *Idem A. A.* Cum Princeps Senatum convocabat, a conſulendo dicta. Diſtingui videtur a Juliano in conventum & ſilentium. Idem videtur dixiſſe Juſtinianus Conſiſtorium. Vide lib. 7. C. tit. de app. & conſultat. *Pith.* Conſultatio fit præſente Principe introducta lite in commune Palatii Procerum auditorium, vel, ſi abſit, calculum Senatus confirmante. Unius enim vel duorum magnificorum judicum improprie conſultatio dicitur in l. in offerend. Cod. de appellat. ubi Baſilica ita ſcriptum habent. ἵνα ἔξεστι καὶ τῷ νενικηκότι ἐν τῷ μεγίστῳ δικαστηρίῳ, εἰσιέναι ὑπὲρ τοῦ ἑνὶ, ἢ τοῖς δυσὶ δικασταῖς, ἢ πᾶσι τοῖς συγκλητικοῖς τὴν ἔκκλητον ἐντὸς δεκάδας.

XCI. De Provocationibus in Ægyptiaca regione porrectis.

§. *Illud etiam. verſ. Ideoque ſancimus.*

3. Si ab Ægyptiaca regione provocatio orta ſit, non ad Imperialem civitatem reducatur, ſed apud Præfectum Auguſtalem Alexandrinæ civitatis dirimatur ſacrum auditorium habentem: ſententiæque

Auguſtalis

Auguſtalis nulla provocatio porrigatur. Hoc autem dicimus de his cauſis, quæ quingentorum aureorum quantitatem non excedunt.

XCII. De Provocationibus in Aſiana vel Pontica regione porrectis.

4. In Aſiana quoque vel Pontica regione ſi provocatio data ſit, Comites, vel Proconſules, vel Prætores, vel Moderatores [a] de appellatione cognoſcant. Nam & iſti magiſtratus ad ſimilitudinem Auguſtalis [b] ſacrum auditorium [c] *habeant* [*]. Ideoque nec ſententiæ eorum aliqua *porrigatur* [*] provocatio. *verſ. Similique modo.* · habeat · porrigitur

[a] *Moderatores*] *Scholiaſtes.* Quales ſunt Arabiæ & Helleneponti, nam & ipſi ſpectabiles ſunt.

[b] *Ad ſimilitudinem Auguſtalis*] *Pith.* Αὐγουστάλιος. Præfectus Ægypti, cui ad ſimilitudinem Proconſulis lege ſub Auguſto Imperium datum eſt. Nec enim faſces Conſulares ingredi Alexandriam licuit: cujus rei Cicero, cum contra Gabinium loquitur, meminit. Fertur enim apud Memphim in aurea columna Ægyptiis litteris ſcriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore, cum in eam veniſſent Romani faſces, & prætexta Romanorum.

[c] *Sacrum Auditorium*] Supra Conſtitut. 17. cap. 2.

XCIII. De Provocationibus in Orientali regione porrectis.

5. Hæc autem totiens locum habent, quotiens decem auri libras cauſa non excedat. In Orientali regione provocationes uſque in decem auri libras ad ſpectabilem Comitem Orientis inducantur. *Ibidem.*

XCIIII. De Provocationibus contra ſententias ſpectabilium Judicum porrectis.

6. Sin autem antedictis ſpectabilibus Proconſulibus, vel aliis hujuſmodi Judicibus porrigatur appellatio in his ſcilicet cauſis, in quibus ipſi principaliter judicant: tunc apud Præfectum Prætorio & Quæſtorem cauſa audiatur utroque Officio obſequente, id eſt, tam ſacrorum Scriniorum, quam Præfecti Officio. *6. Illo videlicet.*

XCV. De Appellationibus contra ſpectabiles Judices introducendis & exercendis.

7. Illud autem quod diximus de appellationibus apud Proconſules inducendis, non ſine diſtinctione eſt. Nam ſi quidem non ſpectabiles ſint hi, contra quos appellatio porrecta eſt, & a divina juſſione, vel aliis Magiſtratibus judices conſtituti fuerint, tunc Proconſules appellationem audiant. Sin autem inluſtres ſint, a quibus appellatum eſt, provocatio exerceri debet in Conſtantinopolitana civitate ſecundum veterem conſuetudinem, cujuſcumque quantitatis ſit, omnibus ceteris legibus, quæ de appellationibus poſitæ ſunt, in ſua firmitate durantibus. DAT. III. NONAS JAN. CONS. BILISARII. *7. Ita tamen.*

CONSTITUTIO XXV.

XCVI. De Provocationibus Prætoris Paphlagoniæ vel Honoriados porrecta, & de aliis provocationibus in diverſis regionibus porrectis.

a Prætore
1. SI a *Prætoris* a Paphlagoniæ vel Honoriados provocatio porrecta ſit, & inducatur apud Præfectum Prætorio b & Quæſtorem c, Præfecti Prætorii officium huic appellationi obſequatur. Idem eſt & in moderatore d Elenoponti & Ponti Polemoniaci, & *Proconſulis* 2 primæ Cappadociæ, & *Proconſulis* 3 Armeniæ, & *Prætorum* 4 Lycaoniæ, Piſidiæ, Iſauriæ. In Comite autem Orientis utrumque officium obſequatur, id eſt, & Præfecti Prætorii, & Scrinii epiſtularum. In Pontica autem & Aſiana, quæ tranſlata eſt in Galatiam & Phrygiam Pacatianam, officium Præfecti tantum obſequatur. In *quibus* 5 autem cauſis antiquo jure libellenſes obſequuntur, in *his* 6 nulla innovatio facta eſt, ſed nihilominus hujuſmodi miniſterium iidem ſoli implebunt.
DAT. III. NONAS JAN. CONS. BILIS.

2 Proconſule
3 Proconſule
4 Prætore
5 omnibus
6 quibus

a *Si Prætoris, &c.*] *Pith.* Hæc Conſtitutio videtur Cujacio eſſe finis anterioris Novellæ quæ eſt XXIIII. Nam XX. extat infra Conſtitut. 120. pag. 185. & forte miſſa eſt ad Tribonianum. Vid. C. 20. Nov.

b *Præfectum Prætorio*] Sup. Conſtitut. 22. cap. 5. Vide Nov. 70.

c *Quæſtorem*] *A. A.* Quæſtor quis & quotuplex. Vide Nov. 41. *Pith.* Zoſimus. Ἱστορικῶν λόγ. ε'. καὶ ἐπὶ τούτοις σύμβουλος ὁ τῷ βασιλεῖ δοκοῦντα τεταγμένος ὑπαγορεύειν ὃν κυαίστωρα καλεῖν οἱ ἀπὸ Κωνσταντίνου δεδώκασι χρόνοι. Procop. Ἀνεκδότοις. ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ κοιαίστωρος καλουμένην ἀρχὴν διέθετο οὐδενὶ κόσμῳ ἅπερ διαφερόντως ἐπεμέλοντο οἱ πρότερον βεβασιλευκότες ὡς εἰπεῖν ἅπαντες· ὅπερ τι τὰ ἄλλα ἔμπειροι καὶ σοφοὶ καὶ τὰ ἐς τοὺς νόμους μάλιστα εἶεν οἱ ταύτην διαχειρίσαντες καὶ χρημάτων διαφανῶς ἀδωρότατοι ὡς οὐκ ἂν δὲ μεγάλου ὀλέθρου τούτου τῇ πολιτείᾳ γινομένου εἴπερ οἱ ταύτην τὴν ἀρχὴν ἔχοντες ἢ ἀπειρίᾳ τινὶ ἔχοιντο ἢ φιλοχρηματίᾳ ἐφεῖντο. ὁ δὲ βασιλεὺς οὗτος πρῶτον μὲν ἐπὶ ταύτης Τριβωνιανὸν κατεστήσατο οὗπερ τὰ ἐπιτηδεύματα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις διαρκῶς εἴρηται.

L. 1. C. Th. de Prætor.

d *Moderatore*] *Pith.* Ἁρμοστής. Ducta a Lacedemoniis origine. Meminit Sudas, ἐπίσκοποι. Ulpianus εἰς τὸν κατὰ Τιμοκράτους.

Διάταξις κς'.

CONSTITUTIO XXVI.

XCVII. De Adjutoribus Quæſtoris.

1. VIginti & ſex adjutoribus a *Quæſtoris* 1 liceat *in ſuos locos* 2 alios ſubſtituere, idoneos tamen, & quos pro tempore Quæſtor elegerit propoſitis *ſanctis* 3 evangeliis. Hi autem, qui fiunt in *locum* 4 eorum qui ſuo loco ceciderunt, centum ſolidis præſtitis fiant. Iſtorum autem trium graduum viri, id eſt, ſcrinii memoriæ b Laterculenſis c, & duorum, qui Proximi futuri d ſunt, quamvis non ſint ex viginti ſex adjutoribus, tamen licentiam habeant ſubrogare in ſuum locum. 5 Habeant igitur jus vendendi militiam ſuam, *ſed* 1 non ultra centum ſolidos, dummodo *& is* 6 qui *ſubrogatur* 7, electione Quæſtoris fiat. *Prærogativas* 8 autem Conſtitutio dat Theodoſio, & *Epitheo* 9 & Cy-

1 adde, quos Bœthos dicunt
2 in ſuo loco
3 ſacris
4 loco
5 &
6 ex his
7 ſubrogatus eſt
8 Prærogativam
9 Epicteto

rillo [*], & Sabbatio & *Perigeni* [*]. Illo videlicet obſervando, ut ſi quis ex viginti ſex adjutoribus defunctus fuerit, heredes ejus centum ſolidos dent, & electione *Quæſtori* [*] militent. Sin autem liberi ſint defuncti, hoc idem jus habeant, quamvis heredes parenti ſuo non extiterint. DAT. VI. ID. JUNIAS CONS. BILISARII.

[*] *forte* Quietio, *vel* Quieto
[*] Protogeni, *alias* Perigeno
[*] Quæſtoris

[a] *Adjutoribus Quæſtoris, &c.*] *Scholiaſtes.* Hæc etiam Conſtitutio a Juſtiniano Latine conſcripta eſt, cujus initium fuit *Inter viros devotos.* Sic enim legi in Florentino libro: non ut in Norica editione eſt, *Inter prudentes.* Hæc neque in libro Authenticorum, neque in Græcis libris aut Latinis reperta eſt. Pro ea Gregorius Haloander epitomen Græce & Latine edidit ſub titulo de Adjutoribus Quæſtoris. Verba Juliani addidit Antonius Contius, & eum ſecuti Agylæus & Ruſſardus. *A. A.* Erant ſub Quæſtore urbis Conſtantinopolitanæ, & militare dicebantur, non in armata militia ſed in ſcriniis. In ea notitia dignitatum illuſtris Quæſtor Officium non habet, ſed Adjutores de ſcriniis, quos voluerit. Vide l. comperimus & l. hac lege, & l. certæ C. de proxim. ſacror. Scrin. lib. 12. *Pith.* Βοηθοὶ ἤτοι σκρινιάριοι. Miniſtri Quæſtoris quos ſibi ex ſcriniis memoriæ, libellorum, & Epiſtolarum eligit propoſitis ſacroſanctis Evangeliis. Officium Quæſtoris dicuntur Nov. 120. Nov. 24. cap. 6. τάξις κοιαίστωρος in inſcriptione Græca quæ non admodum bene accommodata eſt ad Nov. 80. περὶ κοιαίστορος. Videnda Novella integra de Adjutoribus Quæſtoris, quam nos Latine, ſicut ſcripta fuit, cum aliquot aliis, nec dum evulgatis, edi curavimus ad finem Novellarum Juliani.

[b] *Scrinii memoriæ*] *Pith.* Rufinus lib. 2. Interim dictanda adverſum fidem Patrum Imperialia decreta mandantur Benevolo tunc memoriæ ſcriniis præſidenti. Sozomenus lib. 7. cap. 24. Μετακαλεσαμένη τοίνυν Βενέβολον τὸν ἐπὶ τοῖς γράμμασι τῶν θεσμῶν τότε τεταγμένον, ἐκέλευσε τὴν ταχίστην τεθῆναι νόμον.

[c] *Laterculenſis*] *Pith.* In ſcrinio memoriæ, quæ tertium, primum locum obtinet Laterculenſis nomen init a Laterculo, quod ſic forte dicitur, ut Cyclus Paſchalis, Laterculus Can. 4. Synod. Tolet. cap. 1. Aurel. Iſidorus 7. Etymolog. 18. Cyclus autem vocatus eſt quod in orbem digeſtus ſit & quaſi in circulo diſpoſitum ordinem complectatur annorum, ſine varietate & ſine ulla arte, &c. Hinc & Laterculus dictus quod ordinem habeat ſtratum annorum. Sic Vet. πλινθίον. Hieronymus Laterculum & Abacum appellari poſſe ſcribit, in cujus pulvere ſolent Geometræ grammas, id eſt lineas radioſque deſcribere. Ezech. cap. 4. Pro eo qui lattonibus inſidiaretur Capitol. in Maxim. 234.

[d] *Proximi futuri*] *A. A.* Μέλλοντες Novell. 35. In ſingulis ſcriniis erant proximi, de quibus in titulo de proximis ſacrorum ſcriniorum lib 12. In notitia dignitatum quidam primi ſcrinii appellantur: alii primicerii & ſecundicerii, ſic erant proximi appellati: hos ſequebantur mello proximi. Erant autem ſcrinia memoriæ, epiſtularum, libellorum, diſpoſitionum, ſive cognitionum. *Pith.* Proximi futuri qui in ſecundum gradum veniunt in ſcriniis epiſtularum & libellorum & mello proximarum ingrediuntur, poſt quem proximi fiunt, ſicut & in ſcrinio memoriæ. Procopius. Ἀνεκδότοις. οἱ βασιλεῖ τε καὶ τῆς ἀρχῆς ἐν Βυζαντίῳ ἢ ὁπλιζόμενοι ἢ γράμματα διαχειρίζοντες ἢ ἄλλο ὅτι οὖν ὑπηρετοῦντες τάσσονται μὲν ἐν τοῖς καταλόγοις ἀρχὴν ἐσχάτην· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ἀναβαίνοντες ἀεὶ ἐς τὴν ἀπογινομένων ἢ ἀπεξιόντων τὴν χώραν τάξεως ἕκαστοι τῆς καθ' αὑτούς· ἐς τὸ δὲ χωροῦσιν ἕως ἄν τις βαθμοῦ ἐπιβεβηκὼς τοῦ πρώτου ἤδη ἐς τὸ τῆς τιμῆς ἀφίκηται πέρας· καὶ τοῖς ἐς τοῦτο ἀξιώματος ἥκουσι χρήματα ἐκ παλαιοῦ διατέτακται τοσαῦτα τὸ πλῆθος ὥστε πλέον ἀνὰ πᾶν ἔτος ἢ ἐς ἑκατὸν χρυσοῦ ἀγείρεσθαι κεντηνάρια τούτοις.

Διάταξις κζ'.

CONSTITUTIO XXVII.

XCVIII. De Officio Moderatoris utriuſque Ponti, id eſt Elenoponti.

l. ἀλλ' εἷς ἔστω. — [a] Helenopontus — l. πᾶσαν δέ. — l. ὧστ. — [a] naturale — [b] nemine — l. καὶ ἔχ. — [c] vigintique

1. DUorum Pontorum unus ſit Præſes, Moderatoris [a] appellatione decorandus. Et habeat ſub juriſdictione ſua civitates tredecim, & nominetur provincia *Elenopontus* [1]. Amaſia autem & Neocæſarea civitas jus metropolitanum & nomen habeant. Duarum autem iſtarum civitatum epiſcopi in Conſtantinopolitana civitate conſecrentur, & ſint & ipſi Metropolitani, & municipiorum ſuorum Epiſcopos ſinguli ipſi conſecrent. Iſte autem moderator Juſtinianus habeat & civile & *militare* [a] auxilium: habeat & Adreſponſum [b], & omnis condicio fiat ei ſubjecta, *neminem* [b] fori præſcriptione defendente. Sed & utriuſque honoris, id eſt civilis & militaris capiat annonas concurrentes in ſeptingentos *viginti quinque* [c] ſolidos, & apparitionem habeat unam: & publicus curſus [c], item tributorum exactio ad periculum ipſius & apparitionis ejus pertineant. Conſiliarius autem Moderatoris capiat de publico ſeptuaginta duo ſolidos. Apparitio autem ejus, quæ una facta eſt ex civili & militari apparitione permixta, capiat quadringentos quadraginta ſeptem ſolidos & tremiſſem.

[a] *Moderatoris*] *Pith.* Supra Conſtitut. 25. litt. d. Hæc autem Conſtitutio in libro Authenticorum deſideratur. Edita eſt ab Haloandro Græce & Latine ſub titulo de Moderatore Heleneponti.
[b] *Adreſponſum*] *Pith.* Supra Conſtit. 17.
[c] *Publicus curſus*] *Pith.* Sup. Conſtit. 22. cap. 3.

XCIX. Idem.

l. ὁ δὲ τῶν ἀρχῶν. — l. ἔχει δέ.

2. Moderator Elenoponti vicarios ſuos in eadem provincia non mittat. Ipſe enim circuire civitates debet, & inſpicere eas: & ſi quid injuſte fit, corrigere. Sed & ſi milites viderit non contentos eſſe publicis annonis, ſed damna ſubjectis facientes, refrenare debet: & ſi quid inlicite ceperint repetere, & ſubjectis reſtituere. Et hoc non impediatur facere neque divina forma, neque pragmatica ſanctione. Habeat autem Apparitores centum. Nam qui Moderatoris honorem habent, inter ſpectabiles Judices ſunt.

C. Idem.

l. τὸ δὲ μάλιστα. — [1] non alienis — [2] tollat — [3] tollat — [4] tollat

3. Moderator Elenoponti nemini concedat titulos imponere ruſticis prædiis, vel ædibus alienis. Hoc enim proprium fiſci vel Cæſaris eſt. Quod ſi inveniat aliquem *nomen alienum* [1] prædiis imponentem, titulos quidem inlicitos ſtatim *retollat* [2]. Perſcrutetur autem eum, qui titulos impoſuit. Et ſiquidem quaſi dominus impoſuit, titulos quidem *retollat* [3]: rebus autem illius, qui impoſuit, publicos titulos imponat [4]. Sin autem rerum procurator ſit, titulos quidem *retollat* [4], illum autem qui impoſuit ſive procurator ſive dominus ſit, tormen-

tis acerbiſſimis ſubjiciat, ut ex corporali coercitione doceatur titulorum impoſitionem fiſci vel Cæſaris propriam eſſe. De provocationibus [illegible] autem moderator porrigendis eadem teneant jura, quæ de aliis ſpectabilibus diximus. DAT. XV. KAL. AUG. CONSTANTINOP. BILIS. CONS.

a *Publicos titulos imponat*] *Pith.* Sup. Conſtit. 21. cap. 13. *Scholiaſtes.* Quæſitum eſt utrum omnibus rebus, an ipſis tantummodo? & dictum eſt ipſis tantum, nam ſemper benigne debemus interpretari.

CONSTITUTIO XXVIII. Διάταξις λα'.

C I. De Officio Prætoris Paſlagoniæ.

1. MAgiſtratus a *Paſlagoniæ* [1] unus ſit, & Prætor nominetur, & habeat duplicem poteſtatem, id eſt tam *Paſlagoniæ* [2] quam Honoriados: & habeat centum Apparitores. De annonis autem & *conſiliariis* [3] & *apparitione* [4] eadem teneant, quæ ſuperius de moderatore Elenoponti diximus. Nam & de titulis non imponendis, & de provocationibus jura eadem obſervantur. *Idem* [5] & de militibus. Honore autem Spectabilis eſt. DAT. XVII. KAL. AUG. BELIS. CONS. [6]

[1] Paphlagoniæ [2] Paphlagoniæ [3] ejus & conſiliariis [4] apparitionis [5] Idem eſt [6] V. C. Coss.

a *Magiſtratus Paſlagoniæ, &c.*] Hanc Conſtitutionem habuiſſe videtur Albericus Roſatius, qui verbo Aquilegia refert in Novella de privilegiis Paflagoniæ in principio ejus urbis mentionem fieri. Hodie in libris Authent. non extat. Eam Græce & Latine edidit Haloander ſub titulo de Prætore Paflagoniæ.

CONSTITUTIO XXIX. Ἐδικτ. γ'.

C II. Ut jura quæ in ſucceſſionibus poſita ſunt ab inteſtato venientibus, etiam in Armeniis teneant.

1. OMnia jura a *quæ* [1] ceteris Romanis poſita ſunt, eadem & in [illegible] Armeniis teneant. Nam & ſucceſſiones tam in maſculis quam in feminis ſic obſervari Conſtitutio jubet, quemadmodum in ceteris Romanis. Hæc autem ex eo tempore obſervari oportet, ex [illegible] quo noſter Imperator reipublicæ gubernacula tenuit, niſi forte vel tranſactiones ſecum fecerunt, vel alio modo cauſas ſuas damnaverunt. Habeant autem communionem & in prædiis illis quæ b *genearchica* [2] *vocantur* [3] ab antefato tempore. Sin autem contigerit quoſdam inveniri, qui filias ſuas heredes *ſcripſerunt* [4], volumus ipſis quoque *genearchicarum* [5] rerum dominium competere, quamvis ab inteſtato parentibus ſuis ſecundum priſtinam Armeniorum conſuetudinem non ſuccedebant. Ea autem quæ ſemel filiabus competierunt, etiam liberis earum poſtea competere placet. DAT. XV. KAL. APR. POST BILIS. V. C. CONS.

[1] quæ de [2] genearchia [3] vocabantur [4] ſcripſerint [5] genearchiarum

a *Omnia jura, &c.*] *A. A.* Hujus ſolius extat Juliani epitome. Non multum differt a Novella 21.

b *In prædiis illis quæ genearchica vocantur*] *A. A.* Gentilicia prædia, quæ agnatos, vel familiam ſequebantur. *Pith.* Progenitoralia. Vet. Authent. Interpres. Non diſſimiliter Nicephorus Phocas. Novella. Περὶ προτιμήσεως. Μὴ μόνον ἀπὸ τῆς ἐπικτήσεως ἀλλὰ καὶ ἀπὸ γονικῶν ἐκδιώκεσθαι κελεύομεν. Et Manuel Comnen. Περὶ διαφόρων ὑποθέσεων. Καὶ τοῦ τὴν ὥσπερ τινα κλῆρον πατρῷον εἰς τρίτην πολλάκις καὶ τετάρτην γενεὰν τοῖς ἐγγόνοις αὐτοῦ κατὰ διαδοχὴν παραπέμψαντα. L. 19. de donatio. C.

Διάταξις π'.

CONSTITUTIO XXX.

CIII. *De Defenſoribus Civitatum.*

1. NUlla licentia [a] ſit Defenſoris Officium in civitatibus ſuis contemnere: alioquin quinque *librarum auri pœna* [1] coercebitur: ita tamen, ut in opera civitatis quinque libræ impendantur, & poſt pœnæ ſolutionem nihilominus Defenſoris Officium ſuſcipere cogatur. Nec *enim* [2] viliſſimos homines, ſed ipſos magis Primates *Defenſores* [3] civitatum fieri decet, quamvis inluſtres ſint, vel militare cingulum, vel prærogativas ex principalibus pragmaticis ſanctionibus habeant. Creari autem Defenſores oportet per ordinem. Et ſit unus ex ipſis Primatibus quorum calculo *crearetur* [4]. Fiat autem cum ſacramento. Nam jurare debet, quod omnia ſecundum leges & juſtitiam *facturus eſt* [5]. Confirmetur autem per juſſionem Præfecti Prætorii, & habeat Defenſoris honorem per biennium tantum: & non liceat Præſidi ſucceſſorem ei dare, *ſed* [6] Præfecto Prætorio.

θ. νόμος οὐδ.
1 libris auri ipſe
2 etiam
3 defenſorem
4 creetur
verſ. ἀρμοῖ δὲ προέχοντα.
5 facturus ſine dolo eſt.
6 ſed nec

a *Nulla licentia, &c.*] *A. A.* Eſt in libro Authentic. Conſtit. 2. collat. 3. tit. de defenſorib. civitat. Eam Græce & Latine Haloander edidit.

CIIII. *Idem.*

2. Non liceat Præſidibus Vicarios Defenſorum mittere. Nam nec ſuos mittere poſſunt: *& ſufficiunt* [1] Defenſores, *Præſidis juſſiones* [2] implere.

verſ. μηδὲ μηδὲ αὐτοῖς.
1 ſufficit enim Præſidi, *al. ἄλλως* ſufficiunt eis
2 juſſiones

CV. *Idem.*

3. Teſtamenta atque donationes apud Defenſores *intimentur* [1]: aliaque publica monumenta apud eos recte procedant. Hoc enim Præſes prohibere non poterit: quamvis adverſus ipſum Præſidem componantur, vel adverſus homines ejus. *Acta* [2] autem *conficere* [3] Defenſor *poteſt* [4] ad ſimilitudinem Præſidis tam adverſus tributarias illationes *differentes* [5], quam adverſus ſeditioſos *homines* [6]. Habeat autem ex Præſidali appatitione unum exceptorem [a], & duo apparitores: & judicet in pecuniariis cauſis uſque ad ſolidos trecentos.

verſ. αὐτοῖς π.
1 civitatis inſinuentur
2 pacta
3 componere
4 debet
5 differentes
6 *dele.*

a *Exceptorem*] *A. A.* Exactor tributorum. Novell. 15. cap. 3. Novell. 82. cap. 7. Novell. 123. cap. 8. transfertur ad alias actiones. *Pith.* Ὑπογραφεῖς. ταχυγράφοι. Iſidor. 9. Etimol. 4. Ennodius de vita Epiphanii. Procop. cap. 1. Joſue. Ταῦτα διὰ τῶν γραμματέων ις'. διδῆλωκα τοῦ λαοῦ, οὓς ὁ μὲν ἀκύλας ἐκβιβασὰς φησιν· ὁ δὲ σύμμαχος ἐπιστάτας. ἐοίκασι δὲ κατὰ τοὺς παρὰ Ρωμαίοις ἐκσκέπτορας

εἶναι. δι' ὧν δηλοῦσι τοῖς δήμοις οἱ ἄρχοντες τὸ δοκοῦν. Gloſſ. Ἐκλήψεις ὑπαγορευθέντος τινος. Exceptio.

CVI. Idem.

4. Si quis plus petierit, ut apud Præſidem magis quam apud Defenſorem cauſa cognoſcatur, & per definitivam ſententiam reperiatur quantitas *litis intra* [a] trecentos ſolidos conſtituta: perdat & ipſam quantitatem, quæ re vera ei debetur, & actionis ſuæ diſpendio puniatur.

verſ. ἀπὸ μικρ.
[a] litis fuiſſe intra

CVII. Idem.

5. Si Defenſor civitatis ſententiam definitivam protulerit, & adverſus eam provocatio porrecta ſit: apud Præſidem Provinciæ *exerceri eam oportet* [a]. Sin autem ab apparitoribus Defenſor injuriam fuerit paſſus, & Præſes Provinciæ neglexerit competentem *eis* [b] vindictam irrogare: tunc relationem ad Præfectum *Prætorio* [c] mittat: & quod Præfecto viſum fuerit, ſequatur. *Habeat autem* [d] & ſcrinium [a] *publicum* [e], ubi monumenta publica *deponantur* [f]: & habeat unum hominem, qui eadem acta debeat conſervare.

verſ. καὶ μετὰ ταῦτα.
[a] diſceptetur
[b] ei
[c] Prætorii
[d] habeat autem defenſor
[e] unum
[f] deponere poſſit

[a] *Scrinium*] *Pith.* χαρτοφυλάκιον. Ruffinus 1. Hiſtor. Frumentio rationes ſuas, ſcriniaque commiſit. Socrates. Τὸν δὲ ὕστερον Φρουμέντιον ὄνομα αὐτῷ, τοῦ βασιλέως γραμματοφυλάκιον ἐγχειρίζειν. Publicorum monumentorum ſcrinia l. 8. Cod. Theod. de infirmand. his quæ ſub tyrannis, &c.

CVIII. Idem.

6. Defenſores ſine datione pecuniæ fiant: quattuor enim tantum aureos præſtare debent *in judicio* [a]. Præfecti Prætorio pro juſſionibus quibus Defenſorum creatio confirmetur. Sin autem civitas minima ſit tres ſolidos tantum præſtari *decet* [b]. Sin autem *publicas annonas* [c] *habeant* [d] *ex vetere quadam conſuetudine* [e], capiant *eas* [f] ſine aliquo obſtaculo. Et ſi in magnis criminibus obnoxii convincantur aliqui, caſtigare eos Defenſores oportet, poſteaque Præſidibus tranſmittere. Nam in levioribus criminibus ſufficit pœna, quam ipſi impoſuerunt. DAT. XVI. KAL. AUG. C. P. BILIS. V. C. CONS.

v. ἐν δὲ τοῖς.
[a] in judicium, ἄλλ. majores civitates in judicio
[b] debet
[c] publicam annonam
[d] habeat
[e] ex veteri quadam conſuetudine, ἄλλ. ſecundum veterem conſuetudinem
[f] eam

CONSTITUTIO XXXI.

Αὐθεντ. λά.

CIX. De Lenonibus tollendis.

1. HÆc Conſtitutio jubet [a] neminem lenonem eſſe neque in urbe Imperiali, neque *in Provinciis* [a]: & hoc prohibere debent Prætores & *Præſides* [b]. Ultimo enim *ſupplicio* [c] *ſubjiciuntur* [d], qui contra Conſtitutionis normam lenones eſſe auſi ſunt. Omnia autem inſtrumenta & fidejuſſiones apud lenones interpoſitas, vel a lenonibus contra bonos mores factas infirmas atque invalidas eſſe *Conſtitutio* [e] jubet. DAT. K. DEC. CP. BILIS. V. C. CONS.

[a] In aliis Provinciis
[b] Præſides Provinciæ
[c] ſupplicii judicio *Ivo in Panormia.*
[d] ſubjiciantur
[e] hæc conſtitutio

[a] *Hac Conſtitutio jubet, &c.*] *A. A.* Eſt in libro Authenticorum prima

Conſtitutio collationis tertiæ ſub titulo de lenonibus. Eam etiam Haloander Græce & Latine edidit. Juliani verba refert Ivo parte 8. Decret. cap. 305. ut Novell. Conſtit. 31. cap. 1. & parte 16. cap. 121. ejuſd. Decret. & lib. 5. tit. 2. cap. 29. Panormiæ.

διάταξις ρʹ.

CONSTITUTIO XXXII.

C X. *De nefariis & inceſtis nuptiis.*

verſ. θεσπίζομεν.
¹ damnandum Ivo part. 9.
² contraxit, *idem ibidem.*
³ legitimos ex priore
⁴ juribus
⁵ *dele.*
⁶ corporali quæſtioni, *aliàs*, corporalibus coërcitionibus.
⁷ ei

1. SI quis nefarium [a] & inceſtum atque *damnatum* [1] matrimonium *contraxerit* [2], liberos autem *ex legitimo priore* [3] matrimonio non habeat: ſtatim ſuis facultatibus careat, doſque ei data, fiſci *viribus* [4] vindicetur. Poſt publicationem autem, & cinguli *ſui* [5] pariatur amiſſionem, & exilio puniatur. Quod ſi vilior ſit, & *corporales coërcitiones* [6] ſubſiſtat, & uxor *ejus* [7] contra leges nupta eaſdem pœnas patiatur, ſcilicet ſi nulla juſta excuſetur ignorantia [b].

[a] *Si quis nefarium, &c.*] *A. A.* Eſt in libro Authent. Conſtitut. 6. collat. 2. titulo de inceſtis & nefariis nuptiis. Hanc Haloander Græce & Latine edidit. *Scholiaſtes.* Quantum ad hanc Conſtitutionem nihil intereſt inter nefarium & inceſtum atque damnatum.

[b] *Si nulla juſta excuſetur ignorantia*] *Scholiaſtes.* Bene dixit. Nam ſi forte mater filio nupſit, non poterit juris ignorantiam prætendere: quia jure naturali, ſive gentium talis copulatio prohibita eſt. Si autem proponas eam omnino ruſticam & a latere venientes perſonas, tunc tracta juſtam cauſam ſi invenias. Quæſitum eſt quid ſi minor viginti quinque annis ſit? & dictum eſt minoribus non permittitur jus ignorare in delictis ſcilicet.

C X I. *Idem.*

verſ. εἰ μέντοι παῖδες ἔχοιεν.
¹ ſint, &
² contraxerint
³ nulli
⁴ qui
⁵ ſunt
⁶ in pœnam
verſ. καὶ τοῦτο μέν.
⁷ omnium

verſ. οἱ δὲ ἐκ. & verſ. εἰ μέντοι γε.
⁸ matrimonio nati

⁹ *hac periodus in veteri libro deeſt*
¹⁰ jura
¹¹ inlicitas nuptias aliquis contraxerit
¹² *dele*
¹³ biennium illud præſtari oportet

2. Sin autem liberi *ſint ei* [1], *qui* inceſtas *contraxerit* [2] nuptias, *illi* [3] autem liberi legitimi ſint, *quod* [4] forte ex alio legitimo matrimonio procreati *ſint* [5], *pœna* [6] patris, ſui juris fiant [a], & paternas accipiant facultates [b]: ſic tamen ut patri ſuo alimonias præbeant, & quæ neceſſaria ſunt, adminiſtrent. Hæc autem omnia valeant poſt biennium, quam hæc Conſtitutio fuerit intimata [c]. Nam intra biennium *omnes* [7] quidem illicitas nuptias, ſi quæ contractæ ſint, diſſolvi Conſtitutio jubet ſine pœna eorum, qui nuptias illicitas contraxerunt. Liberis autem, qui ex hujuſmodi *matrimoniis* [8] ſunt, tres partes bonorum paternorum præſtat [d], & quartam fiſco, ſcilicet ſi non ingrati ſunt tales liberi & alii liberi legitimi non ſint. Nam ſi liberi legitimi ſint: tunc quartam quidem partem fiſcus capiat: cetera autem bona inter ſe [e] legitimi liberi, & hi qui ex illicito matrimonio nati ſunt, partiantur tam ex teſtamento quam ab inteſtato. Mulier autem quæ contra leges nupſit, ſuam dotem tantum capiat. Sed hæc omnia intra biennium valeant. *Nam poſt biennium* [9] ſuperiora *præcepta* [10] valebunt, quæ in primo capite dicta ſunt. Nam ſi poſt biennium *in illicitis nuptiis aliquis permanſerit* [11], pœnis in primo capite dictis ſubjicietur. Idemque dicimus, & ſi ante biennium *novas* [12] illicitas contraxerit nuptias. Nam *biennii indulgentia illis præſtita eſt* [13], qui jam contra-

contraxerunt contra leges *matrimonia* [**], ut intra biennium ſeparentur. Quod ſi non fuerint ſeparati ſed perſeveraverint in toto biennio: pœnis primi capitis ſubjiciantur. ** matrimonium

[a] *Pœna patris, ſui juris fiant*] *Scholiaſtes.* Nota quod ex pœna patris filii ſui juris efficiuntur, quamvis pater nullam capitis diminutionem paſſus eſt. Nam relegatio capitis diminutio non eſt, ut didicimus in prima inſtitutione, titulo, Quibus modis jus patriæ poteſtatis ſolvitur.
[b] *Paternas accipiant facultates*] *Scholiaſtes.* Nota quod ſubſtantiam paternam vivo patre & in civitatem veniente filius capiat.
[c] *Intimata*] *Scholiaſtes.* Attendendum eſt, quia non dixit, promulgata, ſed intimata.
[d] *Tres partes bonorum paternorum præſtat*] *Scholiaſtes.* Nota quando ex incerto matrimonio nati liberi ad hereditatem parentum vocantur.
[e] *Inter ſe*] *Scholiaſtes.* Nota, quando legitimi filii in ſucceſſione paterna æquales ſint his qui ex inlicita copulatione patris editi ſunt.

C X I I. *De naturalibus liberis.*

3. Si quis cum muliere libera [a] conſuetudinem habuerit, cujus nuptiæ interdictæ non ſunt: & liberos *ab eo illa* [*] procreaverit, poſteaque inſtrumenta dotalia compoſuerit: ei non ſolum jam nati *liberi* [*] legitimi & in poteſtate ejus ſint, ſed etiam poſtea procreati. DAT. XVII. KAL. JUN. CONSTANT. BILIS. V. C. CONS. [*] [illegible] [*] ab ea [*] filii, &c.

[a] *Si quis cum muliere libera, &c.*] *Scholiaſtes.* Jam natis filiis. Quid enim ſi non conſentiente filio naturali dotalia inſtrumenta confecta ſint? tunc enim legitimus filius non fit, ut invenies in alia Novella Conſtitutione, quæ eſt circa octogeſimam, ubi inſcribitur de naturalibus filiis.

CONSTITUTIO XXXIII. [illegible]

C X I I I. *De pignoribus & uſuris dandis propter res ruſticis mutuatas.*

1. SI quis ruſtico [a] mutuaverit, terram ejus in pignus accipere non audeat: uſuram autem ſumere eum æquum eſt. Siquidem aridos fructus mutuabit, octavam: ſin autem ſolidos mutuaverit, ſiliquam [b] annuam per ſingulos aureos capiat, donec ſcilicet totum quod debetur, fuerit a debitore ſolutum. DAT. NON. OCTOB. CP. BIL. V. C. CONS.

[a] *Si quis ruſtico, &c.*] *A. A.* Novellæ 32. 33. 34. de eadem re conſtitutæ ſunt. Nam 32 Græca eadem eſt cum 34. Latina. Et 33. Latina præcipitur ut in Illyrico 34. obſervetur. Hæ duæ Latinæ extant in libro Authentic. Altera eſt Conſtitutio 4. collationis 4. titulo ut nullus mutuans agricolæ teneat ejus terram. Altera eſt Conſtitutio 5. titulo nullum credentem agricolæ tenere illius terram. Haloander Græce, & Latine Conſtitutionem 32. edidit. Græce item edidit epitomen Novellarum 33 & 34. quam nemo adhuc Latinam fecit. Vide Authentic. ad hæc C. de uſur. Juliani autem verba ſunt hæc. *Scholiaſtes.* Ergo non loquitur de adſcriptitio, quia terra adſcriptitii non eſt, niſi forte quis dixerit quia terram habet peculiarem, quomodo & peculium ſervi naturale dicitur. Sciendum eſt autem prohibitum eſſe adſcriptitio pecuniam mutuam dare ſine conſenſu domini ſecundum ea quæ relata ſunt in quarto libro Codicis, ti-

tulo ubi dicit de peculio, conſtitutione ſub finem tituli poſita. Scire autem debet, quia qui inlicitas uſuras percipit infamia notatur, ut invenies in ſecundo libro Codicis, titulo ubi dicit, de his qui notantur infamia, conſtitutione circa medium titulum poſita.

ᵇ *Siliquam*] *Pith.* Viceſima quarta pars ſolidi, dimidia miliariſii. Cedrenus. *Προσετάξαμεν τοῖς διοικηταῖς τῶν δημοσίων ἀπαιτεῖν εἰς τὸν χαράγα κατὰ νόμισμα μιλιαρήσιον ἕν. κἀντεῦθεν ἀπεκράτησεν ἡ συνήθεια παρέχειν τὰ διακέρατα τοῖς διοικηταῖς. κεράτια δὲ αἱ ιβ΄ φόλλεις ὀνομάζονται ἤτοι νοῦμμοι.*

διάταξις κ΄.

CONSTITUTIO XXXIIII.

CXIIII. *De legitima portione liberis a parentibus relinquenda.*

vers. Ἐκ τῶν ἰμῶ.

1. OMnes tam maſculi quam feminæ ᵃ decedentes, ſi unum filium habeant, tertiam partem ſubſtantiæ ſuæ ei relinquant Falcidiæ nomine: eodem obtinente jure, & ſi duo vel tres vel quattuor liberos *dereliquerint* ¹. Sin autem ultra quattuor ſint: *dimidiam* ² ſubſtantiæ paternæ habeant, ut in hoc caſu Falcidia lex dimidiam partem contineat, id eſt, ſex uncias ſubſtantiæ defuncti. Nulla autem differentia eſt, utrum inſtitutione heredis an fideicommiſſi datione legitima pars liberis præſtita ſit. Hoc autem quod de filiis & filiabus dicimus, teneat etiam in omnibus deſcendentibus perſonis, quibus ſcilicet de inofficioſo agere permiſſum eſt.

¹ reliquerint
² dimidiam partem

ᵃ *Omnes tam maſculi quam feminæ, &c. teneat etiam in omnibus deſcendentibus perſonis*] *Scholiaſtes.* Attendendum quod ex præſenti Conſtitutione innovatio in deſcendentibus tantum perſonis facta eſt, non etiam in parentibus. *A. A.* Hæc Conſtitutio in lib. Authent. eſt Conſtit. 5. collat. 3. tit. de triente & ſemiſſe ab Haloandro Græce & Latine edita eſt. Vide Authentic. noviſſima C. de inoffic. teſtam.

CXV. *De curialibus liberis.*

θ. ἀπρίου.

2. Curiales ᵃ *prioris* ¹ *id eſt præcedentis capitis* ² obſervatione *excepti* ³ ſunt. Hi enim liberis ſuis curialibus novem uncias ſubſtantiæ ſuæ relinquere *coguntur* ⁴: tres autem reliquas uncias, in quas voluerint perſonas tranſmittant. Sed tamen ea *lex* ⁵ jura de inofficioſo teſtamento quartellæ non mutat. Nam ſolam quantitatem Falcidiæ legis dilatavit, id eſt auxit.

¹ priori
² *Non videntur hæc verba eſſe Juliani, ſed adjecta ab aliquo ſtudioſo.*
³ exempti
⁴ cogantur
⁵ res

ᵃ *Curiales, &c. novem uncias, &c.*] *Scholiaſtes.* Novem uncias, propter æquæ, per ipſas curias ſuſcipiant, & quemadmodum coguntur curiæ novem uncias relinquere, ita coguntur filiis curialibus inſtitutis, quia, ut dixi, per ipſa curia, habentur. Ergo legem Falcidiam in filiis ita definivit, ut aut tertia pars, aut dimidia, aut dodrans. Tertia quidem ſi uſque ad quatuor liberi fuerint dimidia: ſi ultra quatuor dodrans, ſi curiales ſunt, ſive unus, ſive plures.

CXVI. *Si liberis ſuis nudam proprietatem quiſpiam reliquerit.*

θ. ποιόμω ιδ.

3. Si quis liberos ᵃ & uxorem habens in ultimis ſuis elogiis juſſerit totius ſubſtantiæ ſuæ uxorem quidem uſumfructum habere, liberos autem nudam proprietatem, quid juris ſit? Et dicimus uſque ad par-

tem legitimam Falcidiæ habituros liberos etiam uſumfructum proprietatis: reliquam autem uſusfructus portionem uxori dandam: quia ſi nudam proprietatem ſine ullo uſusfructus ſolacio [b] habeant liberi, nihil prohibet eos fame perire. Hæc autem quæ diximus, teneant tam in patre defuncto, quam in avo & proavo & omnibus ſuperioribus perſonis. Eodem *videlicet* [c] obſervando & ſi mater decedens marito ſuo uſumfructum totius patrimonii ſui reliquerit, & liberis ſuis nudam proprietatem: idem eſt, & in avia & proavia.

a αὐτῶν τε. — verſ. vel ſum... — [c] videlicet jure

[a] *Si quis liberos, &c.*] *Scholiaſtes.* Nota quando ultra quatuor aut ſex uncias dominio omnium rerum hereditariarum relicto filiis, non videtur eis in falcidia ſatisfactum fuiſſe.

[b] *Sine ullo uſusfructus ſolatio*] *Pith.* Novell. 123. Salario. Τὸ ἐν παραμυθίας λόγῳ διδόμενον. Procopius. Ἀνεκδότοις. ἀποτεμνόμενος γὰρ τῶν χρημάτων τὸ πλεῖστον μέρος ἅπερ ἐν παραψυχῆς λόγῳ πολλοῖς χορηγεῖσθαι ἀνὰ πᾶν ἔτος πρὸς βασιλέως ἐκ παλαιοῦ διατέτακται· αὐτὸς μὲν τοῖς δημοσίοις οὐδὲν ἐπλούτει καὶ μέλλων ἐνθένδε βασιλεῖ ἀνέφερεν· οἱ τὰ χρήματα ἀφῃρημένοι ἐν πένθει μεγάλῳ διεγένοντο. Balſam. tit. 13. cap. 4. Nomocan. Photii. Gregor. in Epiſtolis.

CXVII. *Quemadmodum ab inteſtato liberi per femininum ſexum deſcendentes parentibus ſuis ſuccedere debeant.*

4. Si quis nepotes [a] ex filio reliquerit, & ex filia nepotes vel neptes: pariter ad hereditatem ab inteſtato avi defuncti vocentur: & non minus tertia parte, ſicut antea *capiant* [b]: ſed integram portionem *conſequantur* [c] nepotes ex filia *nati* [d], qualem accipiunt nepotes ex filio procreati. Item ſi avia deceſſerit nepotibus ex filio & neptibus ex filia derelictis, omnes pariter ad hereditatem aviæ ſuæ vocentur: & omnino nulla ſit differentia utrum omnes nepotes ſint, an neptes: & utrum ex filio, an ex filia procreati ſint. Item ſi quis ſine dotalibus inſtrumentis, ſola nuptiali affectione matrimonium contraxerit, & liberos habuerit, poſteaque ſoluto priore matrimonio ſecundas nuptias cum alia muliere contraxerit, & dotalia inſtrumenta *ei* [e] fecerit, & alios liberos habuerit: omnes liberi ejus tam ex priore matrimonio nati, quam ex ſecundis nuptiis procreati pariter ad hereditatem vocentur: quamvis prius matrimonium ſine dotalibus inſtrumentis contractum eſt.

b. οὐδὲ ἀνδρῶν — [b] accipiant — [c] aſſequantur; Ivo. — [d] nati cum avunculis — verſ. ... — [e] cum ea

[a] *Si quis nepotes*] Vid. Authentic. quæ tertiæ C. de collat. Juliani verba refert Ivo part. 16. decret. cap. 123. ut Conſtitut. 34. cap. 4. & lib. 5. tit. a. cap. 31. Panorm.

CXVIII. *De concubinis & naturalibus liberis.*

5. Si quis neque liberos legitimos habens, neque uxorem legibus cognitam deceſſerit, & concubinam reliquerit, ex qua filios naturales habuit: (Concubinam autem dicimus talem; quæ libera conſtituta in domo defuncti *erat* [a], uſque ad mortem ejus, & ſi liberi naturales & in domo ejus ab ipſo procreati ſunt & nutriti.) Hæc igitur ſi ita ſint: veniant ſimul tam ipſa concubina, quam liberi ejus natu-

b. ... — [a] fuerat

tales ab inteſtato in ſubſtantiam defuncti: non ut totam accipiant, ſed ut duas uncias tantum conſequantur ſubſtantiæ defuncti patris, & diſtribuantur inter eos & matrem: ita tamen, ut mater unius liberi portionem accipiat, & per capita diviſio rerum fiat. Quod ſi concubina ante concubitorem ſuum deceſſerit, & filios naturales reliquerit: nihilominus duas uncias *filii* [b] naturales conſequantur. *Hæc* [c] autem de ea concubina dicimus, quæ ſola *erat* [d] in domo defuncti concubitoris [a]. Alioquin ſi *complures* [e] fuerint mulieres, quas in concubinatu defunctus habeat, e quibus & liberos naturales *habuit* [f], nulla licentia dabitur neque concubinis, neque liberis earum ad ſucceſſionem defuncti venire: quoniam meretrices magis quam concubinæ tales mulieres ſunt, cum quibus paſſim defunctus dormiebat: ſed *illam* [g] cum progenie ſua ad hereditatem defuncti vocamus, quæ quodammodo uxorem legitimam imitatur: & nulla differentia eſt, utrum naturales ejus liberi maſculi aut feminæ ſint. *Hæc* [h] autem in futurum tempus obtinere Conſtitutio jubet.

[b] liberi
[c] hoc
[d] fuerat
[e] plures, *alii*, quamplures
[f] habuerit
[g] illam ſolam
[h] hoc

[a] *Defuncti concubitoris*] *Pith.* Sic concubitor maſculorum ἀρσενοκοίτης. Hieronymus adverſus Ruffinum adulteri, & maſculorum concubitores & fures.

CXIX. *De collatione dotis & antenuptias donationis.*

6. Si quis pro filia [a] ſua dotem genero dederit, vel propter nuptias donationem pro filio ſuo nurui præſtiterit: poſteaque ipſe pater deceſſerit ſive inteſtato ſive teſtamento condito, & non ſpecialiter expreſſerit, ut nulla collatio fiat dotis vel antenuptias donationis: Si hæc igitur ita ſint, is qui ſuccedere *patri* [b] voluerit, cogatur conferre dotem vel antenuptias donationem.

6. [illegible]
[b] jure patris

[a] *Si quis pro filia*] *A. A.* Vid. Authentic. ex teſtamento C. de collatio.

CXX. *Si res ſuas pater inter liberos diſtribuerit.*

7. Si quis liberis [a] ſuis res ſuas diſtribuere velit ſive in teſtamento ſive *alia quadam* [b] voluntate: liceat quidem ei hoc facere: dum tamen diſtributionem confirmet ſua ſuſcriptione. Quod ſi ipſe ſuſcribere nolit, faciat liberos ſuos ſuſcribere, inter quos & rerum diſtributio fit. Quod ſi non ita fecerit, vel etiam ſine teſtibus voluntatem ſuam condiderit: ſciat eam nullius eſſe momenti. Ideoque liberi ejus omnes ita ſubſtantiam ejus partiantur inter ſe, ac ſi ſine *ulla* [c] diſtributionis voluntate *pater* [d] eorum deceſſiſſet.

καὶ τὸ [illegible].
[b] in alia quacumque
[c] ulla ejus
[d] parens

[a] *Si quis liberis*] *A. A.* Vid. Authentic. ſi modo C. famil. erciſcund.

CXXI. *Si quis prolatam manum ſuam negaverit.*

8. Si quis *prolatam* [a] *manum ſuam negaverit* [b], & dixerit talem ſcripturam ſuam non eſſe, poſtea actor probationibus vexetur, & aliis difficultatibus: vel ſi *litteras quidem ſuas agnoverit* [c], dixerit autem po-

[illegible] verſ. [illegible]
[a] prolata manu

cuniam ſibi numeratam a creditore non eſſe : in utroque caſu convictus, in duplo debitam *quantitatem* [1] *actori* [4] præſtet. Quod ſi judex contra præſentem legem judicaverit : ipſe pœnam *actori* [5] reddat. Hæc autem ita ſe habent : niſi forte actor *probationibus deficiens ſacramentum* [6] reo detulerit : tunc enim ſi reus ſacramentum dare noluerit, ſed veritatem confeſſus fuerit, dupli pœnam evitabit. Quod ſi longiore tempore extenſo litigio ad ſacramentum actor *decucurrerit* [7], poſteaque reus ſacramenti timore veritatem confeſſus ſit : dupli quidem pœnam ſic evitabit. Cogatur autem omnes impenſas, quas actor propter improbitatem ejus fecerit, ſacramento actoris præſtare. Si quis autem dixerit ſibi nullam adnumeratam eſſe pecuniam : poſtea autem confeſſus *ſit* [8], & dixerit etiam ſe particulares ſolutiones ſolviſſe : quamvis re vera perſolverit, attamen nihilominus integram ſortem *exſolvat* [9]. Sed & ſi reus litteras actoris protulerit, eaſque ſuas eſſe actor negaverit, & poſtea reus veritatem probare potuerit : cogatur actor non ſolum illud imputare reo, quod litteris declaratur : ſed etiam alterum tantum perſolvat pœnarum nomine mendacii ſui. Et in hoc caſu ſacramenti ratio eadem habeatur, tam in actoris quam in rei perſona.

ſua, two; alii, prolatam manu ſua ſcripturam
[4] litteram ſuam non negaverit
[3] pecuniam
[4] actori
verſ. καὶ εἰ ἐνδεῶν.
[5] auctori
[6] probationibus abrenuncians ab initio ſacramentum
[7] decurrerit
Δεύτ. αἰ.
verſ. εἰ δὲ μὴ ...
[8] fuerit
[9] perſolvat
verſ. εἰ δὲ ... ὁ φέρων.

[a] *Si quis prolatum*] A. A. Vid. Authent. contra C. de numerat. pecun. Juliani verba refert Ivo part. 16. cap. 124. decret. ut Conſtitut. 35. cap. 4.

CXXII. *Idem.*

9. Quod ſi litigium [a] per tutores vel curatores ventiletur : pone enim principales perſonas impuberes eſſe vel adoleſcentes, tunc pœnæ exactio propter improbam negationem adverſus ipſos tutores vel curatores competat. Hæc autem Conſtitutio nullam facit innovationem in legibus, quæ duplum vel quadruplum in quibuſdam caſibus exigi præcipiunt.

verſ. εἰ δὲ ...

[a] *Quod ſi litigium*] A. A. Vide Authentic. item ſi poſſeſſor C. qui potiores in pignore, &c.

CXXIII. *De improbis poſſeſſorum exceptionibus.*

10. Si quis rerum [a] detentator in rem actione ab aliquo conventus dixerit actorem rerum dominum non eſſe : actor autem probaverit ſuum dominium eſſe, & probationibus convictus reus poſtea dicat hypothecarum titulo vel alio quodam jure ad ſe res pertinere : tali pœnæ ſubjiciatur, ut adhuc lite in ſuſpenſo conſtituta, res ad actorem transferantur : & poſt tranſlatam poſſeſſionem, tunc ſi quas ſibi putaverit actiones competere, eas moveat is, qui tranſpoſuit poſſeſſionem.

[a] *Si quis rerum*] A. A. Vide Authentic. ſed nova C. de naturalib. liber.

CXXIIII. Quomodo concubinæ ſervilis conditionis conſtitutæ legitimæ uxores fiunt.

[illegible] ª filios

II. Si quis neque legitimam uxotem habens, neque *liberos* ª legibus cognitos, ancillam autem ſuam concubinam habuerit, & liberos ex ea ſuſceperit, poſteaque eam cum liberis ſuis manumiſerit, & jus anulorum aureorum eis impetraverit, & natalibus eos teſtituerit, inſtrumentaque dotalia conſcripſetit: quamvis poſtea nullos habuerit libetos: attamen uxot legitima ſit, & liberi, ante dotalia inſtrumenta nati, tam legitimi, quam in poteſtate patris ſui naturales efficiuntur, ſucceſſionemque ab inteſtato capiunt. DAT. KAL. MART. POST CONS. BELISARII.

CONSTITUTIO XXXV.

CXXV. De decurionibus, & de filiis eorum.

[illegible]

1. SI quis curialis ª conditionis conſtitutus ſine libetis deceſſerit, novem quidem unciæ ſubſtantiæ ejus ad curiam civitatis ᵇ perveniant: ttes autem uncias cui voluerit, relinquat. Sin autem liberos quidem habuetit, eos autem ex concubinatu procreaverit, liceat ei ſcribere eos hetedes cum curiali gravamine, ut videantur ex legitimo matrimonio ſuſcepti fuiſſe, quemadmodum ſi vivus naturalis pater hujuſmodi libetos ſuos in curiam civitatis dediſſet, nulla diſcretione habita, utrum in *ſolidum* ª heredes eos ſcripſerit, an pro parte; dum tamen non minus novem unciis habeant. Quod ſi quidam ex naturalibus liheris curialem conditionem repudiaverint: nec ad hereditatem admittantut, ſed partes eorum *adcreſcant* ª his, qui curiales eſſe non dedignantut. Sin autem omnes liberi ejus naturales curiales eſſe noluetunt: novem unciæ derelictæ eis, modis omnibus curiæ civitatis vindicentur.

ª ſolidò

ª adhæreſcant

ª *Si quis curialis, &c.*] *A. A.* Hanc habuerunt veteres juris interpretes Azo, Accurſius, & Albericus ſub titulo de naturalibus liberis curiæ deputandis. Initium eis fuerat, qui rem, hodie in libro Authenticorum non extat. Eam tamen Græce & Latine edidit Haloander ſub titulo de decurionibus.

ᵇ *Curiam civitatis*] *A. A.* Novell. 38. cap. 1. 2. 4. Novell. 45. cap. 1. Novell. 70. Decurionum ſive cutialium Senatus. Hinc curiæ tradere. Novell. 6. cap. 7. Novell. 123. cap. 21. & 46. pro Decurionem vel Curialem efficere. Vide Novellam ultimam Theodoſii de bonis Decurionum & de naturalibus filiis eorum in curiam mittendis, heredibuſque ſcribendis. *Pith.* Tribus non nomine alio proprie dici poſſunt, ſed vicino curiæ. Nam proprie ſi dixerimus curias, non intelliguntur niſi curiæ quæ ſunt in civitatibus ſingulis ſingulæ. Unde curiales & decuriones, id eſt qui ſunt in curia vel decuria. Et noſtis quia tales curias ſingulas habent ſingulæ civitates. Sunt autem vel erant aliquando in iſtis quoque civitatibus curiæ etiam populorum, & una civitas multas curias habet, ſicut Roma triginta & quinque curias habent populi. Hæ dicuntur tribus. Ambroſius 2. ad Timoth. quos conſtat in ſocietatem Romanorum receptos, ut de cætero appellarentur Romani, idcirco neceſſe eſt eos curiam habere in quam

more Romanorum penulati conveniant. Novell. 3. Theodoſ. & Valentinian. §. l. nuper de curiis civitatum Vet. lap. Tergeſtæ. Impetrando uti carni cæterique attributi a Divo Auguſto Pio R. P. N. prout qui meruiſſent talia abſque cenſu per Ædilitatis gradum in curiam noſtram admitterentur, ac per hoc civitatem Romanam adipiſcerentur.

CXXVI. *Idem.*

2. Hæc, ſi teſtamento facto curialis teſtator deceſſerit. Sin autem *deteſtatus* [1] defunctus eſt, novem quidem unciæ ſubſtantiæ ejus curiæ civitatis deferantur: tres autem reſiduæ unciæ *cognationi* [2] ejus competant. Quod ſi naturales ſimiliter filios dereliquerit, *hi qui* [3] voluerint curiæ civitatis ſe adnumerari, conſequens eſt novem uncias lege ad eos *revolvere* [4]. Eadem teneant jura, & ſi qui ex ancilla ſua filios habuerit, eoſque vel vivus in curiam dederit, vel in teſtamento ſuo heredes inſtituerit, cum curiali gravamine. Nam & hic eadem obſervari decet, quæ diximus in filiis naturalibus, qui ex libera concubina nati ſunt. Quod ſi eos pater naturalis manumiſit tantum, & non in curiam dedit, illi autem vel omnes, vel quidam ex his curiæ muneribus ſubjici volunt: neceſſe eſt eos, ſi curiales fieri parati ſunt, novem uncias capere. Sed & ſi unus ex his curialem conditionem admittit, ipſe ſolus & novem uncias *habeat* [5]. Quod ſi nemo eorum curialis vel a patre factus eſt, vel fieri paratus eſt, novem unciæ curiæ civitatis competant. Hæc de naturalibus liberis.

l. εἰ δὲ ὁ μὴ
[1] inteſtatus
[2] cognationibus
[3] hique
[4] forte, devolvere.
l. εἰ δὲ καὶ ἐκ δούλης.
verſ. εἰ δὲ ἐλευθερώσει.
[5] in poteſtatem habeat, alii in poteſtate

CXXVII. *Idem.*

3. Sin autem legitimos filios, ſive nepotes ex filio curialis homo reliquerit: tunc novem unciæ inter omnes diſtribuantur, quemadmodum parens diſpoſuerit: ita tamen, ut jura de inofficioſo teſtamento quærellæ unicuique liberorum integra cuſtodiantur, niſi forte ingratitudinis *allegatio* [1] reclamaverit. Gratis enim tantummodo liberis novem uncias dari Conſtitutio jubet, ut unuſquiſque eorum curialia munera ſubeat ſecundum magnitudinem partis, quam lucratus eſt. Ceteræ autem tres unciæ ad eos perveniant, quibus eas præſtari defunctus voluerit.

l. εἰ δὲ γνησίους.
[1] alligatio

CXXVIII. *De filiabus decurionum.*

4. Quod ſi filias vel neptes curialis homo reliquerit: ſiquidem omnes curialibus *maritis* [1] conjunctæ ſunt, neceſſe eſt omnibus novem uncias dari, quemadmodum a parente diſtributæ fuerint: ita tamen ut ſingulæ non minorem partem habeant legitimo modo. Quod ſi quædam ex his curiales maritos habeant, quædam non: novem quidem unciæ diſtribuantur inter eas, quæ curialibus conjunctæ ſunt: tres autem unciæ præſtentur his, quæ non ſunt curialibus maritis conjunctæ, dum tamen ſingulæ legitimum habeant modum. Sin autem nondum nuptæ ſunt, liceat parenti ſub conditione eas in no-

l. εἰ δὲ θυγατέρας καὶ ἐκγόνους.
[1] dele.
verſ. εἰ δὲ αἱ.
verſ. εἰ δὲ μήπω γαμοῖεν.

vem unciis heredes ſcribere, id eſt, ſi ejuſdem civitatis curialibus
conjungantur. Quod ſi talem *conditionem* [a] contempſerint, novem
quidem unciæ curiæ civitatis addicantur, tres autem reſiduæ unciæ
inter filias nepteſve defuncti diſtribuantur.

[a] conjunctionem

CXXIX. *De liberis utriuſque ſexus decurionum.*

5. εἰ δὲ ἄῤῥενας.

5. Quod ſi quis curialis & filios vel nepotes, & filias vel neptes dereliquerit: maſculi quidem curiales dimidiam portionem ſubſtantiæ capiant, filiæ autem, ſiquidem curialibus maritis conjunctæ ſunt, reliquam dimidiam portionem accipiant. Sin autem curialibus nuptæ non ſunt, tres quidem uncias ipſæ filiæ habeant: aliæ autem tres unciæ fratribus earum adcreſcant.

CXXX. *Ut ex curiali patre & murilegula vel comitiaca matre curialis filius naſcatur.*

6. ταμιακῇ γυναικί.

6. Si quis curialis conditionis conſtitutus ſe tamiacæ vel murilegulæ [a], vel [b] *comitiacæ* [c] mulieri conjungat: filii, qui ex hoc matrimonio nati fuerint, patris conditionem ſequantur. Jubet autem Conſtitutio vim ac poteſtatem ſuam ad ea quoque facta porrigi, quæ antequam edatur, contigerunt, niſi forte quidam liberati ſunt a curiali conditione per tamiacam vel murilegulam vel *comitiacam* [d] matrem. Eos enim liberos permanere præcepit, excepto Theodoſio & fratribus ejus & liberis Johannis, qui *Exiſcon* [e] vocatur: hi enim quamvis ante Conſtitutionis editionem curialis conſtituti conditionis per tamiacam matrem liberati ſunt, nihilominus curiales permaneant, nullo reſcripto, nulla opitulatione potituri ad effugienda curialia munera. Hæc Conſtitutio data eſt in menſe Martio, Indictione undecima, *poſt Conſulatum* [f] Biliſarii.

[c] comiticæ

[d] comiticam

[e] Xiſcon

[f] Conſulatu

[a] *Murilegula*] *A. A.* Novell. 38. cap. 6. a murice legendo ut purpura fieret. Vid. lib. 11. Cod. Juſtin. & lib. 10. Cod. Theodoſ. tit. de murilegulis & gynæciariis & de veſtibus holobaris, & auratis, & de tinctione ſacri muricis. *Pith.* Murices ſive conchylia circumciſa ferro lacrimas emittunt, quibus collectis color purpureus temperatur. L. 6. C. de diverſ. reſc. ut cocti muricis & triti conchylii.

[b] *Comitiaca*] *A. A.* Comitiacus Novell. 38. cap. 6. nonnunquam Comitianus & Comitatenſis appellatur a Comitatu, de quo Novella 1. Martiani tit. neminem exhiberi de Provincia ad Comitatum, vel a Comitibus Imperatoris, vel Præfecti Prætorio, aut inferioris Magiſtratus. Sic vexillationes & legiones Comitatenſes ſub Magiſtris militum in notitia dignitatum Orientis. De Comitiaco vide Formulam 13. lib. 6. & 31. lib. 7. Varior. Caſſiodori. *Pith.* Κωμιτιακή. Vide Novellam Juſtini de filiis liberarum mulierum. L. ult. Cod. Theod. de Patrocin. Vicor. Novell. Conſtantini Porphirogen. 2.

CONSTI-

CONSTITUTIO XXXVI.

Διάταξις κϛ.

CXXXI. *De ſecundis Nuptiis.*

1. HÆc Conſtitutio *ſuas*[1] quidem [a] vires retrorſus non redigit, nec obtinebit in eis, quæ ante ipſius tempora contigerunt. Et locum habet in maritis & uxoribus, qui quæve aut omnino teſtati non ſunt, vel non jure teſtati fuerunt, vel quantum pertinet ad *eam*[2] Conſtitutionem, inteſtati deceſſerunt.

[1] ἰδίαν. [1] δύναμιν. [1] dele. [2] eandem

[a] *Hæc Conſtitutio ſuas quidem, &c.*] *A. A.* Eſt in lib. Authent. Conſtitutio prima collationis quartæ tit. de Nuptiis. Hanc Græce & Latine Haloander edidit.

CXXXII. *De divortiis bona gratia faciendis.*

2. Sunt quædam juſtæ cauſæ [a], quæ BONA GRATIA [b] *ſine repudio*[1] matrimonia *diſrumpunt*[2]. Et eſt prima cauſa, ſi maritus vel *mulier*[3] ſolitariam vitam *elegerit*[4]; ita tamen, ut ſi vir Monachus factus *ſit*[5], tantum lucretur ex donatione propter nuptias ſibi data mulier, quantum morte mariti lucri cepiſſet. Idem dicimus, & ſi mulier in Monaſterium introierit: maritus enim ex dote tantum lucrabitur, quantum lucri cepiſſet, ſi uxor ejus mortua fuiſſet. Sed & ſi quis non potuerit cum uxore ſua miſceri (forte enim naturæ frigidæ eſt) triennio tranſacto, quod numerabitur ſcilicet ex eo tempore quo copulati ſunt, ſi non potuerit in toto triennio cum muliere ſua miſceri, etiam ſine repudio matrimonium diſſolvatur. Sed & ſi vir vel uxor in captivitate fuerit, ſine repudio matrimonium diſſolvatur, ſub ea tamen diſtinctione, ut ſiquidem ſpes ſit maritum vel uxorem *redire*[6], ea perſona, quæ in civitate eſt, non audeat ad ſecundas nuptias pervenire. Alioquin maritus quidem ante nuptias donationem amittit: uxoris autem temeritas dotis amiſſione *punietur*[7]. Quod ſi incertum ſit, utrum ab hoſtibus capta perſona vivat, an non: tunc ea perſona, quæ in civitate eſt, expectet quinquennium: quo tranſacto, licebit & marito uxorem ducere, & mulieri ad ſecundas nuptias migrare. Alio quoque modo BONA GRATIA matrimonia diſſolvuntur, veluti ſi vir vel mulier ex ſententia judiciali in ſervitutem *deducantur*[8]. Forte enim *libertini*[9] conſtituti ingrati erga patronum extiterunt. Sed & in hoc caſu tantum lucrari oportet eam perſonam, quæ in ſuo ſtatu perduravit, quantum *lucri cepiſſet*[10], ſi ea perſona, quæ in ſervitutem redacta eſt, deceſſiſſet.

[1] ἀρεπουδίως. [2] dele. [3] diſſolvunt. [3] uxor [4] elegerint [5] fuerit [1] καὶ μετὰ ἀνθρώπων. [1] ἀπὸ καὶ ἡ τῆς. [6] reverti [7] puniatur. verſ. οἱ δὲ ... [8] reducantur. [9] liberti [10] lucrari potuiſſet

[a] *Sunt quædam juſtæ cauſæ, &c.*] *A. A.* Videndæ Authenticæ, Sed hodie C. de repud. & de donationib. inter vir. & uxor. partem hujus capit. refert Ivo part. 80. Decret. cap. 81. ut Novell. 37.

[b] *Bona gratia*] *A. A.* Bona gratia divortium fiebat cum ſine culpa diſcedebatur ut Novell. 22. cap. 2. 4. 17. *Pith.* Ἀνὰ μέμψεως καὶ αἰτίας διζόγου, καλῇ χάριτι, ἀγαθῇ χάριτι.

CXXXIII. *Si quis liber ancillam duxerit, vel contra.*

3. Si quis per errorem [a] ancillam *mulierem* [1] duxerit uxorem, liberam eam eſſe putans: vel ex contrario, ſi libera mulier ſervo per errorem *conjuncta* [2] ſit: poſteaque veritas reperta fuerit: dicendum eſt omnino nuptias non conſtitiſſe. Inter liberum enim & ancillam vel ſervum & mulierem liberam nuptiæ contrahi non poſſunt. Quod ſi calliditate *vel* [3] conniventia domini ſervus vel ancilla matrimonium contraxerit cum libera perſona (forte enim dominus ancillam ſuam ut liberam viro *ingenuo* [4] conjunxit & dotem pro ea *præſtitit* [5], ut propter nuptias donationem lucretur totam vel pro parte.) Si quid *igitur* [6] tale contigerit, ipſa donatione dotis & *ancillam liberam facit* [7], & nuptiæ conſiſtunt, nulla lege, quantum pertinet ad ſervitutem, hujuſmodi matrimonium concutiente. Sin autem dominus ſpecialiter quidem *nuptiis* [8] ancillæ ſuæ vel ſervi non conſenſerit, ſciens autem *quod* [9] agatur *conibuerit* [10]: (forte enim ideo hoc facit, ut poſtea negotium moveat homini libero, *quod* [11] ancillam ejus *duxerit* [12] uxorem: vel ingenuæ mulieri, *quod* [13] ſervo ejus nupta *eſt* [14].) Si quid *igitur* [15] tale evenerit: *licet* [16] ſpecialiter dominus non conſenſerit: attamen ſciens non prohibuerit, & nuptiæ integro jure conſiſtant, & *ſervilis conditionis* [17] perſona eripiatur ad ingenuitatem, illo ſine dubitatione aperto, quod liberi qui ex hujuſmodi nuptiis procreati fuerint, tam ingenui quam legitimi *ſint* [18].

verſ. εἰ δὲ ἀγνοί.
[1] dele.
[2] juncta
[3] &
[4] inſcia
[5] præſtiterit
[6] ergo
[7] ancillam liberam faciat. *quæ verba deſiderant ut antea ſcribatur: & ipſa datio dotis. Alii.* ancilla libera fiat
verſ. εἰ δὲ αὐτὸς εἰδὼς.
[8] in nuptias, *Ivo.*
[9] quid
[10] non prohibuerit, *alias.* cohibuerit, *Ivo.*
[11] qui
[12] duxit
[13] quæ
[14] ſit
[15] ergo
[16] &
[17] de ſervili conditione
[18] ſunt.

[a] *Si quis per errorem, &c.*] *A. A.* Vid. Authent. ad hoc C. de Latina libert. Juliani verba refert Ivo part. 8. Decret. cap. 56. ut Novell. Conſtitut. 37. & lib. 6. tit. 9. cap. 1. Panormiæ ut ex Novell. 33.

CXXXIIII. *Si quis in ſervo ſuo aut ancilla ægrotante nullam adhibuerit curam.*

4. Si quis ſervum ſuum ægrotum vel ancillam morboſam contempſerit, & nullam curam eis fecerit: neceſſe eſt eos liberos eſſe. Servus enim per titulum PRO DERELICTO a domino ſuo contemptus in libertatem eripiatur, eodem jure etiam in ancilla obtinente. Ideoque nuptiæ inter eos contrahi *legitime* [1] poſſunt. Iſtæ quidem cauſæ ſunt, per quas Bona gratia matrimonia diſſolvantur. His autem adnumerari debet etiam in expeditione degentis mariti militis diſſolutio, de qua dicendum eſt *in* [2] competenti tempore, in quo etiam cauſas ſubtilius repudii dicturi ſumus.

verſ. εἰ τις καταφρονήσῃ.
[1] legitimæ
verſ. ἰδοὺ δὲ αἱ.
[2] dele.

CXXXV. *Soluto matrimonio ut in annum abſtineat nuptiis mulier.*

5. Illud certum eſt, quod in his cauſis, ex quibus matrimonium *ſolvitur* [1], ſi velit mulier poſtea nubere, annum prius expectare debet, propter ſanguinis confuſionem.

verſ. ὅτι δὲ καὶ δῆλον.
[1] diſſolvitur

CXXXVI. *Si alienus adſcriptitius liberam uxorem duxerit.*

6. Alienus adſcriptitius [a] liberam mulierem non ducat uxorem, neque ſciente, neque conſentiente domino. *Quod* [1] ſi tale aliquid auſus fuerit facere: liceat domino & retrahere eum cum modica caſtigatione ſive per ſe ſive per *Magiſtratum* [2], & copulata ſibi muliere disjungere. Tales enim nuptiæ nec nuptiæ ſunt, nec dos ulla eſt, nec donatio propter nuptias intelligitur.

6. [illegible] — [1] qui — [2] Magiſtratus

[a] *Alienus adſcriptitius, &c.*] *A. A.* Vid. Authent. ad hoc C. de Latina libert. toll. &c.

CXXXVII. *De Nuptiis ſine dotalibus inſtrumentis contractis.*

7. Si quis ſine dotalibus [a] inſtrumentis adfectione maritali uxorem duxerit, non audeat ſine cauſa legibus cognita repudium ei mittere: alioquin quartam partem *ſubſtantiæ* [1] ſuæ *deceptæ* [2] mulieri præſtet. Hæc autem quarta pars talem diſtinctionem recipiat. Nam ſiquidem quadringentarum librarum auri facultates maritus habeat vel minus, quartam partem *ſubſtantiæ* [3] ſuæ omnimodo mulieri præſtet, *id eſt* [4], centum libras, ſi quadringentarum ſubſtantiam habeat: vel minus, ſi minores habeat facultates. Quod ſi tantas habeat opes, ut etiam quadringentarum librarum *quantitatem* [5] excedant: tunc centum tantummodo *libras* [6] ei maritus *præbeat* [7]. Sed ſiquidem per maritum ſteterit, quominus matrimonium conſiſtat, & ſine cauſa repudium miſerit: in hoc caſu ſoluto matrimonio annum expectet mulier: poſteaque ſine impedimento ad ſecundas tranſeat nuptias. Quod ſi per mulierem ſteterit, quo magis matrimonium diſſolvatur, quinque annos expectet, & his tranſactis ad ſecundas nuptias migret, ſi velit.

verſ. [illegible] — [1] terræ — [2] dele. — [3] terræ — [4] id eſt, vel. — [5] auri ſummam — [6] auri libras — [7] præſtet

[a] *Si quis ſine dotalibus, &c.*] *A. A.* Refert Ivo part. 8. Decret. cap. 35. ut ex Conſtitut. 37. cap. 7.

CXXXVIII. *De repudiis, quæ filii familiarum mittunt.*

8. Si filiusfamilias [a] uxorem duxerit, non habeat licentiam uxori ſuæ repudium mittere ſine paterno conſenſu. Idem dicimus & de filia familias uxore. Nam nec eam repudium mittere ſine paterno conſenſu marito ſuo permittitur. Alioquin dotem, quam pater ſuſcepit, vel *propter* [1] nuptias donationem non *cogitur* [2] reddere.

8. [illegible] — [1] ante — [2] cogatur, aliàs, compellitur

[a] *Si filiusfamilias, &c.*] *A. A.* Vide Authentic. e contra C. de repud.

CXXXIX. *Si morte ſolutum ſit matrimonium, & de lucro dotis, vel ante nuptias donationis.*

9. Si morte mariti [a] vel uxoris matrimonium ſolutum fuerit, ſuperſtes perſona dotem vel propter nuptias donationem ſecundum pactiones factas lucretur; ita tamen, ut *impares* [1] non ſint pactiones.

9. [illegible] — [1] diſpares

Non enim admittimus talem conventionem, quæ marito quidem dimidiam partem dotis moriente muliere præſtat: uxori autem tertiam partem propter nuptias donationis marito moriente. Exæquari enim pactiones ab utraque *perſona* [a] decet. Ideoque ſuperfluum unius portionis tollimus, ut etiam in perſona mariti tertia pars dotis expectetur. Exæquationem enim partium ita fieri Conſtitutio jubet, ut major pars deminuto ſuperfluo ad minoris partis quantitatem concurrat. Si quid tamen ex dote lucratus fuerit maritus muliere mortua, vel ſi mulier lucretur ex donatione propter nuptias mortuo marito, hoc habeat pleno jure: & habeat poteſtatem, quo voluerit modo *ea conſumere* [3], ſive per legatorum titulum, ſive alia *quavis* [4] alienatione. Si autem decedens eas res non alienaverit, vel omnes, vel quaſdam ex his: maneant apud liberos præcipui honoris vice: ſive ſcripti fuerint heredes ab ea perſona, quæ tale lucrum *ſenſerit* [5], ſive non, niſi forte ingrati circa eam extiterint.

[a] parte
[†] λοιπῶν (?) ...
[3] eam diſponere
[4] quacumque
[5] ſumpſerit

[a] *Si morte mariti, &c.*] *A. A.* Vide Authentic. hæ res & Authentic. nunc autem & Authentic. ad eos C. de ſecund. nupt.

C X L. *De ingratis liberis, vel contra, id eſt non ingratis.*

10. Si enim ingrati [a] circa eam perſonam extiterint liberi, *quæ* [1] luci aliquid *ceperit* [2], quamvis tales res non alienaverit *ſpecialiter* [3], ſive inter vivos, ſive in teſtamento ſuo: attamen heredes ejus eaſdem res capiant excluſis videlicet modis omnibus liberis. *Illud* [4] certum eſt, quod ſi filii ſint, & ex ante defunctis filiis nepotes, pariter cum ſuis patruis ſive avunculis in eundem honorem perveniunt, ſi tamen ſui patris hereditatem amplectuntur. Hoc autem non ſolum in dote & donatione propter nuptias teneat, ſed etiam in *illis* [5] matrimoniis, quæ ſine *dotibus* [6] conſiſtunt, in quibus quartam partem ſubſtantiæ ſuæ maritus vel uxor læſæ perſonæ compellitur dare, ſecundum *antefatam* [7] diviſionem.

[†] ὅσα εἰ ...
[1] qui
[2] acceperint
[3] ſingulariter
[4] illud autem
[†] καὶ ζώντ.
[5] aliis
[6] dotalibus inſtrumentis
[7] præfatam

[a] *Si enim ingrati, &c.*] *A. A.* Refert Ivo part. 8. Decret. cap. 272. ut Novell. 37. cap. 11. & part. 16. cap. 125. & lib. 6. tit. 4. cap. 10. Panormiæ ut Novell. 27. cap. 11.

C X L I. *De muliere, quæ poſt mortem mariti annum non expectavit.*

11. *Si* [a] mulier poſt mortem [a] mariti *necdum* [2] annali ſpatio completo ad ſecundas *properaverit* [3] nuptias: omni quidem modo inter infames erit. Sed ſiquidem liberos ex priori matrimonio non habeat, infamiam quidem *ſolvere* [4] poterit: ſi preces Imperatori porrexerit, *&* [5] divino principis nutu priori opinioni reſtituta fuerit. Res autem a priore marito ſibi *relictas* [6] nullo modo lucrabitur, ſed decem perſonis *eædem* [7] adcreſcunt, id eſt, uſque ad ſecundum gradum in ſuperioribus & inferioribus, & ex latere venientibus denumeratione facta eoque modo decem perſonis collectis. Sunt autem hæ, pater & ma-

[†] εἰ δέ τις τῆς ἐμμονῆς (?)
[a] Similiter ſi, Ivo part. 8.
[2] nondum
[3] pervenerit
[4] exſolvere
[5] & cum
[6] derelictas
[7] res eodem modo, aliàs, res eædem

ter, avus & avia, filius & filia, nepos & neptis, frater & ſoror. His
autem perſonis non apparentibus, ea quæ a priori marito tali uxori
relicta ſunt, fiſci viribus vindicentur. Sed nec propter nuptias do-
natione potiri conceditur, quamvis pactionum tenor *reclamaverit* [8]: — [8] declaraverit
ſed nec copulato ſibi ſecundo marito ante annale tempus poterit do-
tem dare ultra tertiam partem ſubſtantiæ ſuæ: ſed neque ab *alio* [9] ex- — [9] aliquo
traneo capere aliquid per ultimam voluntatem permittitur: omnino
enim cum alio non *habeat* [10] teſtamenti factionem: ideoque nec here- — [10] habet
ditatem ſibi relictam, neque legatum, neque fideicommiſſum, neque
mortis cauſa donationem capere poterit: ſed ea, *quæ* [11] relicta ſunt — [11] quæ ei
ſibi [12] legata, vel fideicommiſſa, ſive hereditatis particularis datio, *ad* [13] — [12] ſive
coheredes ejus remaneant. Sin autem ipſa ſola heres ſcripta eſt: ad — [13] apud
eos bona defuncti *perveniant* [14], quos ab inteſtato leges vocant. Hæc — [14] perveniunt
de his, quæ ex teſtamento tali mulieri relinquuntur. Nam ſi ab in-
teſtato ad *cognatorum* [15] ſuorum hereditatem vocetur, non omnibus — [15] adgnatorum
ſuccedere poterit: ſed uſque ad tertium *gradum* [16] ab inteſtato *here-* — [16] gradum tantum
ditates accipiat [17]: ulterioris autem gradus cognatis omnino non ſuc- — [17] hereditatem capiat
cedat. Sin autem liberos habeat, & non *expectet* [18] anni ſpatium, ſed — [18] expectaverit
ad ſecundas *properaverit* [19] nuptias: & hæc quidem infamis erit: ſed — [19] pervenerit
tamen nec principis indulgentia priori reſtituetur famæ, niſi liberis
ex priore matrimonio natis dimidiam partem ſubſtantiæ ſuæ donave-
rit pure & ſine ulla conditione, ita ut nec *uſum* [20] ejus retineat ſibi, — [20] uſumfructum
ſed tempore ſecundi matrimonii [21] ſimpliciter dimidiam partem faculta- — [21] ſed eo tempore ex quo ſecundum matrimonium contraxerit
tum ſuarum eis donet. Hoc enim facto, & principali reſcripto ſe-
cuto, priſtinam famam ſibi renovabit. Inter eos autem liberos, qui-
bus dimidiam partem bonorum ſuorum *donavit* [22], res donatæ *æqua* [23] — [22] donaverit
portione diſtribuantur: & ſi quidem filii ſint, in capita dividantur — [23] ex æqua
res eis donatæ. Sin autem nepotes ſint, patris ſui portionem acci-
piant, ut videantur quodammodo in ſtirpes *ſuccedere* [24]. Et ſiquidem — [24] ſuccedere debere.
omnes liberi inteſtati deceſſerint: hereditas eorum ad matrem perve-
niat, proculdubio dimidiam partem bonorum ſuorum quam ſemel
dedit, iterum receptura. Quod ſi teſtamento facto deceſſerint: neceſſe
eſt res, quas *dereliquerint* [25], ad ſcriptos eorum ſucceſſores pervenire. — [25] reliquerint

[a] *Si mulier poſt mortem, &c.*] A. A. Vide Authentic. in donatione & Authentic. lucrum & Authentic. hæ res C. de ſecund. nupt.

C X L I I. *Si mulier ad ſecundas pervenerit nuptias, & de lucro dotis & antenuptias donationis.*

12. Si mulier poſt priores [1] nuptias repudio vel morte mariti ſo- — [1] [illegible]
lutas, ad *ſecundum migraverit matrimonium* [2], anno ſcilicet *legitimo* [3] — [2] verſ. [illegible]
completo: ſiquidem nullos habeat liberos, ſine quæſtione res ſibi de- — [3] ad ſecundas migraverit nuptias
relictas a priore marito pleno jure poſſidebit: non ſolum jure uſuſ- — [4] legitimo
fructus, ſed rerum etiam dominio potitura. Quod ſi liberos ex priore
matrimonio habeat, ad ſecundas *perveniens* [5] nuptias: in primis qui- — [5] pervenerit

dem carebit propter nuptias donatione: *deinde* [a] omni alia liberalitate, quæ ad eam pervenerit, ſive inter vivos, ſive ultima voluntate maritus ei quidpiam dederit, vel dereliquerit, ſive inſtitutionis nomine, ſive legati vel fideicommiſſi cauſa. Hoc autem quod diximus carere eam omnibus quæ ex ſubſtantia mariti ad eam *pervenerint* [5], intelligendum eſt, quantum ad rerum dominium: uſusfructus enim earum rerum ipſi mulieri permaneat proprietate ſcilicet ex eo tempore liberis competente, quo ſecundas nuptias mater eorum contraxerit. Sin autem illa deceſſerit, etiam uſusfructus eis adcreſcat. Et hæc omnia jura communiter locum *habeant* [6] tam in uxoris perſona, quam *in* [7] mariti, ſi forte *&* [8] ipſe ſecundas contraxerit nuptias, nulla diſcretione habita utrum dotem vel propter nuptias donationem ipſi pro ſe dederint, an alius magis pro eis.

[a] deinde autem
[5] pervenerunt
verſ. καὶ οἱ διαφερόμενοι.
[6] habent
[7] dele.
[8] dele.

[a] *Si mulier poſt priores, &c.*] *A. A.* Vide Authentic. niſi tricennale C. de bon. mat.

CXLIII. *Idem.*

13. Adeo autem [a] prædictarum rerum poſt ſecundas nuptias patris vel matris liberis ex priore matrimonio natis dominium competit, ut non poſſit pater vel mater eorum res eaſdem firmiter alienare, *nec* [2] hypothecæ titulo obligare: *quoniam* [3] jus utendi fruendi tantummodo parenti conceſſum eſt. Sed *clementius* [4] res temperabitur, ut ſtatim quidem liberi non poſſint *ſuum parentem* [4] vetare, ſi eaſdem res alienare *voluerit* [5]: ſed poſt obitum *ejus* [6] eas vindicabunt ſine ullo obſtaculo, & non ſolum ipſi, ſed etiam eorum heredes res diſtractas vel pignoratas vindicabunt. Et non ſolum adverſus emptores vel creditores, ſed etiam contra ſucceſſores eorum in rem movebitur actio, nulla temporali præſcriptione excluſi: niſi forte triginta annorum curricula tranſacta *fuerint* [7]: quæ computari oportet ex eo tempore, quo liberi ſuæ poteſtatis effecti *ſunt* [8], excepta videlicet pupillari ætate: quia impubetibus nulla temporis computatio *currit* [9].

[1] ἀπὸ τῆς δευτερογαμίας
[2] vel
[3] quamvis
[4] clementer, *aliàs*. clementius quidem
[4] ſuos parentes
[5] voluerint
[6] eorum
[7] ſint
[8] fuerint
[9] concurrit, *aliàs*. occurrit, *forte*. cucurrit

[a] *Adeo autem, &c.*] *A. A.* Vide Authentic. lucrum Authentic. ſed & ſi quis, & Authent. hæ res C. de ſecund. nupt.

CXLIIII. *Idem.*

14. Nullam poſt hæc electionem habeat pater vel mater ad ſecundas *perveniens* [1] nuptias, res prædictas cui voluerit liberorum ſuorum addicere: ſed ad omnes liberos hujuſmodi res veniant in capita diſtribuendæ: niſi forte nepotes ex filio vel filia proponantur. Hi enim in ſtirpes vocantur, & patris ſui vel matris portionem accipiunt. Illud autem, quod *ſuperius* [2] diximus, ut in talibus rebus alienatio a *parente* [3] facta *irrita ſit* [4], non ſine diſtinctione *teneat* [5], ſed interdum pro parte valeat, id eſt, pro ea quam caſus [6] ille *facit* [6], qui extat nullis liberis ſuperſtitibus pro rata ſcilicet totius pactionis. Hoc autem

verſ. ἐκλέγεσθαι δὲ μηδένα.
[1] veniens
[2] ſupra
[3] parentibus
[4] irrita non ſit
[5] teneatur
[6] ſecit

quod dico, tale eſt: Quædam mulier nupſit, & pepigit cum marito ſuo, ut ſoluto matrimonio ſi liberi ſuperſtites fuerint totam propter nuptias donationem *habeant* [7]: ſi nulli liberi ſuperſtites fuerint, tertiam partem *habeat* [8]. Ecce in hoc caſu ſi *dirempto* [9] priore matrimonio ſecundas contraxerit nuptias mulier, tribus liberis ſuperſtitibus, & unus ex *his* [10] deceſſerit: *partem tantam mulier* [11] pleno jure poſſidebit, & alienare firmiter poterit, *quantam* [12] mors filii lucrari eam patitur ex tertia portione, quæ illo caſu continetur, qui locum habet, ſi liberi ſuperſtites non ſint, id eſt, ut tertiam *portiunculam* [13] tertiæ partis mater lucretur, eamque firmiter *alienet* [14]. In ceteris autem portiunculis inutilis *ſit* [15] alienatio. Quod ſi contigerit omnes liberos mori ſine liberis: neceſſe eſt totam tertiam portionem matrem habere, quam habuiſſet, ſi ab initio nullis liberis ſuperſtitibus priores nuptiæ ſolutæ fuiſſent. Ex his igitur illud apparet, quod alienatio a *parente* [16] facta interim in ſuſpenſo eſt, & poteſt pro parte quidem valere uno filio defuncto, pro parte autem in ſuſpenſo eſſe: ut ſi omnes liberi moriantur, tota tertia portio firmiter alienata *fuiſſe* [17] videatur. Illud indubitatum eſt, quod filius ingratus circa *parentes* [18] oſtenſus *hujuſmodi portione* [19] excludendus erit. In hoc enim tantummodo caſu jus electionis parenti conceditur. Ingratum autem intelligere debemus eum, qui circa patrem *&* [20] matrem ingratus *probatus* [21], vel *omnimodo* [22] qui circa eum ingratus eſt, qui ultimus deceſſerit.

[7] habeat [8] habeat mulier [9] diruto, *aliàs*, disrupto [10] eis [11] partem tertiam inſuper, *aliàs*. partem tertiam mulier [12] quantum [13] particulam [14] alienare poſſit [15] erit, *aliàs*. fiat [16] parentibus [17] eſſe [18] parentem [19] his portionibus [20] vel [21] probatur, *aliàs*, probatus eſt [22] omnino

[a] {*caſus*} *A. A.* Novell. 22. cap. 13. Novell. 68. cum morte alicujus ex liberis lucrum mater, vel pater ex inſtrumentis dotalibus conſequitur. *Pith.* Gloſſ. Caſus κέρδος. Vidend. Ἔκθεσις νόμων τινῶν γενομένη παρὰ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου, cap. 2. Gloſſar. Κάσον. τὸ τέταρτον μέρος δῆλον ἀπὸ συμφώνου τοῦ μὴ ἔχειν τέκνων. Item. Κάσον, μοῖρα νόμιμος λέγεται καὶ μέρος δ΄. Et alius quidam. Εἴωθεν ἐν τοῖς γαμικοῖς συμβολαίοις συμφωνεῖν ὥστε ἐκ προτελευτῆς τῆς γυναικὸς κερδαίνειν τὸν ἄνδρα ἢ τὸ τρίτον τῆς προικὸς ἢ τὸ ἥμισυ καὶ τοῦτό ἐστι τὸ λεγόμενον κάσος.

C X L V. *Qui quæve ad ſecundas migraverit nuptias, non habeat licentiam liberalitatem ullam conferre in novercam filiorum ſuorum, vel vitricum, ultra eam partem, quæ ad unumquemque eorum ex ſubſtantia ejus venerit.*

15. Pater vel mater qui quæve ad ſecundas migraverit nuptias, non habeat licentiam ſive inter vivos, ſive in ultima voluntate liberalitatem ullam conferre in novercam *filiorum* [1] ſuorum, vel vitricum, ultra eam partem, quæ ad unumquemque *liberorum* [2] ex ſubſtantia ejus pervenerit. Ideoque ſi unum filium habeat: dimidiam partem *eidem* [3] filio ſuo conſervet, & alteram dimidiam novercæ vel vitrico præſtet. Sin autem duos filios habeat: tertiam tantummodo portionem bonorum ſuorum novercæ vel vitrico liceat *ei* [4] præſtare. Quod ſi tres habeat *filios* [5]: quartam partem, ſi velit, det: & regulariter *tantam* [6] partem liceat ei novercæ vel vitrico dare, *quantam* [7] ſinguli liberi ha-

[15] ἄρτι δὲ ἡμῶν [1] liberorum [2] liberorum ſuorum [3] *dele.* [4] eis [5] liberos [6] tantum [7] quantum

bent [s]. Sed & ſi in teſtamento ſuas facultates dividere parens voluerit, & novercæ vel vitrico quidpiam *dare* [t] velit, legati vel fideicommiſſi nomine pariter ſubſtantiam ſuam diſtribuat: ut vitricus vel noverca unius liberi habeat portionem. Hæc, ſi liberis ſuis non ex diſparibus partibus facultates ſuas *parens diviſit* [u]. Nam ſi diſpares portiones eis *præſtiterit* [x], neceſſe eſt novercam vel vitricum illi filio comparari, qui minimam portionem *acceperit* [y]: ita tamen ut unuſquiſque liberorum non minus lege Falcidia habeat: niſi forte appareat ingratus. Id autem quod diximus de patre & de matre, teneat & in avo & in avia: & non ſolum in filio filiave propoſitis, ſed etiam nepote *nepteve* [z].

s haberent
t donare
u parentes diviſiſſent
x præſtiterint
y accepit
z & nepte

C X L V I. *Cujus temporis computatio ſpectanda ſit: & quomodo ſuperflua quantitas diſtribui debeat.*

16. Sed eſt quæſitum multotiens in judiciis, quo tempore computationem patrimonii parentis facere debeamus: utrum eo quo dotem, vel antenuptias donationem, vel aliam qualemvis liberalitatem adſcripſit, vel dedit vitrico vel novercæ: an magis illud tempus ſpectari oportet quo parens *mortuus eſt* [a]. Et dicimus eventum inſpici oportere, id eſt, illud tempus quo parens mortuus eſt: ut ſecundum patrimonii quantitatem, quod poſtea inventum fuerit, ita diviſio fiat inter liberos ex priore matrimonio natos & novercam vel vitricum, ita ut ſi quid plus novercæ vel vitrico datum vel *relictum* [b] fuerit, hoc *redeat ad liberos* [c], qui ex priore matrimonio nati *ſunt* [d], & pariter inter eos diſtribuatur. Sin autem ex ſecundo matrimonio liberos reliquerit: id quod de ſua ſubſtantia plus æquo dedit, irritum *factum* [e], inter omnes & ex priore & ex ſecundo matrimonio natos liberos dividatur. Illud autem certum eſt, quod *& primi & ſecundi & tertii matrimonii* [f] liberi ſinguli ſuæ matris dotem vel proprii *patris* [g] propter nuptias donationem *excipient* [h] omnimodo, ſive ad alias *pervenerit* [i] nuptias pater vel mater, ſive non.

l. ἐπειδὴ δὲ πολ- λάκις.
a moriatur
b derelictum
c reddat & liberis
d adde, detur
e permaneat
l. ἀλλ' οὐδὲ [illegible]
f ex primo & ſecundo & tertio matrimonio
g ſui patris
h accipiant & æqualiter omnino dividant
i venerit

C X L V I I. *Si legatum uxori maritus reliquerit: vel contra, id eſt, uxor marito.*

17. Sin autem legatum [a] defuncta perſona ſuperſtiti parti reliquerit: deinde ſuperſtes noluerit ad alias nuptias *pevenire* [b]: liceat ei ſuo jure legatum poſſidere & alienare, ſive inter vivos, ſive ultima voluntate: & liceat ei eo, quo voluerit, modo diſponere.

l. [illegible] verſ. [illegible]
b veniſ

a *Sin autem legatum, &c.*] *A. A.* Vide Authentic. ad eos C. de ſecund. nupt.

C X L V I I I. *Si repudio matrimonium ſolutum ſit, quid ſtatui oporteat de lucris nuptialibus.*

18. Omnia autem, quæ diximus de lucro dotis aut propter nuptias

l. [illegible]

ptias donationis ex morte mariti vel uxoris, ad alterutram perſonam *pervenientis* [1], trahenda ſunt etiam ad ea lucra, quæ per repudium matrimonio ſoluto ad *alterutram* [2] partem *pervenerunt* [3]. Idem juris eſt, & ſi bona gratia nuptiæ disjunctæ ſunt: liberis enim res lucro cedentes ſervabuntur. Idem dicimus & de eo lucro, quod mulieribus præſtari neceſſe eſt ſine dotibus nuptis, quartam enim quam ex facultatibus mariti *acceperunt* [4], liberis ſuis *ſervare* [5] coguntur.

Διάτ. κδ´.
[1] provenientis
[2] utramque
[3] proveniant
[4] acceperint
[5] præſtare. *Adduntur in aliquibus libris hæc verba*: Et ſi ſecundas contraxerit nuptias maritus, filii ſui ex priori matrimonio nati res quas lucratus eſt cuſtodiat: *in quibus verbis* pro filii ſui nati, *ſic legendum eſt*, filiis ſuis natis

CXLIX. *De augenda vel deminuenda dote, vel propter nuptias donatione.*

19. Libera licentia [a] ſit *tam augere* [1] *quam* [2] deminuere dotem vel propter nuptias donationem, etiam adhuc conſtante matrimonio: quod in primis quidem nuptiis ſine diſtinctione verum eſt: in ſecundis autem nuptiis liberis quidem ex priori matrimonio *extantibus* [3] deminuere dotem vel ante nuptias donationem non licebit, quamvis augere eas non eſt prohibitum. Sin autem nulli liberi ex *præcedenti* [4] matrimonio *ſint* [5], tunc & augere & deminuere dotem & propter nuptias donationem ſine ullo obſtaculo licet.

Ϛ. περὶ δὲ τῶν αὐξήσεως.
[1] *adde*. tam mulieri quam etiam marito
[2] quam etiam
[3] exiſtentibus
[4] priori
[5] extant

[a] *Libera licentia, &c.*] *A. A.* Vide Authentic. hoc locum C. ſi ſecund. nupſ. mul.

CL. *De uſufructu uxori a marito relicto vel donato: aut contra, id eſt, ſi marito uxor.*

20. Si quis in ultimis ſuis elogiis [a] uſumfructum uxori ſuæ reliquerit, ſive mortis cauſa donaverit, vel vivus uſumfructum ei conceſſerit, poſteaque ad ſecundas nuptias uxor migraverit: non ſtatim ei pereat uſusfructus, ſed habeat eum integrum mulier quoad vixerit: poſt mortem autem ejus redeat uſusfructus ad ſuam proprietatem. Hæc autem ita ſunt, niſi ſpecialiter maritus, qui donavit uſumfructum, ſub hac conditione *dedit* [1], ut ſi mulier ad ſecundas pervenerit nuptias, uſusfructus extinguatur. Idemque dicimus, & ſi mulier marito ſuo uſumfructum donaverit, vel ultima voluntate reliquerit. Sed hæc de jure utendi fruendi quod *per liberalitatem* [2] alteri ab altero datum eſt.

Verſ. κ´. Εἰ δέ τις.
[1] dederit
[2] liberalitate

[a] *Ultimis ſuis elogiis*] *A. A.* Pro teſtamento Novell. 22. cap. 19. *Pith.* Διάταγμα τελευταίας βουλήσεως.

CLI. *Si uſusfructus dotis nomine, vel propter nuptias donationis cauſa conſtituatur.*

21. Sin autem uſusfructus [a] dotis cauſa, vel propter nuptias donationis gratia datus ſit: tunc vetera jura illibata maneant, id eſt, ut apud maritum vel mulierem ſit: *quamvis* [1] contrarium in ſuo teſtamento perſona decedens expreſſerit.

Ϛ. εἰ μέντοι.
[1] etſi

[a] *Sin autem uſusfructus, &c.*] *A. A.* Refert Ivo part. 16. cap. 126. Decret. ut cap. 33. Vide Authentic. quod mater C. de revocand. donat.

C L I I. *De rebus maternis vel nuptialibus lucris, quæ ad filiosfamilias pervenerunt: & de caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi peculio.*

b. ἐπειδὴ δὲ ὅλως.
c omnino
d Loquitur

22. Quodcumque filius [a] aut filia adquiſierit, ſive ex materna linea, ſive ex cauſa nuptiali, vel qualitercumque: hujus rei uſumfructum *omnimodo* [c] pater habeat, quamvis ſecundas contraxerit nuptias. *Loquimur* [d] autem de liberis, qui in poteſtate parentum ſunt exceptis videlicet caſtrenſibus & quaſi caſtrenſibus peculiis: ea enim ſine aliqua diſtinctione parentibus non adquiruntur: neque quod ad proprietatem pertinet, neque quod ad uſumfructum ſpectat: ſed ſunt pleno jure liberorum, quamvis in poteſtate parentum fuerint.

[a] *Quodcumque filius, &c.*] *A. A.* Refert Ivo part. 8. Decret. cap. 273. ut Novell. 37. cap. 23. & part. 16. cap. 127. ut & cap. 24. & lib. 6. tit. 4. cap. 11. Panormiæ, ut Novell. 27. cap. 23.

C L I I I. *Si mulier res, quas liberis ſuis donavit, quaſi ab ingratis poſt ſecundas nuptias ſuas revocare maluerit.*

verſ. μήτηρ μή-τε.
e comminaverit

23. Si mulier liberis [a] ſuis res quaſdam donaverit, poſteaque ad ſecundas pervenerit nuptias, & ingratitudinis velamento donationem ſemel a ſe factam revocare maluerit: nullo modo poterit hoc facere, niſi ſpecialiter probaverit, vel quod vitæ ejus filius inſidiatus eſt, vel quod manus impias ei intulerit, vel quod tales inſidias ei *concinnaverit* [e], ut facultatibus ſuis totis privetur.

[a] *Si mulier liberis, &c.*] *A. A.* Refert Ivo part. 8. Decret. cap. 57. ut Novell. 37. cap. 25. & part. 16. cap. 128.

C L I V. *Ut ſecundo marito copulata mulier prioris ſui dignitatibus vel privilegiis non utatur.*

verſ. οὐ μὴν συγχωρηθῆναι.

24. Mulier quæ ad ſecundas migraverit nuptias, privilegiis vel dignitatibus mariti prioris non utatur.

C L V. *De libertis mulieribus, quæ patronis ſuis conjunctæ ſunt.*

b. χρῆναι δὲ κρατεῖν.
c ſunt

25. Si liberta mulier [a] patrono ſuo copulata nuptiis quidem ejus ipſa renunciaverit, ad ſecundum autem matrimonium migrare voluerit: id facere invito patrono non poterit. Alioquin ſi contra voluntatem ejus nupſerit, non *fiunt* [c] nuptiæ, ſed ut meretrix conjuncta eſſe videtur.

[a] *Si liberta mulier, &c.*] *A. A.* Vide Authentic. eiſdem C. de ſecund. nupt. Juliani verba refert Ivo part. 8. Decret. cap. 273. ut Novell. 37. cap. 23. & part. 16. cap. 129. ut cap. 27. & lib. 6. tit. 4. cap. 12. Panorm.

CLVI. Si adhuc conſtante matrimonio dotem maritus uxori ſuæ perſolverit. [illegible]

26. Conſtante adhuc matrimonio dotem maritus uxori ſuæ non [illegible]
facile compellitur *ſolvere* [1] niſi ſit cauſa legibus cognita. Alioquin ſi [illegible]
temere dotem uxori ſuæ maritus ſolverit, donaſſe ei *videbitur* [2]. Et [1] reddere [2] videtur
ideo mortua muliere dotem reddere heredes ejus marito debent cum
fructibus, ſcilicet qui *in medio* [3] tempore nati ſunt: & non ſolum ipſi [3] medio
marito, ſed etiam heredibus ejus. Ideoque & lucra dotium ſic tractantur, quaſi non eſſent redditæ, ut & pacta dotalia conſerventur. Et ſi ſecundas nuptias maritus contraxerit, filiis ſuis ex priore matrimonio natis, res quas lucratus eſt, cuſtodiat.

CLVII. Si mulier liberorum ſuorum tutelam adminiſtraverit, & ad ſecundas convolaverit nuptias.

27. Si mulier liberorum [a] ſuorum tutelam adminiſtraverit, & poſt [illegible]
inchoatam adminiſtrationem ad ſecundas migrare voluerit nuptias:
prius filiis ſuis impuberibus tutorem petere debet, eique *rationem* [1] [1] rationes
adminiſtrationis ſuæ reddere, & poſt redditas rationes, ſi debitrix appareat, debitum ſuum *ſolvere* [2] debet: deinde ſi velit, ad matrimo- [2] perſolvere
nium ſecundum perveniat. Sin autem hac obſervatione contempta
ſecundas contraxerit nuptias: non ſolum res ipſius, *id eſt* [3] matris, li- [3] *deleri*
beris *ejus* [4] hypothecæ titulo ſupponantur: ſed etiam res vitrici *ex* [5] [4] ſuis [5] *dele.*
præſentis Conſtitutionis auctoritate. Et ſi filii impuberes moriantur:
ſucceſſionem eorum mater lucrari non *ſperet* [6], ſive ab inteſtato de- [6] poterit
feratur eorum ſucceſſio, ſive ex teſtamento, *quod* [7] forte pater eis [7] quo
pupillari modo *matre* [8] ſubſtituit. Et non ſolum tales pœnas patiatur, [8] matrem eorum
ſed etiam illas, quæ de his mulieribus dictæ ſunt, *quas probatum fuerit* [9] antequam legitimum tempus, id eſt, annale ſpatium prætereat, [9] quæ probatæ fuerunt
ad ſecundas nuptias properaſſe, ut ſiut infames, & alias pœnas ſuſtineant quas ſuperius expoſuimus. Solvi autem *pœnæ* [10] poſſunt, ſi prin- [10] pœnis
cipalis indulgentia remiſerit eas ſecundum jam traditam *obſervantiam* [11], *&* [12] dimidia pars bonorum matris liberis donata fuerit, *ut* [13] [11] obſervationem [12] *id eſt*, ſi
nec uſusfructus rerum matri concedatur eorum. Idem autem dicimus, & ſi naturalium liberorum mater tutelam adminiſtrans ad ſe- [13] ita ut
cundas convolaverit nuptias: eaque cuſtodiri oportet in Provinciis
quidem cura & ſollicitudine Præſidum, in Imperiali autem civitate
cura & ſollicitudine tam Præfecti urbis, quam Præfecti Prætorio.

[a] *Si mulier liberorum, &c.*] *A. A.* Refert Ivo part. 6. Decret. cap 421. ut ex Conſtitut. 37. cap. 28. Vide Authentic. multo magis C. de Epiſcop. & Cleric.

CLVIII. Si ſub conditione mater a patre legatum vel fideicommiſſum reliquerit filio ſuo.

28. Si pater juſſus [a] vel rogatus fuerit legatum aut fideicommiſſum [illegible]

filio ſuo ſub conditione præſtare, non aliter legatorum ſervandorum cauſa ſatiſdare cogatur, niſi ſecundas contraxerit nuptias.

[a] *Si pater juſſus, &c.*] *A. A.* Vide Authentic. cui relictum C. de indict. viduitat. tollend.

C L I X. *De Clericis qui nuptias contrahere non poſſunt.*

θ. ἀλλὰ καὶ ἄνες. [1] ſuper, *Ivo.* [2] erit [3] a ſacerdotio [4] omnem [5] prohibetur accedere [6] habuerit [7] poteſt, *Ivo.* [8] *dolo.*

29. Clericus qui [a] *ſupra* [1] lectores & cantores *eſt* [2], veluti Subdiaconus, vel Diaconus, nullas nuptias contrahere audeat: alioquin *Sacerdotio* [3] cadat. Lector quoque ſi ſecundas contraxerit nuptias, ad *majorem* [4] gradum ordinis Eccleſiaſtici *prohibeatur aſcendere* [5]. Laicus etiam ſi appareat uxori conjunctus eſſe, quæ alium maritum *habuit* [6], aut ſi non jure conjunctus ſit, aut ſi ipſe aliam uxorem habuit, neque Subdiaconus, neque Diaconus, neque Presbyter fieri *poterit* [7]. *Nam* [8] & ſi clandeſtinis artibus ad conſecrationem irrepſerit: honore ejus cadat.

[a] *Clericus qui ſupra, &c.*] *A. A.* Vide Authentic. ex teſtamento C. de ſecund. nupt. & Authentic. & cum ſolis C. ad Senat. Conſult. Tertyl.

C L X. *Si decedens maritus uxori ſuæ legaverit ſub conditione, Si ſecundas non contraxerit nuptias: vel contra, id eſt, uxor marito.*

θ. ἐμαῖς παίνω ἐράνως. *verſ.* ὥστε διαιζυγῆ. [1] ut in [2] ad ſacerdotium legatarius pervenerit *verſ.* εἰ μὲν ἀκίνητα ὑπάρχει. [3] anno autem primo *verſ.* εἰ δὲ κινητή. [4] reſtituatur *verſ.* εἰ δὲ χρήματα. [5] ſint [6] mutuaverit [7] uſuram tertiæ [8] omnimodo

30. Si quis decedens reliquerit uxori ſuæ legatum ſub hoc modo, Ut ad ſecundas nuptias non perveniat: vel ſi mulier marito ſuo legatum reliquerit, Ut ſecundum ille non contrahat matrimonium correcta lege Julia Miſcella præſtetur legatum ſub obſervatione hujuſmodi. *In* [1] primo quidem anno legatum non exigatur: niſi forte *Sacerdotium legatario obvenerit* [2], ut nuptiarum nulla ſpes ſit. *Anno autem* [3] tranſacto, ſiquidem res legata immobilis ſit, ſub cautione tamen juratoria & obligatione bonorum ſuorum, quod ſecundis ab eo contractis nuptiis rem qualem accepit, reſtituat cum fructibus medio tempore natis. Sin autem res legata mobilis fuerit: ſiquidem legatarius vel legataria locuples fuerit: ſimili cautione atque obligatione bonorum ſuorum rem legatam ſibi capiat, ita ut ſecundis nuptiis contractis res qualis data eſt, reddatur, vel deminutio ejus *reſarciatur* [4]. Sin autem pecunia numerata legata ſit, cum uſuris ſuis reddatur, quæ legatario ſolutæ *ſunt* [5] ab his, quibus pecuniam *mutuavit* [6], ſacramento prius ab eo præſtito, quod nihil ex uſuris ſibi ſolutis celavit. Quod ſi non mutuavit quidem pecuniam ad uſus autem ſuos convertit, *uſurarum nomine tertiam* [7] centeſimæ [a] det. Hæc, ſi locuples fuerit legatarius vel legataria. Si autem minus ſolvendo fuerit: fidejuſſores dare cogatur. Quod ſi nec fidejuſſores dare poſſit ſub cautione juratoria & obligatione ſuorum bonorum, res ei præſtentur. Statim autem atque ad ſecundas pervenerit nuptias, res legati nomine datæ vindicentur apud qualem perſonam inventæ fuerint, ſive mobiles ſint, ſive immobiles: & *omnino* [8] vindicatio rerum ita fiat, quaſi alie-

natio earum ab initio facta non eſſet. Sin autem pecunia numerata legata ſit, & legatarius *neque fidejuſſores* [3] habuerit, neque idoneus ſit: tunc ille a quo legatum ei relictum eſt, tertiam centeſimæ uſurarum nomine ei præſtet, donec ad *ſecundas* [10] pervenerit nuptias, vel Sacerdotio fuerit conſecratus: ut nulla ſpes nuptiarum ſuperſit, vel mortuus fuerit legatarius. Nam ſiquidem ſecundas contraxerit nuptias; reddat quas acceperit uſuras. Sin autem ad Sacerdotium venerit, vel mortuus ſit: capiat aut ipſe ſortem, aut heres ejus. Hæc autem omnia *obſervare decet* [11], & ſi non maritus uxori, vel uxor marito, ſed extraneus quicumque ſub eadem conditione legatum reliquerit. Nam & *hic* [12] eadem teneant, quæ in marito diximus & uxore, ut antefata cautio detur, ſiquidem inſtitutio particularis ſit, coheredibus: ſi autem legatum vel *fideicommiſſum* [13], heredibus vel ſubſtitutis: nemine autem ex his apparente, *his* [14] cautio præſtetur, qui ab inteſtato ad ſucceſſionem defuncti vocantur: niſi forte ſpecialiter teſtator talem cautionem dari prohibuerit. Nam & *in hoc* [15] voluntatem ejus cuſtodiri æquum eſt.

Διάτ. κζ'. 8. ει δε χωρίσ. [3] fidejuſſorem non. [10] *adde*. legitimas. *verſ.* ταυ̃τα δὲ πάντα δε̃ι φυλάττειν. [11] obſervari debent. [12] hæc. [13] *adde*, relictum fuerit. [14] ejus. [15] in hoc caſu.

a *Tertiam centeſima*] *A. A.* Pro uſura triente quæ poſt 300. menſes æquat ſortem. Novell. 2. cap. 4. Novell. 22. cap. 28. *Pith.* L. cum quidam, §. ult. ff. de uſur. Τρίτον ἑκατοστῆς. τόκος ἀπὸ τρίτης ἑκατοστῆς, ἤγουν ἐφ' ἑκάστῃ λίτρᾳ νομίσματα δ'. tertia pars centeſimæ. L. eos qui. C. de uſur.

C L X I. Mulier, quæ ſecundas nuptias contraxerit, quemadmodum filii ſui ſucceſſionem capiat tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, Loquitur autem in eodem capite & de fratrum ſucceſſione.

31. Si filius decedens teſtamento ſuo matrem heredem inſtituerit, ſic inſtitutio ejus habeatur, quaſi quivis alius extraneus *a* [1] defuncto heres in teſtamento ſcriptus fuiſſet. Ideoque omnia, quæ filius *reliquerit* [2], ad matrem perveniant, nulla *diſcretione* [3] habita, utrum res, quas filius dereliquit, ex paterna ſubſtantia ad eum devolutæ ſint, an non. Undecumque enim res quæ ad filium pervenerunt *tranſmittuntur* [4] ad matrem: nullaque eidem matri quæſtio ab aliis filiis ſuis, id eſt, fratribus defuncti moveatur: quia & ſi alius extraneus a defuncto filio heres inſtitutus eſſet: *nihilominus* [5] omnes res teſtatoris accepiſſet. Hæc ſi mater in teſtamento a filio ſuo heres inſtituta eſt, nulla habita differentia, utrum ad ſecundas migraverit nuptias, an non. Sin autem inteſtatus filius defunctus eſt, & mater vel jam ad ſecundas migraverit, vel poſtea migraverit, vocetur quidem & ipſa cum fratribus filii ſui ad ſucceſſionem ejus. Sed earum quidem rerum, quæ ex paterna linea ad defunctum filium pervenerunt, tantum uſumfructum habeat mater, ſi ſecundas nuptias contraxit, vel ſi poſtea contraxerit. Sin autem res ex alia cauſa filio defuncto adquiſitæ ſunt: tunc in iiſdem rebus portione cum fratribus defuncti *filii ſui* [6] ſuccedat: & non ſolum jus utendi fruendi, ſed etiam proprietatem in iiſdem habeat rebus, excepta videlicet propter nuptias donatione. Ea enim

8. μητρὸς διαδοχῆς. *verſ.* εἰ μήτηρ γραφεῖσα. [1] *dele.* [2] reliquit [3] diſtinctione [4] tranſmittantur [5] ſolus *verſ.* εἰ δὲ ἀδιάθετος. *verſ.* ἀπὸ μὲν. [6] filiis ſuis

ſuis finibus regitur, & nullam innovationem ab hac conſtitutione patitur. Sed & in hoc toto juris capite ingratitudinis ratio habenda eſt, non ſolum ad matrem, ſed etiam ad fratres. Cauſæ autem ingratitudinis in alia inferiore Conſtitutione *exponentur* [7]. Illud autem certum eſt, quod hoc caput Conſtitutionis ad futuros caſus non ad prætertitos pertinet.

θ. τῶν δὲ ἀχρισίαν.
[7] exponuntur

CLXII. *Si mater alienare voluerit ea, quæ ex filii ſucceſſione ad eam devoluta ſunt.*

32. Liceat matri in his rebus, quæ non ex paterna linea ad filium defunctum *pervenerunt* [1], ſi heres ei extitit, & teſtari, & alienare, & *ad quem voluerit modum* [2] diſponere. Quod ſi res permixtæ & tam ex paterna linea, quam ex diverſis aliis cauſis adquiſitæ: veluti ex teſtamento, ex donatione, ex legato vel alio hujuſcemodi caſu: *eorum quidem* [3], quæ ex paterna linea filio defuncto obvenerunt, *habeat* [4] uſumfructum: aliarum autem rerum pleno jure habeat proprietatem. Hoc autem Conſtitutionis caput non ſolum in futuris *caſibus* [5], ſed etiam in prætertitis negotiis locum *habeat* [6]: niſi forte vel judiciali ſententia, vel *amicali tranſactione* [7] ſopita *ſunt* [8]. Studeant autem parentes filios ſuos tam ex priori matrimonio natos, quam ex ſecundis nuptiis procreatos ex æquis partibus heredes ſcribere: niſi forte quidam inter eos ingrati appareant. Hoc autem *quaſi* [9] perſuadentes magis quam legis neceſſitatem imponentes *dicimus* [10]. DAT. XV. KAL. APR. P. C. BELISARII.

θ. ταῦτα δὲ κτῆσιν.
[1] pervenerint, vel pertinuerunt
[2] quoquo volueris modo
[3] earum quidem rerum
[4] tantum habeat
[5] cauſis
[6] habet
[7] amicabili compoſitione
[8] ſint
θ. αὐτῶν δὲ ἴσ.
[9] dele.
[10] edicimus

CLXIII. *Quæ cauſæ repudii ſunt.*

33. Cauſas autem repudii in *iſta* [1] Conſtitutione poſitas ideo non diximus: quia in inferiore Conſtitutione hoc caput pleniſſime invenitur: & *omnino* [2] ſi quid prætermiſſum eſt in hac Conſtitutione quaſi deletum, ut ſuperfluum expoſitum non eſt. Et ideo *alias Conſtitutiones* [3] legere debes, *quas* [4] tibi tituli competentes oſtenderint.

[1] dele.
[2] omnimodo
[3] illam conſtitutionem
[4] quam

Διάταξις λζ'.

CONSTITUTIO XXXVII.

CLXIV. *Si quis unum ex liberis ſuis heredem inſtituerit vel extraneum ſcribere heredem & rogare voluerit eum, ut tempore quo moritur hereditatem alii reſtituat.*

1. Si quis unum ex liberis ſuis heredem inſtituerit, id eſt, filium filiamve, nepotem neptemve, & deinceps, ſive quoſdam ex *his* [1] ſive omnes ſimul: & rogaverit eos, ut tempore, quo moriantur, vel poſtquam mortui fuerint, aliis reſtituant hereditatem: primum quidem unicuique eorum legis Falcidiæ modus *in præcipuum* [2] deducatur, & non ſupponatur *fideicommiſſi* [3] gravamini: ceteras autem partes fideicommiſſario reſtituat integras: ita tamen, ut ſi propter nu-

[1] eis, *aliàs*, ipſis
[2] in principio, *aliàs*, præcipuus
[3] fideicommiſſario

ptias donationem uxori vel dotem marito dare maluerit perſona fidei- Διατ. λς.
commiſſo gravata, liceat ei hoc facere etiam ex aliis rebus, quæ fideicommiſſo ſuppoſitæ ſunt, & reliquas res tantum fideicommiſſario cogatur reſtituere. Hæc autem Conſtitutio non habet locum in præteritis ſubſtitutionibus, ſeu reſtitutionibus, ſed magis in futuris caſibus. Nullum autem augmentum dotibus vel propter nuptias donationibus fiat ad inſidias ſubſtitutionis ſeu reſtitutionis. Nam etſi quid callide perpetratum fuerit: nihilominus reſtitutio *fideicommiſſi* ᵃ ᵃ fideicommiſſario
integra manebit, poſt deductionem ſcilicet legitimæ Falcidiæ partis. *Hoc autem quod* ᵇ de Falcidiæ deductione loquitur Conſtitutio, in li- ᵇ Hæc autem quæ
beris locum habet, quibus & pars Falcidiæ debetur. Quod ſi heres inſtitutus ex liberis non ſit: contentus eſſe debet deductione dotis *vel* ᶜ propter nuptias donationis: & reliquas res hereditarias fidei- ᶜ &
commiſſario reſtituere. Dotem autem vel propter nuptias donationem dari lex præcipit honeſtam, id eſt, neque ſatis modicam, ut ſit dedecus heredi: neque ſatis immodicam, ut ſit grave fideicommiſſario: ſed medietatis cujuſdam moderatione honoratam.

CLXV. *Si ſoluto matrimonio ſecundas quidem non contraxerit nuptias, ante annum autem impletum ab aliquo ſtuprata ſit.*

2. Si mulier defuncto marito antequam annus legitimus tranſeat, 2. ...
ad ſecundas *quidem* ᵃ nuptias non migraverit: more autem meretri- ᵃ dele, ...
cum ab aliquo ſtuprata conceperit & pepererit: ut ſit clarum id quod natum eſt *defuncti mariti* ᵇ non eſſe: eaſdem pœnas patiatur, quas ex ᵇ ex defuncto marito
ſuperiore Conſtitutione patitur ea, quæ ante tempus legitimum nuptias ſecundas *contraxit* ᶜ. Ideoque & ante nuptias donatione careat, ᶜ contraxerit
ut nec ᵈ tantum habeat jus utendi *fruendi* ᵉ: aliiſque pœnis antefatis ᵈ & ᵉ fruendique
ſubjiciatur ᶠ: & ſit ſtupri quoque criminis obnoxia. Pejus eſt enim ᶠ ſubjaceat
ſtuprari, quam ſecundas nuptias mulieres ante legitimum tempus contrahere. DAT. K. MAIAS CONS. BELISARIO V. C. CONS.

CONSTITUTIO XXXVIII. Διάταξις λη'.

De Officio Quæſtoris Exercitus & deſignatis quinque Provinciis ei ſubjectis.

CLXVI. *De Quæſtoribus, id eſt Præfectis Inſularum.*

1. HÆc Conſtitutio quendam ᵃ virum magnificum Bonum nomine Quæſtorem ᵇ *exercitus* ᶜ fecit. Nam & more antiquo ᶜ exercitui
duplex erat Quæſtorum Magiſtratus: & unus quidem circa latus principis erat, alter autem Quæſtor exercitui præerat. Diſpoſuit autem præſens Conſtitutio etiam annonas Quæſtoris & Conſiliatii ejus. Apparitionem quoque ei dedit ad imitationem quandam Præfecti Prætorio, id eſt *ſcriniarios* ᵃ, & Abactis ᶜ, & Præcones ᵈ, & Commentarienſes ᵉ, & Lampadarios ᶠ, & omnem deinceps ordinem. Sed & ᵃ ſcriniarium

annonas militum tam Comitatenſium [g], quam Limitenſium [h] diſpoſuit, quomodo diſtribui debent. Subjecit autem ei & quinque Provincias, id eſt *Scythiam* [i], & Myſiam, & Cariam, & omnes Cycladas inſulas, & Cyprum *totam* [k]. *Sacrum* [l] quoque auditorium habere ei conceſſit [m], ut non objiciatur ei fori præſcriptio. Subjunxit autem & notitiam impenſarum. Et eſt promulgata hæc Conſtitutio Kal. Junias, Indictione quintadecima *P. C. Biliſarii* [n].

[i] Eſciam

[k] & Cretam totam

[l] Cauſarum

[n] C.P. Conſ. Biliſ.

[a] *Hæc Conſtitutio quemdam, &c.*] *A. A.* Hæc Conſtitutio in Juliani & Authenticorum libris deſideratur. Venetus liber partem Novellæ 41. hic repetit. Id Scrimgerus & Agylæus etiam aſſerunt. Addo in eodem libro adſcriptum hujus Conſtitutionis initium fuiſſe, recte nobis. Sic igitur ſtatuo hanc Conſtitutionem Latinam fuiſſe ejuſdem ſententiæ cum quadrageſima prima Græca. In Baſilicis hanc quoque inſertam non fuiſſe Græci affirmant.

[b] *Quæſtorem exercitus*] *Pith.* Ὁ ἐνδοξότατος Ἰουστινιανὸς ἔπαρχος τῶν ἐπὶ μυσίας καὶ σκυθίας στρατιωτικῶν καταλόγων. Nov. 1. Juſtini Imp. Ἀρχὴ τῶν νήσων καὶ τῶν ἐπὶ σκυθίας τε καὶ μυσίας στρατιωτικῶν ταγμάτων. Nov. 5. Tib.

[c] *Abactis*] *A. A.* Novell. 41. numeratur inter Appatitores Quæſtoris Provincialis. Cura ejus eſt actis præeſſe quæ coram Magiſtratu fiunt. In notitia dignitatum Orientis & Occidentis in officio multorum Magiſtratuum numeratur Abactis. Actuarius etiam idem dicitur, vel qui ſub eo acta ſcribit. Vide lib. 12. C. tit. de numerariis & actuariis. *Pith.* Ab actis fori l. per hanc C. de Advocat. diverſ. Judic. Vet. lap. Ab actis fori pr. pr. ſignificat option. Auximi in Piceno C. Oppio C. F. Velina Baſſo P. P. P. C. pr. i. d Aux. leg. IIII. Fl. fel. & leg. II. tr. for. Evoc. Aug. ab act. for. pr. pr. mil. coh II. pr. & coh. XIII. & XIIII. Urb. omnibus officiis in caliga functo Centuriones leg. II. Trajan. fortis. In notitia dignitatum Orientis & Occidentis Officium viri illuſtris Præfecti Prætorio Orientis enumeratur. Princeps Cornicularius. Adjutor. Commentarienſis. Ab actis. Numarii. Subadjuvæ. Cura Epiſtularum. Regendarius. Adjutores. Singularii. Qui jurgantibus acta reſtituunt. L. 1. C. Theod. de Offic. Rector. Provinc.

[d] *Præcones*] *Pith.* L. 74. C. Theodoſ. de decurionib. Chryſoſtomus de collatione Regis cum Monacho. Καὶ μακαρίζουσιν οἱ πολλοὶ τοὺς τῶν ἐθνῶν ἄρχοντας καὶ φερομένους ἐπὶ λαμπρῶν ὀχημάτων καὶ κηρύκων βοῆς ἀπολαύοντας καὶ δορυφορίας πολλῆς. Sed hoc te, Petre frater, memini tractare plenius, doctius, politius Adverſariorum ſubſecivorum lib. 1. cap. 15.

[e] *Commentarienſes*] *A. A.* Novell. 41. Commentarienſis numeratur inter Appatitores Præſidum. Sæpe carceri præerat: a Commentariis ſive libellis dictus. Vide C. de cuſtod. reorum lib. 9. *Pith.* Cod. Theodoſ. lib. 8. tit. 4. l. 5. de his quæ adminiſtr. Firmic. lib. 3. Matth. cap. 6. Gloſſarium verborum quæ ad jus pertinent. Κομενταρήσιοι, τοὺς ἐπὶ τῶν ὑπομνήματων, τῶν γράφων προσταττομένων ὁ νόμος καλεῖ καὶ ὑπηρετοῦντας τῆς ἐγκληματικῆς δίκης. Vidend. Edict. 9. Athanaſ. πρὸς τὸν Κωνστάντιον. Πῶς δὲ σκώδεδιν ὀνομάζειν τολμῶσιν ἢ κόμης προσυνήχθητο καὶ παρῆν σπεκουλάτωρ καὶ κομμενταρήσιος, ὁ μὲν εἰσῆγεν αὐτὸν διακόνου τῆς Ἐκκλησίας, ἐκεῖνος ἐφθέγγετο, καὶ οἱ παρόντες ἐσιώπων. Commentariorum Præfect. Prætor. meminit l. 21. C. Th. de appellatio. Idem Athanaſius. Καὶ ἐμὲ μὲν μέχρι τῆς βαρβάρων ζητεῖσθαι, καὶ εἰς τὰ λεγόμενα κομενταρήσια τῶν ἐπάρχων ἀποστέλλεσθαι.

[f] *Lampadarios*] *A. A.* Novell. 41. Lampadarius inter Appatitores numeratur, a lampade ferenda. Ejus mentio eſt in notitia dignitatum. *Pith.* Vide inſignia Præfecti Prætorio in notitia. Chryſoſtomus in Act. Apoſtol. 2. Edict. 8. Χρῶνται δὲ κήρυκος φωνῇ καὶ λαμπάσι quatuor. Auctor de officiis Conſtantinopol. aulæ. τὴν λάμπαδα δὲ φέρουσιν ἔμπροσθεν αὐτοῦ διὰ τὸ κυριακὸν λόγιον· οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ὡς καὶ οἱ ἄνθρωποι ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν. Sequitur. καὶ οὔτε ὁ πρωτοβεστιάριος οὔτε ὁ λαμπαδάριος οὔτε μὴν ὁ τὴν βασιλικὴν φέρων σπάθην, &c. Herodianus quidem inter inſignia Principatus, ignis

prælati

prælati meminit lib. 1. 2. 7. Hiſtor. Vide Novell. Valentinian. de Lampadariis ad Opilionem Magiſtr. Offic.

g *Comitatenſium*] *Pith.* Videnda l. 39. C. Theodoſ. de decurionib. notitia Occidental. Comitatenſes largitionales l. 6. C. Theodoſ. de diverſis Officiis dicuntur. Οἱ μὲν ἀεὶ τοῦ παλατίου προσεδρεύοντες. Comitatus γὰρ ὁ τόπος ἐν ᾧ διάγει ὁ βασιλεύς. Inde Comitatenſium largitionum comes Theodor. lib. 4. cap. 22. Καὶ ὁ τῶν κομιτατησίων δὲ λαργιτιόνων κόμης στρατιωτῶν ἐπαγόμενος ἄμετρον πλῆθος.

h *Limitenſes*] *Pith.* Zoſimus. Ἱστοριῶν λόγ. β΄. τῆς γὰρ Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἁπανταχοῦ τῶν ἐσχατιῶν τῇ Διοκλητιανοῦ προνοίᾳ πόλεσι καὶ φρουρίοις καὶ πύργοις διειλημμένης καὶ παντὸς τοῦ στρατιωτικοῦ κατὰ ταῦτα τὴν οἴκησιν ἔχοντος ἄπορος τοῖς βαρβάροις ἦν ἡ διάβασις πανταχοῦ δυνάμεως ἀπαντώσης τοὺς ἐπιόντας ἀπώσασθαι. καὶ ταύτην δὴ τὴν ἀσφάλειαν διαφθείρων ὁ Κωνσταντῖνος τῶν στρατιωτῶν τὸ πολὺ μέρος τῶν ἐσχατιῶν ἀποστήσας ταῖς οὐ δεομέναις βοηθείας πόλεσιν ἐγκατέστη καὶ τοὺς ἐνοχλουμένους ὑπὸ βαρβάρων γυμνώσας βοηθείας. Procopius ἀνεκδότοις. Οἱ Ῥωμαίων βεβασιλευκότες ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις πανταχόσε τῶν τῆς πολιτείας ἐσχατιῶν πάμπολυ κατεστήσαντο στρατιωτῶν πλῆθος ἐπὶ φυλακῇ τῶν ὁρίων τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς καὶ κατὰ τὴν ἑῴαν μάλιστα μοῖραν ταύτῃ τὰς ἐφόδους τῶν περσῶν καὶ σαρακηνῶν ἀναστέλλοντες, οὕσπερ λιμιτανέους ἐκάλουν. τούτοις ὁ βασιλεὺς κατ' ἀρχὰς μὲν οὕτω δὴ ἀφειδῶς τε καὶ φαύλως ἐχρῆτο ὥστε τεσσάρων ἢ πέντε αὐτοῖς ἐνιαυτῶν τῶν συντάξεων τοὺς χορηγοὺς ὑπερημέρους εἶναι. καὶ ἐπειδὰν Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις εἰρήνη γένοιτο ἠναγκάζοντο οἱ ταλαίπωροι οὗτοι ἅτε καὶ τι τῶν ἐκ τῆς εἰρήνης ἀγαθῶν ἀπολαύσοντες χρόνου ῥητοῦ τὰς ὀφειλομένας σφίσι συντάξεις τῷ δημοσίῳ χαρίζεσθαι. ὕστερον δὲ καὶ αὐτὸ τὸ στρατείας ὄνομα αὐτοὺς ἀφείλετο οὐδενὶ λόγῳ. τὸ λοιπὸν τὰ μὲν ὅρια τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς φυλακτηρίων ἐκτὸς ἔμεινεν.

i *Sacrum quoque auditorium habere ei conceſſit*] *Pith.* Caſſiodorus 6. Variar. Vice ſacra judicat nullus, & miles fori auctoritate præſcribit, excepto officiali Magiſtri militum.

CONSTITUTIO XXXIX. Διάταξις λα΄.

Quatuor Armeniæ Provinciæ, id eſt prima & ſecunda tertia vel quarta qualibus ſint decoratæ judicibus.

CLXVII. *De Comite tertiæ Armeniæ.*

1. HÆc Conſtitutio prius quidem [a] narrat de duabus Armeniis, quemadmodum adminiſtratæ ſunt, deinde de tertia Armenia loquitur, cujus Comiti ſeptingentos ſolidos annonarum nomine dedit, & Conſiliario ejus ſeptuaginta duos aureos, & apparitioni ſexaginta. Loquitur autem & de quarta Armenia, *cui præſtitit* [1] Martyropolytanam civitatem, & locum, qui *Kitarizon* [2] appellatur, & Præſidem ejus Conſularem eſſe juſſit. Quattuor itaque Armeniis [b] conſtitutis, primæ quidem Armeniæ Proconſulem, item tertiæ Comitem inter ſpectabiles viros fecit. Secundæ autem Armeniæ & quartæ Magiſtratus ordinarios eſſe præcepit.

[Margin: ἃ συνετέλεσεν αὐτῇ. [1] *forte*, cui Provinciæ adjecit, vel cujus Præſidi adjecit [2] Citaridion, *aliàs*, Tatzocon]

[a] *Hæc Conſtitutio prius quidem, &c.*] *A. A.* In libro Authenticorum non extat, ſed ab Haloandro Græce & Latine edita eſt hoc titulo de deſcriptione quatuor Præſidum Armeniæ.

[b] *Quatuor itaque Armeniis*] *Pith.* Euſtathius in Dionyſium. Ἱστέον ὅτι τὴν Ἀρμενίαν χώραν εἰς τέσσαρα διεῖλεν λέγεται Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς καὶ πρώτην μὲν φασιν, ἔθετο τὴν ἐνδοξοτάτην ἐπ' ἄνω πόλιν ἧς μητρόπολις βαζανὶς ἡ πρὶν λεοντόπολις· ταύτης δὲ ἔστι καὶ ἡ θεοδοσιούπολις, καὶ ἡ κολώνεια, καὶ ἡ τραπεζοῦς δὲ καὶ ἡ κερασοῦς ἐν τῷ

πολεμωνιακοῦ κόλπου· δευτέραν δὲ ὁ αὐτὸς ὑπῆρξεν Ἀρμενίαν ἐν πέντε πόλεσιν, ὧν καὶ ἡ σεβάστεια, τρίτην δὲ Ἀρμενίαν κατέστησεν ἑξάπολιν, τὴν ποτε καλουμένην δευτέραν Ἀρμενίαν, ἧς ἡγεῖται ἡ μελιτηνή· περὶ ταύτην τὴν Ἀρμενίαν καὶ ἡ κόμανα ἡ καὶ χρυσῆ ὀνομαζομένη καὶ ἡ κούκουσος. ἐπέστησε δὲ καὶ τετάρτην Ἀρμενίαν ὑπὸ σατράπαις οὖσαν, συγκειμένην ἐκ διαφόρων καὶ λεγομένην τζοφανηνὴ καὶ βαλαβιτηνὴ καὶ τοιαῦτά τινα βάρβαρα ὀνόματα. *Sic Vet.*

C L X V I I I. *Si in ſecunda Armenia appellatio porrecta ſit.*

verſ. καὶ ἐν τῇ δε-
ύτερᾳ.
[1] producatur.
[2] ſubjicit
[3] militares

2. Si appellatio litis uſque ad quingentos ſolidos pertinentis in ſecunda Armenia orta fuerit, ad Proconſulis auditorium primæ Armeniæ perducatur. Sin autem in quarta Armenia ſimilis appellatio orta fuerit, in tertiam *perducatur* [1]. De Sacerdotibus autem, vel conſecrationibus, vel de Metropolitano jure Epiſcoporum nihil Conſtitutio innovavit. Tertiæ autem Armeniæ Comiti etiam milites *ſubjecit* [2], & juſſit eum audire & *criminales* [3] cauſas militum, & legitimo calculo dirimere. DAT. XV. KAL. APR. POST CONS. BILIS.

Διάταξις μ'.

CONSTITUTIO XL.

Ut Tabelliones ipſi per ſe conveniant cum eis quam maxime qui litteras neſciunt, & inſtrumenta quædam inter ſe facere volunt. Et ut chartis quæ protocolla habent inſtrumenta conficiant.

C L X I X. *De Tabellionibus ſive inſtrumentorum fide.*

θ. αὐτοὺς δὲ φοι-
τᾶν.
[1] fieri
[2] de cauſa
[3] ſit
[4] *dele.*
[5] deſideraverint.
θ. ἵνα κρατῇ.
[6] Hæc autem obtineant
[7] *dele.*
[8] ita autem
[9] miſſus, *aliàs*, viſus fuerit dignus
θ. εἰ δὲ μὴ ἄξιος.
[10] ſuſcipere
[11] domus
θ. καὶ μὴ παρ-
αιτεῖσθαι.
[12] cauſam eorum
[13] eorum
[14] non facere. *aliàs*, non faciant.
θ. ἵνα δὲ μή.
[15] C. P. autem
[16] præponere,

1. Tabelliones [a] ipſi per ſe conveniant cum eis, qui inſtrumenta quædam *componere* [1] volunt: & non aliter chartam complere audeant, niſi *cauſam* [2] cognoſcant, ut interrogati à judicibus, reſpondeant, qualis *eſſet* [3] cauſa, propter quam inſtrumenta compoſuerunt: & maxime ſi litterarum imperiti fuerint. *hi* [4], qui inſtrumenta fieri *deſideraverunt* [5]. *Hoc autem obtineat* [6] tam in Conſtantinopolitana civitate, quam in aliis provinciis. Pœnam autem Conſtitutio definit adverſus *eos* [7] Tabelliones, qui aliter fecerint, ſtationum [b] amiſſionem: *ita* [8], ut ſi diſcipulus eorum *admiſſus* [9] fuerit ad inſtrumenti compoſitionem, ipſe habeat jus ſtationis. Quod ſi indignus ſit diſcipulus auctoritatem ſtationis *committi* [10]: prior quidem Tabellio modis omnibus removeatur, alius autem pro eo dignus ſtationem accipiat: ita tamen, ut nullum ſentiat damnum *dominus* [11] ſtationis, ſed habeat reditus integros: Tabellio autem amittat jus ſtationis, quia dedignatus eſt convenire cum eis, qui inſtrumenta componi ſibi deſideraverunt. Nullam autem excuſationem habeant Tabelliones morbi vel occupationis. duorum enim alterum neceſſe eſt, vel *cauſas eos* [12] cognoſcere, & inſtrumenta *earum* [13] facere: vel ſi ignorent, *nec facere* [14]. *In Conſtantinopolitana autem civitate* [15] liberam habeant facultatem omnes Tabelliones unum Tabellionem apud Magiſtrum cenſus *proponere* [16], & licentiam ei dare & inſtrumenta facere deſiderantibus in eorum ſtatione, & in abſolvendis inſtrumentis venire, & nulli alii li-

centiam eſſe hoc facere, niſi ei, qui a Tabellionibus præpoſitus ſit apud *Magiſtrum* [17] cenſus, ſicut jam diximus. Cæterum ſi aliter obſervatum fuerit, ea pœna Tabellionibus immineat, quam ſuperius diximus. Inſtrumentum autem propter hoc ſolum non ſit irritum, ſed utilitatis contrahentium cauſa valeat. [17] Magiſtratus ſ. οἱ δὲ ... ——.

[a] *Tabelliones, &c.*] *A. A.* Hæc eſt Conſtitutio ſeptima collationis quartæ, in libr. Authentic. tit. de Tabellionib. Edita quoque eſt ab Haloandro Græce & Latine. *Pith.* Vid. ſup. Conſtitut. 7. cap. 1.

[b] *Stationum*] *A. A.* Στάσις, pro Tabellionis loco, in quo ſcribit. Nov. 44. cap. 1. *Pith.* Στάσις. συνέδρα. Alexius Comnenus. Novell. 11. Ο μὲν συμβολαιογράφος ὁ τὸ ἀρραβωνικὸν συμβόλαιον ἐκπληρώμενος, τῆς ἰδίας στατίωνος μετακινηθήσεται.

CLXX. *Idem.*

1. Tabelliones non ſcribant inſtrumenta in aliis chartis, quam his quæ Protocolla habent: ut tamen Protocollum [a] tale ſit, quod habeat nomen glorioſiſſimi Comitis largitionum, & tempus quo charta facta eſt. Alioquin ſi *aliam ſcripturam* [t] charta [b] habeat, non admittant eam Tabelliones. Hoc autem jus teneat in ſola Conſtantinopolitana civitate. Quod ſi adverſus ea fecerint, pœnæ falſitatis ſubjiciantur. DAT. XVI. KAL. SEPT. CP. POST BILIS. V. C. CONS. ANNO SECUNDO. ſ. ἐκείνοις μόνοις. verſ. εἰ ... [t] alias ſcripturas ſ. ... δὲ ...

[a] *Protocollum*] *A. A.* Πρωτόκολλον. Novell. 44. cap. 2. Chartæ genus erat, non ut vulgo creditur exemplar, ſive matrix. *Pith.* Novell. 40. cap. 2. Σημεῖά τινα προγεγραμμένα τῆς χάρτης. Novell. 73 §. δεῖ μέντοι. Niſi ſic dicatur initium chartæ in quo ejuſmodi notæ ſcribebantur. Vet. Interpr. Authent. Ut Tabelliones non in alia charta ſcribant documenta, niſi in illa quæ in initio, quod vocatur Protocollum, per tempora glorioſiſſimi Comitis ſacrarum largitionum habeat appellationem, & tempus quo charta facta eſt, & quæcumque in talibus ſcribuntur, & ut Protocollum non incidant, ſed inſertum relinquant. Novimus enim multas falſitates ex talibus chartis oſtenſas. Ideoque licet aliqua charta ſit habens protocollum non ita conſcriptum, ſed aliam quandam ſcripturam gerens, &c.

[b] *Charta*] *A. A.* Pro ſcriptura vel inſtrumento. Novell. 48. & 49. cap. 2.

CONSTITUTIO XLI. Διάταξις μα'.

CLXXI. *De Judæis & Samaritis, & Hæreticis curialibus.*

1. Neque Judæus, neque Samarita, neque quivis hæreticus [a] *curiæ* [s] muneribus excipiatur propter hoc ſolum quod Catholicæ fidei non eſt. Sed *&* [a] muneta curialia *ſubeat* [t], & nullo honore curiali *potiatur* [v]. Nam curiales habent quædam privilegia, veluti ut tormentis non ſubjiciantur, ut non ab alia in aliam provinciam retrahantur. Et in ſumma, qui contra fidem Catholicam ſentit, munera quidem curialia ſubeat: honorem autem vel privilegium nullum habeat. [s] civilibus [a] dele. [t] ſubeant, [v] potiantur.

[a] *Curia*] *A. A.* Novell. 38. cap. 1. 2. 4. Novell. 45. cap. 1. Novell. 70. Decurionum ſive Curialium Senatus. Hinc curiæ tradere. Novell. 6. cap. 7. No-

vell. 123. cap. 21. & 46. Pro Decurionem vel Curialem efficere. Vide Novellam ultimam Theodoſii de bonis Decurionum & de naturalibus filiis eorum in curiam mittendis, heredibuſque ſcribendis. *Pith.* D. Auguſtin. Pſalm. 121. Tribus non nomine alio proprie dici poſſunt, ſed vicino curiæ. Nam proprie ſi diximus curias, non intelliguntur niſi curiæ quæ ſunt in civitatibus ſingulis ſingulæ. Unde Curiales & Decuriones, id eſt qui ſunt in Curia vel Decuria. Et noſtis quia tales curias ſingulas habent ſingulæ civitates. Sunt autem vel erant aliquando in iſtis quoque civitatibus curiæ etiam populorum, & una civitas multas curias habet, ſicut Roma triginta & quinque curias habet populi. Hæ dicuntur Tribus. D. Ambroſius 2. ad Timoth. Quos conſtat in ſocietatem Romanorum receptos, ut de cætero appellarentur Romani, idcirco neceſſe eſt eos curiam habere, in quam more Romanorum, penulati veniant. Vetus lapis Tergeſtæ. Impetrando uti Carni Catarique attributi a Divo Auguſto Pio R. P. N. prout qui meruiſſent talia abſque cenſu per ædilitatis gradum in curiam noſtram admitterentur, ac per hoc civitatem Romanam adipiſcerentur.

CLXXII. *De teſtimoniis Hæreticorum.*

κεφάλαιον [illegible]. [1] litigat, [2] licet cuique [3] dolo.

2. Si Hæreticus contra Hæreticum *litiget* [1], *liceat cuivis* [2] eorum Hæreticum teſtem adducere: ſin autem Orthodoxus contra Hæreticum litiget, pro Orthodoxo quidem *etiam* [3] Hæretici teſtimonium valeat: contra Orthodoxum autem ſolius Orthodoxi teſtimonium valeat. Orthodoxis autem litigantibus, ad teſtimonium nullus Hæretico pateat aditus. Interdum autem etiam adverſus Orthodoxum Hæretici teſtimonium probabile eſt. Quod contingit, ſi Orthodoxus *in curialem conditionem trahatur* [4]: tunc enim Hæreticus adverſus eum recte teſtis producitur, ut dicat ſe ſcire eum curialem eſſe, *vel* [5] curiali patre genitum. DAT. XV. KAL. SEPT. P. C. BILISARII.

[4] a curiali munere ſe ſubtrahat. [5] vel ex

Διάταξις μζ.

CONSTITUTIO XLII.

Quomodo in publicis monumentis ſive omnibus inſtrumentis quæ ubique per Tabelliones celebrantur, nomen Domini noſtri Principis, & annus Imperii ejus, ſive Conſulis nomen ac dies debeat ſociari.

CLXXIII. *De præfatione inſtrumentorum.*

[illegible]. [1] inſtrumenta, [2] dolo. [3] Conſulum [4] obſervantiam [5] conſcribantur. [6] Hæc

1. PUblica *monumenta* [1], tam ea, quæ in judiciis conficiuntur, quam ea, quæ apud Magiſtrum cenſus ſive apud Defenſores conſiſtunt: Inſtrumenta etiam, quæ Tabelliones ſub qualicumque figura conficiunt tam in Conſtantinopolitana civitate, quam in Provinciis: hæc omnia *hujuſmodi* [2] initium totius ſcripturæ ſuæ habeant, *Imperante illo divo Auguſto & Imperii anno illo.* Et poſt hæc inſerant *Conſulis* [3] quoque appellationem, & omnem veterem *obſervationem* [4] inſtrumentorum cuſtodiant. Et ſi forte tempora quoque civitatum Provincialium inſtrumentis ſcribi ſolitum eſt: ea conſueto more *ſcribantur* [5]. *Hujus* [6] autem juris præceptio a prima indictione incipiat.

CLXXIIII. *De litteris in inſtrumento non ſcribendis.*

κεφάλαιον [illegible].

2. Qui ſcribunt tempora in monumentis publicis, non utantur

litteris illis veteribus & ¹ obſcuris : ſed per Græcas litteras tempora ſcribantur, ſi *monumenta* ² Græce compoſita ſint. Sin autem Latine monumenta confecta fuerint, Latinis quidem litteris tempora ſcribantur, *ſed* ³ claris litteris & ⁴ quas poteſt quicumque *litteratus Latinus* ⁵ cognoſcere. DAT. PRID. KAL. SEPT. CP. IMP. DN. JUST. PP. A. ANN. XI. POST BILIS. V. C. CONS.

¹ dele. ² inſtrumenta ³ & ⁴ dele. ⁵ Latinis litteratus

CONSTITUTIO XLIII.

Διάταξις μγ'.

CLXXV. *Si quis modum ſubſtantiæ ſuæ in ſcriptis declaraverit.*

1. SI quis ſua manu conſcripſerit, vel alterius manui ſubſcripſerit, ſive in ſuo teſtamento, ſive ſine teſtamento *quavis* ¹ *chartula* ² & ³ modum ſubſtantiæ ſuæ declaraverit, idque fecerit, heredibus ſuis omnibus præſentibus, vel omnibus abſentibus, vel quibuſdam ex his præſentibus, quibuſdam abſentibus non liceat heredibus ejus talem ſcripturam recuſare: nec dicere, quod unus ex coheredibus res quaſdam a teſtatore relictas *ſubripuit* ⁴ & *celavit* ⁵. Si enim teſtator cum ſacramento expreſſit, nihil aliud ſibi ſupereſſe extra ea, quæ in præfata ſcriptura continentur : neceſſe habeant heredes ſcripturam ejus ſequi, ſive liberi ejus ſint, ſive extranei : & *neque* ⁶ ſervi hereditarii tormentis ſubjiciantur, neque alia ulla *probatione veritas* ⁷ exquiratur. Hoc autem totum jus pertinet ad heredes. Nam creditoribus nullum præjudicium *facit* ⁸ vox teſtatoris, ejuſdemque debitoris. *Liceat* ⁹ enim creditoribus omnia perſcrutari, & veritatem exquirere, & ſuo commodo uti : ſed & heredes neceſſe eſt ſequi ea, *quæ* ¹⁰ teſtator dixerit, *ſcripſerit* ¹¹, ſubſcripſerit, *vel* ¹² quocumque modo declaraverit. Cæterum ſi *vocem* ¹³ teſtatoris reprobant, etiam hereditatem ejus amittant : quod non ſolum in futuris caſibus, ſed etiam in *cauſis* ¹⁴ adhuc pendentibus teneat. DAT. XV. KAL. SEPT. CP. POST BILISARII. VC. CONS. ANN. II.

[illegible] ¹ in quavis ² charta ³ dele. ⁴ ſubripuerit ⁵ celaverit. ⁶ nec ⁷ probatio veritatis [illegible] ⁸ faciet ⁹ Licet ¹⁰ quæ eis ¹¹ conſcripſerit, ¹² vel ſubſtantiam ſuam ¹³ voluntatam ¹⁴ caſibus

CONSTITUTIO XLIIII.

Διάταξις μδ'.

Ut eo qui appellavit a diſcuſſione ſententiæ deſiſtente liceat ejus adverſario in fine biennii de ſententia pro ſe recitata peragere. Et quando etiam chartula per Tabellionem non compoſita collatio fieri debeat litterarum. Et quæ a litigatoribus jusjurandi merito poſt præſtitum de litis calumnia ſacramentum videntur adjecta.

CLXXVI. *De temporibus appellationum.*

1. SI quis adverſus ſententiam judicis provocaverit, & in judicio appellationibus deſtinato *præſto* ¹ non fuerit, liceat litigatori adverſario *ejus* ² intrare *in judicium* ³, in quo provocatio exerceri debeat: intra biennium tamen, & ut unus, verbi gratia, menſis ſuperſit, & dicat ſuas allegationes judicibus etiam abſente eo, qui pro-

verſ. [illegible] ¹ præſens ² ejus abſente ³ judicio,

vocavit. Judices autem non omni modo pro eo, qui *præſto* [1] eſt, ſententiam *dicant* [2], ſed interdum etiam pro abſente eo, qui provocavit, judices victricem calculum ferant, ſcilicet ſi bonam cauſam habeat. Ne autem abſentia ejus impunita relinquatur, omnimodo provocationis impenſas adverſario ſuo præſtet, ſive vicerit, ſive victus fuerit. Quod ſi utrique poſtquam ſtatuto legibus die *intraverunt* [6], in abſentia fuerint, maneat prior ſententia. Cetera autem omnia jura, quæ de appellationibus poſita ſunt, in ſuo *permaneant* [7] ſtatu. Nam hæc Conſtitutio de his loquitur, qui in abſentia fuerint, poſtquam *ſtatuto die intraverint* [8].

[1] præſens
[2] dicunt,
ſ. οἱ φθάσαντες μαρτύρων.
[6] intervenerint,
[7] maneant
[8] ſtatutus dies intraverit.

CLXXVII. *De comparatione litterarum ſive ex publico inſtrumento, ſive ex chirographo.*

2. Eſt quædam Conſtitutio in quarto libro Codicis poſita, qua cavetur, ut ſi de fide litterarum dubitatio emerſerit, comparatio *earum* [1] fiat ex inſtrumento publico, quod per Tabellionem [a] factum eſt. *Unde* [2] quæſtio *emerſit* [3] ex cauſa cujuſdam, quæ *erat* [4] talis. Quidam proferebat [b] *chartulam* [5] ſine Tabellione compoſitam, & ex ea intentiones ſuas probabat: ſed & adverſarius ejuſdem manus aliam chartulam ſine Tabellione compoſitam proferebat, & ſuas allegationes confirmabat. Sed alter ex litigatoribus dicebat *ei* [6], litteras *chartulæ* [7] *inſcriptas* [8] *ejuſdem* [9] non eſſe. Ideoque comparationem fieri litterarum ex publico inſtrumento exigebat. Ille autem dicebat ſufficere comparationem fieri cum ea *chartula* [10], quam ipſe *producebat* [11] adverſarius: ſed ex contrario ei reſpondebatur, illam *chartulam* [12] ſine Tabellione compoſitam eſſe. Quærebatur quid juris ſit: & *noſter Imperator conſtituit* [13] in hoc caſu etiam ex chartula ſine Tabellione compoſita recte fieri comparationem litterarum. Ipſe enim, qui tale inſtrumentum produxit fidem ejus probaſſe *primus* [14] intelligitur. Fiant autem comparationes & ex publicis ſcriniis [c], veluti ſi apocha prolata fuerit *a menſa* [15] glorioſiſſimi præfecti prætorio [d]. Sed & quod ex publicis *monumentis* [16] prolatum fuerit, hoc quoque idoneum *videatur* [17] ad comparationem, quippe cum publico teſtimonio confirmetur. Omnes autem litterarum comparatores prius ſacramentum præſtent, & tunc deinde faciant *comparationem* [18].

ſ. τούτων δὲ ἀγόμενα.
[1] *dele.*
[2] Nam
[3] evenit
[4] eſt
[5] chartulum, *aliàs*, chartam
[6] *dele.*
[7] chartæ
[8] ſcriptas
[9] ejuſdem manus
[10] charta,
[11] proferebat
[12] chartam
[13] & nos conſtituimus
[14] prius
ſ. οἱ δὲ περὶ τὰ δημόσια.
[15] de menſa
[16] inſtrumentis
[17] videtur
[18] comparationes.

[a] *Tabellionem*] Supra ad Conſtitut. 40. cap. 1.

[b] *Chartulam*] Vide quæ dicta ſupra ad cap. 2. Conſtitut. 40. in verb. Charta. *Pith.* γραμματεῖον συμβόλαιον διγένωμα. Severus Sulpitius in Vit. Martini. Ex Novella Theodoſii & Valentiniani de Indulg. Expetere ſecuritates annorum ſerie & vetuſtate conſumptas, & eis non extantibus inde prædæ occaſionem captare, extantium acceptilationem divendere, denique apud improbum rei arbitrum nocere chartulam cum periit, nihil proficere cum extat. Gregorius in epiſtol. De ſex unciis Domus ſi Authenticam chartulam non videmus, ad exemplaria nihil poſſumus facere. L. inter Cod. de jur. fiſc.

[c] *Publicis ſcriniis*] Vide quæ dicta ad Conſtitut. 30. cap. 5.

[d] *Menſa glorioſiſſimi Præfecti Prætorio*] *A. A.* Novell. 49. cap. 2. Præ-

fecti Prætorii tabularium. *Pith.* Edict. 13. Edict. 1. Juſtinus Novell. 1. Εἴτε τὴν δημοσίαν, εἴτε τὴν ἰδίαν τράπεζαν τῆς σῆς ἐνδοξότητος πάντα ὁρᾷ.

CLXXVIII. De jurejurando propter calumniam dando, vel propter dilationes petendas, aut probationes exigendas.

3. *Omnes litigatores* [1] poſtquam jusjurandum de calumnia [a] *juraverint* [2], hoc quoque jurejurando ſuo *addant* [3] *quia* [4] non dilationis, nec calumniæ cauſa, nec vexandi adverſarii gratia probationes in tota cauſa ab adverſario ſuo *exigant* [5]. Nam antea in unoquoque capitulo litis, ſi litigator ab adverſario ſuo probationes exegiſſet: jurare *cogebatur* [6], quod non calumniæ cauſa probationes *exegit* [7]. Erat autem graviſſimum in una cauſa *complura* [8] ſacramenta præſtare: ideoque unum jusjurandum ſufficiat. DAT. XV. KAL. SEPT. CP. POST CONS. BILIS. V. C.

[1] Omnis autem litigator
[2] juraverit,
[3] addent,
[4] quod
[5] exiget.
[6] compellebatur,
[7] exigit.
[8] quamplurima

[a] *Jusjurandum de calumnia*] *Scholiaſtes.* Quod Sacramentum de calumnia fit ita. In primis quidem actor juret hanc litem quam movi, calumniandi animo non movi: ſed exiſtimo me bonam habere cauſam, nec dilationis, nec calumniæ cauſa, nec vexandi adverſarii gratia probationes in tota hac cauſa ab adverſario meo nullas exigam. Scit Deus. Poſtea reus ita: Ego putans bona inſtantia cauſæ ad contradicendum pervenio, nec dilationis, nec calumniæ cauſa, nec vexandi adverſarii gratia probationes in tota hac cauſa ab adverſario meo ullas exigam. Scit Deus. *Pith.* Joann. Saliſberienſis 5. 13.

CONSTITUTIO XLV.

Διάταξις με'.

Ut pœnam decem librarum auri perſolvant qui ab mimicis puellis, quatenus ſcenicæ nunquam eſſe deſinant, jusjurandum exegerint.

CLXXIX. Ut ſcenicæ mulieres non coartentur in eadem turpitudine permanere.

1. ERant quidam impii homines, qui mulieres miſeras in ſcena prodire *coartantes* [1] jusjurandum ab *hiſdem* [2] mulieribus exigebant, quod numquam meretrices eſſe *deſinant* [3]. Hoc autem crudele & a pietate procul *noſtro principi* [4] viſum eſt. Ideoque *conſtituit* [5], ut liceat meretricibus *honeſtiorem* [6] vitam eligere *ſine aliqua pœna* [7], quamvis juratoriam cautionem *expoſuerint* [8]. Hi autem qui tale jusjurandum exegerunt, & contra caſtitatem operam ſuam dederunt, pœnæ nomine decem libras auri *perſolvant* [9] iiſdem meretricibus, quæ ſacramenta dederunt. Pœna autem decem librarum *officio* [10] Præſidis *efflagitetur* [11]. Quod ſi Præſes neglexerit, de ſuo patrimonio pœnam præſtare cogatur, & Magiſtratu ſibi commiſſo cadat: & non ſolum mulieribus, ſed etiam heredibus & aliis ſucceſſoribus earum *pœnam exſolvat* [12]. Hæc, *ſi privatus ſit, qui* [13] ſacramentum a meretrice *exegerit* [14]. Sin autem ipſe Præſes ſacramentum a meretrice exegerit, teneatur quidem eadem pœna: ſed exactio pecuniæ fiat, officio militaris judicis ſcilicet, ſi talis judex in illis locis fuerit. Quod ſi militaris nemo fuerit judex, Metropolitanæ civitatis Epiſcopus pœnam exigat,

[1] hortati, *alias.* coartati
[2] eiſdem
[3] deſinent, *forte.* deſinerent.
[4] noſtri Imperii *verſ.* ὑπὸ ἡμῶν.
[5] conſtituimus, *vet.* Princeps conſtituit,
[6] honeſtam
[7] ſine aliquo timore
[8] expoſuerunt
[9] ſolvant
[10] per officium
[11] flagitetur.
[12] pœna ſolvatur.
[13] ſi probatum ſit quod
[14] exegit. *ſ.* εἰ δὲ γε αὐτός.

[15] quod & qui vicinæ eſt [16] facere

cui & vicinæ [15] provinciæ præſes *favere* [16] debet forſitan majore imperio decoratus. DAT. KAL. SEPT. POST CONS. BILIS. ITERUM.

Διάταξις ιϛ'.

CONSTITUTIO XLVI.

Ut nemo audeat alterum pro alterius debito detinere vel exigere: quadrupli hæc facienti & amiſſionis ejus pœna propoſita. Et ut donatio Imperatori facta ſine adlegatione quantæcunque fuerit valeat quantitatis.

CLXXX. *Ut cives vel Vicani pro aliis civibus ſuis vel Vicanis non teneantur.*

verſ. [illegible]

[1] nundinarum

[2] alicujus

[3] compelletur, al. compellatur

[4] debet

[5] ſaluberrimæ [6] hujus

1. SI quis in aliqua civitate vel vico debitores habuerit: poſteaque alios homines ex eadem civitate vel vico in alia civitate vel in alio vico, vel *nundinariorum* [1] gratia degentes invenerit: non audeat eos vel res eorum tenere, vel *alieni* [2] debiti nomine pecuniam ab his exigere, vel pignora ab his extorquere. Nam ſi quid tale fecerit: omne quod inciviliter exegerit, in quadruplum reddere *compellitur* [3] ei, qui injuriam paſſus eſt. Sed & ſi quam actionem adverſus debitorem ſuum habeat, eam quoque amittit. Hoc autem obſervari *decet* [4] cura & diligentia Præſidum, quibus graviſſimæ pœnæ imminebunt, ſi præcepta *ſaluberrima* [5] *præſentis* [6] Conſtitutionis contempſerint.

CLXXXI. *Ut donationes in Imperatorem faciendæ & ſine monumentis fiant.*

ſ. κἀκεῖνο μόνον.

[1] hanc donationem [2] ducentorum

2. Si quis Imperatori donare voluerit, ſufficiat ei ad perfectam donationem inſtrumentum liberalitatis modum continens: & non cogatur *hujuſmodi donationis inſtrumentum* [1] publicis monumentis intimare, quamvis *quingentorum* [2] aureorum quantitatem donatio facta excedat. Nam nec Imperatoris donatio in privatam perſonam facta publicis monumentis indiget. DAT. XV. KAL. SEPT. IMP. DN. JUST. PP. A. ANN. XI. POST BILIS. V. C. CONS.

Διάταξις ιζ'.

CONSTITUTIO XLVII.

De his qui ex præcepto Imperiali vel potioris judicis ſuos adverſarios ad civitatem regiam vel alias Provincias in audientiam devocant, ſi defecerint quali pœna ſubjaceant. Et quod ex ſententia judicis quiſque conventus ad reſpondendum ſuo contrario viginti dierum habeat ſpatium. Sive de mulieribus quæ ſine dote nupſerint, ut quartam habeant portionem (etiam ſi extent filii) in ſubſtantia maritorum, ſimiliterque etiam mariti in rebus uxoris.

CLXXXII. *De reis ab alio loco in alium retrahendis ex divino nutu vel juſſione maximæ poteſtatis.*

ſ. [illegible]

[1] dele.

[2] aut ſe ſiſtat: alii, ſe aut ſiſtat:

1. SI quis ex divina juſſione in ſcriptis habita, vel ex calculo Magiſtratus aliquem convenerit, ut *in* [1] aliis locis exhibeat *aut ſiſtat* [2]: ideoque & cautionem ab eo exegerit, quod intra certum tem-

pus

pus in judicium deſtinatum venturus ſit: poſteaque tempus quidem certum tranſactum fuerit: *& is quidem qui* [1] cautionem expoſuit præſto ſit: adverſarius autem ejus, id eſt, actor abſit, & decem dies poſt certum tempus tranſierint: liceat reo præſenti abſente actore intrare apud judicem, & *docere* [4] ſuam præſentiam & actoris abſentiam, & ſtatim *obſervatione* [5] judicii abſolvatur: ita tamen, ut ſacramentum præſtet de impenſis, quas impendit tam in *profectione* [6], quam in peregrinatione ſua: & in *tanta quantitate* [7] judex actorem condemnet. Cum autem ſoleant executores litium *etiam* [8] ab actoribus cautionem exigere, quod *omnimodo* [9] peragant intentiones ſuas: ſin autem non peregerint, quod pœnæ nomine certos aureos præſtaturi ſint: jubet Conſtitutio calumniam paſſo primum quidem pœnam cautionis ab actore præſtari: deinde ſi quid plus ſit in impenſis, quas reus *fruſtra* [10] fecerit: hoc calculo judicis eidem reo præſtetur, ſacramento tamen ejus *legitima taxatione* [11] moderato. Hæc autem ſi ita cuſtodiantur: *jam deſinent* [12] homines in *alienam* [13] ludere vitam: & ideo *in locis competentibus* [14] hac pœna perterriti litigabunt.

[1] & idem qui
[4] oſtendere
[5] ab obſervatione
[6] via
[7] tantam quantitatem
verſ. [illegible]
[8] dele.
[9] omnino
[10] dele.
[11] legitime
[12] tunc deſinant
[13] aliam
[14] competentius

CLXXXIII. *Idem.*

2. Solent actores, qui in *Conſtantinopolitana civitate* [1] homines trahere volunt, quos obnoxios *ſibi* [2] dicunt, fidejuſſores dare & pœnam promittere peragendi litigii *cauſa* [3], & quod omnibus modis vincant, & ſic *permittuntur* [4] a Provincia in urbem Imperialem, quos ſibi *reos* [5] eſſe putant, abſtrahere. Cum autem *ab alia Provincia* [6] in *aliam* [7] Provinciam *exhiberi* [8] reos actores deſiderabant, ſine fidejuſſione, hoc impetrabant, ſed noſter Imperator *hac promulgatione* [9] conſtituit, ut nec ab alia Provincia in aliam exhibitio reorum ſine fidejuſſione fiat: & *neque* [10] Magiſtratus ampliſſimos, neque glorioſiſſimum Quæſtorem ex perſona Principis aliquid tale reſcribere, id eſt, ut ſine fidejuſſione actoris rerum exhibitio ab alia in aliam Provinciam fiat. Immo magis contrarium debet dictari, id eſt, ut non aliter fiat exhibitio rei, quam ſi actor fidejuſſores præſtiterit, *promittentes* [11], quod omnimodo peragat cauſam & vincat, alioquin quod pœnæ nomine tot aurei præſtabuntur. Nam his eo modo ordinatis, ſi actor non peregerit cauſam, vel peragens non obtinuerit, committitur adverſus eum pœna, & adverſus fidejuſſores ejus, & reo præſtabitur. Si quid autem ultra quantitatem pœnalem exhibitionis occaſione reus impenderit, hoc ei juranti dari æquum eſt, ſacramento *ipſius* [12] antea moderato per legitimam taxationem [a], ſicut in præcedenti *capitulo* [13] diximus.

[1] [illegible]
[1] tantam civitatem
[2] dele.
[3] dele.
[4] permittitur
[5] conſcios
[6] a Provincia
[7] dele.
[8] extrahere
[9] hanc promulgationem
[10] neque per
[11] promittens,
[12] dele.
[13] capite

[a] *Taxationem*] *Pith.* Novell. 76. cap. 10. Η φαινομένη ποσότης τῶν ὀρθῶς καὶ ἀληθῶς δαπανημάτων ἀφ' ἧς καὶ ὅρκον ἐπιλεσπούργηθη.

CLXXXIIII. *De admonitione reorum, ſive in jus vocando.*

3. Si *quis* [1] ex ſententia judicis admonitus fuerit: habeat poſt *ad-*

[1] [illegible]
[1] autem

¹ monitionem
² alibi
verſ. ἀχέμενον δὲ αὐτόν.
verſ. ἐπειδὰν δὲ.
⁴ conteſtationem exceperit,
⁵ in libello
⁶ inſeruit.
⁷ viginti dies
verſ. εἰ δὲ ἅπαξ.

monitionem ¹ viginti dierum ſpatium, ut liceat reo vel recuſare judicem, vel *alium* ² quoque petere, ut ſimul ambo judicent, vel forte id quod debet, confiteri intra prædictos dies viginti. Poſtquam autem libellum accuſationis exceperit: perſonales præſtet fidejuſſiones, & ſportulas det Conſtitutioni noſtri Principis cognitas. Subſcribat autem & contradictionis libello. Tempus quoque & diem ſcribere eum oportet, quo libellum accuſationis excepit. Cum autem litis *conteſtatio fiet* ⁴, interrogari debet a judice, ſi tranſierint viginti dies deliberationis. Hoc autem conſideretur ex ſubſcriptione ejus, quam *libello* ⁵ *exſeruit* ⁶. Nam intra *vicenſimum diem* ⁷ litis conteſtatio facta nullius momenti eſt. Si quis autem judicem recuſaverit, & alium pro eo petierit, eumque iterum recuſare maluerit, quem ſibi judicem petiit: non audiatur.

C L X X X V. *De juratoriis cautionibus.*

εἰ δὲ καὶ ὑπο.
¹ deinde autem
² ſubduxerit ſe in alium partem,
³ *dele.*
⁴ dicere
⁵ Sed & ſi

4. Si quis juratus promiſerit ſe obſervaturum in judicio ᵃ, *deinde* ¹ ante litis conteſtationem Imperialem urbem reliquerit, & *duxerit ſe* ², liceat actori *&* ³ nondum litis conteſtatione facta adire judicem, & *docere* ⁴ tergiverſationem rei. *Et ſi* ⁵ quidem inter Magiſtratus ſit judex, jubeat omnimodo reum in judicium duci. Sin autem inter Magiſtratus non ſit, ſed ſit judex datus ab aliqua poteſtate, vel etiam ab Imperiali juſſione : referat hoc ipſum, ut ducatur reus juſſu Magiſtratus, qui eum judicem eſſe deſtinavit. *Præfiniatur* ⁶ autem certus *dies* ⁷, intra quem ſi non venerit reus, hujus cauſæ diſceptatio fiat etiam eodem reo abſente: & in *poſſeſſionem* ⁸ rerum ejus actor mittatur, & in *tantum* ⁹ jus pignoris habeat, quantus eſt debitæ quantitatis modus. Et poſtquam in *poſſeſſionem* ¹⁰ actor fuerit miſſus, non aliter reus eam *recipiat* ¹¹, niſi omnia damna, quæ *contigerunt* ¹², actori reſarcierit, & dederit *fidejuſſorem* ¹³, quod omnimodo actoris intentionem excepturus ſit, ſive per ſe, ſive per legitimam perſonam. Hæc ita *ſunt* ¹⁴, niſi forte ex juſta cauſa & inexcuſabili reus in abſentia fuerit.

ὅπως ἂν ἐκ.
⁶ Præfigatur
⁷ terminus,
⁸ poſitionem
⁹ tantum modum, *alii*, tantummodo
¹⁰ poſſeſſionem rei
¹¹ accipiat,
¹² contigerint,
¹³ fidejuſſores,
¹⁴ ſint,

ᵃ *Obſervaturum in judicio*] *Pith.* Vide notata ad cap. 2. Conſtit. 6. in verbo: in ſuis Eccleſiis obſervare.

C L X X X V I. *De caſu militiæ.*

ἐφ' οἷς τῷ τι-
¹ caſu militaverit,
² ſchola placitum
³ Etenim
⁴ militaret
⁵ defuncto,
⁶ mutuaverit,
⁷ æque
⁸ ſchola placito, *alii*, ſchola placita

5. Si quis *militaverit* ¹, & non ſolvendo deceſſerit, caſus militiæ ejus quod ᵇ *ſcoleplacitum* ² a quibuſdam vocatur, non temere creditoribus concedatur. *Ecce enim* ³ ſi quis ad hoc ipſum ut *militet* ⁴ *defunctus* ⁵, *mutuaverat* ⁶, ipſe *etiam* ⁷ *ſcoleplacito* ⁸ fruatur, inope debitore defuncto. Sin autem liberi & uxor a defuncto derelicti ſunt, adeant Principem, & accipiant eundem militiæ caſum, quamvis heredes defuncto non extiterint. Sin autem neque liberos neque uxorem dereliquerit; tunc etiam ceteris creditoribus caſus militiæ ſubjiciatur, ex-

ceptis videlicet ſpectabilibus viris Silentiariis [c], quorum prærogativas propriæ in eadem firmitate durare conſtitutio jubet.

[a] *Caſus militiæ*] *A. A.* De caſu militiæ Novell. 35. cap. 5. Nov. 97. cap. 4. Vacare & vacatio vulgo dicitur. *Pith.* Quod pro militia quæ vendi, vel ad heredes ſub certa definitione tranſmitti poteſt, dari ſolet heredibus militis, pro tenore communis militantium placiti, vel divinæ ſanctionis tale præſtantis beneficium L. ult. Cod. de pignorib. quod primus docuit V. C. æqui bonique conſultiſſimus JACOBUS CUJACIUS: quo tanto doctore ſi non ego indignus diſcipulus videor, magni me honoris nomen ſuſtinere putavero.

[b] *Scholæ placitum*] *A. A.* Novell. 53. cap. 5. Pro pecunia ſolvenda ob caſum militiæ. Vide L. ult. C. de pignorib.

[c] *Silentiariis*] *A. A.* Novell. 53. cap. 5. A ſilentio in Palatio indicendo, vel ab eo ſilentio, quod Senatum ſignificat. Nov. 62. cap. 1. Vide Cod. lib. 12. de Silentiariis & Decurionibus eorum. Et Procopium lib. 2. 8. belli Perſici & lib. 4. de ædificiis Juſtiniani.

CLXXXVII. *De inope muliere, quæ ſine dote maritata eſt, ut quartam partem defuncto marito capere debeat.*

6. *Diximus* [1] in *ſuperioribus* [a] mulierem ſine dote nuptam, & ſine causa repudiatam a marito quartam partem ſubſtantiæ *ejus* [b] conſequi oportere uſque ad centum libras auri: hoc ipſum conſtituimus, id eſt, ut quartam partem mulier capiat ex defuncto marito ſuo, ſive complures liberos habeat, ſive non. Illud autem certum eſt, quod mulier ſive mobiles ſive immobiles res habeat ſuas proprias, omnimodo eas ſine deminutione deducere poterit, *non ſubjectas mariti creditoribus: niſi ad hoc tantum quod heres ei extiterit* [c]. Hæc autem omnia intelligi debent, ſi mulier idoneas facultates non habeat. Nam ſi inops non ſit, neque dotem dedit: gravare liberos defuncti quartæ partis exactione non debet. Nam nec maritus, qui nullam donationem propter nuptias dedit, aliquid ex ſubſtantia ſuæ uxoris lucrabitur, niſi forte legatum ei relictum eſt a muliere, vel mulieri a marito. Hoc enim quod *relictum eſt* [d] omnimodo capiat, ſive inops ſit, ſive non. Quod ſi inopi conſtitutæ mulieri maritus legatum reliquit minoris quantitatis quam portio quarta faciat, *ſuppletur id, quod ei deerit* [e]. DAT. X. K. OCTOB. CP. IMP. DN. JUST. PP. AUG. ANN. XI. POST BELIS. V. C. CONS. ANN. II.

verſ. καὶ ὥσπερ ἐχέγραψεν. [1] Didicimus [a] *adde.* capitulis [b] et

ε. εἰ μὲν πρά.

[c] hæc deſunt in veteri Codice.

verſ. Διὰ τοῦτο ἄπας.

[d] *adde.* a muliere marito, vel mulieri a marito

[e] ſuppleat id quod ei minus dedit.

CONSTITUTIO XLVIII.

Διάταξις μη΄.

CLXXXVIII. *De his qui ex libera matre & adſcriptitio patre nati ſunt.*

1. CONſtitutio eſt Imperatoris noſtri in undecimo libro Codicis poſita, quæ jubet eum, qui ex libera matre & adſcripticio patre natus eſt, ingenuum eſſe. Eam igitur Conſtitutionem præſens promulgatio jubet obtinere in his tantummodo caſibus, qui poſt

Conſtitutionem illam contigerunt: qui autem antea emerſerunt, antiquo jure dirimantur.

C L X X X I X. *Si venerabilis locus cum venerabili alio loco rerum immobilium permutationem facere maluerit.*

θ. ἱκανὸν δὲ ἐναλ-χεῖ. [1] Ptochotrophium cum Ptochotrophio, [2] &

2. Si Eccleſia cum Eccleſia, vel *Ptochium* [a] *cum Ptochio* [1] vel Eccleſia cum Prochio, vel Monaſterium cum Monaſterio: *vel* [2], ut ſimpliciter dixerim, ſi venerabilis locus cum alio loco venerabili rerum immobilium permutationem facere maluerit: hocque fieri proſit utrique loco: liceat Primatibus ejus permutare, decreto tamen prius *celebrando* [3] cum omni ſubtilitate & jurejurando apud locorum *Metropolitanos* [4] *diſceptatione* [5] *præcedente* [6], ut *ipſi* [7] *deliberent* [8], an ambabus partibus proſit permutatio rerum immobilium: & non indigeat res ſpeciali divina pragmatica forma. *Hujus* [9] autem legis excipiatur licentia *magna Conſtantinopolitana* [10] Eccleſia. Nullam enim rem immobilem alienare *permittitur* [11], quemadmodum antea non permittebatur. DAT. XV. KAL. SEPT. CP. IMP. DN. JUSTIN. ANN. XI. POST BILIS. V. C. CONS. ANN. II.

[3] celebrato
[4] Metropolitanum
[5] rei diſceptatione
[6] procedente,
[7] ipſe
[8] deliberet,
[9] Ex hujus
[10] magnæ Conſtantinopolitanæ civitatis
[11] permittatur,

[a] *Ptochium*] *A. A.* Πτωχεῖον. Novell. 54. cap. 2. Novell. 111. Novell. 120. cap. 2. Locus pauperibus dicatus. *Pith.* Locus venerabilis in quo pauperes & infirmi homines paſcuntur. Actio 11. Concil. Chalcedon. Vixi cum pauperibus & Ptochium feci, & in eo poſui ſeptuaginta lectos, & omnes languentes & ulceratos hoſpitio accepiebam.

Διάταξις νθ'.

CONSTITUTIO XLIX.

C X C. *Ut liceat venerabilibus locis perpetuos contractus inter ſe emphyteuſeos facere.*

θ. κέλευσον μόνον. [1] &

1. LIceat Eccleſiis *vel* [1] aliis venerabilibus locis perpetuos inter ſe contractus emphyteuſeos facere, decreto ſcilicet antea celebrato: dum tamen ita fiat emphyteuſis, ut ad privatam perſonam omnino non extendatur: ſed hujus legis licentia excipiatur magna Conſtantinopolitana Eccleſia quemadmodum in anterioribus Conſtitutionibus. DAT. XV. KAL. NOV. CP. IMP. DN. JUST. PP. A. ANN. XI. POST BILIS. V. C. CONS. ANN. II.

Διάταξις ν'.

CONSTITUTIO L.

C X C I. *De emphaniſticis, quæ a Clericis exiguntur.*

1. SI quis in Conſtantinopolitana civitate clericus fuerit factus: ſiquidem magnæ Eccleſiæ clericus ſit, emphaniſtica [a] præſtet, quæ ex *conſuetudine* [1] *præſtari* [2] oportet. Sin autem alterius oratorii clericus *fuerit* [3], nihil ab eo emphaniſticorum nomine exigatur. Et ſi quis ab eo exegerit, ipſe quidem qui *exiget* [4] amittat ſtatum clericatus,

[1] conſtitutione
[2] præſtare
[3] factus fuerit,
[4] exegit

quem habet: is autem a quo exactum eſt, gradum exactoris *obtineat* [r]. Hæc autem omnia defenſores Eccleſiæ cuſtodire debent, qui ſi neglexerint, decem librarum auri ſolutione *multantur* [s]. DAT. KAL. NOV. CP. IMP. DN. JUST. AUG. ANN. XI. POST BILIS. V. C. CONS. ANNO II.

[r] perveniat.
[s] puniantur

[a] *Emphaniſtica*] *A. A.* Ἐμφανιστικά. Novell. 56. Inſinuationis cauſa data. *Pith.* Quæ ſuper proceſſu ſuo præſtant Clerici Nov. 123. Synodus Conſtantinopolitana Can. 15. Photius tit. 1. cap. 24. Introitus. Ivo part. 3 cap. 93. Decret.

CONSTITUTIO LI.

Διάταξις νζ.

Ut deſiſtentibus ab Eccleſia Clericis in locis eorum alius ſubrogetur, & ipſi eorum annonas & lucra percipiant. Et ut non ſecundum arbitrium ædificantis Eccleſiam, ſed ſecundum diſpoſitionem Patriarchæ, ad eam Clerici qui digni ſunt ordinentur.

CXCII. *Si Clerici Eccleſias ſuas dereliquerint.*

1. SI Clerici ab Eccleſia ſua deſtiterint, alios Clericos in locum eorum ſubrogari *oportet* [a]: qui ſcilicet annonas & *dona Eccleſiaſtica* [b], quæ illis deſtituroribus præſtabantur, accipiant. Et ſi poſtea deſtitores redierint, nihil eis præſtetur: quia annonæ eorum *&* *dona* [c] aliis Clericis pro ipſis ſubrogaris *præſtita* [d] ſunt. Omnibus enim modis ſubrogatis Clericis *annonas* [e] eorum præſtari *decet* [f]. Nam neque *deſtitutoribus* [g] aliquid ab Eccleſia dandum eſt, neque *ad lucrum* [h] œconomorum vel aliorum qui adminiſtrant, cedere. Si enim ſubrogari Clerici prædictas annonas non acceperint: ipſi, qui ſolent adminiſtrare eas, de ſua ſubſtantia dare eis cogantur. Nam & ſi quas *habent* [i] proprias poſſeſſiones, jubet Conſtitutio, ut ex iiſdem poſſeſſionibus certa prædia deputentur, ex quorum reditu ſubrogatis Clericis annonæ præſtentur.

[a] neceſſe eſt:
[b] Eccleſiaſticas res,
[c] & res
[d] præſtitæ
[e] annonæ
[f] debent.
[g] deſtitoribus
[h] lucro
[i] habeant

CXCIII. *De eo, qui Eccleſias ædificat, vel annonas Clericis donat.*

2. Si quis Eccleſiam ædificaverit, aut Clericis ex ſubſtantia ſua annonas dederit: non liceat ei, quos voluerit, Clericos in eadem Eccleſia facere: ſed ſi voluerit quoſdam ibi conſecrari, offerat eos beatiſſimo Patriarchæ: & ille ſi viderit eos dignos, conſecret: & ſi non probaverit, arbitrio ſuo rejiciat. DAT. XV. KAL. NOV. CONST. IMP. DN. JUSTIN. AUG. POST BILIS. V. C. CONS. ANNO II.

[k] κτίσαντα...

Διάταξις νβ'.

CONSTITUTIO LII.

Ut oratorium in ſua domo quiſque faciens non audeat in eo ſacra miſteria celebrare, niſi & Clericos ex juſſu Epiſcopi loci ei creaverit: publicationis pœna propoſita.

CXCIIII. *Si quis in domo ſua oratorium habuerit.*

1. SI quis in domo ſua oratorium habuerit, non audeat in eo *ſacram facere miſſam* [1], niſi Clericos Catholicæ fidei habuerit *deputatos* [2] ex juſſione *religioſiſſimi* [3] Epiſcopi civitatis, vel beatiſſimi Patriarchæ. Si quis adverſus ea fecerit: domus ejus fiſci viribus *vindicetur* [4]: & ſit ſub indignatione Principis. Et ſi Præfectus Prætorio poſtquam hoc cognoverit, non prohibuerit: *quinquaginta* [5] librarum auri *multa plectitur* [6]: & *apparitio* [7] ejus ſimili pœnæ ſubjiciatur. Nulla autem invidia eſt unumquemque Chriſtianum in propriis ædibus *oratoria* [8] habere, & in his *exorare* [9], & pſallere ſine Clericis, *ſi ſacra miſſa non fiat* [10]. DAT. III. NON. NOV. CONST. IMP. DN. JUST. PP. A. ANN. XI. POST BILIS. V. C. CONS.

[1] ſacram celebrata facere miſſam, *alii*, ſacra myſteria facere,
[2] qui ei deputentur
[3] religioſi, *Ivo part. 6.*
[4] addicatur: *Ivo.*
[5] quadraginta
[6] pœna mulctetur:
[7] apparitor
[8] oratorium
[9] orare,
[10] ſed ſacram miſſam non facit, *alii*, ſed ſacram celebrata miſſam non faciat.

Διάταξις νγ'.

CONSTITUTIO LIII.

De impenſis quæ fiunt apud regiam civitatem in funeribus mortuorum; & quanta deputata ſunt ergaſteria ad deducenda gratuite corpora defunctorum.

CXCV. *De impenſis in funera mortuorum faciendis.*

1. HÆc Conſtitutio loquitur de impenſis, quæ in funeribus mortuorum fiunt. Et ante omnia mille centum ergaſteria in Conſtantinopolitana civitate immunitatem habere juſſit, ut funera ducant. Sed & reditum funeribus deſtinatum a *divæ* [1] memoriæ Anaſtaſio Imperatore confirmavit, & funeribus deputavit, & dedit ſingulis cadaveribus ſive ſingulis lectis mortuorum [a] unum aſcitetium [b], id eſt octo ſanctimoniales pſallentes [c] & tres acolythos, ut neque ſanctimoniales, neque acolythi omnino aliquid accipiant ab his, qui *funerari mortuum* [2] deſiderant, ſed gratis eum deducant. Si autem cognati vel amici defuncti alterum unum aſciterium vel etiam duo adhibere velint, neceſſe eſt eos aliquid præſtare, non tamen immodicum, ſed hujus legis definitione moderatum. Nam ſiquidem intra novos muros [d] cadaver deponatur, *tremiſſem* [3] aſcitriis [e] præſtare æquum eſt, & acolythis poſt tres illos qui gratis miniſterium faciunt, ſi alii tres adhibiti fuerint, ſiliquas [f] tres dari oportet. Si autem ſex acolythi ſint, ſex ſiliquas accipiant, & deinceps ita fiat. Si autem longius ſpatium ſit, & decani [g] qui lectulo miniſterium faciunt, plures ſint, modicum aliquid & ipſis præſtabitur. Ad Sucas [h] *autem tranſitus* [4] intra novos muros videatur eſſe. Si autem *extra* [5] novos muros, vel in alio tranſmarino loco [i] cadaver ponitur, tunc ſancti-

[a] δὲ κλίνων.
[b] κῶτον δὲ αὐτοῖς.
[1] divinæ
[2] funera mortuorum
[c] ψάλτας.
[d] ἐκδόσεις.
[3] *Cujacius emendat hunc locum, legitque treſſem, id eſt, tres ſolidos.*
[e] *verſ.* ἀσκίταις.
[4] Etſi Juſtinianas vel Sucas non tranſierint *verſ.* εἰ δὲ Συκ.
[5] trans

moniales quidem, quæ poſt unum aſceterium adhibitæ ſunt, ſemiſſem accipiant: Acolythi autem ſingulorum aſceteriorum quatuor ſiliquas. Unum autem aſceterium, quod ex neceſſitate ante cadaver pſallit, & acolythi ejus, nihil omnino accipiant, ſed faciant miniſterium gratis. Sin autem aliquis velit unum ex maximis lectis [k] accipere ad honorem defuncti, vel ſi deauratum lectum adhibuerit, *tunc* [*] tantum præſtet aſceteriis & decanis, quantum pepigerit. Ita tamen, ut duodecim aureorum quantitatem non excedat. DAT. XV. KAL. SEPT. CP. POST BILIS. V. C. CONS.

k. ἕως μέγ. * hic

[a] *Lectis mortuorum*] *Pith.* Epiphanius. Κατὰ αἱρεσιῶν. κλίνας ἐποίησε τοῖς σώμασι τῶν ἐξοδευόντων ποιῆσαι ἐν ἀριθμῷ τινι, καὶ αὐτὸ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἐπιτεταγμένων οὐκ ἐξεκομίζετο σῶμα τῶν τελευτώντων.

[b] *Aſciterium*] *Pith.* Vide notata ad cap. 6. Conſtitut. 6.

[c] *Sanctimoniales pſallentes*] *A. A.* Pſallere. Novell. 59. Pro canere. *Pith.* Novell. 123 & 146. D. Hieronymus de obitu Paulæ. Exhine non ululatus, non planctus, ut inter ſeculi homines fieri ſolet, ſed Pſalmorum linguis diverſis examina concrepabant. Tranſlata eſt Epiſcoporum manibus, & cervicem feretro ſubjicientibus, cum alii Pontifices lampades cereoſque præferrent, alii choros Pſallentium ducerent, in media Eccleſia ſpeluncæ Salvatoris eſt poſita. Tota ad funus ejus Palæſtinarum urbium turba convenit, Monachi, Virgines, Viduæ, Pauperes. Hebræo, Græco, Latino, Syroque ſermone Pſalmi in ordine perſonabant, non ſolum triduo, donec ſubter Eccleſiam & juxta ſpecum Domini conderetur, ſed per omnem hebdomadam, cunctis qui venerant ſuum funus & proprias credentibus lacrymas. Victor. Perſecut. Afric. lib. 1. cap. 10.

[d] *Novos muros*] *A. A.* Novell. 59. Locus urbis Conſtantinopolitanæ. Vide lib. 1. tit. 2. Cod. Conſtitutionem Græcam 18. *Pith.* Cedrenus. Κῦρος ἔπαρχος τῆς πόλεως καταλύσας τὸ χερσαῖον τεῖχος Κωνσταντινουπόλεως καὶ προσθεὶς ἄλλα διαστήματα δύο, οἰκοδομεῖ ἕτερον τεῖχος δι' ἡμερῶν ἑξήκοντα, ὅθεν καὶ ὁ δῆμος ἀνεβόησε. Κωνσταντῖνος ἔκτισε· Κῦρος ἀνενέωσε. Nec tamen male Græcus Poëta. Θεοδόσιος τόδε τεῖχος ἄναξ καὶ ὕπαρχος ἰδίας Κωνσταντῖνος ἔτευξαν. Sudas. Κῦρος. γέγονεν ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ νέου βασιλέως ὑφ' οὗ καὶ ἔπαρχος πραιτωρίων καὶ ἔπαρχος πόλεως προεβλήθη, τὰς δύο μεγίστας τῶν ἐπάρχων ἀρχὰς κατὰ τὸν αὐτὸν διανύων χρόνον. Sudas Θεοδόσιος.

[e] *Aſcitriis*] *A. A.* Ἀσκήτριαι. Novell. 123. cap. 32. 43. 44. 55. 64. 65. Eandem Monacham, Monaſtriam, & ſanctimonialem Julianus appellat. *Pith.* Zonat. Can. 6. Synod. Carthagin. Ἔθος ἦν προσάγεσθαι κόρας τῆς Ἐκκλησίας παρθενίαν ὁμολογούσας καὶ ἀγνεύειν ὑπισχνουμένας, καὶ πάντας οἱ Ἐπίσκοποι δι' εὐχῶν καθιέρουν ὡς ἀνατεθείσας τῷ Θεῷ, καὶ ἐκεῖνοι ἐφρόντιζον τῆς φυλακῆς καὶ ἀγωγῆς αὐτῶν καθ' ἃς δηλοῖ ὁ μδ'. κανὼν τῆς παρούσης συνόδου. Vidend. Balſam. dicto Can. 6. Can. 18. Baſilii Can. 44 Synod. Carthag. Can. 15. 16. Chalcedon. Gregorius Papa Theodiſtæ. De medietate vero ancillis quas vos lingua Græca aſcetrias dicitis.

[f] *Siliquas*] *Pith.* Vide notata ad Conſtitutionem 33. ſupra.

[g] *Decani*] *Pith.* Vide notata ad Conſtitutionem 13 ſupra.

[h] *Sucas*] *Pith.* Μέρος εἰσὶ τῆς βασιλίδος πόλεως. L. 18. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Socrates lib. 2. cap. 28. Τὴν δὲ ἐπωνυμίαν ἐκ τῶν συκοφόρων δένδρων ἐδέξατο. Heſichius in Hiſtoria Catholica. Juſtinianas ſimpliciter appellari voluit Juſtinianus, ſicut & ipſe nominat. Καὶ τὸ πέραμα, inquit, Ἰουστινιανὰς ἤτοι συκῶν. Vetus Interpres. Et tranſitus Juſtinianarum, ſeu Sucarum. Vide in Juſtiniano Chronicon quod Alexandrinum dicunt nuper typis Regiis editum ab eruditiſſimo & perpetuæ memoriæ viro Carolo du Freſne, Domino du Cange, cum notis quibuſdam Viri clariſſimi Antonii Allen avi mei materni, Pithœorum

ſingularis amici, nec non Franciſci ſupremæ voluntatis vindicis. Hodie Peram vocant & Galata, quod trajectum etiam Turcis ſignificat, ducta forſitan ab Hebræis origine, niſi quis Tzetzem ſequi mavult. In ea urbis parte erat locus ſupplicii. Cedrenus. Ἐν συκαῖς ἐφούρκισε. Hiſtor. Miſcell. In Sycis ſuſpendit. Nicephor. Kalliſt. Ἐν συκαῖς ὡς παιδοφόνον ἀνεσκολόπισεν.

i *Transmarino loco*] *A. A.* Conſtantinopoli erant domus & prædia trans mare. Inde cadavera ſepelienda in urbem afferebantur. *Pith.* Si quando cadavera ſepelienda trans mare efferebantur. Cedrenus in Juſtiniano. Μὴ ἐπαρκεῖν τοῖς ζῶσι θάπτειν τοὺς τεθνεῶτας μήτε δὲ τὰ πλοῖα ἐξαρκεῖν εἰς τὸ διαπεραιοῦν.

k *Maximis lectis*] *Pith.* Majores lecti in venerabili vaſorum cuſtodiario poſiti. Diximus autem ſtudii glorioſæ memoriæ & Stephani magnificæ memoriæ.

Διάταξις ξ.

CONSTITUTIO LIIII.

De morientibus vel eorum corporibus non injuriandis a ſuis creditoribus. Et ut Provinciarum Judices per ſemetipſos omnes litis partes examinent, ſolis Magiſtratibus Regiæ Urbis, excepta prima & ultima cognitione, licentiam habentibus negotia per ſuos Conſiliarios ventilare.

C X C V I. *De creditoribus, qui morientibus debitoribus ſuis imminent.*

θ. διακινδυνεύοντα. [1] vel [2] dele. [3] injuriam [4] afferre permittatur, *alii*, offerre permittitur: [5] funeris

1. SI quis debitorem ſuum ægrotantem, *&* [1] periclitantem *mori* [2], moleſtare voluerit pro debito ſuo, non liceat ei hoc facere: cum neque uxori ejus, neque liberis aliquam *inquietudinem* [3] *inferre permittitur* [4]*:* neque ſigna ædibus ejus imponere niſi poſt mortem debitoris lite conſiſtente judicialis calculus prolatus fuerit, & legitima ordinatio ſecuta ſit. Sed neque mortuo debitore deductionem ejus *& funus* [5] impediat. Si enim tale aliquid perpetraverit: ſuis actionibus cadit, ſive juſtas habeat intentationes ſive non. Et non ſolum debitam ſibi quantitatem amittit: ſed etiam aliud tantum heredibus ejus pro injuria defuncti præſtare compellitur. Et non ſufficiunt iſtæ pœnæ: cum & tertia pars bonorum ejus publicetur, & ipſe infamia notetur. Hæc autem omnia in Conſtantinopolitana civitate cura & diligentia cuſtodiantur tam Præfecti urbis, quam Præfecti Prætorio; *Magiſter* [6] quoque officiorum his invigilare debet: & *apparitiones* [7] eorum. In Provinciis autem Præſides ea obſervabunt, & alii Magiſtratus, ſive civiles ſint, ſive militares. Quod ſi ea neglexerint: Magiſtratus quidem Imperialis urbis cum ſuis apparitoribus viginti librarum auri pœna *multetur* [8]*:* Provinciarum autem Magiſtratus quinque *libras auri pœnæ* [9] dare cogantur.

θ. πάντων ἐν ὅλῳ. [6] Magiſtratus [7] apparitores [8] multabuntur [9] librarum auri pœnæ nomine

C X C V I I. *Ut Magiſtratus Conſtantinopolitanæ civitatis cauſas in conventionibus certis audiant, & ſententiam dicant.*

θ. καθόλου γε μηδέ. [1] in tota, *alii*, ex toto [2] perferre: [3] dele. [4] ipſum Magiſtratum

2. Si quis ex Magiſtratibus Conſtantinopolitanæ civitatis cauſam audierit, non audeat poſt litis conteſtationem *in totum* [1] eam derelinquere: nec Conſiliarii ejus ſententiam definitivam per ſemetipſos *proferre* [2]*:* ſed litis *quidem* [3] conteſtatio modis omnibus apud *ipſos Magiſtratus* [4] fiat, & ultima cognitio, poſtquam alias allegationes litigatores

gatores adſerere *nolint* [6]. Sententia quoque definitiva ab ipſis Magiſtratibus proferatur, ſive majores ſint, ſive minores, præſentibus etiam Conſiliariis eorum. *Sed & appellationes* [7] ipſi ſuſcipiant, & inter eos, qui ex provocatione litigant, certamina compeſcant. Quod ſi vel Magiſtratus, vel Conſiliarii eorum *contra præſentem conſtitutionem tale quod fieri præſumpſerint* [8]: Magiſtratus quidem viginti librarum auri pœna multentur: Conſiliarii autem, ſiquidem advocati fuerint, advocatorum ordine cadant: ſin autem inter advocatos non ſint, ſed forte cingulo decorati, honorem ſuum amittant, & decem librarum auri multa plectantur. Eaſque *omnes* [9] pœnas Comes rerum privatarum exigat, qui ſi neglexerit, ſciat publicas rationes de ſua ſubſtantia ſe repleturum. Hæc autem *dicimus* [10] de Magiſtratibus Imperialis urbis, qui diverſis occupationibus fatigati totas cognitiones *litigatorum* [11] ſuſcipere non poſſunt, ſed ſolam litis conteſtationem & ultimam cognitionem audire *coguntur* [12], & ſententiam definitivam dicere, & appellationes ſuſcipere, & provocationum cognitiones diſcernere. Alii autem judices, qui Magiſtratus Conſtantinopolitanæ civitatis non ſunt, ſed ab Imperatoris juſſione deſtinati, ſive in *principali* [13] civitate, ſive in Provinciis cum Conſiliariis ſuis, omnes litigiorum partes audiant; alioquin & dignitates ſuas amittant, & viginti libras auri pœnæ nomine ſolvant. Conſiliarii autem eorum, ſi quid adverſus Conſtitutionis hujus præcepta fecerint: *& civitate, in qua non ſervaverunt iſtam Conſtitutionem, expellantur in exilium* [14], & ſint infamia *inbuti* [15]. DAT. KAL. DEC. CONST. IMP. DN. JUSTINIAN. PP. AUG. ANN. XI. POST BILIS. V. C. CONS. ANNO II.

[6] noluerint.
[7] Et appellationes eorum, *alii*, ab eis interpoſitas
[8] contra præſentis Conſtitutionis ſtatuta quippiam ſibi præſumpſerint, *alii*, venire præſumpſerint:
[9] *dele.*
§. ἀπὸ ſῶν.
[10] diximus
[11] litigiorum
[12] cogantur,
[13] Imperiali
[14] ex ipſa pelli civitate, in qua non obſervaverint hanc Conſtitutionem, & ipſo proprio cadere honore debent,
[15] inuſti.

CONSTITUTIO LV.

Διάταξις ξε'.

De immobilibus ante nuptias donatis non obnoxiandis neque diſtrahendis a marito, etiam conſentientibus uxoribus, niſi eis ex aliis maritorum facultatibus, ſicut eadem lex indicat, ſatisfiat.

C X C V I I I. *De jure propter nuptias donationum.*

1. SI quis donationem propter nuptias mulieri conſcripſerit ſive pro ſe, ſive pro alio, ſive pater pro filio ſuo, ſive mater, ſive cognatus pro cognato, aut quivis extraneus pro alio donationem propter nuptias conſcripſerit, in qua etiam res immobiles ſunt: non liceat marito aliquam rem de rebus immobilibus alienare, vel hypothecæ titulo obligare: nec ſi *conſenſerit* [1] in alienatione vel hypotheca *mulier* [2]. Sed ſi quid contra hanc legem factum ſcriptumve fuerit: hoc pro infecto ſit, & pro non ſcripto habeatur: niſi forte obſervatio illa cuſtodiatur, quæ de interceſſionibus feminarum in quarto Codicis libro poſita eſt, titulo Ad Senatuſconſultum Velleianum, id eſt, ut poſt primum conſenſum tranſacto biennio aliud inſtrumentum a muliere conſcribatur, in quo ſe fateatur priorem ſuum conſenſum

verſ. καὶ διαλῦ-σαι.
[1] conſenſerint
[2] mulieres.
§. ὅτι ψῆφω φυλάττω.

TTt

comprobare [1]: alioquin prior conſenſus nullius momenti eſt. Immo etiam ſi *ſecundus conſenſus* [4] priorem voluntatem poſt biennium confirmaverit: non *omnimodo* [5] valebit: ſed ita demum, ſi ex aliis mariti facultatibus ſatis eidem mulieri fieri poſſit in donatione propter nuptias: alioquin nec ſecundus nec tertius conſenſus lædere mulierem poterit. Hæc autem dicimus non ſolum in donatione propter nuptias, ſed etiam in dote, ſi quas res dotales alienare vel obligare maritus voluerit. Emptores autem vel creditores, quibus res alienaræ vel obligaræ ſunt, nullam injuriam patiantur. Nam etſi, *quod* [6] ad mulieres pertinet, actionibus careant ſuis, attamen aliæ *mariti* [7] facultates, & *ipſi* [8] mariti neceſſario eis permaneant *obligati* [9]. Hæc autem Conſtitutio prærogativis dotium nullum præjudicium facit. Nam prærogativas *datas* [10] integras ineſſe dotibus Conſtitutio jubet. Ita tamen ſi de dotibus actiones, mulieres moveant. Aliis *enim* [11] perſonis privilegium in actione dotis nec antea datum eſt, nec modo datur. Hæc autem Conſtitutio non in præteritis, ſed in futuris caſibus valeat. DAT. KAL. SEPT. [12] CP. IMP. JUSTIN. PP. A. ANN. XI. POST BILISARII V. C. CONS.

[1] approbaſſe: *verſ.* πάλιν ἐκεῖ ... [4] ſecundo conſenſu [5] omnino *verſ.* καὶ ἔσω ... [6] quantum [7] uxoris [8] ipſius [9] obligatæ. *verſ.* ... [10] dote. [11] autem [12] DECIMA

Διάταξις ξϛ΄.

CONSTITUTIO LVI.

Ut appellationes apud omnes Judices in conſultationibus inducantur. Et ut Præfectus Urbis omnibus aliis præſideat dignitatibus quamvis potiores extent.

CXCIX. De Conſultationibus.

1. HÆc Conſtitutio jubet provocationes in conſultationibus non tantum *ampliſſimis Magiſtratibus* [1], ſed etiam omnibus Senatoribus [a] induci, ut totus Senatus cauſas appellationum audiat & conveniat: quamvis ſilentium tantum ſine conventu [b] Senatoribus denuntiatum fuerit. Silentio enim conventum ineſſe videri. Audiant itaque *provocationes* [2] ſanctis Evangeliis propoſitis: & quod ſibi viſum fuerit, Imperatori referant, ut ex divina ſententia ejus Senatus calculus confirmetur.

[1] ſine conventu, [2] probationes

[a] *Senatoribus*] *Pith.* Ὅτι οἱ ἀπὸ πατρικίων ἕως ἰλλουστρίων εἰσὶν οἱ συγκλητικοί, καὶ οὗτοι μόνοι βουλεῦσαι ἐν τῇ συγκλήτῳ δύνανται λέγειν. καὶ ὅτι ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ ὀφείλουσι συνάγεσθαι. καὶ ὅτι οἱ ἔπαρχοι προκαθέζεσθαι ὅλων, καὶ μετ' αὐτοὺς οἱ συγκλητικοί. Refertur a Græcis quam appoſui epitome d. Novell. 56. Περὶ συγκλητικῶν ἀθροιζομένων.

[b] *Silentium tantum ſine conventu*] *Pith.* Silentio conventus ineſſe videtur, ut totum Senatum convenire oporteat, quamvis ſilentium tantum ſine conventu Senatoribus indictum fuerit. Etymon non eſt uſque adeo abſtruſum, cum a ſilentio conſilium credibilius dictum putaverit Feſtus Pompeïus ſive Paulus Diaconus. Meminit forſitan Cedren. Καὶ ἅμα, inquit, αὐτοῦ καθεσθέντος ἐν τῷ μαγναύρᾳ σιλεντίου γενομένου τὴν Εὐδοκίαν καθαίρεσιν ἐποιήσατο. Hiſtor. Miſcell. lib. 23. Et facto Imp. ſilentio apud Magnauram expoſuit populo quæ de ſe fuerant dicta. Item. Eirene autem pia Imperatrix ſilentio in triclinio Juſtiniani facto, prohibuit omnem qui militaret, adhærere Stauratio. Item lib. 16. Fecit Imp. ſilentium adducens Eutychium Patriarcham, & jubens eorum recitari con-

feſſiones. Et lib. 21. Impius Leo ſilentium contra ſanctas ac venerabiles celebravit iconas. Et lib. 22. Multa contra Eccleſiam & Orthodoxam fidem meditans, & ſilentia per dies ſingulos faciens, populum ad ſenſum ſuum flexit infeliciter ſectandum. Niſi quis κατηχητικοὺς λόγους intelligat, ὡς φασι σελέντια, ut Nicetas ſcribit. Meminit Zonaras τῆς συνόδου περὶ νηστείας διαλέξεως ἣ καλεῖται σιλέντιον.

CC. *De ordine Senatorum.*

2. *Urbicaria* [1] Præfectura omnibus aliis præſideat dignitatibus, id eſt, ante ſedeat: & poſt Præfectum ceteri Patricii [a] numerentur. *Et ſi quidam* [2] inter eos Conſularibus inſignibus decorantur, ſecundum conſularem ordinem & prærogativas Conſulatus ſui ſedeant, ut tamen anteponantur ordinarii Conſulares honorariis Conſularibus [b]. *Poſt Patricios autem* [3] tam Conſulatium, quam *Præfectorum* [4] & Magiſtrorum militum *&* [5] inluſtrium *virorum ordo ponatur* [c]. Omnes autem iſti liberam habeant facultatem in Senatu ſententiam dicere. Qui autem propter cingulum Magiſtratus [c] *a Senatoribus honoratur* [7], etiam poſt depoſitionem cinguli ſui inter Senatores *connumeretur* [8]. Liceat autem inluſtribus viris patriciatus codicillos accipere, quamvis neque Conſulares neque *Præfectorii* [9] facti ſunt. Quod non ſolum in futuro tempore, ſed etiam in præterito Conſtitutio relaxavit. Illud autem certum eſt, quod tertiam partem ſportularum in ingreſſu dignitatis dare *compelluntur* [10], omnibus aliis ex conſuetudine ſportulis dandis in *quamvis promotionem* [11] *ſua firmitate* [12] durantibus. Qui autem præſentem Conſtitutionem non obſervarint, pœna quinquaginta librarum auri *plectantur* [13]: quæ pœna non ſolum *ipſis* [14] violatoribus Conſtitutionis imminebit, ſed etiam aliis, qui *violare* [15] eam *conceſſerint* [16]. DAT. POST CONS. BELIS. [17].

[1] Urbicana
[2] Et Conſules quidem & qui
[3] Et poſt hos
[4] Præfectoriorum
[5] *dele.*
[6] neque Præfecti neque Præfectorii.
[7] Senatoribus connumerantur, *forte*, a Senatoribus numerantur,
[8] connumerentur.
[9] Præfecti, *alii*, Præfecti Prætorii
[10] compellantur.
[11] quavis promotione
[12] in ſua firmitate
[13] plectentur:
[14] ipſius
[15] violari
[16] conſenſerint.
[17] P. P. MENSE JANUARIO P. C. BELISARII ANN. II.

[a] *Patricii*] *A. A.* Novell. 81. cap. 1. Patricii dignitas Juſtiniani tempore maxima. Novell. 62. cap. 2. Videndus Caſſiodorus lib. 2. Formula 2. Variarum. *Pith.* Zoſimus. Ἱστοριῶν λόγ. β΄. συναρεσθῆναι τούτῳ καὶ ὁπλίτην παρασκευάσας, ὃς παρὰ Κωνσταντίνου τῆς ἀξίας τετυχήκει τοῦ πατρικίου, σεβόμενος τοῦ ἀποδόντος τὴν τιμήν, καὶ προσκεκλῆσθαι τοὺς ταύτης ἠξιωμένους τῆς αὐλῆς ὑπάρχειν νομοθετήσαντος. Procopius 2. de bello Vandilico. Ἄπαγε ὦ βέλτιστε Γελίμερ, οὐ καὶ ὑμεῖς οὐκ ἐξ ἀπατρίδων γεγονότες βασιλεῖ νῦν ὑπηρετεῖν ἀγχόμεθα; καὶ μὴν λέγουσιν Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ βουλομένῳ εἶναι, ἔστι βουλὴν ἀναγκαῖόν σε ποιήσασθαι, πῶς μεταλαχόντα τῆς συγκλήτου, ἣν δὴ πατρικίων καλοῦσι. Vidend. Caſſiodor. 8. Variar. 9. 10.

[b] *Anteponantur ordinarii Conſulares honorariis conſularibus*] *A. A.* Novell. 62. cap. 2. Alii ordinarii, alii honorarii conſulares. Ordinarii qui Conſulatum geſſerunt. Honorarii qui honoris ejus codicillos tantum adepti ſunt. Ordinarii item in ordinarios & ſuffectos diſtinguuntur. Namque ii qui Kalendis Januariis Conſulatum inibant, ordinarii dicebantur, propter ordinem Faſtorum Conſularium. Cæteri ſuffecti. Conſularis Exconſule etiam dictus eſt poſteriori ſæculo. Novell. 81. cap. 1. *Pith.* Temporibus Auguſti Conſulatus deſiit eſſe annuus. Dio lib. 43. & 48. Ordinem dabat novum Faſtis. Sed & ſuffecti inſtrumentis adſcribebantur, ut in libello oblato Antonino. Cum ante tres dies, &c. & dicebantur minores Conſules. Roaldes. Chryſoſtomus Homil 16. de ſeditionib. L. ult. C. de Decurionib. Infulis Conſulatus honorarii ampliatus, vel qui Conſulatum ordinarium geſſit.

[c] *Cingulum Magiſtratus*] *A. A.* Magiſtratus ſignum. Novell. 62. cap. 2.

Tamiacorum Novell. 30. *Pith.* Ζώνη ἀξίωμα. L. 5. C. de Præpoſit. ſacri cubiculi. Auguſtinus ſive Ambroſius ſermone 7. Hic jam cognoſcere ſe debet omnis homo qui militat, non enim tantum de his militibus ſcriptura loquitur qui armata militia detinentur, ſed quiſque militiæ ſuæ cingulo utitur, dignitatis ſuæ miles aſcribitur, atque ideo hæc ſententia poteſt dici, verbi gratia, protectoribus. Zoſimus. Ἱστορικῶν λόγ. έ. ἐπειδὴ νόμος εἰσήχθη τοῖς ἐκ οὖσι χριστιανοῖς ζώνην ἐν τοῖς βασιλείοις ἔχειν ἀπαγορεύων, τούτου τοῦ νόμου τεθέντος ἀρχῆς ἐν τῇ ῥώμῃ στρατιωτικῆς προεστὼς ὁ Γεννέριδος ἔμεινεν ἐπ' οἴκου τὴν ζώνην ἀποθέμενος· ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς οἷα δὴ τοῖς ἄρχουσι συναριθμούμενον ἀπῄτει παρεῖναι κατὰ τὴν τάξιν εἰς τὰ βασίλεια· νόμον ἔφησεν εἶναι κωλύοντα ζώνην αὐτὸν ἔχειν ἢ ὅλως τοῖς ἄρχουσι καταλέγεσθαι τοὺς τὴν τῶν χριστιανῶν μὴ τιμῶντας θρησκείαν. Vidend. Sud. Αὔξεντιος. Ruffin. 2. cap. 16. Sozomen. 9. cap. 13. Pollio in Salonino.

Ἀνάπτυξις ξγ'.

CONSTITUTIO LVII.

Ut nemini liceat propter maris aſpectum in civitate regia auferendum, ædificium ultra centum pedes imponere, niſi re vera domum ædificare maluerit.

CCI. *De proſpectu maris.*

1. HÆc Conſtitutio localis eſt. Nam de his loquitur ædificiis, quæ in Conſtantinopolitana civitate per calliditatem imponuntur. *Zenoniana* [1] enim Conſtitutio jubet conſpectu *maris* [2] non poſſe aliquem ab alio excludi, *niſi* [3] centum pedes in medio *utrorumque* [4] ædificiorum fuerint. Sed quidam in prædicta regia urbe [a] talem machinationem invenerunt. Cum enim volebant intra centum pedes domum ædificare, poſuerunt parietem extra centum pedes *altiſſimum* [5], & conſpectu *maris* [6] ſubtracto, intra centum pedes domum ædificaverunt, quaſi nullam jam *maris* [7] conſpectionem *habente vicino* [8], poſteaque parietem illum, quem per fraudem erexerunt, depoſuerunt, & ipſi *maris* [9] conſpectum habere cœperunt. Hæc itaque Conſtitutio contra tales aſtutias promulgata eſt, & præcipit, ut nemini liceat ædificium vel ultra centum pedes imponere, niſi revera domum ædificare maluerit. Alioquin ſi ſolum parietem erexerit, non ut cuſtodiat præcepta legum, ſed ut fraudem legibus faciat: primum quidem ex hujuſmodi improba machinatione nullum inveniet commodum, nam ædificium fictum deponit, quia depretiari [b] videtur domus, quæ conſpectum *maris* [10] perdidit, aut in locando, aut in vendendo: deinde ipſe qui auſus eſt contra legem alienam *voluptatem* [11] rapere, *vi bonorum raptorum actione* [12] *in* [13] quadruplum teneatur. Decem quoque librarum auri pœna mulctabitur, non ſolum ipſe, qui tale facinus perpetrare conatus eſt, ſed etiam qui præſentem legem *violare conceſſerit* [14]. Decem autem librarum auri pœnam inferri jubet in arca theatrali [c] glorioſiſſimi Præfecti hujus regiæ urbis. DAT. VII. ID. MART. CP. IMP. DN. JUST. PP. A. ANN. XI. JOHANNE V. C. CONS.

[1] Leoniana
[2] aëris
[3] ſi
[4] *dele.*
[5] in altiſſimum,
[6] aëris
[7] aëris
[8] forte habentem vicino,
[9] aëris
[10] aëris
[11] voluntatem
[12] Hoc Novella non dicit; & vero in edicto vi bonorum raptorum, bonorum appellatione, non continentur res incorporales. *Cujacius hic.*
[13] ad
[14] violari conſenſerit.

[a] *Regia urbe*] *A. A.* Conſtantinopolis Novell. 63. Imperialis Novell. 53. cap. 2. 4. Novell. 60. cap. 12. *Pith.* Regina urbs. Βασιλὶς πόλις. Conſtantinopolis. Balſamon Can. 3. Synod. Conſtantinopol. Τοῦ γὰρ μεγάλου Κωνσταν-

τήνου μεταγαγόντος ἐν αὐτῇ τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας τῶν ῥωμαίων μετωνομάσθη Κωνσταντινούπολις καὶ νέα ῥώμη καὶ πασῶν τῶν πόλεων βασιλίς.

b *Depretiari*] *Pith.* Tertullianus de ſpectaculis. Amant quos multant: depretiant quos probant. D. Ambroſius de bono mortis. Depretiavit & dehoneſtavit.

c *Area theatrali Præfecti Urbis*] *Pith.* Alexander Imperator Arcarios inſtituit, qui de area fiſci ederent munera, eademque parciora. Sic vetus Lampridii Codex.

CONSTITUTIO LVIII. Διάταξις ξη'.

De hortulanis qui in Regia civitate vel in ſuburbanis ejus hortos ab aliquibus conducunt, vel emphyteutico lucro ſuſcipiunt.

CCII. *De hortulanis Conſtantinopolitanæ civitatis.*

1. ET hæc Conſtitutio localis eſt. Loquitur enim de hortulanis, qui in hac regia urbe, vel in ſuburbanis ejus hortos ab aliquibus conducunt, vel emphyteuſeos contractum eiſdem in hortis contrahunt. Si enim conductionis vel emphyteuſeos nomine hortos acceperint: ſiquidem olera habent, æſtimationem olerum fieri, eo tempore, quo horti dominis reſtituuntur, ſimiliter *olerii* [c] tantum æſtimatio fiat, non autem propter quod laboraverunt emponemata [a] & ſtercolinum aliqua ratio moveatur. Si autem ſine oleribus hortus ſit, ſimiliter ſine oleribus reſtituatur. Et nulla iterum æſtimatio fiat de ſtercolino. Æſtimationem autem definiri Conſtitutio jubet non ſolum ab ipſis hortulanis, ſed etiam ab his, quos Summarios [b] conſuetudo appellat. Quod ſi quis locum forſitan ſpinoſum hortulano locaverit, vel emphyteuſeos nomine dederit, & ille eundem locum excoluerit: tam culturæ mercedem capiat, quam oleris æſtimationem: quinque librarum auri pœna multando eo, qui præſentem Conſtitutionem violare conatur. DAT. XVI. KAL. AUG. CONST. IMP. DN. JUSTIN. PP. A. ANN. XI. JOANNE. V. C. CONS.

Margin notes: verſ. ἀφ' ὧν ὁπωρῶν — c holeris quod laboraverunt — verſ. τοῦ δὲ λιπο-σάρματος — 6. εἰ δὲ γε &c. — 6. αὐτοῦ δοκεῖ δὲ.

a *Emponemata*] Vide notata ad cap. 3. Conſtitut. 7.
b *Summarios*] Vide notata ad cap. 1. Conſtitut. 22.

CONSTITUTIO LIX. Διάταξις ξθ'.

De rebus immobilibus Eccleſiæ Mifiæ quocumque titulo accedentibus ut non alienentur, ſed immobiles, quæ longe conſiſtunt.

CCIII. *De rebus immobilibus ad Eccleſiam Myſiæ pertinentibus.*

1. HÆc Conſtitutio localis eſt. Nam promulgata eſt de Eccleſia Myſiæ: & jubet, ut ſi quis rem immobilem eidem Eccleſiæ dederit, vel reliquerit certum reditum habentem, & adjecerit, ut in continentia [a] pauperum reditus adminiſtretur: hujuſmodi legatum, vel hereditas, vel donatio nullo modo alienetur. Quod ſi incertus reditus eorum ſit, domus autem *relicta vel vinea* [d], procul a civitate fuerint, in qua Eccleſia ſita eſt, cui *legatum vel donatio* [e] data

Margin notes: d relicta vel vinea — e legato vel donatione

fuit: tunc liceat tales poſſeſſiones vendete. Sin autem domus vel agri aut intra civitatem vel circa muros ejus fuetint, teſtatot autem voluetit ea venundari, & ex ptetio eotum redemptiones vel alimonias fieri: tunc ſecundum tenotem verbotum teſtatoris *& in his* ³ venditio celebretut. Talis enim tei actus firmiſſimus eſt. DAT. KAL. ⁴ APRIL. ANN. IMP. DN. JUSTIN. XII. JOHANNE V. C. CONS.

³ utilis
⁴ P.P. MENSE.

ᵃ *[ontinentia]* *A. A.* Pro alimentis Novell. 65. *Pith.* Alimonia. Gregorius Petro Subdiacono. Ut ipſe pto victu ac veſtimento ſtratoque continentiam pueroque ejus annuam quantum proſpexeris ſatis eſſe, conſtituas. Idem. Liberato negotiatori qui ſe Eccleſiæ commendavit, qui habitat in maſſa Cruciana annuam eontinentiam a te volumus fieri. Cujus eontinentiæ ſummam ipſe æſtima qualis eſſe debeat, ut renuntiata nobis in tuis tationibus imputetur. Idem Anthemio. Quis? ubi maneat, ſive quid agat? unde ſe contineat?

Διάταξις ξε'.

CONSTITUTIO LX.

Ut quæ fiunt Conſtitutiones novæ poſt manifeſtationem earum duo menſes alios teneant. Ignoſcit aſtem eis qui non ſervaverunt ſubtilitatem Conſtitutionum quæ ſuper teſtamentis poſitæ ſunt: ut puta in detelinquendis tribus unciis, aut non ſcribendo vel non dicendo nomen heredis.

CCIIII. *De legibus quas noſter Imperator de ordinatione teſtamentorum poſuit.*

ϑ. διατάξεων τίτ. ιζ.

1. HÆc Conſtitutio jubet leges de otdinandis teſtamentis a noſtro Imperatore ſcriptas poſt duos menſes ab intimatione earum numerandos tenere. Commemotavit autem etiam de refotmatione *Falcidiæ* ¹, id eſt, de ea Conſtitutione, quæ pro quadrante trientem vel ſemiſſem paternæ ſubſtantiæ ſive matetnæ filiis dat. Duo autem menſes ita denumetat, ut in Conſtantinopolitana quidem civitate *ex eo tempore cedant* ², ex quo ptopoſita eſt Conſtitutio: in provinciis autem, poſtquam intimata eſt: ut poſt intimationem ejus, duorum menſium ſpatium expectetur, poſteaque ſecundum ea, quæ eadem Conſtitutione continentut, teſtamenta ordinari oportet. Quod ſi intra duos menſes *ſecundum veteres* ³ leges contra *Conſtitutionem* ⁴ Imperatoris noſtri aliqui teſtati fuerint, teſtamenta eorum tobur pleniſſimum habeant. DAT. KAL. MA. CP. IMP. JUSTIN. PP. A. ANN. XI. JOHANNE V. C. CONS.

¹ adde. legis,
ϑ. διατάξεων τίτ. δ ἔτι.
² ex ſuo tempore procedant,
³ ſervantes
⁴ Conſtitutiones

Διάταξις ξς'.

CONSTITUTIO LXI.

Ut nullus audeat ædificare Eccleſiam vel Oratorium ſine civitatis Epiſcopo crucem ibidem ſanctiſſimam imponente.

CCV. *De his, qui Eccleſiam vel Oratorium ædificare volunt.*

ϑ. διατάξεων τίτ. ιε.
¹ adde. Monaſterium

1. NUllus audeat *ædificare* ¹ Eccleſiam vel Otatotium, antequam civitatis Epiſcopus veniat: & votum faciens ſanctiſſimam cru-

cem infixerit publice in eodem loco procedens [a], & rem omnibus manifeſtam faciens. Unuſquiſque autem ante ædificationem loquatur Epiſcopo, & præfiniat modum, qui ad luminaria *&* *ſacrum miniſterium* [1], & cuſtodiam oratorii, & alimonias eorum, qui ibi [b] *obſervant* [2], ſufficiat. Et ſi hæc ſufficientia viſa fuerint: faciat prius donationem eorum, poſteaque domum ædificet. Sin autem ea, quæ ab eo præfinita ſunt, non ſufficiant ad *conſtituendum* [4] oratorium: æquum eſt vetera oratoria, quæ forte & ruinam minantur, reparare arbitrio religioſiſſimi civitatis Epiſcopi.

θ. ἱερὰν μι.
[1] ſacro miniſterio apta
[2] ſerviunt,
θ. εἰ μὴ ... ἀρκοῖεν.
[4] conſtruendum
alii. cuſtodiendum

[a] *Epiſcopus, &c. procedens*] *Pith.* Vide Sidon. Sever. Sulpit. Dialog. 2. 281. 282.
[b] *Obſervant*] Vide notata ad cap. 1. Conſtitut. 6. in verbo obſervaturum.

CCVI. Si Epiſcopus multum tempus ab Eccleſia defuerit.

2. Si Epiſcopus multum ab Eccleſia *tempus* [1] defuerit, & in aliis locis *degat* [2]: œconomus *Eccleſiæ* [3] ejus impenſa ei non *adminiſtret* [4]. Nam tales inanes ſumptus melius eſt in *Eccleſiam* [5] & alias res ad pietatem pertinentes præſtari. *Teneant* [6] autem in talibus *Epiſcopis* [7] etiam ea, quæ prioribus ſanctionibus cauta *ſunt* [8].

θ. ...
[1] temporis
[2] degerit:
[3] aut Eccleſia
[4] adminiſtrent.
[5] Eccleſiam ſuam, alii. Eccleſia ſua
[6] Teneantur
[7] Epiſcopi
[8] *adde*, ſervare.

CCVII. De alienatione rerum immobilium ad Eccleſias pertinentium.

3. Si alienatio immobilis Eccleſiaſticæ rei *celebranda* [1] ſit, decretum quidem omnibus modis procedat ſecundum ſupra *relatam* [2] Conſtitutionem. Adeſſe autem decreto debet non ſolus Epiſcopus & clerus Eccleſiæ ejus, cujus prædium alienare deſiderant: ſed etiam Metropolitanus *Epiſcopus* [3] cum prædicta jam obſervatione: & duo Epiſcopi *ex* [4] conſilio ejus adſint. DAT. KAL. MAII, CP. IMP. DN. JUSTIN. PP. A. ANN. XII. JOHANNE V. C. CONS.

θ. ...
[1] celebrata
[2] dictam
[3] Archiepiſcopus
[4] *dele.*

CONSTITUTIO LXII.

Διάταξις ξβ´.

De Conſtitutione piiſſimi Imperatoris qui in ſucceſſione filiorum pactum ſine liberis decedentis parentis induxit, ut in illis caſibus locum habeat qui poſt Conſtitutionem provenerunt: ante ejus vero prolationem Leonis Conſtitutionem valere.

CCVIII. De Conſtitutione Imperatoris, quæ lata eſt de lucro ex morte liberorum contingente per pacta dotalia.

1. HÆc Conſtitutio loquitur de liberorum morte, ut pacta dotalia, quæ ex caſu mortis liberorum lucri aliquid matri conferunt, teneant, & dirimantur ſecundum divi Leonis Conſtitutionem: ſcilicet ſi ante *novellam* [1] Conſtitutionem Imperatoris noſtri contigerunt, veluti mater vidua liberos habens ad ſecundas nuptias *venit* [2], & ante nuptias donatio ad filios pertinuit, poſtea filii deceſſerunt, & ad ſuos heredes eandem ante nuptias donationem tranſmiſerunt ſe-

[1] novam
[2] pervenerit,

cundum Conſtitutionem divi Leonis: ſed poſt Conſtitutionem noſtri Imperatoris, quæ mortuis liberis emolumentum matri præſtat, non retrahuntur res ab heredibus filiorum, quia ſemel ante Conſtitutionem eiſdem heredibus competierunt. Si quid autem poſt Conſtitutionem noſtri Imperatoris tale contigerit, in hoc Leonianæ legi locus non erit. DAT. VIII. KAL. JUN. IMP. DN. JUST. PP. A. ANN. XII. JOHANNE V. C. CONS.

¹ LIBER SECUNDUS

INCIPIT PARS SECUNDA¹ NOVELLARUM.

Διάταξις ξγ'.

CONSTITUTIO LXIII.

Ut omnes Judicibus Provinciarum tam in criminalibus quam pecuniariis cauſis reſpondeant nullo excepto quolibet privilegio, niſi pragmatica ſanctio evocare aliquem jubet.

CCIX. *De Juriſdictione Præſidum Provinciarum.*

θ. ἁπάντας. ² omnes homines ³ uni Præſidi ⁴ nec ſi ⁵ promulgata ⁶ videlicet ⁷ hæc ⁸ extraneis

1. HÆc Conſtitutio jubet, ut *omnes* ² Romani tam in civilibus, quam in criminalibus cauſis *juriſdictioni Præſidum* ³ Provinciarum ſubjiciantur: & nemo in aliqua cauſa obnoxius privilegium Præſidi Provinciæ opponat, quaſi non ei ſubjectus *niſi* ⁴ ſpecialiter pragmatica ſanctio *prolata* ⁵ duci eum juſſerit. Ideoque ſive de dominio alicujus rei, ſive de agrorum finibus, ſive de hypothecis, ſive de nuda poſſeſſione, ſive de alia quavis pecuniaria vel criminali cauſa litigium inter partes emerſerit: non liceat reo privilegium ſuum opponere præſidali judicio, ſive ex imperialibus litteris, ſive ex majoris judicis juſſione: ſed omnibus modis in eo loco pulſetur, ubi aliquid egerit, vel admiſerit, ſive de maxima re, ſive de minima quæratur, *veluti* ⁶ de gallina. Quamvis enim minima videatur *hujuſmodi* ⁷ res eſſe, attamen juſtitiæ ratio non ex quantitate, ſed ex ſuis regulis debet æſtimari. Nam & quod aliis viliſſimum eſſe videtur, hoc aliis pretioſiſſimum eſt. Et omnino ſive bovem ſive aliam qualemcumque rem alicui ſubripuerit: in eadem provincia pulſetur, ubi tale peccatum admiſit. Nam & probationum copia in *externis* ⁸ locis non ſimilis agentibus eſt.

CCX. *De præſentibus reis.*

ι. εἰ μὲν οὖν ἀμφότεροι. ¹ Provincia ² res

2. Et hæc quidem dicimus, ſi utraque pars in *præſentia* ¹ ſit, ut in eodem loco modis omnibus *lis* ² dirimatur, in quo aliquid admiſſum eſt. Quod ſi actor quidem præſto ſit, reus autem abſit, ſed actores ipſius vel procuratores vel conductores aliquid egerint, aut deliquerint:

[illegible] ſcietur. Ipſum autem li- [illegible] cauſa fuerit de la- [illegible] dari debet. Nam ſi [illegible] rerum in pro- [illegible] ſufficiunt. Sin au- [illegible] octo menſes ad [illegible] autem vel [illegible] Afri- [illegible], novem [illegible]. Eadem [illegible], & ſi in Arctois locis [illegible] degit.

[a] [illegible]] [illegible] Nov. [illegible] 9. cap. [illegible] loca, quod ἄρκτον urſam [illegible], & [illegible] um [illegible] mine [illegible] & Arctophilax Bootes [illegible] 4. Arctoæ Provinciæ. [illegible] Pacatus. Nec Ar- [illegible]

[illegible] X I. De abſent [illegible]

3. [illegible], qui apud [illegible] abſente [illegible] domine. Sin autem al[illegible] & [illegible] facere, dum tamen procurator [illegible] defen[illegible], & modis omnibus impleat, quod jud[illegible] [illegible]atum [illegible]. Quod ſi domino quidem rerum manifeſt[illegible] cauſ[illegible] ipſe autem neque venire neque alii *mandare* [illegible] uraverit [illegible] tempore [illegible] is qui accuſatus eſt [illegible] & ſi r[illegible]us appa[illegible], ſcil[illegible] & domino rerum [illegible], ſi ipſe quoque ob[illegible] *ſit* [c]. Et ſi [illegible] f[illegible] qui *accuſatus* [d] & condemnatus eſt, ipſe judicato ſatisfaciat. [illegible] vero ſi [illegible] non ſit ex rebus domini abſentis, qui [illegible] venire nec mandare alicui voluit, ſolvi actori æquum eſt. [illegible] p[illegible] poſt *accuſationem* [f] ev[illegible] ſerit, & ne- [illegible], neque procuratorem tranſmiſerit: tunc [illegible] judex [illegible] ſolet *in* [g] et modicus [h] fieri, ſci- [illegible] ipſ[illegible] voc[illegible] *ut* [i] ſi in ea[illegible]m abſentia perſeveraverit, condemnetur. Quod ſi actor in abſentia ſit, domino rerum vel præſente vel procuratore miſſo [illegible] omnia detrimenta, quæ fruſtra reus paſſus eſt, actor ei *reſ*[illegible]*at* [k].

ve [illegible]
[b] addit, qui [illegible] ſens eſt
niſi provocatio [illegible] ſubſe[illegible], aut aliter [illegible] amicabiliter [illegible]
[illegible] ullamodi.
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] [illegible] alii.
[illegible]
[h] &
[illegible]
[k] reſtituat.

[a] [illegible] *Pith*[illegible] 3. cap. 11. G[illegible] Sub diacono. Fines d[illegible]
[illegible] A. [illegible] a p[illegible] *Pith* [illegible] S[illegible] [illegible]

[illegible] C X I I. De fori præſcriptione [illegible]nda

4. Nullum privilegium exim[illegible] reum p[illegible] mus: *niſi* [illegible] noſtram [illegible] quæ p[illegible] c[illegible] cave- [illegible]: vel ſi ex lege [illegible] fiat, veluti ſi pro[illegible]ationem Præ[illegible] prov-

ciæ portexerit & propter hoc in iſta Imp[illegible] oporter, quamvis de minoribus cauſis *apu*[illegible] ciarum provocationes exerceri *conſtituimus* [illegible] cauſa principalis quamvis minima ve[illegible] in [illegible] tate non in provinciis provocatio *exerceatur* [illegible]

ᵃ ad
ᵇ conſtituto ju bet
ᶜ iſtac
ᵈ venulerer.

CCXIII. *Quibus fori præ[illegible]*

5. Nulla autem perſona privilegio aliquo [illegible] dos *præſentis legis* ᶜ [illegible]queos, quamvis Eccleſia ſit, ve[illegible] *Xenon* [illegible] vel Oratorium, vel quivis alius locus, qui pietatis cauſa [illegible]itur. [illegible]em juris eſt ſive fiſcus, ſive patrimonium ᵇ ſive alius quiv[illegible] divinu[illegible] titulus pulſetur. & multo magis ſi potenti[illegible] hominis pe[illegible] in judi[illegible]ium fuerit evocata. quamvis privil[illegible] ex ſacro orac[illegible] [illegible] qu[illegible]d diximus, pragmatica ſa[illegible]o [illegible] c civ[illegible] [illegible] revocaverit.

ᵃ *Xenon*] *A. A.* Ξε[illegible] N[illegible]vell. [illegible] Novell 12[illegible] cap [illegible] N[illegible] ap. Idem locus ſignificatur. *P*[illegible] L[illegible] [illegible]enerab[illegible] [illegible]untur & debiles aluntur. Sudas. [illegible] τας. Procopius. Ην δέ τις ξ[illegible] [illegible]

ᵇ *Patrimonium*] *Pith.* Patrimon[illegible] [illegible] ἀρχὴν τοῦ κομητου τοῦ πατριμονίου

CCXIIII. *De[illegible] p[illegible]ſtat[illegible] [illegible]ut onis.*

6. Hæc autem Conſtitutio [illegible] ſo[illegible]um in futuris cauſis, ſed eti[illegible]m in *præteritis* ᵃ locum habeat.

ᵃ [illegible] præſentibus

CCXV. *Si præſentem Conſtitutionem [illegible]æſes ne[illegible]lex[illegible].*

7. Si quis autem Præſes provinciæ conſtit[illegible]s *hujuſmodi* [illegible]gem cuſtodire neglexerit non ſolum M[illegible]iſtratu ſuo [illegible] etiam decem librarum auri *ſubeat* ᵇ pœ[illegible]am. PROPOSITA CONST. IMP. DN. JUST. PP AUG ANN. XII. J[illegible]ANNE V. C. CONS.

ᵃ [illegible] verſ[illegible] [illegible]
ᵇ præſentem, alii. iſtam ſolvat

CONSTITUTIO LXIIII

Quæ ſit Præfect[illegible]ria d[illegible]g[illegible]itas, & quando per e[illegible]m qu[illegible] [illegible] c[illegible]æ [illegible]

CCXVI. *Ut Præf[illegible]oria dignitas [illegible]*

1. PRæfectoria di[illegible]nitas ᵃ dicitur non ſol[illegible] [illegible] Prætorio ᵇ vel urbis, ſed *jam* Magiſtrorum m[illegible]itu[illegible]. [illegible]a aut[illegible] duplex eſt: aut enim honoraria eſt [illegible] aut quæ in ipſ[illegible] [illegible]ſtu præfu[illegible]er. Honorariam dicimus eam, cum codicillos al[illegible]uis accipit [illegible]pera

tore, quibus dignitas ei præſtatur, quaſi Præfectus fuiſſet, ſive Magiſter militum. In ipſo autem geſtu poſitus eſſe videtur, qui revera Præfectus vel Magiſter militum factus eſt. Igitur ſi curialis homo *Præfectoria* [a] dignitate *potitus* [3] fuerit: ſiquidem honoraria, maneat in eadem [a] in Præfectoria
condicione *conſtrictus* [4]: ſin autem *revera* [5] Præfecturam nanctus eſt, [3] poſitus [4] conſtitutus : [5] veram
vel Magiſterium militiæ, tunc curiæ nexibus liberetur. Præfectos autem Prætoriorum quattuor ponimus, id eſt Orienralis ſedis, *qui* [6] in [6] quæ
hac civitate eſt, & Illyricianæ regionis, & Africanæ Diœceſeos, & qui *Italiæ* [7] præpoſitus eſt. DAT. CONS. JOANNIS. [7] in Italia

[a] *Præfectoria dignitas*] *A. A.* Quæ fuerit Novell. 70. *Pith.* Præfecturæ dignitas aut ipſius apicis adminiſtratione, aut actu magiſteriæ militum poteſtatis, aut quod præpoſiti ſacri cubiculi fuerint, aut quod honorarios ejuſdem Præfecturæ meruerint codicillos L. Conſularis Cod. Theodoſ. de metat. Julianus Scholio ultimo cap. 2. Novell. 22. Nec enim dubito quin antiqua illa Scholia, quæ poſt Novellas Juliani ſunt edita, eidem Juliano tribui debeant.

[b] *Præfectorum Prætorio*] Vide notata ad cap. 5. Conſtitut. 22.

[c] *Honoraria dignitas*] *Pith.* Τὸ ἀρχαῖον ἦν τινος ὑπάρχοντος σχῆμα ἦν Honorarias ἐκάλουν, κωδικίλλων ἐκ τῆς βασιλείας ἐπ' αὐτῇ παρεχομένων· τοῦτο δὲ οὕτως ὠνόμαζον ὡς οὐδενὸς ἑτέρου πλὴν ἢ ψιλῆς τιμῆς τοῖς ταύτης ἠξιωμένοις παρεχομένης. Eunapius in Libanio. Τῶν δὲ μετὰ ταῦτα βασιλέων καὶ τῶν ἀξιωμάτων τὸ μέγιστον αὐτῷ προσθέντων. τὸν γὰρ τῆς αὐλῆς ὕπαρχον μέχρι προσηγορίας ἔχειν ἐκέλευον, οὐκ ἐδέξατο, φήσας τὸν σοφιστὴν εἶναι μείζονα. Idem in Proæreſio. Ὁ δὲ ταῦτα ἔδωκεν, καὶ προσέθηκε τὸ μέγιστον τῶν ἀξιωμάτων στρατοπεδάρχην ἐπιτρέψας καλεῖσθαι. L. 187. C. Th. de decur.

CONSTITUTIO LXV. Διάταξις ξε.

CCXVII. *Qui tutores vel curatores pupillo vel adoleſcenti vel aliis perſonis dari poſſunt.*

IMPERAT. JUSTINIANUS AUG. JOANNI PP.

1. Nulli tutori, nulli curatori liceat nomina contra pupillum, vel l. ταῦτα ἀναίτ.
eum *qui curatione ejus gubernatur* [1], *jure ceſſionis* [2] in ſe trans- & l. οἱ δὲ τε. [1] cujus curationem gubernat, [2] jura ſucceſſionis
ferre ab alio, ſive pretium pro actione *dedit* [3], ſive non. [3] dederit,

CCXVIII. *Idem.*

2. Nemo qui dicit ſe obnoxium pupillum habere, vel eum, qui *curatore* [1] eget, tutor aut curator *ipſe* [2] creetur. Sed & is, qui mani- [1] curatione [2] ipſi
feſte obnoxius impuberi, vel ei, qui cura indigeat, fuerit: tutor vel l. ταῦτα ἀναίτ.
curator non fiat.

CCXIX. *Idem.*

3. Quod ſi quis tutor conſtitutus aut curator, neque obnoxium l. πᾶν τι.
habeat eum cujus negotia gerit, neque obnoxius ei ſit. Poſtea autem verſ. καὶ ὁ καθίαν.
hereditas ad eum devoluta fuerit, quæ debitorem vel creditorem memoratæ perſonæ eum faciat: tunc alius tutor vel curator ei adjunga-

tut, qui cuſtodiet eum: & hoc ipſum Sacramento juret, quod non malitiæ tutoris vel curatoris favebit, ne pœnæ ſubjiciatur.

CCXX. *Idem.*

θ. ἵνα δὲ μή. ᵃ dicat

4. Ne autem unuſquiſque *dicens* ᵃ ſe creditorem impuberis eſſe, vel forte adoleſcentis, ab onere tutelæ, vel curationis facile excuſetur: ſancimus non aliter eum recipiendum eſſe, niſi manifeſte probaverit creditorem ſe eſſe impuberis, vel forte adoleſcentis, vel res eorum ſibi obnoxias eſſe, vel parentes. Quod ſi res in incerto ſit: tunc Sacramentum præbeat, quod ideo tutelam vel curam recuſat: quia revera ſuum debitorem eſſe pupillum vel forte adoleſcentem exiſtimat, tunc enim, & ſi voluerit, non admittatur ad tutelam vel *curationem* ᵇ cujuſcumque perſonæ: quamvis tutor legitimus ſit.

ᵇ curam

CCXXI. *Idem.*

θ. εἰ δὲ αγένοιτο.

5. Quod ſi quis adverſus ea tutor vel curator creari paſſus fuerit: ſiquidem obnoxium impuberem habeat, vel forte adoleſcentem: actiones quas habet, amittat. Sin autem ipſe obnoxius fuerit: non liceat ei dicere, quod tempore quo tutelam vel curationem gerebat, ſolutionibus vel *aliis* ᵃ *commenticiis* ᵇ liberationibus actione ſolutus eſt.

ᵃ *dele.* ᵇ conventiciis

CCXXII. *Idem.*

θ. οὐ δὲ πρ. ᵃ *dele.*

6. Nulli tutori vel curatori liceat ſicut ſupra diximus, nomina contra pupillum vel *forte* ᵃ adoleſcentem redimere, & ceſſiones adverſus eum impetrare, quamvis jam deſiit tutor vel curator eſſe: ſed omnimodo hoc quod factum eſt, pro infecto habeatur, ita ut pupillus quidem vel forte adoleſcens omnimodo ſecuritatem habeat, & nulla teneatur actione. Tutori autem vel curatori non liceat contra eum redire, qui *nominibus* ᵇ ei ceſſerit: eodem jure obtinente, & ſi poſtquam tutor vel curator deſiit eſſe, ceſſiones nominum impetraverit.

ᵇ hominibus, *alii.* nomina

CCXXIII. *Idem.*

verſ. καὶ ταῦτα φή. ᵃ furioſorum, ᵇ captorum,

7. Hæc autem omnia de omnibus curatoribus poſita ſunt, non ſolum adoleſcentium, ſed etiam prodigorum, vel *furioſi* ᵃ, vel mente *capti* ᵇ, vel ſi quid aliud aut lege expreſſum eſt, aut natura inveniat.

CCXXIIII. *Idem.*

θ. ἐπειδὴ δὲ ἐρώμη.

8. Nemo tutor vel curator compellatur pecuniam impuberis vel forte adoleſcentis mutuam dare, ſed liceat ei ſterilem eam in tuto deponere. Nam melius eſt ſortem impuberi vel adoleſcenti conſervari, quam uſuratum cupiditate etiam ſortem amittere. Sin autem ſponte ſua tutor vel curator mutuaverit, forte ſub pignoribus, vel ſub alia indubitata cautela: tunc habeat quidem per ſingulos annos

duorum menſium relaxamentum. Sciat autem quod periculum ſortis ad ipſum pertinebit.

CCXXV. *Idem.*

9. Si pupillus reditus habeat ſibi ſufficientes: eos tutor impendat. Sin autem ampliores reditus ſint, quam ſumptus: tunc id quod ſuperfuerit, deponatur. Quod ſi ſubſtantia impuberis mobilis ſit: tunc id tantum tutor mutuare debet, quod ſufficiat ad adminiſtrationem pupillarium rerum: quod autem ſuperfluum ſit, hoc deponatur. Eademque dicimus & de curatoribus omnium perſonarum. Licebit autem tutori vel curatori *&* [1] ſubtiliter inquirere, *ſi quem reditum* [2] comparare pupillo vel *forte* [3] adulescenti poſſit ex ſuperflua pecunia, ut & tributa levia ſint, & venditor locuples, & reditus fertilis. Sciat autem quod ſi adverſus ea comparaverit: neglegentiæ periculum ad eum pertinebit.

l. εἰ μὴ αὐτῶ ἔχει. — [1] *dele.* [2] & ſi quidem reditus [3] *dele.*

CCXXVI. *Idem.*

10. Quod ſi pecuniam *tantam* [1] habeat pupillus, *ut* [2] ex ea adminiſtrationes rerum ipſius ſolummodo explicentur: tunc mutuare tutor vel curator eam debebit cum cogitatione cæleſtis judicii.

l. εἰ δὲ τοσοῦτο. — [1] tantum [2] quod

CCXXVII. *Idem.*

11. Nam & ab initio antequam adminiſtrationi ſe immiſceat tutor vel curator *cujuſvis* [1] perſonæ, ſacramentum præſtare compellitur *per* [2] divinas ſcripturas, quod omnia geſturus eſt, quæ pupillo commoda eſſe putaverit. Eadem dicimus & de his, qui *curatione egent* [3]. DAT. KAL. JUL. CP. IMP. DN. JUSTIN. PP. A. ANN. XII. JOANNE. V. C. CONS.

verſ. καὶ τὴν βουλίμαθει. — [1] cujuſcumque [2] ſuper *l. οὕτως ἡμῶν.* [3] curas egerint, *alii.* curationem gerunt, *alii.* curationem egerunt.

CONSTITUTIO LXVI.

Διάταξις ξϛ'.

De depoſitis cyrographis & trium teſtium intercedenda præſentia committendis. Et ut ſcripturis ſine tabellione compoſitis trium teſtium præſentia præbeatur. Et de comparationibus litterarum quod utique in ſcripturis vel cauſis unius libræ quantitatem excedentibus obſervare lex jubet: minoris quantitatis contractibus vel inſtrumentis in vicis celebratis ſi hæc obſervatio non fuerit minime lædendis, & quomodo naturales juſti liberi fiant matre eorum concubina permanente.

CCXXVIII. *Quemadmodum depoſitum caute dari poteſt.*

1. SI quis depoſitum *alicui dare caute* [1] voluerit, neceſſarii ſunt ei tres teſtes. Nam litteræ depoſitarii ſolæ non ſufficiunt *depoſitori* [2] ad pleniſſimam depoſiti dati probationem. Teſtimonia autem ſic exhiberi oportet, ut dicant teſtes, quod *ſub* [3] præſentiam ſuam vel ſuſceptum eſt, vel quod depoſitarius ſe ſuſcepiſſe *conſcripſit* [4].

l. ὅτι τις τίνως. — [1] in alicujus cautelam dare [2] *dele.* [3] in [4] ſe conſcripſit, *alii.* ſe ſubſcripſit, *alii.* ſe ſcripſit.

Digitized by Google

¹ dele. ² adfuerint

Idem eſt & ſi ſine ſcriptis: tamen *ſi* ¹ tres *adhibiti fuerint* ² teſtes idonei veritate.

CCXXIX. *Quemadmodum ſine Tabellione inſtrumentum caute fieri poteſt.*

1. ἀλλὰ καὶ ὅ τις. ² comparationes ³ ſubſcripſiſſent ³ fuerit.

2. Si quis ſine Tabellione componere inſtrumentum maluerit ſive de mutuo, ſive de depoſito, ſive de alia quacumque cauſa: tres teſtes adhibeat: alioquin litteræ ipſius ſolæ & *comparatio* ² earum credendæ non ſunt. Nulla autem differentia eſt, utrum *ſubſcripſerint* ³ teſtes, an præſentibus eis inſtrumentum compoſitum *eſſet* ³.

CCXXX. *Si litterarum fides a voce teſtium diſcrepet.*

1. εἰ μὲν τοῦ. ² littera ³ videatur, ³ eam ⁴ oportet: ⁵ tantum

3. Si inſtrumentum prolatum fuerit, & *litteræ* ² quidem Titii eſſe non *videantur* ³, teſtes autem dicant, Titium *eas* ³ ſcripſiſſe, jurati ſcilicet, teſtimonium eorum reprobari facile non *debet* ⁴: ſed *tamen* ⁵ ad ſapientiam judicis pertinet, ut ea, quæ veriſimilia magis putaverit, eis majorem præbeat fidem.

CCXXXI. *De contractibus incaute compoſitis.*

1. εἰ μέν τις.

4. Si quis inſtrumentis componendis adhibere prædictam obſervationem neglexerit, vel depoſuerit alicui, vel mutuaverit ſine teſtium præſentia, ſolis litteris debitoris credens: incaute quidem facturus eſt: ſed tamen, ſi per ſacramentum vel per confeſſionem debitoris veritas manifeſtetur, id quod dedit, exigere non prohibeatur.

CCXXXII. *Quomodo Tabelliones caute debeant inſtrumenta componere.*

1. ἀλλὰ καὶ τὰ συμβόλαια.

5. Inſtrumenta quoque, quæ apud Tabellionem componuntur, ſubſcriptione teſtium, ſicut dictum eſt, muniri præcipimus ante completionem ſcilicet a Tabellione inſertam ᵃ.

ᵃ *Completionem ſcilicet a Tabellione inſertam*] *Pith. Scholiaſtes.* Πρὸ τοῦ τελέσματος: τουτέστι πρὸ τῆς κόμπλης τῆς παρὰ τῶν ταβελλιώνων γινομένης. Alexius Comnenus Nov. 8. Τῶν γὰρ δικαστῶν ἄλλων εἰς ἄλλας τραπομένων ἐννοίας, καὶ τῶν μὲν τὰ ἔγγραφα ἐξ ὧν ἡ σύγκλεισις γίνοιτο μὴ ἄλλως ἀσφαλῆ κατονομάζεσθαι κατὰ τὴν Ιουστινιάνειον νεαρὰν εἰ μὴ παρὰ ταβελλίωσι πληροῖντο καὶ συνήθεις ἐπιφέροιντο κόμπλας διατεινομένων· τῶν δὲ τὰς ὑπογραφὰς τῶν ταβελλιώνων ἀρκεῖν λεγόντων ἀσφαλῆ τὰ ἔγγραφα συνιστᾶν κἂν μὴ κεκομπλευμένα τυγχάνοιεν, &c.

CCXXXIII. *De comparatione notarum.*

1. δεῖ μόνον. ² deprehendant, ³ compoſitione ³ notaru.

6. Judices non tantum ex comparatione litterarum falſitatem *reprehendant* ², ſed etiam ex *comparatione* ³ *notarum* ³.

CCXXXIIII. *De comparatione litterarum.*

1. εἰ μέν τι πλη-ρώσειεν.

7. Comparatio litterarum, ſicut ſupra diximus, ſine *teſtimonio-*

[illegible] probationem. Sin au- [illegible] Tabellionis, vel *forte* in abſentia Tabellionis [illegible] qui inſtrumentum producit, ſacra- [illegible] in eo inſtrumento [illegible] *nece*ſſ*atem* cauſæ [illegible] at. Quod ſi Tabellio [illegible], [illegible] m ſuum de fide inſtrumenti [illegible] per [illegible] ſuum inſtrumentum [illegible] *vit*, & præ[illegible] *ſt*, & nullo modo vel alia juſta cauſa in [illegible] in judicium veniat, præbeat ipſe *quoque* [illegible] per *T*[illegible]*um* [illegible] nota[illegible]ata eſt & ipſe [illegible] *nume*[illegible]*tori* [illegible] entum, & [illegible], vel [illegible] cauſa impediantur *venire* [illegible] ut [illegible] T[illegible] & [illegible] monium ipſius [illegible] ut non compara[illegible]. Quod ſi Tabellio mortuus eſt, [illegible] compar[illegible] & [illegible] miniſter ipſius, per quem [illegible] *um* [illegible], quam *numerator* pecuniæ, ſcilicet ſi non a[illegible] *En m*[illegible] *ſive* mortui ſint, vel in abſentia fuerint, alii teſtes producantur. Et ſi hoc facile non ſit, *ad* comparationem litterarum Judex veniat, ut non ſolum completionis litterarum a Tabellione [illegible] comparentur, ſed etiam aliæ [illegible] principalis perſonæ [illegible] teſtium in comparationem deducantur, ut ex multis comparationibus litterarum fides veritatis [illegible] poſſit. Sin autem nullum aliud ad veritatem probandum ſu[illegible] quam comparationes litterarum, tunc illud teneat, quod [illegible] oc [illegible], ut [illegible] inſtrumentum producit, legi[illegible] a, quod nulla malitia uſus eſt: ſed & is, qui [illegible] en[illegible]git, [illegible] & calumnia jusjurandum ſubeat [illegible] omnibus [illegible]tibus omnes liberantur, ſi ſub [illegible] entur, & ibi teſtes & aliæ [illegible] *conroborent*.

CCXXXV Idem.

8. [illegible] quæ de com[illegible]nibus [illegible] ab illis [illegible] [illegible], quæ ſine T[illegible]ne compoſita ſunt, [illegible] in [illegible] te duratura. Illa quoque jura, quæ de [illegible] litterarum [illegible] *ro*[illegible]*a* ſunt, inconcuſſa permaneant.

CCXX[illegible]I Im[illegible] quomodo d[illegible]ant inſtrumenta om[illegible]

9. Si inſtrumentum litterarum [illegible] us compon[illegible] malevie, ne[illegible] ceſſarius eſt Tabellionus, ſi in [illegible] Tabularii ſunt. Sed & [illegible] non minus quinque ſcientes cum [illegible], & ab eo co

[illegible] teſtium

ſi forte

dele.

[illegible] pr. neceſſitate

dele.
eſt,
exſtet.

dele

[illegible] adnumeratorem

al. a juſta

[illegible] in [illegible] venire
eſt,

compoſitum

adnumerator

[illegible] tunc ad

verſ. [illegible]

roborent

[illegible]

[illegible], & poſtquam [illegible] peritus vel [illegible] [illegible], unus ex iiſdem quinque [illegible]. Omnes autem quinque teſtes ſubſcribere [illegible] cognoſcentibus imperitum omnia provi[illegible]

CCXXXVII. De contra[illegible]

[illegible] 10. Hæc autem omnia de his contra[illegible] interveniente fiunt. Alioquin ſi ſine [illegible] erant. liceat eis vel *teſtimoniis* [illegible] vel jurisjuran[illegible] manifeſtare, ſcilicet actore quidem teſtes pr[illegible] vel [illegible] rante vel jusjurandum refer[illegible] hoc [illegible] verit.

CCXXXVIII De vi & poteſtate [illegible]

[illegible] 11. Hujus Conſtitutionis obſervatio in his c[illegible] bet, qui ſunt ultra quantitatem libræ auri. Nam [illegible] pristinum morem *conſervari* [illegible] jubemus.

servari

CCXXXIX De vi & poteſtate Conſtitutio[illegible]

[illegible] 12. Hujus Conſti[illegible] in [illegible]tibus [illegible] Si enim inſtrum[illegible] compoſitum [illegible] *jure* [illegible] habeatur. Ruſt[illegible] & [illegible] ciendis non *reprobavimus* [illegible], qua[illegible] rum *ſumma* [illegible] ſubtilitas [illegible]

lege

reprobamus, [illegible] non probavimus [illegible] legitima

CCXL. De vi & [illegible]

[illegible] 13. Hæc Conſtitutio in f[illegible] nam *præteritis caſus* prioribus legibus [illegible]. DAT. [illegible] NON. JUN. CP. IMP. DN JUST[illegible] A [illegible] XII. JOHANNE V. C. CON[illegible]

præteritæ cauſæ

CONSTITUTIO LXVII[illegible]

[illegible] CXLI. Quomodo [illegible] naturales [illegible] fiant.

[illegible] 1. SI quis cum libera muliere conſuetu[illegible] [illegible]tione maritali, & ex [illegible] liberos *natura*[illegible] [illegible] & in poteſtate [illegible] cum [illegible] [illegible] dotalia [illegible] antea [illegible] [illegible], poſt c[illegible] d[illegible] [illegible] *ſunt* [illegible] [illegible] in Codi[illegible]*mus* [illegible] Q[illegible] [illegible] d[illegible]erit, [illegible] autem pa[illegible]

[illegible] liberos

[illegible]

ſuſceptos legitimos *habere* [7] *:* adeat Imperatorem cum precibus, & [7] facere:
expoſcat, ut ſibi liceat legitimum nomen eis imponere, & naturalibus ſuis eos reſtituere, quemadmodum libertini natalibus reſtituuntur. Principe enim adnuente ſupplicationibus patris, neceſſe eſt, ut liberi legitimi fiant, quamvis dotale inſtrumentum nullum *cum matre* [8] eorum *jam mortua* [9] compoſitum ſit. Idem dicimus, & ſi filios naturales pater diligat, matrem autem odio habeat: quia *in corpore ſuo* [10] peccavit. Nam ſi ea cauſa ſit, & nolit cum ea nuptias contrahere: licebit ei prædicto modo filios naturales legitimos ſibi facere. Item ſi liberi naturales matrem ſuam cæſaverint, ne dotalibus inſtrumentis cum ipſa factis in poteſtate patris efficiantur, & uſusfructus rerum ad eos *perveníentium* [11] patri adquiratur: ſi talis dolus factus fuerit, liceat patri prædicto modo preces Imperatori porrigere, & filios legitimos facere, & in poteſtate ſua eos redigere. Eadem dicimus & ſi juſta cauſa dotalia inſtrumenta impediat. Pone *enim* [12] patrem naturalem Diaconum vel Preſbyterum factum eſſe, ut ducere non poſſit uxorem. Quod ſi pater non potuit in antefatis caſibus Imperatori ſupplicare: liceat ei in teſtamento ſuo legitimos ſucceſſores ſibi ſcribere filios naturales: *ut tamen* [13] illi poſt mortem parentis ſupplicent Imperatori, & teſtamentum patris oſtendant, & principe adnuente in tantum capiant paternam hereditatem, in quantum ſcripti ſunt: aliter enim legitimo nomine non fruantur. Hæc autem omnia, quæ modo *addita* [14] ſunt, tunc habeant locum, cum nulla alia legitima proles, vel antea vel poſtea patri ſubſit. Legitimis enim filiis natis non aliter naturales legitimi fiunt, niſi dotalia inſtrumenta pater cum matre eorum *confecerit* [15].

[8] dote. [9] dote. θ. [illegible] [10] in corpus ſuum θ. [illegible] [11] pertinentium θ. [illegible] [12] enim interim θ. [illegible] [13] attamen [14] dicta [15] conſcripſerit.

CCXLII. *Quomodo legitimi fieri non poſſunt.*

2\. Filios naturales antea quidem licebat patribus legitimos ſibi per adoptionem efficere: ſed divi Juſtini Conſtitutio hoc prohibuit, quam noſter Imperator in ſuo ſtatu manere *jubet* [1].

θ. [illegible] [1] vult.

CCXLIII. *Qui ſine dotalibus inſtrumentis nuptias contrahere poſſunt, vel non.*

3\. Nemo dignitate decoratus Senatoria ſine dotalibus inſtrumentis, & ante nuptias donatione matrimonium contrahat. Alioquin filii qui ex tali copulatione procreati fuerint, non erunt legitimi, ſed magis naturales. Alii autem qui militiis honeſtioribus decorantur, vel negotiationibus vel quibuſdam artibus laudabilibus præditi ſunt, & ſine dotalibus inſtrumentis & ante nuptias donatione copulentur, ſed non circa ſcripturæ cautelam. Debent enim hoc ipſum defenſori Eccleſiæ vel Oratorii dicere, & ille adhibeat tres vel quattuor Clericos ad teſtimonium, & conſcribatur [2] *chartula* [2], qua declaretur dies, *quo* [3] Imperatore & [4] Conſule & [4] menſe convenerunt ille & illa, in illo

θ. [illegible] θ. [illegible] [2] charta. [3] & tempus quo [3] quo [4] vel

> ¹ loco Oratorii quo
> ² defenſores Eccleſiæ.
> ³ chartam
> verſ. οἱ δὲ πάν.
> θ. ὁ δὲ ἔστ.

Oratorio ¹ & copulati ſunt, & ſubſcribant *defenſor & Clerici* ². Et ſiquidem velint *chartulam* ³ accipere vel ambo vel unus ex his, præſtetur eis: ſi nolint, deponatur in ſancto Oratorio, ut poſtea ſi opus fuerit, producatur ad probationem nuptiarum, ut etiam proles ex ea copulatione procreata legitimo nomine perfruatur. Sin autem viliſſimi homines matrimonium contrahere velint: liceat eis & ſine ſcriptura hoc facere. Idem dicimus & de ruſticis hominibus, & de militibus, qui in armis occupati ſunt.

ª *Chartula*] Vide notata ad cap. 2. Conſtitut. 44.

CCXLIIII. *Idem.*

> θ. ἐπειδὴ κ.
> ¹ Evangeliis
> ² illi, *vel*, ei
> ³ procreaverint:

4. Si quis divinis tactis *ſcripturis* ¹ juraverit mulieri legitimam ſe eam uxorem habiturum, vel ſi in Oratorio tale ſacramentum dederit: ſit *illa* ² legitima uxor, quamvis nulla dos, nulla ſcriptura alia interpoſita ſit. Et ſi liberos non habuerit, mortuo marito quartam partem ſubſtantiæ ejus accipiat, ſecundum Conſtitutionem noſtri Imperatoris, etſi eam de domo ejecerit, quamvis ſine repudio hoc fecerit. Quod ſi liberos *procreaverit* ³ *:* legitimi eſſe videantur. Et ſi aliis nuptiis contractis legitimos filios pater habuerit: omnes ſimul legitimum nomen habebunt.

CCXLV. *Qui ſint legitimi filii, vel naturales vel neutrum eorum, id eſt, ex damnata copulatione.*

> θ. οἷον ἐμῶν.
> ¹ naturali

5. Ergo ſiquidem ex hujuſmodi matrimoniis filii naſcuntur, legitimi erunt. Sin autem aliter filios aliquis habuerit, naturales ª erunt: & tam ex teſtamento quam ab inteſtato patri *naturales* ¹ ſuccedunt ſecundum obſervationem Principis noſtri, ſcilicet ſi non ex damnata copulatione nati ſunt. Tales enim liberi neque legitimi, neque naturales appellantur: nec omnino patri ſuccedunt.

ª *Naturales*] *Pith.* D. Auguſtinus contra Julianum. Ea quæ cum fœminis committuntur ſtupra laudatis, quia & illic uſus utique naturalis eſt, quamvis damnandus, quia legitimus non eſt: unde & filii non legitimi, ſed naturales vocantur qui inde naſcuntur.

> Διάταξις ξή.

CONSTITUTIO LXVIII.

CCXLVI. *De appellationibus in Sicilia porrectis.*

> ¹ Imperatori
> ² &
> ³ ſententiæ ejus roborentur.
> ⁴ alia lis civilis
> ⁵ patrum

1. Appellationes, quæ in Sicilia porriguntur adverſus ſententias Prætoris vel Ducis vel cujuſvis alterius Judicis in Sicilia conſtituti, apud Quæſtorem in hac regia urbe exerceri præcipimus, ut ipſe diſcutiat cauſas provocationis, & ſententiam dicat, & noſtro *Imperio* ¹ referat, *ut* ² noſtra auctoritate *ſententia ejus roboretur* ³. Sed ſi *aliud civile* ⁴ emergat, veluti defenſoris confirmatio, vel decretum *patris* ⁵ civitatis Siciliæ: ſimiliter ad Quæſtorem referatur, & calculo

ipſius confirmetur, noſtra ſcilicet auctoritate ſuggerente Quæſtore ſequenda.

CONSTITUTIO LXIX. Διάταξις τε΄.

Ut qui audire a Judicibus contemnuntur Epiſcopis pro eis agentibus audiantur. Et ut Præſes ſi ſuſpectus appareat, in audientiam Epiſcopus conveniat: ſive ut cum litteris Patriarchæ Epiſcopi, ſed & Laïci cum litteris Epiſcopi & Præſidis ad Regiam veniant civitatem.

CCXLVII. *Si Præſes Provinciæ ſupplices Provinciales contempſerit.*

1. SI quis propter civilem vel criminalem cauſam Præſidem Provinciæ adierit, & ille contempſerit actorem, vel alio modo cauſam cognoſcere ſecundum leges contempſerit: licet actori ſupplicare civitatis Epiſcopo, & *hoc ipſum* [1] in querimoniam deducere, ut religioſus Antiſtes, vel ipſe ad Præſidem veniat, vel ſuos homines mittat, per quos *compellere* [2] Præſidem ſine dilatione & injuria litem dirimere poſſit. Quod ſi tanta *impudentia* [3] Rector Provinciæ teneatur: ut nec Epiſcopo nec Clericis imminentibus juſtitiam ſequatur: tunc liceat Epiſcopo, ſi voluerit *actor* [4] ad noſtram pietatem *venire* [5], & preces fundere, dare ei litteras, per quas nobis declaretur ſuperbia atque injuria Præſidis. Nos enim & actori medebimur, & Præſidi competentem vindictam imponemus.

verſ. εἰ δέ τις. — [1] ipſum — [2] compellat — [3] imprudentia — [4] actorem — [5] mittere,

CCXLVIII. *Si cui Præſes Provinciæ ſuſpectus ſit.*

2. Si *cui* [1] Præſes Provinciæ ſuſpectus eſſe videatur, & litigare apud eum ſolum noluerit: liceat ei Epiſcopum invocare, ut cum ipſo conſidente *litem* [2] audiat, & vel *amicali* [3] compoſitione litigatores tranſigere *faciant* [4], vel more Paraſimioſeos [a] audiant, vel cognitionaliter: ita tamen, ut ſententia legibus conſentanea imponatur.

β. εἰ δέ τις. — [1] quis — [2] cauſam — [3] amicabili — [4] faciat.

[a] *Paraſimioſeos*] *A. A.* Naturaliter non cognitionaliter dicitur Novell. 82. cap. 5. Novell. 86. cap. 2. de plano, ſine cauſæ cognitione, ſine ſcripto. *Pith.* Ἐν σχήματι παρασημειώσεως, quaſi per indicem. Τουτέστι τὰ κεφάλαια τῶν λαλουμένων ἀπολαμβάνειν καὶ γράφειν πάντα ὡς ἐν συνόψει καὶ δι' ὀλίγων, ὁποῖα εἰώθασιν ὄντα παλαιὰ βασιλικὰ σημειώματα. Hieronym. in Eſaiam. Et σημειώσεις quas nos excerpta poſſumus appellare.

CCXLIX. *De Provincialibus, qui temere in Conſtantinopolitanam civitatem veniunt.*

3. Si quis autem non adito Præſide *Provinciæ* [1], & ſine litteris Epiſcopi in hanc civitatem venerit, & de aliqua cauſa nos moleſtaverit: ſciat ſe tales pœnas ſubiturum, quales paſſurus eſſet Præſes Provinciæ, ſi *aditus* [2] eum *contempſiſſet* [3].

γ. εἰ δέ τις ... [1] dele. — [2] aditus audire — [3] contempſerit.

CCL. *Si Præſes Provinciæ injuriam fecerit.*

4. Si quis a Præſide Provinciæ injuriam paſſus fuerit, adeat civi- δ. εἰ δέ τις πρός.

tatis Epiſcopum, ut ſi arbitrio ejus Præſes condemnatus ſit, ſatisfaciat homini injuriam paſſo. Sin autem *hoc* [1] facere noluerit, & veniat ad noſtras piiſſimas aures: ſiquidem juſtam ſententiam religioſiſſimi civitatis Epiſcopi comprehendamus, ultimis ſuppliciis Præſidem adfici *jubebimus* [2]. Sin autem innocentem eum inveniamus: neceſſe eſt, ut nullum reſponſum a noſtra clementia calumnioſus actor accipiat.

[1] hoc Præſes
[2] jubemus.

CCLI. *De Officio Taxeotarum Præſidis.*

5. *Curent* [1] Officiales Præſidum, ut lites *ſubjectorum* [2] *dirimantur* [3], & non accipiant ſportularum nomine plus, quam noſtra Conſtitutione *cavetur* [4]: quod ſi contra hæc fecerint, ultimis ſuppliciis ſubjiciantur.

verſ. [illegible]
[1] Jurent cum res exigit
[2] ſubditorum
[3] dirimant,
[4] jubetur.

CCLII. *Si Epiſcopus ad gratiam Præſidis ſupplicem contempſerit.*

6. Si Epiſcopus *ad* [1] gratiam Præſidis ſupplicem contempſerit, ex ſacris regulis pœna ſubjiciatur.

§. [illegible]
[1] propter

CCLIII. *De Officio defenſorum, & Epiſcopali audientia.*

7. In civitatibus, in quibus Præſides præſto non ſunt, adeant litigatores defenſorem civitatis, & ille audiat cauſas. Si autem Epiſcopum judicare ſibi maluerint, hoc quoque fieri jubemus.

§. ἐν δὲ ταῖς.

CCLIIII. *De Epiſcopis vel Clericis ad Conſtantinopolitanam civitatem pertinentibus.*

8. Nemo Epiſcopus, nec Clericus ſine litteris Patriarchæ vel Epiſcopi in hanc *florentiſſimam* [1] civitatem veniat.

§. ὥστε δὲ μοναχόν.
[1] ſanctiſſimam

CCLV. *Ut nemo ultra ſportularum modum ſtatutum exigere audeat, & de Officio Præſidis & Epiſcopi.*

9. Neque Præfectianus, neque in rebus Agens [a], neque alius cujuſlibet condicionis homo in Provincias veniens, plus exigat ſportularum nomine, quam noſtra conſtitutione cavetur. Sin autem plus exegerit, ſuo periculo Præſes ſecundum leges in eum *vindicet* [1]. Quod ſi hoc facere neglexerit, Epiſcopus civitatis ad nos referat, & tam de Præſidis neglegentia judicet, quam de dignitate vel militia vel alia condicione ejus, qui plus exegerit, ut nos *in utrumque* [2] competentem cohercitionem imponamus. DAT. XV. KAL. MAIAS IMP. DN. JUSTIN. PP. A. ANN. XIII. APIONE V. C. CONS.

§. [illegible]
[1] judicet.
[2] utrique

[a] *In rebus Agens*] Vide notata ad cap. 1. Conſtitut. 21.

CONSTITUTIO LXX.

Διάταξις οʹ.

Ut Monachus ante latam novellam Conſtitutionem in Monaſterium ingreſſus licentiam habeat qualiter vult de ſuis rebus ordinare.

CCLVI. De Conſtitutione Imperatoris, quæ loquitur de ſubſtantiis Monachorum vel Aſcetriarum.

1. SCimus in ſuperioribus Conſtitutionem eſſe relatam, qua cavetur, ut qui quæve *in* [1] Monaſterium intrant, videantur ſubſtantias ſuas Monaſterio conſecraſſe. Nam ante introitum liberam *habent* [2] facultatem, quomodo voluerint, bona ſua *diſponere* [3]. Poſtquam autem intraverint, talem licentiam non habent, quamvis liberos habeant. Sed ea Conſtitutio, quæ de hoc jure loquitur, ex ſuis temporibus *valet* [4]. Nam ſi antequam ipſa introducatur, factus eſt aliquis Monachus, vel facta eſt mulier Monacha, nihil ad eum vel ad eam pertinet. Ergo *habent* [5] liberam facultatem qualiter voluerint ſua negotia diſponendi & poſt memoratam Conſtitutionem. DAT. ID. OCT. IMP. DN. JUSTIN. PP. AUG. ANN. XI. JOHAN. V. C. CONS. IND. II.

[1] dele. [2] habeant [3] diſtribuere. [4] valeat. [5] habeant

CONSTITUTIO LXXI.

Διάταξις οαʹ.

CCLVII. De his qui per capillum Dei, aut per caput jurant: vel alio modo blaſphemia contra Deum immortalem utuntur.

1. SI quis *per capillum Dei vel per caput* [1] juraverit, vel alio modo blaſphemia contra Deum uſus fuerit: officio Præfecti urbis ultimo ſupplicio ſubjiciatur. Si quis *autem* [2] talem hominem non manifeſtaverit: non eſt dubium, quod divina *condemnatione* [3] *ſimiliter* [4] coërcebitur. Ipſe *quoque* [5] Præfectus urbis, ſi neglexerit, poſt Dei judicium *etiam* [6] noſtram indignationem timeat.

[1] verſ. ... [1] per capillum vel barbam Dei [2] *addo*, ſciens [3] coërtione [4] ſimul [5] quippe [6] &

CONSTITUTIO LXXII.

Διάταξις οβʹ.

Ut famulis libertate decoratis, jus aureorum ſine Imperiali pragmatica competat. Et ut libertus ſi ingratus ex cauſis lege deſignatis appareat ditioni patroni reddatur. Sive ut libertam ſuam quis uxorem ducere volens dotalia inſtrumenta componat. Sed etſi ex ancilla liberos habens, cum eam manumiſerit, factis dotalibus inſtrumentis uxorem legitimam habere videbitur, ſed & filios ejus ex eô ipſo intellige liberari.

CCLVIII. De jure aureorum anulorum.

1. SI quis famulum ſuum vel ancillam manumiſerit, & cives Romanos fecerit (aliter enim *nec* [1] valet manumiſſio) tacito jure videatur jus aureorum anulorum [2] adeptus fuiſſe, & natalibus reſti-

[1] non [2] verſ. ...

[2] indigent.
[3] ut impetrent
[4] valet.

tutus [b] eſſe: & non *indigeat* [2], *ut hoc impetret* [3] a Principe. Hæc Conſtitutio in futuris caſibus *teneat* [4].

[a] *Jus aureorum anulorum*] *A. A.* Novell. 18. cap. 10. Novell. 78. cap. 1. 4. Olim non poterant liberti aureo anulo uti ſine Imperatoris licentia. Eratque is anulus equitum inſigne, poſtea ingenuorum. *Pith.* Jus ingenuitatis. Anulum enim aureum neque ſervus, neque libertinus geſtabat in publico, ſed libertini argenteum, ſervi ferreum: licet & multi honeſtiſſimi anulo ferreo uterentur. Iſidorus.

[b] *Natalibus reſtitutus*] *A. A.* Novell. 18. cap. 10. Novell. 74. cap. 1. Novell. 78. cap. 1. & 4. Legitimare hodie vocant, jura legitimi ex reſcripto largiri. *Pith.* In quibus ſcilicet initio omnes homines fuerunt. Nazianzenus. Περὶ τῶν καθ᾽ ἑαυτόν.

Οὐδὲ φίλοι θεράποντες ἐμὸν γένος, οἷς ῥα τυραννὶς
Ἔχισεν ἀρχαίη, καὶ οὔνομα θήκατο δοῦλον
Εὐγενίας δμῶάς τε μιῆς χθονὸς ἐκγεγαῶτας
Η χθονὸς ἠὲ θεῖο· νόμος δὲ ἐπίασσ᾽ ἀλιτρός.

CCLIX. *De reverentia & obſequio patronis a libertis præſtandis, & ingratis libertis.*

[1] κανὼν ιδ.
[2] ſive jure
[3] conſiſtere
verſ. εἰ δὲ οὐδέτερα.
[3] ille,
[4] ingratus
[5] extiterit,
[6] extiterit,
verſ. καὶ μὲν καὶ. & verſ. ἢ ὕβρεις.
[7] Cavere autem oportet ingratitudines quæ, *Ivo.*
[8] conſtitutæ,
[9] id eſt
ſ. ὅτι.
[10] tribuant:
[11] conſervat.
[12] relaxaverit.

2. Libertus patrono ſuo competens obſequium & reverentiam præbeat. Quamvis enim libertinos ſimiles ingenuorum hac Conſtitutione fecimus: attamen patronis jura pattonatus intacta reſervamus: in his ſcilicet caſibus, in quibus reſervari poſſunt ſecundum noſtram diſtinctionem: niſi forte renuntiaverit patronatus prærogativæ manumiſſor ſive per teſtamentum *jure* [1] fideicommiſſi, ſive eo tempore quo libertatem imponebat. Ingratum autem libertum contra patronum ſuum *exiſtere* [2] prohibemus, quod & in pecuniariis donationibus introduximus. Et ſi in illis *eo* [3], qui liberalitatem accepit, *ingrato* [4] contra donatorem *exiſtente* [5], infirmatur donatio: quanto magis ſi libertus circa patronum ingratus *fuerit* [6], reſcindi debet libertas? *Cauſæ autem ingratitudinis* [7] legibus *cognitæ* [8] ſunt; veluti ſi libertus manus ſuas contra patronum moveat: vel ſi contumelias atroces ei fecerit: vel ſi magnum & intolerabile damnum ei dederit: *idem eſt & ſi* [9] ad dedecus ejus pertinentes injurias effuderit. Si enim horum aliquid patronus vel liberi ejus probaverint, ad priſtinum ſtatum convictus libertus revertitur. Quod ſi competentem reverentiam patrono & honorem *retribuant* [10]: lex quoque eis libertatem ingenuitatis nomine decoratam *conſervabit* [11]. Hæc autem totiens patronus habet, quotiens jura ſui pattonatus non *relaxavit* [12].

CCLX. *Si quis libertinam ſuam patronus uxorem habere malueris.*

ſ. εἰ δέ τις ἀναλάβοιτο.
[1] conficiat:
[2] habeat
[3] connubio, *Ivo.*
[4] exiſtant.

3. Si quis libertam ſuam ducere uxorem voluetit, dotalia inſtrumenta cum ea *componat* [1]: & *habebit* [2] eam legitimam uxorem: quamvis ipſe ſumma dignitate præfulgeat: & liberi, qui ex tali *conjugio* [3] procreati fuerint, legitimi ſucceſſores patri ſuo *ſuccedant* [4].

CCLXI. *Si quis ex ancilla ſua liberos habuerit, & dotalia inſtrumenta fecerit.*

4. Si quis ex ancilla ſua liberos habuerit, eamque manumittere velit, & dotalibus inſtrumentis factis legitimam uxorem habere: ipſa compoſitione inſtrumentorum dotalium liberi ejus manumitti [a] *videantur* [1]. Si enim miles legatum ſervo ſuo relinquendo videtur & libertate eum tacite donaſſe: quanto magis hoc obtinere debet in filiis, ubi pater matrem eorum & manumiſit, & legitimam uxorem dotalium inſtrumentorum compoſitione habuit? verſ. [illegible] [1] adde, tacito jure.

[a] *Liberi ejus manumitti videantur*] *A. A.* Novell. 78. cap. 4. Adverſus orbitatis pœnas jus liberorum impetrari ſolebat a Principe. Trium vero liberorum jus non ſolum dictas pœnas tollebat, ſed etiam præmia conferebat. *Pith.* Vid. l. 1. C. de jur. liberor. Ulpian. lib. ſingul. regul. de ſolidi capacitate inter virum & uxorem. D. Auguſtinus contra Julian. Pelagian. Ut jure fuerit conſtitutum ne quiſquam jus liberorum haberet, niſi cum amborum anni computati & ſimul ducti centum non tranſiſſe docerentur.

CCLXII. *Ratio Conſtitutionis.*

5. Hæc Conſtitutio non videtur *extra juris diviſionem introducta eſſe* [1]. Si *enim Pius* [a] Antoninus Imperator jus Romanæ civitatis [a] antea per ſingulos impetrandum, poſtea commune fecit omnibus ſubjectis: & *divæ* [2] memoriæ Theodoſius jus liberorum antea per ſingulos impetrandum, *ipſum* [4] commune Romanis omnibus fecit: *quid novum, ſi nos quoque jus aureorum anulorum & natalium reſtitutionis generale fecimus* [5] omnibus libertinis, ſalvo patronatus honore?

0. [illegible] [1] aliquid novitatis introducere. verſ. [illegible] [2] Sed ſequitur eam quam Pius [3] divinæ [4] ipſe [5] nos autem veſtigia eorum ſequentes per hanc generalem conſtitutionem fecimus commune

[a] *Jus Romanæ civitatis*] *Pith.* Ut in orbe Romano qui fuerunt ex Conſtitutione Titi Aelii Hadriani Antonini Pii, cives Romani effecti ſunt. L. in orbe ff. de ſtat. homin. Chryſoſtomus.

CCLXIII. *De poteſtate Conſtitutionis in tempore.*

6. Hæc autem omnia in futuris caſibus teneant. Nam in præterito tempore locum non habent. DAT. XV. KAL. FEB. CONST. IMP. DN. JUST. PP. AUG. ANN. XV. APIONE V. C. CONS. 0. in fine [illegible]

CONSTITUTIO LXXIIII. [illegible]

Ut Laicus Monachos vel Sanctimoniales in Aſceterio vel Monaſterio conſtitutas non apud civilem Judicem, ſed magis apud civitatis Epiſcopum debet accuſare: omnibus majoribus minoribuſque Judicibus decem librar. auri pœna propoſita hanc Conſtitutionem violaturis.

CCLXIIII. *Si quis in jus vocare Monachum vel Sanctimonialem conatus ſit.*

1. SI quis cum Monachis vel Sanctimonialibus habeat litigium, non audeat Monachum vel Sanctimonialem in Aſceterio [a] ſive verſ. [illegible]

Monaſterio conſtirutum vel conſtitutam ad civilem Judicem accuſare vel *trahere* [a]: ſed magis adeat civitatis Epiſcopum. Ille enim exiſtimabit, utrum *repræſentari* [2] principalis perſona debeat, an per *œconomum* [3], vel apocriſarium [b] defendi cum omni ſcilicet honeſtate, ita ut Epiſcopus legibus & Canonibus conſentaneam ſententiam proferat.

[1] protrahere: [2] præſentari [3] hegumenum, alii. legitimum

[a] *Aſceterio*] Vide notata ad cap. 6. Conſtitut. 6.
[b] *Apocriſarium*] Vide notata ad cap. 3. Conſtitut. 6.

C C L X V. *Ut hac Conſtitutio ad curam Magiſtratuum & Epiſcoporum pertineat.*

2. [1] Hanc Conſtitutionem omnes Præfecti *Prætoriorum* [2] cuſtodiant, & Præfecti utriuſque Romæ, & Prætor populi [a], & Provinciarum Præſides, & omnes Epiſcopi, & curent citius Monachorum & Sanctimonialium lites dirimere.

[1] verſ. [illegible] [2] Prætorio

[a] *Prætor populi*] Vide notata ad Conſtitut. 23.

C C L X V I. *De temeratoribus hujus Conſtitutionis.*

3. Si quis autem hanc Conſtitutionem violaverit, in Magiſtratu quidem poſitus decem librarum auri pœna mulrabitur, & Magiſtratu careat: executor autem litium conſtirutus in *Decanicis* [a] [1] *Eccleſiarum*; recludatur competentes pœnas *luiturus* [2], & poſtea non concedatur officium executoris habere.

[illegible] [1] in locis qui Decanica appellantur [2] ſoluturus

[a] *Decanicis Eccleſiarum*] *A. A.* Novell. 79. cap. 2. Eccleſiæ carcer, ab eodem forte Decanorum miniſterio dictus, qui lectuli defuncti miniſterium faciebant, dum ad ſepulchrum deferebatur. Vide L. non plures, C. de ſacroſanct. Eccleſ. *Pith.* Secretarium. Actio 1. Concil. Chalcedon. Per homines ejus & Comites non ſum permiſſus egredi de Secretario uſquequo ſubſcripſi ſententiæ Dioſcori. Thalaſius dixit. In Secretario fueram poſitus. Κάγκελα. Photius tit. 9. cap. 1. Nomo-canonis. Οἱ δὲ ἐκβιβασταὶ κλείονται εἰς τὰ κάγκελλα καὶ προσμένοντες σφραγίζονται καὶ διὰ τῶν Ἐπισκόπων κωλύονται τοῦ λοιποῦ ἐκβιβάζειν. Alius quidam ἐκκλησιαστικὴν εἱρκτὴν vocat. Τῶν δὲ, inquit, θαρρούντων ἐκβιβαστῶν ἕνα τῶν εἰρημένων ὑπομεῖναι εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἱρκτὴν ἐμβαλλομένων καὶ ὑπὸ τοῦ Ἐπισκόπου σφραγιζομένων.

C C L X V I I. *Quorum hæc Conſtitutio intereſt.*

4. Hæc autem Conſtitutio teneat in Monachis, item in Sanctimonialibus, quamvis ipſæ in Monaſterio vel Aſceterio non degant. De Clericis autem aliæ leges poſitæ ſunt. DAT. VI. ID. MART. CONST. IMP. DN. JUST. PP. AUG. ANN. XI. APIONE V. C. CONS.

verſ. [illegible]

CONSTI-

CONSTITUTIO LXXIIII. Διάταξις π'.

De ſuperaddito alio in civitate Regia Magiſtratu id eſt Quæſitoribus & eorum officiis, & quid debeant obſervare.

CCLXVIII. *De Officio Quæſitoris.*

1. IN hac florentiſſima civitate alium Magiſtratum addendum eſſe ὁ. τῷ μὲ. exiſtimavimus, cui nomen Quæſitoris [a] *imponimus* [*]: quem volu- ὁ verſ. βουλό-μεθα. mus primum quidem Dei timorem habere, deinde autem noſtras le- * imponemus: ges cuſtodire, & perſcrutari eos, qui de Provinciis in hanc civitatem veniunt. Et non ſolum de maſculis, ſed etiam de feminis inquirat: & tam de Clericis, quam de Monachis & Sanctimonialibus, & de Scholaſticis [b] aliarum civitatum, vel cujuſvis alterius condicionis, & interrogare qui ſunt, & unde venerunt, & qua occaſione. Et ſiquidem coloni ſunt, imminere Magiſtratibus, ut eos citius dimittant. Quod ſi ad privatos dominos ſuos pertineant, & ideo venerunt, ut ipſis ſupplicatent: cogere dominos debent, ut citius eos dimittant. Quod ſi contra dominos omnes nituntur, multitudo quidem ruſticorum ſtatim dimittatur. Duo autem vel tres more Syndicorum [c] litem peragant, dum tamen & ſic citius lis dirimatur.

[a] *Quæſitoris*] *A. A.* Novell. 80. Pro Quæſtore. *Pith.* Ερευνάδας ἐκάλουν τοὺς εἰς ταύτην ἀφικνουμένους τὴν τάξιν. Gloſſ. Verb. juris. Κυαισίτωρες. τῶν βιωτικῶν ἐγκλημάτων ἐρευνάδας καὶ σημειωτάς. Procopius. Ανεκδότοις. Ταύτας δὴ τὰς ἀρχὰς ἐπινοεῖν ἔγνω· καὶ αὐτῶν τὴν ἑτέραν μὲν τοῖς κλέπταις δῆθεν τῷ λόγῳ ἐπέστησεν, ὄνομα ταύτῃ ἐπιθεὶς πραίτωρα δήμου· τὴν δὲ ἑτέραν τοὺς τε παιδεραστοῦντας ἐσαεὶ κολάζεσθαι καὶ γυναιξὶν οὐ νόμιμα μιγνυμένους ἐπηγγέλλετο. καὶ εἴ τῳ τὰ ἐς τὸ θεῖον οὐκ ὀρθῶς νενόμισται, ὄνομα ταύτῃ ἐπιθεὶς κυαισίτωρα, &c. ὁ δὲ κυαισίτωρ καλούμενος τοὺς παραπεπτωκότας κατεργαζόμενος ἃ μὲν βούλοιτο ἔφερεν· αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἧσσον ἐπλούτει τοῖς ἀλλοτρίοις οὐδενὶ νόμῳ.

[b] *Scholaſticis*] *A. A.* Novell. 80. cap. 1. Pro Scholari Scholarum. *Pith.* Cedrenus. Εὐσέβιός τις σχολαστικὸς τῆς βασιλικῆς. Balſamo. Περὶ μόνων πλουσίων καὶ σχολαστικῶν τουτέστι περὶ λόγοις σχολαζόντων. Auguſtin. in Joan. Qui habent cauſam & volunt ſupplicare, quærunt aliquem Scholaſticum Juriſperitum a quo ſibi preces componantur. Et in Martyrolog. Dorotheæ. Ingreſſi ſunt quidem ad Præſidem, & dixerunt ei Scholaſticus tuus Theophilus qui uſque hodie poſtulabat contra Chriſtianos. In manuſcr. Martyrolog. Advocatus dicitur.

[c] *Syndicorum*] *A. A.* Multitudinis Procuratores Novell. 80. cap. 1. *Pith.* In communi totius corporis cauſa ordinatur. L. 42. Cod. Theodoſ. de Epiſcop. & Cleric. L. 18. C. de re militari.

CCLXIX. *Idem.*

2. Quod ſi non ruſtici ſint, ſed alterius condicionis, curet modis verſ. ὁ δὲ αὐ- omnibus, ut judices citius altercationes eorum dirimant, & in ſuis τῶν. redeant locis.

CCLXX. *Idem.*

3. Quod ſi Domini ruſticorum vel Judices imminentem ſibi Quæ- ὁ. εἰ δὲ μικρὰ.

ſitorem neglexerint : ipſe Quæſitor ducat apud ſe partes, & velociter cauſæ finem imponat, & mittat homines in patrias ſuas.

CCLXXI. *Idem.*

θ. εἰ δὲ βίου. 4. Si quis autem ſine cauſa in hac civitate degat, & paupertate laboret, liceat Quæſitori eum tenere : & ſi robuſtus fuerit, ſiquidem ſervus inveniatur, & invitum reddat domino ſuo. Sin autem liber ſit, tradat eum vel artificibus publicorum operum, vel piſtrinariis, vel aliis quibuſcumque artificibus. Sin autem noluerit operari, non maneat in iſta civitate. Hoc enim nec ipſi expedit. Nam ceſſantes homines & egentes & *fortes* ¹ mendicando ſatis non adquirunt, & ad dilicta proniores fiunt. Alii autem, qui corpora debiliora habent, miſericordia Chriſtianorum *alantur* ² : ſed nec illi qui civitatem non gravant, expellantur.

¹ forte
² alentur.

CCLXXII. *Idem.*

θ. εἰ δέ τις [illegible] 5. Si quis Quæſitorem adierit, dicens ab aliquo damnum ſibi latum fuiſſe, verbi gratia quod ſportularum nomine plus, quam conſtitutione cavetur exactum eſt, vel quod ſine Præſidis juſſione admonitus eſt : diligenter *hoc a Quæſitore perſcrutetur* ¹, & omnibus modis temeratoribus, pœnæ quæ legibus adverſus eos ſtatutæ ſunt, imponantur. Et hæc diſponimus ſine ulla fori præſcriptione, cujuſcumque militiæ vel dignitatis reus inveniatur, & poſtquam ſententiam dederit, actor quidem ſuum conſequatur : Quæſitor autem referat reſiduam pœnam, ut ubi æſtimaverimus, conſumatur.

¹ ad Quæſtorem hoc præſtetur,

CCLXXIII. *Idem.*

θ. [illegible] 6. De crimine falſitatis Quæſitor judicet, & poſt inſcriptiones actoris, & legitimas probationes, ſententia ipſius reus puniatur, nemine fori præſcriptionem habente.

CCLXXIIII. *Idem.*

θ. εἰ δέ τις [illegible] 7. *Si Quæſitor* ¹ adeuntes *ſibi* ² contempſerit, ipſe de ſuo damna eis reſarciat, & aliam graviſſimam indignationem expectet.

¹ Si quis Quæſtor
² ſe

CCLXXV. *Idem.*

verſ. μήτε [illegible] 8. Neque Quæſitor, neque Officiales & Miniſtri ejus lucra ab aliquo capiant. Nam & ſi quid ceperint, puniendi ſunt a Quæſitore. Ideo enim ex publicis rationibus deſtinavimus eis annonas, ut Quæſitor quidem decem libras auri accipiat, Conſiliarius autem ejus ſolidos centum, Officialis autem ſolidos trecentos triginta.

CCLXXVI. *Idem.*

θ. [illegible] 9. Quæſitor licentiam habeat Judices inquietare, ut citius dirimant

cauſas, & nobis referre: & ſuo arbitrio ea, quæ oportet, facere. Liceat autem *ei* ¹ publicis quoque epiſtulis uti ad Provinciarum Præſides, ut eos, quos ipſe mittit, illi ſimiliter tranſmittant in ſuis Provinciis cum quiete moraturos. Et ſi quo adjutorio indigeant, hoc præbeant eis. Nemo autem dimiſſus a Quæſitore maneat in iſta civitate, aut iterum *de eadem cauſa* ² revertatur, & Quæſitorem moleſtet. Sin autem tale aliquid fuerit perpetratum, pœna competens temeratoribus imponatur.

l. ἄρχειν δὲ. ¹ adde, Quæſitori

l. πόλει. ² ad eandem cauſam

CCLXXVII. *Idem.*

10. Si Quæſitor æſtimaverit in *portibus* ¹ Officiales ſuos mittere, ut ibi ſedeant, & perſcrutent, qui ſunt, qui veniunt, ob quam cauſam: liberam licentiam habeant hoc facere.

l. εἰ δὲ καὶ ἐπὶ ... ¹ portus

CCLXXVIII. *Idem.*

11. Et apud antiquos ᵃ legiſlatores ceſſationis accuſationes erant. Quod nobis quoque placet.

verſ. καὶ οἱ παρ' ὧν.

ᵃ *Et apud antiquos, &c.*] ✓ A. A. Hæc verba videntur pertinere ad Novell. 135. ſive ad aliam Conſtitutionem & hic certe aliena.

CCLXXIX. *Idem.*

12. Quæſitor & Conſiliarius & Officiales ejus neque in Palatio noſtro aliquid dare compellantur, neque in judicio Præfecti Prætorio annonarum nomine aliquid præſtent. Qui enim indemnes noſtros ſubjectos conſervant, damnum ab aliquo pati non debent. DAT. VII. ID. MAI. CONST. IMP. DN. JUST. PP. AUG. ANN. XII. APIONE V. C. CONS.

l. ὥσπερ δὲ.

CONSTITUTIO LXXV.

Ἀνάπτυξις πα'.

Ut non ſolum Patriciatus dignitas, ſed Conſulis ordinarii vel Præfectorii Magiſtratus ipſo actu adminiſtratus, etiam Epiſcopatus gradus filios a paterna familia alienos efficiant.

CCLXXX. *Quomodo jus poteſtatis diſſolvitur.*

1. NOn ſolum Patriciatus dignitas ᵃ nexibus *paternis* ¹ filiumfamilias liberat: ſed etiam ceteræ dignitates, quæ curiali condicione liberare homines ſolent: veluti ſi Conſul deſignatus fuerit, ſi *Exconſule codicillos accipiat* ², ſi Præfectoriis Magiſtratibus ᵇ in ipſo actu fungatur. Pone enim Præfectum urbis vel Prætorio factum fuiſſe, vel Magiſtrum militum. Sequatur autem eos & peculium, quod filiifamilias conſtituti habebant.

l. ... ¹ Patris

² Exconſule codicillos acceperit

ᵃ *Patriciatus dignitas*] Vide notata ad cap. 2. Conſtitut. 56. in verbo Patricii.

ᵇ *Præfectoriis Magiſtratibus*] Vide notata ad Conſtitut. 64.

CCLXXXI. *De legitimis perſonis.*

θ. ἐκεῖνο δέ. [1] fit, [2] habebat [3] fuit, [4] tranſeant

2. Qui ex dignitate paterfamilias *fit* [1], legitima jura intacta habeat, in familia ſua. Ideoque liberi ejus, quos *habuit* [2] dum filiusfamilias *erat* [3], poſt mortem patris ejus in ipſius *tranſeunt* [4] poteſtatem.

CCLXXXII. *Ut Epiſcopatus honor jus poteſtatis diſſolvat.*

ἐκεῖνο δέ. [1] erant.

3. Si filiusfamilias Epiſcopus fuerit factus: ex ipſa conſecratione paterfamilias erit. Hæc autem Conſtitutio etiam in illis locum habet, qui eo tempore, quo prolata eſt, in dignitatibus antefatis poſiti *fuerant* [1]. DAT. XV. KAL. APRIL. CONST. IMP. DN. JUSTIN. PP. A. APIONE V. C. CONS.

Διάταξις ϛς΄.

CONSTITUTIO LXXVI.

De ordinatis nominatim Imperiali deliberatione Judicibus, qui in civitate Regia poſt ordinarios Magiſtratus lites examinent. Et quid ab utraque parte Judex in principio vel termino litis accipiat. Et ut compromiſſatii Judices nullo interpoſito ſacramento, ſed pœna tantum antecedente, lites dirimant: omnibus videlicet Judicibus ſecundum leges judicandi jus habentibus, etiam ſi Imperialis præceptio contrarium juſſiſſe aliquid videatur.

CCLXXXIII. *De Judicibus.*

θ. τὸ μὲν οὖν. [1] divinæ [2] re præeſſe [3] noſtræ electionis [4] Menacem θ. ἐπειδὴ δέ. [5] Ex

1. EOs judices, quos *divæ* [1] memoriæ Zenonis Conſtitutio Diætetas [a] vocat, in noſtra *Rep. eſſe* [2] non concedimus, ſed alios judices *noſtra electione* [3] fieri jubemus: & elegimus Anatolium virum ſpectabilem fiſci patronum factum, & Flavianum virum clariſſimum fiſci patronum conſtitutum, & Alexandrum & Stephanum & *Menam* [4] facundiſſimos advocatos, & Alexandrum alterum, & Danielem & Victorem, & Quizycenum Theodorum, viros Scholaſticos [b]. *De* [5] Patriciis autem elegimus Platonem glorioſiſſimum, & Victorem virum eminentiſſimum, & Focatem virum glorioſiſſimum, & Marcellum virum magnificum, qui juſtitia præcellit, & Appione Scholaſtico Conſiliario juſtiſſimo utitur.

[a] *Diætetas*] *A. A.* Judices delegati, & nonnunquam arbitri ita appellantur. Videndus Hezychius. *Pith.* Pedanei Arbitri L. reſtituendæ C. de Advocat. diverſ. Judic. Procopius. Ανεκδότοις. Καὶ ϲυνιϲτᾶϲι οἱ τὴν ἐν παλατίῳ φρουρὰν ἔχοντες ἐν τῇ βαϲιλείῳ ϲτοᾷ ὅϲοι τοὺς διαιτῶντας ἀξιούμενοι βιαίᾳ χειρὶ τὰς δίκας εἰϲῆγον.

[b] *Viros Scholaſticos*] Vide notata ad Conſtitut. 74.

CCLXXXIIII. *Idem.*

θ. καὶ μὲν οὖν. [1] cenſemus: [2] judices judicare. θ. εἰ δέ τις.

2. Et Judices quidem poſt Magiſtratus Populi Romani iſtos eſſe *ſancimus* [1]: & cauſas, quas ad eos mittimus, volumus *judicare* [2]. Si quis autem Magiſtratus conſtitutus Judicem dare maluerit, non habeat licentiam ad alium cauſas ſuas delegare, niſi ad prædictos elo-

quentiſſimos & glorioſiſſimos viros, & ad ſuos conſiliarios : *ita tamen, ut ubi conſiliariis ſuis delegat cauſas* [1], ipſe ſententiam dicat. [1] tantum qui conſiliarii ſui cauſas examinent,

CCLXXXV. Idem.

3. *Sedere* [1] autem Judices [a] volumus in Baſilica [b] a mane uſque ad *veſperum* [2] ſecundum ſolitum morem : & lites dirimere non ſolum futuras, ſed etiam eas, quæ apud *Diætetas* [3] inchoatæ ſunt. [f. ἐκδικάζειν.] [1] Manere [2] veſperam [3] Idiotas

[a] *Sedere autem Judices*] *Pith.* Cicero pro Cluentio. Sediſtine Judex in C. Fabricium? Idem. Quo die primum Judices citati in hunc reum conſediſtis. Ovidius de Ponto.

Utque fui ſolitus ſediſſem forſitan unus
De centum Judex in tua verba viris.

[b] *Baſilica*] *A. A.* Non templum, nec regiam domum, ſed locum exercendorum judiciorum ſignificat. Videndus Vitruvius. *Pith.* Cedrenus in Valentiniano. Εὐσέβιός τις σχολαστικὸς τῆς βασιλικῆς. vulg. βασιλίσσης. Juſtinian. ait ἐπὶ τῆς βασιλείου σοᾶς. Procopius. Ἐν τῇ βασιλείῳ σοᾷ παρὰ τοὺς διαιτῶντας γινόμενοι. Menander Protector. Οὐ γάρ μοι ξυμβῆναι ἦν ἀγωνίζεσθαι δίκαις· οὔτε μὴν ἐν τῇ βασιλείῳ σοᾷ θαμίζειν καὶ δεινότητι λόγων τὰς τῶν ἐντυγχανόντων οἰκειοῦσθαι φροντίδας. Eunapius. Τὰ πλεῖστα δὲ ἐν δικαστηρίοις ὥσπερ ὁ σωκράτης περὶ τὴν τῆς βασιλέως σοὰν ἐνδιατρίβων.

CCLXXXVI. De Provocationibus.

4. Si provocatio porrecta fuerit Judici : ſiquidem in ea cauſa, quam nos delegavimus, appellatio exerceatur, aut in *commune* [1] Procerum [a], aut ſecundum morem apud alios ex quantitate ſcilicet litis habita differentia. Si autem Magiſtratus ei cauſam delegaverit : appellatio *apud eum* [2] exercebitur. [verſ. ἐκκλήτου γενομένου.] [1] communione [2] apud eum ſcilicet Magiſtratum

[a] *Procerum*] *A. A.* Juſtinianus appellat Senatores Novell. 23. cap. 2. & Julianus Novell. 82. cap. 4. *Pith.* Sacri Palatii Proceres. L. 2. C. de legib. l. 5. C. de tempor. & repar. l. in offerendis C. de appellat. Caſſiodorus in Formul. Præfecti urbis, Judices. L. humanum C. de delegat.

CCLXXXVII. De Juriſdictione Judicum.

5. Judices uſque ad trecentos ſolidos [a] more quidem [b] *παρασημειώσεως* [1] lites audiant : ſed tamen ſententiam in ſcriptis dicant, & provocationes condemnato non denegentur : niſi forte ter appellare aliquis maluerit, vel contumaciter in abſentia fuerit. Nam & tertia provocatio *illicita* [2] eſt : & contumaces condemnati appellare non poſſunt. [θ. ἀυτοδικαστικῶς.] [1] paraſemias, *alii.* paraſimioſeos, id eſt, naturaliter [2] *ſive*, præjudicata

[a] *Trecentos ſolidos*] *Pith.* Novella Theodoſii & Valentiniani de ſucceſſ. curial. Quiſquis civis eſt cujus tantum ſubſtantia trecentorum ſolidorum non exuberet quantitatem.

[b] Παρασημειώσεως] Vide notata ad cap. 2. Conſtitut. 69.

CCLXXXVIII. De Provocationibus & Reparationibus.

6. Si provocatio in hac civitate Judici porrecta fuerit, uſque ad duos menſes induciæ præſtentur, & poſt duos menſes ſtatuti legibus [l. καὶ δὲ ἐν τῇ]

dies ſuos peragant curſus, nulla reparatione in hujuſmodi provocationibus locum habente.

CCLXXXIX. *De ſportulis & officio Judicum.*

7. Nemo ſportulas vel judiciorum impenſas ampliores exigat, quam noſtra conſtitutione cautum: alioquin pœnas patiatur legitimas. Unuſquiſque autem Judex habeat duos exceptores [a], & duos executores fideles & probatos, ut nulla ab eis *aſtutia* [1] vel proditio fiat. Ideoque periculo officialium, vel ſcholarum, ſive ſcriniorum eligantur, ut ſi *quid peccaverint* [2] illi, detrimenta læſis hominibus *reſarciant* [3]. Magiſtratus autem competentes aditi damnum exigi jubeant: & Judices, ſi malitioſe verſatos exceprores vel executores ſenſerint, removeant eos, & alios probatos electione & periculo *ſcholarum* [4] ſive *ſcriniorum* [5] ſive officialium accipiant.

verſ. [illegible]
[1] injuſtitia
[2] quis peccaverit
[3] reſarcire curabunt
[4] ſcholarium
[5] *forte*, ſcriniariorum

[a] *Exceptores*] Vide notata ad cap. 2. Conſtitut. 30.

CCXC. *De Judicibus mortuis.*

8. Si quis autem deſierit Judex eſſe, alius Judex in locum ejus conſtituatur noſtra juſſione atque electione.

θ. [illegible]

CCXCI. *De ſolaciis Judicum.*

9. Unuſquiſque Judex ab utraque parte binos ſolidos in litis conteſtatione accipiat, & binos in termino litis: niſi forte litigium motum *intra centum ſolidos* [1] ſit. Si enim intra centum ſolidos fuerit: nihil accipiat. *Habeant autem ſinguli* [2] Judices ex his octo, quos conſtituimus, binas libras auri de publico a menſa Præfecti *Prætorio* [3]. Omnibus autem perſonis privilegia in ſumptibus litium præſtita maneant inconcuſſa.

θ. [illegible]
[1] trecentis & infra ſolidis
[2] Singuli autem
[3] *adde*, accipiant.

CCXCII. *De definitivis ſententiis.*

10. In definitiva ſententia Judex debet definire *quid* [1] fieri oportet de impenſis, quas altera pars ab adverſario ſuo paſſa eſt. Et ſiquidem jurejurando *terminare* [2] quantitatem ſumptuum Judex æſtimaverit, faciat taxationem, & ſecundum quod is, qui vicit, juraverit, *non ultra taxationem* [3] ſic adverſarium ejus condemnet. Sin autem propter varietatem litis in nullos ſumptus condemnare alterutrum eorum voluerit, & hoc in arbitrio ejus *deponatur* [4].

θ. [illegible]
[1] quod
[2] *dele.*
[3] faciat exactionem &
[4] ponatur.

CCXCIII. *De legibus judicialibus.*

11. Omnia, quæ de provocationibus, vel recuſationibus, & ut viginti *dies* [1] poſt *admonitionem* [2] reus inducias habeat, & ſi quid aliud judiciale conſtituimus, in ſua firmitate maneant.

verſ. [illegible]
[1] dierum
[2] monitionem

CCXCIIII. Ut Arbitri per compromiſſum, non per ſacramentum adſumantur.

12. Nemo cum jurejurando Judicem cum adverſario ſuo accipiat. Talia enim arbitria nullius momenti ſunt. Sin autem cum compromiſſo pœnali aliquis Judicem elegerit: res cauta erit. Duorum enim alterum neceſſe eſt fieri, vel ſententiam Judicis impleri, vel ſi hoc is, qui condemnatus eſt, *recuſaverit* [1], pœnam compromiſſi *præſtari* [2]. Magiſtratus autem *Reipublicæ* [3] ſi interpellati fuerint, curent, ut pœna *compromiſſaria* [4] exacta ab eo, qui obtemperare arbitrio noluerit, adverſario ejus reſtituatur. In ſumma autem *dicimus* [5] *poſthac* [6] licitum non eſſe, ut cum ſacramento litigatorum arbiter eligatur. Et ſiquidem ſponte ſua contra jus ſententiam *dederit* [7]: *ipſe Deo* [8] rationem daturus eſt. Sin autem per imprudentiam aliquid *non juſte* [9] judicaverit hoc partibus nocere prohibemus. Omnia autem cetera jura, quæ de compromiſſariis vel de aliis arbitris non cum ſacramento receptis veteribus legibus, vel a nobis introducta ſunt, in ſua firmitate *innovata* [10] permaneant.

θ. ἰσαυδὶ ἐν.
[1] retractaverit, [2] præſtare. [3] Populi Romani [4] compromiſſa [5] conſtituimus [6] per hoc [7] dixerit: [8] ipſe denuo, *alii*, ipſe quidem Deo [9] non jure [10] non novata

CCXCV. De provocationibus & retractationibus.

13. Omnes autem Judices provocationes ſibi porrectas ſuſcipiant, *niſi* [1] forte Præfectus Prætorio ſit. Nam in hac ſede jus *retractationis* [2] integrum cuſtodiri præcipimus.

θ. καὶ ἀλλ. γε.
[1] & nulli, *alii*, ſit permiſſum niſi [2] retractionis in

CCXCVI. De diverſis reſcriptis, & de provocationibus.

14. Omnes lites ſecundum leges & conſtitutiones dirimantur: quamvis juſſio noſtra vel pragmatica ſanctio contrarium ſtatuerit: & provocationes ſibi porrectas admittant, in his ſcilicet *cauſis* [1], in quibus provocare licitum eſt.

θ. καὶ ἐκ διαγ. νῆς.
[1] caſibus,

CCXCVII. De relationibus.

15. Si quid dubium Judicibus *videatur* [1]: hoc ad noſtram majeſtatem *referant* [2], & competens reſponſum mereantur.

θ. εἰ δὲ ῥ. ἐπίσ. νῆς.
[1] videtur: [2] reſervent,

CONSTITUTIO LXXVII.

Διάταξις πγ΄.

Ut Laïcus in pecuniaria cauſa Clericum ad judicium ejus deducat Epiſcopi, cui & in Eccleſiaſtico crimine ſuper eum judicandi facultas eſt: Clericis non aliter puniendis niſi honore vel Sacerdotio a ſuis primum nudentur Epiſcopis.

CCXCVIII. Si quis in jus vocare Clericum maluerit tam in pecuniaria, quam in criminali cauſa.

1. Si quis cum Clerico litigium *habuerit* [1]: ſiquidem de cauſa pecuniaria, adeat prius Epiſcopum, cujus judicio Clericus ſuppo-

[1] habeat:

ſitus eſt. Ille *enim* [a] ſine damno, ſine dilatione competentem finem liti impoſiturus eſt. Sin autem *noluerit* [1] Epiſcopus litem dirimere: tunc ad civiles judices diſceptatio cauſæ *perveniat* [4]. Ubi autem Epiſcopus *cauſam* [5] dirimere vult: ſine ſcriptura omnia procedant, & definitiva ſententia ſine ſcriptis ab eo *proferatur* [6]: niſi forte partes voluerint, ut in ſcriptis ea *inſeratur* [7]. Quod ſi de criminali cauſa litigium emerſerit, tunc competentes Judices in hac civitate vel in Provinciis interpellati conſentaneum legibus terminum *cauſis* [8] imponant: ita tamen ut diſceptatio litis duorum menſium ſpatium non excedat a litis conteſtatione numerandum. Non aliter autem puniatur Clericus, niſi obnoxius repertus Sacerdotio *nudatus* [9] fuerit ab Epiſcopo *ſuo* [10] vel Clericatus honore. Sin autem crimen Eccleſiaſticum eſt: tunc ſecundum Canones ab Epiſcopo ſolo cauſæ examinatio & pœna *procedat* [11], nullam *communionem* [12] aliis Judicibus in hujuſmodi *cauſis* [13] habentibus.

[a] autem
[1] *adde*, vel non potuerit
[4] fiat.
[5] litem
[6] producatur, *alii*, feratur: — proferatur. θ. οἱ μάγοι ... ἐξενεχθείη.
[8] cauſæ
[9] privatus
[10] ſoli, *alii*, ſolo
[11] procedant.
[12] communicationem
[13] caſibus, *alii*, in his cauſis

CCXCIX. *De Judiciis.*

θ. ἡ δὲ νέας ... 2. Si quæ lites jam conteſtatæ ſunt in judiciis civilibus, ſecundum priora jura ſuum finem expectent. Omnia autem privilegia, quæ data ſunt a nobis ſacroſanctis Eccleſiis, & religioſis Epiſcopis, & Clericis, ſive Monachis, maneant immutabilia. DAT. XV. KAL. JUN. IMP. DN. JUSTIN. PP. A. ANN. XIII. APIONE V. C. CONS.

CONSTITUTIO LXXVIII.

Διάταξις πή.

Eos fratres in hereditate decedentium ſine parentibus vel liberis germanorum potiores exiſtere qui eodem patre & matre nati ſunt.

CCC. *De ſucceſſionibus quæ ab inteſtato fratribus deferuntur.*

1. SI quis deceſſerit ſine liberis, ſine patre & matre, & fratres ejus ab inteſtato ſucceſſionem ipſius capere *velint* [1], ſiquidem juris diverſi, & quidam ex his fuerint conſanguinei, non autem ex eadem matre nati, vel ex eadem matre nati, non autem *conſanguinei* [2], & alii appareant ejuſdem patris & ejuſdem matris progeniti, ipſi aliis anteponuntur fratribus. Nam & anteriores leges quodammodo hoc fieri præcipiunt. Nam illis *cautum* [3] eſt, ut ſi pater meus defuncta forte matre mea, aliam uxorem duxerit, & liberos *habuerit* [4], *deinde ex* [5] nuptialibus lucris, vel aliis, quæ adquiſitionem effugiunt, emolumentum uni ex his contigerit, & mortuus fuerit: ut anteponantur mihi fratres ipſius, qui non ſolum conſanguinei ſunt, ſed etiam ex eodem ventre nati, ex quo & ipſe progenitus eſt. Hæc autem Conſtitutio *non tantum in futuris* [6] caſibus teneat, ſed etiam in præteritis, niſi judiciali calculo vel *amicali* [7] compoſitione deciſi ſunt.

[1] poſſunt, *alii*, debent,
[2] ex eodem patre nati,
[3] dictum
[4] habeat,
[5] deinde de utraque ex
[6] non tantum in præſentibus
[7] amicabili

CONSTI-

CONSTITUTIO LXXIX.

διατάξις πθ'.

CCCI. *De Fabricenſibus, & qui arma gerere poſſunt.*

1. *NEmo* [1] arma facere audeat, niſi qui in publicis fabricis [a] & matriculis fabricenſium [b] *recepti ſunt* [2] & privatis hominibus non vendant. Numerorum autem fabricenſes [c] nova arma non faciant, *ſed* [3] vetera, quæ militum ſunt, accurent. Si quid autem novum fecerint, hoc ademptum *armamento noſtro* [4] addicatur. Eadem dicimus & de publicis balliſtariis, ut nemo nova arma faciat, ſed *antiqua* [5] renovent. Si quis vero novum fecerit, hoc ad publicum armamentum uniuſcujuſque civitatis pertineat.

[1] f. βαλλιστῶν νόμων. [2] Nemo privatus [2] referuntur, alii præferuntur [3] adde, tantum illa [4] armamentario [5] vetera

[a] *Fabricis*] *A. A.* Pro officina armorum Novell. 85 cap. 1. In notitia dignitatum ſub Magiſtris Officiorum ſunt plures fabricæ hujuſmodi. *Pith.* Ammianus lib. 14. Tribunos fabricarum inſimulaſſet promittentes arma.

[b] *Matriculis fabricenſium*] *A. A.* Novell. 85. cap. 1 2 Qui arma faciunt. Vide lib. 11. Cod. Juſtinian. & lib. 10. Cod. Theodoſ. tit. de Fabricenſibus, & Caſſiodorum lib. 7. Formula 18. & 19. Variar.

[c] *Numerorum autem fabricenſes*] *Pith.* Gloſſ. Fabricenſes. Οἱ τῶν ὅπλων δημιουργοί. Corpus illos habuiſſe indicat Novella Theodoſii de bonis fabricenſium. Numeri fabricenſium l. 5. C. de fabricenſib. & l. 5. C. Theodoſ. de his qui de relig. contend.

CCCII. *Idem.*

2. Hæc autem obſervari oportet non ſolum ab ipſis balliſtariis [a] periculo eorum, ſed etiam patribus civitatum ſub quibus & balliſtarii ſunt, & publica armamenta, & diligentia eorum & *cuſtodia* [1]. Si enim inveniatur fabricenſis arma vendens: curabit Præſes Provinciæ hujuſmodi homini *pœnam* [2] imponere, & ab emptore ea ſine pretio vendicare, & publico addicere. Eadem dicimus & de his, quos [b] *deputatos* [3] numerorum vocant.

[a] f. ὧν δὲ ἡ φυλάξουσι. [1] adde, ut eos non faciant arma, ſorte, ut cuſtodiant eos ne faciant arma. [2] adde, competentem [3] ſtatutos, alii ceſſatos

[a] *Balliſtariis*] *Pith.* Βαλλιστάριοι. σφενδονισταὶ καταπέλται ἢ ὀξυβελεῖς. Βαλλίστρα. Tormentum murale. Sic conſtanter ſcribitur in Gloſſariis. Procopius lib. 1. Goth. Hiſtor. λογ. α'. Περὶ γοτθικοῦ πολέμου. Βελισάριος δὲ μηχανὰς ἐς τοὺς πύργους ἐτίθετο ἃς καλοῦσι βαλίστρας· τόξου δὲ σχῆμα ἔχουσιν αὗται. ἔνερθεν τε αὐτοῦ κοίλη τις κεραία προσήρτηται. αὕτη μὲν χαλαρὰ ἠρτημένη σιδηρᾷ δὲ εὐθείᾳ, τῇ ἐπικειμένῃ, &c. ἱστέας δὲ μηχανὰς ἐπήξατο ἐν τοῖς τοῦ περιβόλου ἐπάλξεσιν ἐς λίθων βολὰς ἐπιτηδείας. σφενδόναις δὲ αὗταί εἰσιν ἐμφερεῖς καὶ ὄναγροι ἐπικαλοῦνται, &c. Et lib. 4. Μηχαναὶ ἄλλαι καὶ τὰς βαλλίστρας καλουμένας ἐν παρατάξει πεποίηνται ὅπως ἐνθένδε κατὰ κορυφὴν τοὺς πολεμίους δύνωνται βάλλειν.

[b] *Deputatos*] *Pith.* Οἱ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς συγκαταλεγόμενοι οὓς ὁπλοποιοὺς καὶ δεπουτάτους καλοῦσι. Ἀφωρισμένοι. Non diſſimiliter in reſponſis Joannis Epiſcopi Citri. Δεποτάτοι καὶ καμισάτοι οὐκ εἰσὶν ὀφφίκια, ἀλλὰ διακονίαι περὶ τὸ ἅγιον βῆμα τούτοις ἁρμόζουσαι. Et in Notitia Orientis. Sub diſpoſitione virorum Illuſtrium Comitum Domeſticorum equitum & Domeſticorum peditum.

Domeſtici equites. Domeſtici pedites & deputati eorum.
Comes domeſticorum equitum.
Comes domeſticorum peditum.

Digitized by Google

CCCIII. *Idem.*

1. [illegible] ² niſi ſoli
Tabularios
deportare
⁴ & quærere
⁵ omnibus
6. οἱ δὲ ἐν [illegible] [illegible].
⁶ Et ſi quos
⁷ nomina
⁸ ſcribantur,
⁹ Sed hoc facto & legitime obſervato,
1. [illegible]

3. Sancimus, ut privatus homo arma non faciat, *ſed ſoli* fabricenſes qui ad arma facienda militant, & de publico aluntur. Oportet autem glorioſiſſimum Magiſtrum Officiorum quinque *chartularios* ᵃ de ſcrinio fabricæ ² *deputare* ³ bonæ opinionis homines & Primates ſcrinii ᵇ, *ut quærerent* ⁴ de privatis *hominibus* ⁵ qui arma facere audent. *Et quos* ⁶ idoneos invenerint, de his ad nos referant, ut *matricula* ⁷ eorum perſpecta, noſtra reſcriptione confirmentur, & in militia *inſcribantur* ⁸, & fiant publici fabricenſes. *Nam ſi ea fuerint obſervata* ⁹ ruſtici homines armorum copiam non habebunt. Oportet autem eos ſcriniarios ᶜ, qui mittuntur ad inquiſitionem privatorum, qui arma faciunt: depoſitiones a Magiſtratibus, & defenſoribus, & patribus civitatum ᵈ accipere, quod nemini privato concedant arma facere Si enim conceſſerint, Alexandrinæ quidem civitatis Præfectus viginti librarum auri pœna percellatur, & Magiſtratu ſuo careat: & officium ejus viginti librarum auri pœna mulctetur, & capitali ſupplicio puniatur. Ceterarum autem Provinciarum Præſides denas libras auri pœnæ nomine præſtare, & Magiſtratu ſuo carere jubemus. *Officiales* ² autem & defenſores & patres civitatum *tres auri libras dare* ³, & capitali puniri ſupplicio.

² Officium
³ trium auri librarum pœna multari

ᵃ *Chartularios de ſcrinio fabricæ*] *A. A.* A chartis ſive inſtrumentis dicti, variis in rebus, & ſcriniis curam agebant. Novell 85. cap. 2. & 4. In ſcrinio fabricæ armorum. Novell. 117. cap. 9. in militia Novell. [illegible] cap. 1. 2 & 4. in Eccleſia. Vide lib. 1. tit. 2. Cod. Conſtitut. 25. [illegible] æcam. *Pith.* Gloſſar. Chartularius. χαρτογράφος. χαρτοφύλαξ. Cledonius in arte. Abſurdum igitur erit dicere a Prætorio Proconſule venio. vel, Carrus a eſt Proconſule. Sectantes chartulariorum aliquantorum imperitiam, deſerunt doctiſſimorum veterum in arte tractatus. Quippe cum inter chartularios eloquentiſſimos repperias quoſdam vel paucos indoctos.

ᵇ *Primates ſcrinii*] *A. A.* Πρῶτοι. Pro adminiſtratoribus. Novell. 54. cap. 2. Primates Monaſteriorum, pro Abbatibus vel Præfectis Novell. 5. cap. 7. qui etiam primi appellantur Novell. ead. cap. 9. Primates civitatis pro majoribus & dignioribus civibus Novell. 15. cap. 1. Novell. 17. cap. 10. Primates Mechanicorum & Architectorum, pro peritioribus & antiquioribus. Novell. 7. cap. 3. *Pith.* Sic Primates Officii l. 11. Cod. Theodoſ. ad leg. Jul. de ambit. l. 1. C. de ratioc. oper. public. l. 3. C. ne rei milit. com. Vict. lib. 3. perſecut. Afric. Sed & de Primatibus officiorum.

ᶜ *Scriniarios*] *A. A.* Novell. 30. Novell. 41. Qui in ſcriniis militant, ſive miniſtrant. Vide Conſtitut. 7. Cod. de Palatin. ſacrar. largit. *Pith.* Χαρτουλάριοι ἐν τῷ σκρινίῳ τεταγμένοι τῶν φαβρίκων. Novell. 124 Σκρινιάριοι τῶν ἔργων ὑπὸ τοὺς ὑπάρχους τῶν πραιτωρίων. Meminit l. 1. C. de Offic. Præf. Præt. Afric.

ᵈ *Patribus civitatum*] Vide notata ad cap. 2 Conſtitut. 21.

CCCIIII. *Idem.*

1. [illegible]
verſ. [illegible]
parmeria

4. Nemo privatus faciat, aut comparet arcus, vel tela, vel ſpathas ᵃ, vel gladios, quos ᵇ *parameria* ¹ vocant, vel [illegible]bas ᶜ ſive lorica[illegible], vel contos ᵈ, vel lanceas, quocumque modo fiant, vel quæ ab

Iſauris [a] *monocopia* [e] dicuntur, vel [f] *ſiginnos* [1] quos miſſibilia [g] dicunt, vel ſcuta, vel caſſides. Liceat autem *privatis* [4] facere vel comparare cultellos minimos, quibus in bello quiſpiam uti non poteſt.

[e] monocontia, in libros editis. [1] zibynnos, in lib. edit. [4] privatis hominibus, alii. privatis omnibus

[a] *Spatas*] *Pith.* Lexicon Cyrilli. Ὁλοσίδηρος λόγχη. σπάθη. Aliud. σπάθη μὲν, ξίφος· σπαθὴ δὲ ὀξυτόνως, ὑφαντικὸν ξύλον. Auguſtin. Pſalm. 149. Framea appellatur quam vulgo ſpatham dicunt. Iſidor. Etimolog. 18. 6.

[b] *Paramerta*] *A. A.* Genus gladii. *Pith.* Heſich. Κλονιστήρ. παραμήριος, μάχαιρα, παραξιφίς. Gloſſ. Μάχαιρα τὸ παραμήριον. Sica. Leo Imp. Τακτικῶν διάτ. ς'. περὶ ὁπλίσεως καβαλλαρίων καὶ πεζῶν. ἔχειν δὲ καὶ σπαθία ἀποκρεμάμενα τῶν ὤμων αὐτῶν κατὰ τὴν ῥωμαϊκὴν τάξιν, καὶ ἕτερα, παραμήρια ἤτοι μαχαίρας διεζωσμένοις. Conſtantinus Imp. Romani filius τακτικῶν initio. ἐχέτωσαν δὲ καὶ σπαθία κρεμάμενα εἰς τοὺς ὤμους αὐτῶν, καὶ ἕτερα, παραμήρια κρεμάμενα εἰς τὰς ζώνας αὐτῶν.

[c] *Zabas*] *A. A.* Novell. 85. cap. 3. Armorum genus, idem fortaſſe quod lorica, quam hodie Zacum Itali appellant. *Pith.* Loricæ ducto a Perſis nomine. Leo Imperator τακτικοῖς. τοὺς δὲ ἐπιλέκτους τῆς ἀκίας ἔχειν καὶ ζάβας ἤτοι λωρίκια εἰ μὲν δυνατὸν ὅλους. Idem. Καὶ οὐ φορέσουσι οἱ ἐν τῷ μετώπῳ τεταγμένοι ζάβας ἤτοι λωρίκια. Mauritius. Τακτικοῖς. ἐξ ἀναγκαίου γὰρ ἔχειν αὐτοὺς περσικὰ ζάβας ἤτοι λωρίκια μέχρις ἀστραγάλων φθανούσας. Idem. Καὶ φλαμμουλα μικρὰ κατὰ τῶν ὤμων ἐπάνω τῶν ζαβῶν ἤτοι τῶν λωρικίων.

[d] *Contos*] *Pith.* Iſidorus 18. Etimolog. Gloſſ. Κόντος μὲν, τὸ μακρὸν δόρυ. ἀκόντιον δὲ, τὸ βραχὺ καὶ ῥιπτόμενον. Strabo lib. 10. Καὶ ὁ κοντὸς ἀμφοτέρας τὰς χρείας ἀποδίδωσι, καὶ γὰρ συστάδην χρώμεθα καὶ κοντοβολοῦντες.

[e] *Monocopia*] *Pith.* Vide Chalcondil. lib. 7. Hiſtor. Non diſſimiliter πέλεκυς μονοστόμους. Heſichius interpretatur, μὴ ἑκατέρωθεν ἐστομωμένους.

[f] *Siginnos*] *Pith.* Ariſtoteles. Περὶ ποιητικῆς. τὸ γὰρ σίγυνον Κυπρίοις μὲν κύριον, ἡμῖν δὲ γλῶττα. Scholiaſt. Apollon. 3. Σιγύνους δὲ καλοῦσι οἱ Κύπριοι τὰ ἀκόντια, ἄλλοι δὲ τὰ ὁλοσίδηρα ἀκόντια. Euſtath Od. τ'. & Iliad. β'. & γ'. Λυκόφρων δὲ σίγυμνον ἢ σίγυννον ὡς ἐν β'. ἐρρέθη τὸ ὁλοσίδηρόν φησιν ἀκόντιον. Heſich. Σιγυνοί. τὰ ξυστὰ δόρατα ἢ τοὺς ὁλοσιδήρους ἄκοντας. Sudas. Σιγυνὴ καὶ σιγύνους. τὰ δόρατα παρὰ Μακεδόσιν.

[g] *Miſſibilia*] *Pith.* Σιγυνοί. ζιβύνη. Heſichius. Προβόλιον. σιβύνη ἔχουσα μετὰ τὴν ἀκμὴν προβολάς. Idem Alibi. Συμβίνη. κυνοπροβόλιον. ἐμβόλιον.

CCCV. *Idem.*

5. Sciant Chartularii ſcrinii fabricæ, quod ſi hæc ſaluberrima noſtra *ſtatuta* [1] contempſerint, non ſolum pecuniarias pœnas *ſubſiſtent* [2], ſed etiam corporales: & militia ſua carebunt, & ſcrinium eorum ad curam fabricæ nullam communionem habebit, ſed aliis hæc *cura* [3] a nobis committetur.

[1] τὰ παρόντα. verſ. ... [1] conſtituta, alias inſtituta [2] ſuſtinebunt, [3] copia

CONSTITUTIO LXXX.

Διάταξις π'.

Ut Curiales de ſua ſubſtantia quippiam cuilibet extraneo donare non liceat, niſi pro ſe & pro liberis dotem dare & antenuptias donationem uſque ad modum legis definitum: vendendi eis ſecundum Conſtitutionum tenorem conceſſa licentia.

CCCVI. *De diverſis donationibus a Curialibus faciendis.*

1. NEmini liceat curiali condicioni obnoxio aliquid donare de ſua ſubſtantia, niſi quod pertineat ad donationem propter

verſ. ...

nuptias, ſive pro ſemetipſo, ſive pro liberis dederit. Liceat autem eis & dotare filias ſuas, ſi nuptias contrahant. Aliter autem non liceat eis immobiles res ſuas donare ſive mortis cauſa, ſive non mortis cauſa. Vendere autem ſi velint, liceat eis ſecundum noſtras conſtitutiones. Nam & dotem dare *pro filia ſua* ¹ curialis homo poterit uſque ad eum modum qui conſtitutione comprehenſus eſt. Scire autem oportet, quod aliis privatis hominibus non eſt interdictum donationes mortis cauſa facere, & quas voluerint condiciones obſervari, inſerere. Nam eis conceſſum eſt etiam talem condicionem addere, ut non liceat donatori mortis cauſa donationem revocare, alias autem condiciones obſervare. Sed & non mortis cauſa donationes qui velint ſecundum leges faciant.

¹ filiæ ſuæ

CONSTITUTIO LXXXI.

Δ. ἀπαξ. τι.

De depoſitariis, ut impletis condicionibus depoſita ſua recolligant: & ut nihil eis contradictio noceat alterius: caſu fortuito, ſi rebus depoſitis ſucceſſerit, annonas civiles & penſiones debitas in debito contradicentibus non profuturo.

CCCVII. *De rebus depoſitis, & de his qui denunciant, ut depoſita non reddantur.*

1. QUidam Titio depoſuit pecuniam vel alias res ſub aliquibus condicionibus, ut ſi impletæ fuerint, reddatur ei depoſitum. Deinde *implevit* ¹: & depoſitarius nihil reddere vult, jubet Conſtitutio teneri eum: quia condicionibus impletis res depoſitas reddere debet. Sed & ſi venerit aliquis, & denuntiaverit depoſitario, ne aliquid reddat, nihil hoc ei, qui depoſuit, noceat. Quidquid enim poſt talem denuntiationem vel fortuito caſu depoſitis rebus contigerit, hoc ad eum qui denuntiavit, pertinet, ut *depoſitori* ² indemnitas conſervetur. Hoc amplius. Pecunia depoſita erat, & eam reddi quiſpiam denuntiatione prohibuit, ex eo tempore cogendus eſt tertiam centeſimæ uſurarum nomine *depoſitori* ³ præſtare uſque donec reddatur pecunia.

¹ compleverit
² depoſitario, alias depoſitarii
³ depoſitario

CCCVIII. *De his, qui denuntiant, ut civiles annonæ vel penſiones non ſolvantur.*

2. Si quis vel civiles annonas dari prohibuerit alicui, cujus ſe creditorem dicit eſſe: vel ſi denuntiaverit inquilinis, ne penſiones præſtent: quidquid damni ex hoc domini ſenſerint, is qui denuntiavit, reſarcire cogatur. Hoc amplius pecuniæ, quam prohibuit dari uſuram præſtet tertiam centeſimæ. Et nemo dicat, quod poteſt dominus cautionem defenſionis inquilinis dare & penſiones *exigere* ¹. Defenſio enim ſine *fidejuſſore* ² omnimodo idonea non eſt, & non facile eſt fidejuſſorem omnibus invenire.

β. ἀπαξ. τι. &
β. τι. δέ ἐπ.

¹ poſt denuntiationem exigere.
² fidejuſſione

CONSTITUTIO LXXXII. [illegible]

De naturalibus liberis, & ex quibus cauſis juſti liberi parentibus efficiuntur, & quantum a legitimis exiſtentibus debeant naturalibus alimenta præſtari.

CCCIX. *De liberis naturalibus.*

1. HÆc Conſtitutio de liberis naturalibus loquitur: & dicit filios natos aut ingenuos & legitimos eſſe: aut ingenuos & naturales: aut naturales & ſervos, aut omnino nec *naturales* [1] appellari. *Eorum* [2] autem, qui naturales ingenui vel ſervilis condicionis ſunt, aut legitimi poſtea fiunt, aut in eodem ſtatu *manent* [3]. Et ingenui quidem atque legitimi filii naſcuntur, qui ex legitimis nuptiis procreati ſunt. Nuptias autem legitimas *contrahi diximus* [4] aliter in perſonis *Senatoriis* [5], aliter in viliſſimis hominibus, aliter inter eos qui *mediaſtini* [6] ſtatus [8] ſunt. Succeſſiones autem parentium ad legitimos filios variis pertinent modis, de quibus pleniſſime Juriſconſulti & Conſtitutiones *locuti* [7] ſunt. Naturales autem liberi ſive ingenui, ſive ſervi, quibus modis poſtea *fiunt* [8] legitimi, & per quas vias naturalibus *ſuccedunt* [9] parentibus, neceſſarium eſt exponere. Igitur ſi quis filios naturales curiæ dederit: vel omnes, vel quoſdam, vel unum ex his, legitimos eos faciat ſecundum *divæ* [10] Theodoſii Conſtitutionem. Idem juris eſt, ſi filiam naturalem curiali homini pater conjunxerit. Sed quia hæc pars & de ſucceſſionibus & *de aliis* [11] multis dubietatem recipit, ordinarium eſt prius eam pleniſſime explanare. Igitur ſi quis naturalem filium vel naturales habuerit: eumque vel eos, vel quoſdam, vel unum ex his legitimos facere voluerit, *det eos* [12] curiæ civitatis, quamvis inluſtri dignitate decorati ſint, & fiunt legitimi, exceptis *ſcilicet* [13] illis dignitatibus, per quas & ſi curiales eſſent hac condicione relaxati fuiſſent. *Dari* [14] autem eum curiæ oportet vel in ſpectaculo toto populo conſidente, vel *actis* [15] intervenientibus, vel in teſtamento ſuo, ſi ille non reclamaverit. *Et hæc* [16] omnia *procedunt* [17], ſive habeat legitimos filios pater, ſive non. Sin autem poſt mortem patris naturalis, filii naturales ſpontanea voluntate ſeſe curiæ dare maluerint, non aliter audiantur, niſi nullum legitimum filium pater *reliquit* [18]. *Hæc autem* [19] quæ de patre dicimus, optineant & in avo & in proavo & aliis hujuſmodi perſonis. Sed ſiquidem ex Provinciali civitate oriundus eſt, is qui filium curiæ dare velit, *in eadem civitate filium ſuum faciat curialem* [20], ſive ipſe quoque pater curialis ſit, ſive non: Sin autem ex vico oriundus eſt, in ea civitate curialem faciat filium naturalem, cujus in territorio vicus eſt: Illo proculdubio obſervando, ut ubi quidem parens dat, non impediant legitimi filii. Ubi autem filius ſeſe dare velit, impediatur legitimis filiis ſuperſtitibus. Sin autem *parens* [21] naturalis vel Romanus ſit, vel Byzantius, liceat ei in qua voluerit Metropolitana civitate fi-

[1] naturales dignos, *alii*, legitimos
[2] Eos
[3] manere.
[4] contrahimus
[5] Senatorum,
[6] medii
[7] locutæ
[8] fiant
[9] ſuccedant
[10] *addo.* memoriæ
[11] de aliis rebus
[12] debet eos
[13] videlicet
[14] Dare
[15] actis publicis
[16] Hæc autem
[17] procedunt,
[18] reliquerit.
[19] Non autem
[20] liceat ei filium ſuum facere curialem,
[21] pater

lios ſuos naturales curiæ dare. Eadem dicimus & ſi quis filiam ſuam curiali homini conjungere maluerit.

• *Mediaſtini ſtatus*] *A. A.* Novell. 89. cap. 1. Pro mediocri. Olim ſervum ſignificabat vilem. *Puth.* Sic qui mediaſtinus ſervus dicitur l. 15 §. Prætor. ff. de injur. medii actus homo vocatur §. ſed pœna de injur. A ſummis procuratoribus uſque ad extrema & infima miniſteria multi ſunt gradus, uti D. Auguſtinus ait Pſalm. 103.

CCCX. *Idem.*

θ. καὶ οὕτως. • ex ancilla, addit Cujacius.

2. Si curialis naturales tantum *filios* • habuerit, liceat ei manumittere eos, & curiæ dare, & hoc modo legitimos facere. Ipſi quoque naturales liberi ſi libertatem quoquo modo nanciſcantur, mortuo patre nullis legitimis liberis ſuperſtitibus licentiam habeant curiæ ſe dare, & legitimum nomen mereri.

CCCXI. *Idem.*

θ. εἰ υἱὸς νόθος. • habuerit. • & maneat θ. εἰ μὲν γὰρ τῆς ἀρχῆς. • Si vero •• oblatis • nuptæ ſunt

3. Si naturalis filius curiæ datus fuerit, legitimus patri ſucceſſor ab inteſtato exiſtat: & ex teſtamento capiat, quantum ei pater naturalis reliquerit, niſi forte legitimos filios ante *habuit* •. Tunc enim non plus habeat naturalis filius, quam is, qui legitimus conſtitutus minimam habuit portionem. Et ſiquidem mortuo patre & curialia munera ſubeat: & quod ei donatum vel relictum eſt, poſſideat, *maneat* • ſecurus. Sin autem res paternas velit reſpuere, ut curiali condicione liberetur, omnino non audiatur. *Enimvero* • ſi ab initio curialem condicionem contempſerit, poſtea autem in poſſeſſionem rerum paternarum vel omnium vel ex parte inventus fuerit, tunc curialis condicionis nexibus teneatur. Quæ diximus de maſculis curiæ *datis* • intelligenda ſunt & de filiabus naturalibus, quæ *curialibus nupſerunt* •.

CCCXII. *Idem.*

θ. τῷ δὲ μετὰ ταύτην. • autem

4. Filius curiæ datus ipſi patri tantummodo legitimus fiat ſucceſſor, non *etiam* • parentibus, vel liberis ipſius, vel adgnatis, vel cognatis ejus, niſi forte ab aliquo ex his heres inſtituatur.

CCCXIII. *Idem.*

θ. πολιτευομένους. • curiales quoſdam θ. εἰ δὲ καθόλου. • publicum θ. εἰ δὲ καὶ ὁ.

5. Si quis curiæ datus & legitimus factus deceſſerit: ſiquidem habeat *curiales* • legitimos liberos, ad ipſos ſucceſſio eius perveniat. Sin autem quoſdam curiales habeat, quoſdam autem condicione liberatos: ad curiales quidem novem unciæ ſubſtantiæ ejus veniant, ad alios autem tres unciæ. Quod ſi nullos liberos habeat: novem quidem uncias curia & *publicus* • habeat; tres autem uncias, vel heredes, quos in teſtamento ſuo ſcripſit, vel hi, qui ab inteſtato ad hereditatem ejus vocantur. Sin autem ſcriptus heres vel non ſcriptus curiæ ſe dare maluerit, & hereditatem ipſius habere nullo modo pro-

liberatur, ſed habeat licentiam, ut cum curiali condicione novem uncias ad curiam & publicum pertinentes accipiat, ſcilicet ſi prius Imperatori ſupplicaverit, & hoc ipſum ei ab Imperiali numine conceſſum fuerit.

CCCXIIII. *Idem.*

6. Si quis naturales habuerit liberos, poſteaque decedens in teſtamento ſuo curiæ eos dederit, & illi poſt mortem patris ſui naturalis conſenſerint, habeant novem uncias qualitercumque *diſtributionem* ¹ pater in eos fecerit: ita tamen, ut minus novem uncias non accipiant. Melius autem faceret pater ſi totum aſſem eis *relinqueret* ². Quod ſi quidam ex his *conſenſerint* ³, quidam autem noluerint curiales eſſe: ad eos qui conſentiunt, novem unciæ perveniant, tres autem unciæ ad eos devolvantur, quos teſtator voluit. Quod ſi nullus ex naturalibus liberis curialem amplectatur condicionem, ad ipſam curiam novem unciæ pertineant, ſcilicet ut ſecundum noſtram conſtitutionem inter curiam & publicum novem unciæ dividantur. Sed & ſi quis nihil de naturalibus liberis ſuis dixerit, ſed ſilentio eos præterierit, illi autem ſua ſponte voluerint curiæ nexibus eſſe ſubjecti, ut patris naturalis ſucceſſionem capiant: liceat eis hoc facere, ut novem accipiant uncias. Sed & ſi pater naturalis filium ſervum habuerit, eumque manumiſerit, *& curiæ dederit, novem uncias ei relinquere compellatur* ⁴. Hoc amplius. Et ſi tantum manumiſerit, & non obtulerit eum, & poſt mortem naturalis patris curialis eſſe maluerit, nihilominus novem uncias accipiat. Idem dicimus, & ſi teſtator eum curiæ dederit in ſuo teſtamento. Omni enim modo qui *curialia* ⁵ onera ſubire paratus eſt, novem uncias accipiat. Quod ſi omnes naturales liberi curiales eſſe voluerint, pro rata portione inter eos novem unciæ *diſtribuantur* ⁶.

¹ diſtributionem earum
² relinquerit.
³ conſentiunt,
⁴ & curiæ [illegible] eum, & ſi poſt mortem [illegible] patris [illegible] eſſe maluerit novem uncias accipiat.
⁵ curiæ
⁶ dividantur.

CCCXV. *Idem.*

7. Zenonis divæ memoriæ Conſtitutio, & Anaſtaſii lex de naturalibus liberis poſita, maneat ſecundum ſua tempora inconcuſſa. Sed & divi Juſtini Conſtitutio in perpetuum maneat, quæ prohibet naturales liberos adoptionis modo legitimos *fieri* ¹.

¹ facere.

CCCXVI. *Idem.*

8. Si quis cum libera muliere conſuetudinem habuerit, & ex ea naturales liberos procreaverit, poſtea autem affectione procedente dotalia inſtrumenta cum ea fecerit: dicimus liberos tam eos, qui *ante* ¹ inſtrumenta, quam illos, qui poſtea nati ſunt, legitimos, & in poteſtate patris fieri, ſive poſt inſtrumenta facta nati deceſſerint, ſive omnino nati non fuerint, nulla diſcretione habita utrum alia ſubſit legitima proles, an non. Sed & ſi quis conceptus ante inſtrumentum, poſtea natus *fuerit* ². illud tempus, quo natus eſt, inſpiciatur,

¹ ante dotalia
² fit.

ut legitimus *fiat* [1]. Vel ſi proſit ei tempus conceptionis, illud tempus obſervetur.

[1] fit.

CCCXVII. *Idem.*

9. Si quis filios habuerit naturales, eorum autem mater mortua ſit, ut dotalium inſtrumentorum compoſitio fieri non poſſit: vel ſi *vivat* [1] quidem mater, ſed ea digna matrimonio non ſit: vel ſi celata fuerit, ut uxor non ducatur, patet autem filios ſuos legitimos facere velit, liceat ei ſupplicare Principi, & hoc ipſum manifeſtare in precibus ſuis, ut Principe annuente ſtatus filiorum confirmetur, ſcilicet ſi in his caſibus legitima proles non ſubſit.

[illegible]
[1] viva

CCCXVIII. *Idem.*

10. Si pater naturalis dum vivit, præcedentes obſervationes non fecerit, ut filios ſuos naturales legitimos *efficiat* [1], componat teſtamentum, & in eo dicat ſe velle eos legitimos ſibi ſucceſſores exiſtere. Et ſi hoc *fecerit* [2], liceat filiis hoc *docere* [3], & teſtamentum patris oſtendere, & legitimam hereditatem ejus adipiſci. Sic tamen, ut prius Principi *ſupplicare* [4] & hæc ipſa *allegare debeant* [5].

[illegible]
[1] ſibi faciat,
[2] dixerit,
[3] dicere,
[4] ſupplicent, alii, ſupplicaverint
[5] allegent, alii, allegaverint.

CCCXIX. *Idem.*

11. Hæc autem omnia totiens locum habeant, quotiens & ipſi liberi naturales conſentiunt. Si enim invitus nemo emancipatur, quanto magis non debet *aliquis* [1] ſui juris conſtitutus aliena ſubjici poteſtate? Quod ſi quidam ex his voluerint, quidam autem noluerint: ii, qui volunt, legitimi ſucceſſores exiſtant parenti. Illud autem certum eſt, quod legitimis filiis ſuperſtitibus tempore quo pater moritur, naturalis filius legitimus nullo modo intelligitur, niſi vel curiæ datus eſt, vel dotalia inſtrumenta cum matre *ipſius* [2] compoſita *ſunt* [3]. Nemini autem liceat filium naturalem adoptare, & eo modo legitimum eum facere.

[illegible]
[1] dele.
[illegible]
[2] ejus
[3] ſint.
[illegible]

CCCXX. *Idem.*

12. Si quis liberos naturales habuerit, ſiquidem legitimos eos prædictis modis effecerit, ita ei ſuccedant, quemadmodum ex nuptiis *lege* [1] cognitis procreati *patribus* [2] ſuis ſuccedunt. Sin autem naturales permanſerint, ſiquidem legitima proles ſubſit: non liceat patri filiis naturalibus & matri eorum, id eſt concubinæ ſuæ ultra unam unciam dare ſive inter vivos, ſive mortis cauſa, ut ſemunciam concuba habeat, ſemunciam liberi. *Quidquid* [3] autem plus dederit, hoc habeant legitimi filii. Sed *&* [4] ſi ſolam habeat concubinam, non plus ei, quam ſemunciam præſtet. Quod ſi nullos *filios* [5] habeat, liceat & in toto aſſe filios naturales heredes *ſcribere* [6]. niſi forte *parentes* [7] habeat. Tunc enim parentibus legitima portione relicta, reliquæ partes ad naturales filios tranſire poſſunt: eadem licentia patri præſtanda,

[illegible] & ſeq. &
[illegible]
[1] legibus
[2] parentibus
[3] Si quid
[4] dele.
[illegible]
[5] adde, legitimos
[6] inſtituere:
[7] pater naturalis parentes

tanda, & ſi donatione vel alio quocumque titulo, vivus vel moriens ſubſtantiam ſuam naturalibus filiis præſtare voluerit. Illo proculdubio obſervando, ut concubinam ille habere poſſit, qui uxorem non habet. Hæc autem totiens teneant, quotiens naturalis pater vel teſtamento vel alio ultimo judicio ſuam declaraverit voluntatem. Quod ſi quis inteſtatus deceſſerit, & neque filios habuerit filiaſve, neque nepotes aut neptes, vel deinceps alias perſonas, *habeat* [8] autem in domo ſua concubinam liberam, ex qua etiam filios habuit: tunc etiam inteſtato patre naturali mortuo, duas uncias habeant dividendas inter eos pro virili portione, ut mater eorum unius filii *partem* [9] accipiat. Et hæc ita ſe habeant, quamvis agnatus, vel cognatus, vel patronus, vel fiſcus inteſtato defuncto patri naturali ſucceſſerit. Sed & ſi concuba antequam pater moriatur deceſſerit, nihilominus naturales filii duas uncias inteſtato patre mortuo integras capiant. Idem dicimus & ſi concubina ſeparata eſt *ab eo* [10]. Nemo autem *intelligat* [11] concubinam, quando cum multis mulieribus concumbere concubitor ſolet. Nam quemadmodum qui legitimam uxorem habet, aliam habere durante eodem matrimonio non poteſt: ita & qui unam concubam habet, non poteſt alias eodem tempore habere. Nulla autem differentia eſt, utrum maſculi, an feminæ ſint, qui quæve ex tali *concubinatu* [12] progeniti vel progenitæ ſunt. Quod ſi quis inteſtatus deceſſerit, & legitimos *filios* [13] reliquerit & naturales: nihil quidem naturales accipiant, alantur autem a fratribus ſuis, id eſt a legitimis filiis defuncti ſecundum ſubſtantiam, quæ ad eos pervenit ex patre, quemadmodum vir bonus exiſtimaverit, id eſt viri boni arbitratu. Idem juris eſt, & ſi uxorem quidem habeat, *liberos* [14] autem naturales ex concubina ante mortua, ut & ii alantur a ſucceſſoribus ejus. De nepotibus enim naturalibus ea, quæ conſtituimus in Codice, teneant.

[Margin: [illegible Greek] — [8] habuerit — [9] portionem — [10] a viro. [illegible Greek] — [11] intelligatur habere — [12] concubina [illegible Greek] — [13] liberos — [14] filios]

CCCXXI. *Idem.*

13. Sed quemadmodum liberis naturalibus conſultum eſt, ſic & ipſi debent patribus ſuis naturalibus viciſſitudinem dare & in alimoniis & in ſucceſſionibus, quemadmodum in ipſis filiis conſtitutum eſt.

[Margin: [illegible Greek]]

CCCXXII. *Idem.*

14. Si pater naturalis aliquid dederit vel reliquerit *filio* [1], liceat ei præſtare tutores vel curatores in hiſdem rebus confirmandos. Liceat autem & matri tutelam *filiorum* [2] naturalium ſuſcipere, & omnia facere, quæ in legitimis liberis facere ſolet.

[Margin: [illegible Greek] — [1] filio ſuo. — [2] filiorum ſuorum]

CCCXXIII. *Idem.*

15. Hæc Conſtitutio non pertinet ad eos liberos, qui ex nefariis *procreationibus* [3] procreati ſunt. Ideoque nec alimonias eis parentes

[Margin: [illegible Greek] — [3] nuptiis]

vel fratres debent: Conſtantini autem divæ memoriæ lex ad Gregorium *reſcripta* [a] penitus evacuatur.

[a] ſcripta

διάταξις ς.

CONSTITUTIO LXXXIII.

De teſtibus, atque ut qui bona opinione, vel dignitate atque militia, vel vitæ honeſtæ ac bonæ artis titulo decorati ſunt, ad dicendum teſtimonium admittantur. Et quando etiam quarto ingreſſu teſtes introducere liceat: ſive ut in pecuniariis cauſis ad Provinciam ubi teſtes ſunt, partes mitti debeant, eiſque præſentibus apud defenſorem vel eloquentiſſimos viros teſtium depoſitio celebretur; & quando etiam invitus quis teſtimonium dicere compellatur.

CCCXXIIII. *De teſtibus.*

1. NUllius [a] recipiatur teſtimonium, niſi ejus qui ſit bonæ opinionis, quem vel dignitas commendat vel militia, vel vitæ honeſtas, vel artis laudabilis titulus, vel etiam aliorum teſtium vox de bona *vita ejus* [b] conſentiens. Alias autem teſtis ſi viliſſimus in judicio productus fuerit, liceat judici ſi hoc *æſtimaverit* [c], & tormentis eum *ſubjicere* [d], in hac quidem florentiſſima *urbe* [e] per Prætoris officium; in Provinciis autem per defenſorem civitatis. Si quis autem ſcripſerit ſe debere alicui pecuniam, poſtea autem dicat ſe ſine ſcriptis eam ſolviſſe: non audiatur, quamvis teſtes produxerit, niſi ſecundum obſervationem Conſtitutionis noſtræ: ſic tamen teſtes duorum alterum dicant, vel quod præſentibus ipſis, & ad hoc ipſum rogatis debitor creditori pecuniam ſolvit, vel quod ad hoc ipſum accepti audierunt creditorem dicentem pecuniam ſibi ſolutam fuiſſe. Non enim admittimus teſtimonia eorum, qui dicere ſolent tranſeuntes ſe audiſſe aliquem dicentem, pecuniam ſibi ſolutam eſſe. Sed nec *tabulariorum* [f] præſentia ſola ſufficit, niſi teſtes quoque rogati *ſubſcripſerint* [g], & ipſa principalis perſona ſi litteras ſciat, ſuas depoſitiones per ſcripturam declaraverit, ſcilicet ut & in hoc caſu ſi quidem bonæ opinionis teſtes inventi fuerint, recipiantur. Sin autem viliſſimi *homines* [h], qui & pecunia corrumpi facile *poterant* [i], & pejerare non timeant: tunc tormentis ſubjiciantur. Sin autem teſtes contrarium ſibi dicant, oportet Judicem ſi contrarietatem teſtimoniorum *perſpexerit* [k] in ipſis conſtitutam, quæ totam cauſam continent, reprobare eos: plurium autem & bonorum teſtimonia *ſequi* [l]: & eos, qui contraria ſibi dixerunt, ſiquidem per errorem, *cum venia* [m] dimittere: ſin autem per aſtutias aliquas, tormentis ſubjicere.

§. ἡμῶς πίστιν.
[a] Nullum
[b] vita ejus fuerit
[c] exiſtimaverit,
[d] ſubigere,
[e] civitate
§. εἰ δὲ καὶ ἐδ.
§. τῶν συμ.
[f] tabellionum
[g] ſe ſubſcripſerint,
[h] homines ſunt,
[i] poſſunt,
§. εἰ δὲ ποτε κα-θαρδε.
[k] inſpexerit
[l] ſequi oportet:
[m] convenit, *alii*, admittere. *Ivo.*

CCCXXV. *Idem.*

2. Si quis in una eademque lite teſtes ter produxerit, & renuntiaverit teſtium productioni, & exceperit teſtimonia vel ipſa vel præſcriptiones adverſarii ſui, poſtea non *concedatur* [a] quartam productionem teſtium facere. Enimvero ſi non exceperit, neque ipſa teſtimo-

§. ἐπειδὴ δὲ πο-λοί.
[a] conceditur

nia, neque præſcriptiones adverſarii ſui, liceat ei quarta uti productione teſtium: ita tamen, ut juret prius, neque ſe excepiſſe, neque procuratorem ſuum, vel patronum, vel alium hominem ſuum: *nec* [1] aliquo dolo, vel arte, *vel* [2] calliditate quartam productionem deſiderare. Hoc amplius & ſi ſemel vel bis produxerit teſtes, & renuntiaverit productionibus, ac poſtea velit producere, non audiatur, niſi *in eo* [3] caſu ubi neque teſtimonia excepit, neque præſcriptiones adverſarii ſui, quamvis divina juſſio dederit ei licentiam producendi.

[1] vel
[2] vel aliqua
[3] eo

CCCXXVI. *Idem.*

3. Antiquitus eſt Conſtitutum, ut ſi in hac florentiſſima civitate litigium fuerit motum, & adhuc cauſa *pendente* [1] opus fuerit teſtium productione, teſtes autem in Provincia *degerint* [2], ut illuc actis intervenientibus mittantur partes, ſive procuratores *eorum* [3], & apud *defenſorem* [4] civitatis teſtes producti dicant ea quæ ſciunt, & poſtea in hac civitate acta mittantur, & competenti calculo a Judice cauſa terminetur. Idem jubet Conſtitutio obtinere, & ſi in Provincia litigium fuerit motum, & teſtes in hac *degerint* [5] civitate vel in alia Provincia. Actis enim intervenientibus *apud quemvis* [6] eloquentiſſimum judicem teſtes producantur: vel ſi in alia civitate, vel in alia Provincia teſtes ſint, apud Defenſorem acta conſiſtant, & *ſignata* [7] præſtentur, vel ei qui produxit, vel adverſario *ejus: nec* [8] quaſi excipienti denegetur iterum ei teſtes producendi licentia. Hæc autem in pecuniariis cauſis obtineant. Nam in criminalibus ipſæ perſonæ teſtium neceſſariæ ſunt.

3. [illegible]
[1] procedente
[2] degant,
[3] earum,
[4] defenſores
[5] degant
[6] apud
[7] conſignata
[8] ne

CCCXXVII. *Idem.*

4. Si teſtis productus ſervus eſſe dicatur, ille autem dicat ſe liberum eſſe: ſiquidem ingenuum, ſcribatur *quidem* [1] teſtimonium ipſius, poſtea autem ſi *probatus fuerit* [2] ſervus, nullius momenti ſit. Sin autem *libertinum* [3] ſe eſſe dixerit, ſiquidem inſtrumentum manumiſſionis ſuæ oſtenderit, dicat teſtimonium. Sin autem in alio loco dicat inſtrumenta ſui ſtatus *habere* [4], ſcribatur quidem teſtimonium ejus: poſtea autem ſi non produxerit inſtrumenta, nullius momenti ſit.

4. [illegible]
[1] *dele.*
[2] probetur
[3] libertum
[4] ſe habere,

CCCXXVIII. *Idem.*

5. Si quis dixerit teſtem productum inimicum ſuum eſſe, ſiquidem ex criminali cauſa, omnino non *dicatur* [1] teſtimonium: Sin autem ex alia *occaſione* [2]: *dicatur* [3] quidem teſtimonium *ejus* [4], ſed *præſcriptio* [5] opponatur.

5. [illegible]
[1] dicat
[2] actione;
[3] dicat
[4] *dele.*
[5] præſcriptio ei

CCCXXIX. *Idem.*

6. Si quis mediatorem ſe partium dixerit, ideoque ſe non oportere, invitum teſtimonium in alterutrum eorum dicere, illi autem con-

6. [illegible]

ſenſerint ut producatur: conſequens eſt, ut in hoc caſu etiam invitus teſtimonium dicat.

CCCXXX. *Idem.*

6. καὶ πᾶν.

7. Teſtium productio apud Judices, vel Defenſores, vel Magiſtrum cenſus, non aliter *valeat* ¹ niſi præſente quoque *adverſaria* ² parte, vel contumaciter non veniente, ſcilicet *ut & hic* ³ ſalva præſcriptio ei competat quam *opponendam* ⁴ exiſtimaverit. Contumaciter autem non *videtur* ⁵ abeſſe qui ex neceſſitate abfuit. Forte enim *intra* ⁶ *ſepta* ⁷ ſanctorum *fuerat* ⁸.

¹ habeatur, *Ivo.* ² adverſa ³ ut ⁴ opponendam Judex ⁵ dicitur ⁶ juxta ⁷ loca ⁸ fugerat, *Ivo.*

CCCXXXI. *Idem.*

verſ. τῶν ἄνωθεν ἀπάντων.

8. Omnia autem jura, quæ poſita ſunt jam vel a retro Principibus, vel a nobis de teſtibus, maneant intacta. Hanc autem legem *tenere* ¹ volumus in futurum tempus.

¹ teneri

Διάταξις πδ'.

CONSTITUTIO LXXXIIII.

Ut primæ uxoris dos dote ſecundæ uxoris ſine facultatibus decedentis mariti potior habeatur, & ut mulier ante nuptias donatione minime defraudetur, ſi non ejus ſed mariti vitio dos ſuſcepta non fuerit.

CCCXXXII. *Ut dos prioris uxoris præferatur doti ſecundæ uxoris, ſive ipſa, ſive liberis ejus agentibus.*

1. QUædam mulier Titia nomine Mævio copulata eſt, & dotem dedit, & *liberos ab eo* ¹ procreavit. Poſtea mortua Titia Mævius ſecundam uxorem duxit Semproniam, & mortuus eſt. Quæritur utrum liberi prioris uxoris dotem matris ſuæ prius recipere debeant, an magis ſecunda uxor in dote *ſua* ² validiora jura prætendere. Et ita diſtinguimus, ut ſiquidem dotales res exiſtant ſive priores ſive poſteriores ſint, omnimodo eas *dominus* ³ vindicare poteſt. Sin autem vel conſumptæ ſunt vel deminutæ, præferantur ſecundæ mulieri liberi ex priore matrimonio nati; vel etiam ipſa prima uxor, ſi forte repudio primæ nuptiæ ſolutæ ſunt. Idem dicimus, ſi liberi ſecundæ mulieris cum priore uxore vel liberis ejus litigent. In ſumma enim dicimus, priori matrimonio hypothecarum privilegia validiora *præſtamus, ubi* ⁴ ipſa mulier *agit* ⁵ vel liberi ejus ex eodem matrimonio nati. Liberorum autem appellatione omnes deſcendentes perſonas complectimur, quod non per innovationem a nobis introductum eſt, ſed magis per interpretationem priorum Conſtitutionum.

¹ ab eo filios ² ſua poſſit ³ dominio ⁴ præſtari ut ⁵ agat

CCCXXXIII. *Si per maritum ſteterit, quo minus dos ei promiſſa præſtetur.*

6. ἐκδίδωσι γαμικά.

2. Si mulier dotem pro ſe promiſerit, vel alius pro ea ſive profecticiam ſive adventiciam ⁶: poſtea autem vel ipſa mulier vel pro-

miſſor dotis paratus ſit, id quod promiſit dare, & hoc ipſum teſtatione complectatur, vel obtulerit res vel depoſuerit *ſi mobiles* [c] ſint, vel in judicio ex una parte Judicem adeat, & miſſis ab eo hominibus maritus diſtulerit dotem accipere, poſteaque ſolutum matrimonium fuerit: ſic intelligatur maritus quaſi dotem accepiſſet. Ideoque ſi quid de *antenuptias* [a] donatione accipere mulierem oporteat: hoc omnimodo accipiat, quamvis nullam dotem dederit: quia per maritum ſtetit, quo minus eam *ſuſciperet* [b].

[c] ſi immobiles
[a] antenuptiali
[b] ſuſceperit.

[a] *Dotem ſive profectitiam ſive adventitiam*] *Pith.* Profectitia ἀποδημητικὴ προῖξ ἡ παρὰ τοῦ πατρὸς διδομένη. Adventitia περιγινομένη ἤτοι ἡ διδομένη παρὰ ἐξωτικοῦ. Profectitia dos προερχομένη καὶ ἔξοδον ἔχω τῆς πατρικῆς οὐσίας.

CONSTITUTIO LXXXV.

Διάταξις πε'.

Repetita lex ut non liceat parentibus plures filios habentibus uni eorum plus quam beſſem vel ſemiſſem pro modo filiorum de ſua conferre ſubſtantia, ſi alii videlicet non probabuntur ingrati.

CCCXXXIIII. *De immodicis & inofficioſis donationibus.*

1. SI pater filios duos pluresve habuerit, & uni ex eis res ſuas donare voluerit: non liceat ei ultra beſſem ſubſtantiæ ſuæ donare, *vel ultra* [a] dimidiam ſecundum numerum *liberorum* [b], *ut ceteri* [c] liberi modis omnibus legitimam portionem, id eſt, Falcidiam accipiant, quam haberent ſi tertiam partem vel dimidiam eo tempore acciperent *antequam* [d] donatio facta ſit, ſcilicet niſi ingrati fuerint. Nam ſi probatæ ſunt ingratitudinis cauſæ, legibus priſtinis ſubjiciantur.

[a] id eſt, extra
[b] filiorum,
[c] ut & cæteri
[d] quo

CONSTITUTIO LXXXVI.

Διάταξις πς'.

Ut appellatione interpoſita liceat unicuique ad compromiſſarium venire judicium, & iterum poſt compromiſſarium arbitrium, etiam tranſacto ab appellationis die, biennio remeare.

CCCXXXV. *Si appellatione introducta compromiſſarium arbitrum litigatores elegerint.*

1. SI quis appellaverit, & appellatione introducta apud Præfectum Prætorio, vel apud quemvis alium Judicem compromiſſarios arbitros elegerit cum adverſario ſuo: non ſit *excluſus* [a] venire iterum ad appellatorium judicium: quamvis biennium fuerit tranſactum. Quod ſi poſtquam a compromiſſario receſſum eſt, biennium tranſierit: dicimus priorem calculum firmum eſſe, & appellatorium judicium non exerceri. Cetera autem *omnia jura* [b], quæ de provocationibus poſita ſunt, in ſuo robore maneant.

[a] excludendus
[b] jura;

Διάταξις πζ'.

CONSTITUTIO LXXXVII.

Ut intermiſſo ſacramento mater filiorum ſuorum tutelam adminiſtret, & ſatiſdationes idoneæ officio competentis Judicis præſtentur.

CCCXXXVI. *Si mater filiorum ſuorum tutelam gubernare maluerit.*

[a] marito ſuo
[b] cum, ſive in Panormia.
[c] obſervari
[d] ſcribantur,

1. SI mater *marito* [a] defuncto filiorum ſuorum tutelam gubernare maluerit: renuntiet ſecundis nuptiis in judicio *ſine* [b] jurejurando. Res autem ſuas impuberi filio ſuo obliget: atque ita tutela ei committatur ſive creditrix ſit filii ſui, ſive debitrix. Idem & in filiabus dicimus. Hæc autem *obſervare* [c] procuret tam Præfectus urbis, quam Prætor: & in Provinciis Præſides: & diligenter inventaria *conſcribantur* [d], Scriba præſente & aliis publicis perſonis ſecundum conſuetudinem: & ſatiſdationes idoneæ exigantur, ut res ſalva pupillis fiat.

Διάταξις πη'.

CONSTITUTIO LXXXVIII.

Ut civilis vel militaris Judex de Provincia in qua eſt poſitus non recedat ſine divina pragmatica: & ut quinquaginta diebus adminiſtratione depoſita in Provincia commoretur adverſus eum interpellantibus reſponſurus.

CCCXXXVII. *De Officio omnium Magiſtratuum Provincialium, & de quinquaginta diebus.*

[a] eum
[b] ſucceſſor

1. SI quis civilis vel militaris Judex adhuc in Magiſtratu ſuo poſitus ſine juſſione divina, Provinciam quam ſortitus eſt, dereliquerit, reus ſit majeſtatis, & reducatur in illam Provinciam de qua fugit: & poſtquam accuſatoribus ſatisfecerit, ultimo ſupplicio puniatur. Sin autem Magiſtratus eſſe deſierit, quinquaginta dies ibi faciat, & publice pareat, & volentibus adverſus *ſe* [a] agere reſpondeat, & Metropolitana civitate non exeat, antequam quinquaginta dies fuerint tranſacti. Ubi autem ſucceſſor alicui Magiſtratui a noſtra pietate mittitur, non antea deſinat eſſe Magiſtratus ille qui prior eſt, niſi ante duos dies, quam in Provincia ſucceſſor venerit. Tunc enim & amicalem epiſtulam mitti ei præcipimus, ut publicas annonas uſque ad hoc tempus [b] *deceſſor* [b] accipiat.

[b] *Deceſſor*] *Pith.* Præceſſor. Novell. 125. cap. 11. Gloſſ. Περηγησάμενος. Anteceſſor, Deceſſor, Præceſſor. l. obſervare, §. recte. ff. de Offic. Proconſul. l. nemini, C. de oper. public. Caſſiodorus 8. Opilioni. Fructibus veſtrarum utimini dignitatum. Nam quod vobis per deceſſores prædeceſſoreſque noſtros, &c. Deceſſio. D. Auguſtinus in Pſalm. 65. Ibi non ſit neceſſaria ſucceſſio ubi deletur deceſſio; ibique deceſſores non ſint, nec ſucceſſores quærentur.

CONSTITUTIO LXXXIX.

De exponenda ab actore cautione, interpoſita triginta ſex ſolidorum pœna, quod intra duos menſes cum adverſario ſuo litis conteſtationem efficiet. Et ut accuſato apud eundem Judicem adverſarium ſuum liceat accuſare.

CCCXXXVIII. *De in jus vocando.*

1. NOn aliter reus actori reſpondeat libellum accuſationis mittenti, niſi priùs ille caverit reo atque litis executori, quod intra duos menſes conteſtationem litis apud Judicem facturus ſit: alioquin damnum in duplum *ſe reo* [1] reſtituturum. Cautio autem *triginta ſex* [2] ſolidorum quantitatem non excedat.

[0] [illegible] [1] ſe [2] triginta

CCCXXXIX. *Idem.*

2. Si quis ab aliquo fuerit accuſatus, & voluerit ipſum *actorem* [1] ſuum accuſare: apud eundem Judicem hoc *faciat* [2]. Nam apud alium Judicem trahere eum non poteſt. Quod ſi Judex ei diſpliceat: licebit ei recuſare eum ante litis conteſtationem in viginti dierum relaxamento. Poſt litis *enim* [3] conteſtationem recuſare Judicem non poteſt, nec actorem in *alio judicio* [4] trahere. DAT. KAL. NOVEMB. CONSTANTINOP. IMP. D. JUSTINIANO PP. AUG. ANN. XIII.

[0] [illegible] [1] accuſatorem [2] fiat. [3] vero [4] aliud judicium

CONSTITUTIO XC.

De æqualitate dotis & ante nuptias ſive propter nuptias donationis.

CCCXL. *De exæquatione dotis, & propter nuptias donationis.*

1. D*Onationum* [1] quæ propter nuptias fiunt, *parem* [2] volumus eſſe *quantitatem* [3] *doti* [4] mulieris. Item pacta ſtipulationis in dote, & propter nuptias donatione *modo pari* [5] componantur. Hoc autem *capitulum* [6] in futuro quoque tempore *teneat* [7].

[0] [illegible] [1] Donationes [2] partes [3] quantitati [4] dotis [5] omnimodo paria [6] caput [7] teneatur.

CCCXLI. *Quando licet mulieri dotem ſuam augere.*

2. Si mulier dotem ſuam augere *maluerit* [1], non aliter hoc facere poſſit, niſi maritus quoque propter nuptias donationem pari quantitate augere paratus ſit. Quod ſi creditores maritus habeat: augere mulier dotem ſuam debet in rebus immobilibus. Quod ſi res mobiles dederit: ſciat ſe privilegium dotis in rebus mariti ſui non habituram. Sin autem nullum creditorem maritus habeat eo tempore, quo dotem ſuam mulier augebat, habeat privilegium quod dotibus in hypothecaria actione præſtitum eſt.

[1] voluerit; [0] [illegible] [0] [illegible]

CCCXLII. *De privilegiis dotis.*

l. [illegible] · ' reficiendam,

3. Sæpiſſime relatum eſt eum, qui pecuniam præſtet ad comparandam rem, vel renovandam, vel *faciendam* ', validiora jura in hypothecis habere in ipſa re, quam priores creditores: ſed hoc in dotibus non obſervetur. Nam dotem præcipimus ei quoque præferri, qui poſtea pecuniam dedit marito ad aliquam rem comparandam vel renovandam, vel etiam faciendam.

CCCXLIII. *De privilegio creditoris, qui militiæ cauſa marito mutuavit.*

l. [illegible] · ' cauſa · ² firmetur.

4. Si quis marito mutuam pecuniam dederit militiæ cauſa, & inter eos fuerit pactum, ut in *caſu* ' militiæ ᵃ creditor anteriora jura aliis creditoribus habeat: id quod actum eſt, teneat, ut etiam doti talis creditor præferatur. Si ramen hoc & in ſcriptis proceſſerit, & teſtium habeat ſubſcriptiones, & ex ipſa veritate *confirmetur* ².

ᵃ *In caſu militiæ*] Vide notata ad cap. 5. Conſtitut. 47.

CCCXLIIII. *Ut eadem quantitas dotis filiæ in ſecundis nuptiis a patre conſervetur.*

l. [illegible] · ' quam antea · ² ob antenuptias donationem

5. Si quis pro filia ſua dotem dederit, verbi gratia, triginta librarum auri: poſtea genero defuncto & dote ad eum reverſa filiam velit alii copulare: prohibetur minorem quantitatem dotis nomine *pro ea* ' præſtare, quamvis ex priore matrimonio lucrata eſt filia *ab ante nuptias donatione* ² quindecim libras auri: niſi forte pater probaverit fortuito quodam caſu ſubſtantiam ſuam deminutam fuiſſe.

CCCXLV. *De collatione dotis.*

l. [illegible] · ' videbat · ² adverſari · ³ declinare, · ⁴ habeant autem

6. Quædam mulier defuncto patre ſuo exigebatur, ut dotem ſuam conferret, ſi velit hereditatem paternam ſuſcipere. Dicebat autem inopem eſſe maritum ſuum, & nihil ab eo exigi poſſe, contradicebatur ei, quod oporteret inopiam mariti ad damnum ipſius reſpicere. Quæſitum eſt quid juris ſit. Et dicimus, ſiquidem mulier ſui juris erat, culpam ejus eſſe: quia poterat eo tempore quo *viderat* ' maritum ſuum pauperiorem, ſtatim *adverſus eum* ² & conſtante matrimonio dotis actionem movere, & res dotales conſequi. Nam & propter nuptias donationis res etiam conſtante matrimonio vindicare poteſt, ſi viderit maritum ad paupertatem *inclinantem* ³, ſcilicet ſi non minor erat mulier materfamilias viginti quinque annis. Sin autem filiafamilias fuerat: debet patri ſuo dicere, ut cum eo agat: & ſiquidem egit, ſalva res eſt. Sin autem pater agere ſuperſederit, inopia mariti ipſi & coheredibus ejus imponatur, *& habeant* ⁴ omnes communiter actiones contra maritum: & quod potuerint conſequi, in commune deducatur. Hæc autem totiens vera ſunt, quotiens dotis quantitas ampla

ampla non ſit. *Si enim* [1] ampla fuerit: *&* [2] ceſſante patre liceat filiæ [1] Sin autem
familias conſtante matrimonio contra maritum dotis actionem mo- [2] etiam
vere. Et ſi non moverit, ad ipſam *futuri temporis* [3] periculum ſpectet. [3] dotis
Ea autem *obtinere* [4] volumus in omnibus perſonis, in quibus collatio [4] manere
dotis exigitur ſive filiabus, ſive nepiibus, & deinceps perſonis volen-
tibus hereditatem amplecti tam patris ſui, quam matris, avi vel aviæ,
& ſuperiorum perſonarum.

CONSTITUTIO XCI. [illegible]

Ut marito vel uxore mortua antenuptias donationem vel dotem in proprietatem communes filii conſequantur: ſolum ſcilicet uſumfructum venientibus vel non eorum parentibus ad ſecundas nuptias habituris.

CCCXLVI. *Ut proprietas dotis, vel antenuptias donationis mortua alterutra perſona filiis communibus conſervetur.*

1. SI maritus mortua uxore, vel uxor marito defuncto dotem vel [illegible]
antenuptias donationem lucratus lucratave fuerit, modis om-
nibus proprietatem liberis ſuis ex *ipſo* [1] matrimonio natis conſervent, [1] eodem
uſumfructum autem nuptialium lucrorum *habeat* [2], ipſe vel ipſa ſive [2] habeant,
ad ſecundas *migraverit* [3] nuptias ſive non. Idque obtineat in omni- [3] migraverint
bus matrimoniis, quæ poſtea fuerint diſſoluta quocumque modo: *verſ.* [illegible]
vel ſi antea quidem *ſoluta* [4] ſunt, ſed adhuc in ſuſpenſo cauſa eſt al- [4] diſſoluta
terutra perſona vivente. Si enim ambo mortuæ ſunt, heredibus *eo-* [5] earum
rum [5] hæc Conſtitutio non proſit, ſed veteribus legibus ſubjiciantur.
Cum autem dominium rerum liberorum eſſe cœperit, ſive migrave- *verſ.* [illegible]
rit ad ſecundas nuptias, ſive non, ea jura locum habere certum eſt,
quæ de his rebus poſita ſunt, quarum proprietatem liberi lucrati ſunt
parentibus ſuis ſecundas contrahentibus nuptias.

CCCXLVII. *Ut repudio vel bona gratia ſoluto matrimonio id quod ab alterutra perſona lucrata eſt, filiis ſuis conſervet, & de alendis liberis a parentibus ſuis.*

2. Si repudio miſſo matrimonium ſolutum ſit culpa uxoris vel [illegible]
mariti, & vel ille dotem vel illa propter nuptias donationem lucra-
tus lucratave fuerit: liberis quidem proprietas ſtatim competat, uxori
vel marito rerum uſusfructus. Ea autem perſona quæ uſumfructum
habet, liberos *alere debet* [1]. Sed ſi bona gratia *matrimonio ſoluto* [2], [1] alat.
quaſi tranſactionis nomine alterutra perſona aliquid acceperit: nihilo- [illegible] [2] matrimonium ſolvatur,
minus ejus proprietatem quidem liberi habeant, *parens* [3] autem uſum- [3] parentes
fructum. DAT. K. JUL. CONSTANTINOP. IMP. DN. JUS-
TIN. PP. A. ANN. XIIII. JUSTINO VIR. CLA. CONS.

Διάταξις ϞΒ΄.

CONSTITUTIO XCII.

Ut exiſtentibus ſingulis in ſolidum fidejuſſoribus, omnes ſi præſentes ſolvendoque ſint, & non unus pro ſuis portionibus reſpondere cogantur.

CCCXLVIII.[a] *De reis promittendi.*

verſ. εἰ δύο τις ἀνανήσωσι. [1] duo rei [2] unuſquiſque [3] teneatur:

1. SI qui *rei* [1] promittendi fuerint, ut alter pro altero fidejubeat, & invicem: ſiquidem additum non fuerit, ut unuſquiſque ex his in ſolidum teneatur: tunc pro portione ſua ſit obligatus. Sin autem additum ſit, ut *ſinguli* [2] in ſolidum *teneantur* [3]: ſiquidem omnes vel quidam ex his ſolvendo ſint & præſentes fuerint, in ipſos actio competat. Onus autem inopiæ promiſſoris vel abſentiæ præſentes & locupletes promiſſores ſuſtineant. Jubemus autem eos qui præſto ſunt, a competente Judice compelli communiter agenti ſtipulatori reſpondere: ut ibi cognoſcatur ſi locupletes ſint, an non: ut communiter condemnentur, & qui ſolvendo ſunt, onera inopiæ aliorum ſuſtineant. Quod ſi Judex aditus, Magiſtratus non eſt, per competentem Magiſtratum hoc impetret. Hæc autem in futuris caſibus obtineant.

(Margin: §. εἰ μέντοι τις αὐτῶν. — §. εἰ δὲ ἐν ἀρχῇ.)

Διάταξις ϞΓ΄.

CONSTITUTIO XCIII.

Intra quantum tempus maritis & eorum heredibus exceptione dotalis non numeratæ pecuniæ uti conceſſum eſt.

CCCXLIX. *De dote cauta & non numerata.*

§. συναψάντων τινῶν. [1] quis [2] ſuper dote [3] querimoniam facere. verſ. εἰ δὲ ὑπέρ. [4] reſtitutionem

1. SI mulier pro ſe dotale inſtrumentum conſcripſerit, vel pater vel *quivis* [1] alius pro ea, poſteaque vel repudio vel morte ſolutum fuerit matrimonium: ſiquidem antequam biennii tempus impleatur, liceat marito vel heredibus ejus non numeratæ pecuniæ *dotis* [2] intra annum ex tempore ſoluti matrimonii numerandum *querimonia uti* [3]. Quod ſi ſupra duos annos (intra decennium tamen) matrimonium ſolutum fuerit: intra tres menſes maritus vel heredes ejus eadem querimonia utentur. Decennio autem completo, modis omnibus, ſi nulla querimonia uſus eſt, videatur dotem accepiſſe. Et ſiquidem minor viginti quinque annis maritus ſit: non plus quam duodecim annos in *reſtitutione* [4] habeat. Sin autem intra hoc tempus deceſſerit: heredes ipſius unum annum habeant, ſi legitimæ ætatis ſint. Sin autem minores fuerint, quinquennium habeant, nulla diſcretione interpoſita utrum is qui deceſſerit, minor fuerit, an major viginti quinque annis. Ille autem debet non numeratæ dotis querimonia uti, qui ſcriptus eſt dotem ſuſcepiſſe: & ſive legitimam habeat ætatem, ſive minor ſit, ſecundum ſua tempora negotium dirimatur. Querimoniam autem fieri oportet non nuda denuntiatione, ſed in ſcriptis. Quod ſi & in judicio inſtruatur, oportet omnimodo

mulierem *certiorari* [a]: alioquin ſi eam non certioraverit vel parentem *ipſius* [b]: nihil videbitur maritus egiſſe. [a] certiorare: [b] ſuam:

CCCL. *De poteſtate Conſtitutionis in tempore.*

1. Hæc Conſtitutio ad futura matrimonia pertinet. Nam in his, quæ adhuc conſtant, illa præcipimus obſervari, ut ſiquidem reſiduum decennium ſit, vel non minus biennio, id tempus habeat in querimoniam quæ ei tranſmiſſionem præſtat. Sin autem minus biennio reſiduum tempus fuerit, vel forte tranſactum eſt totum decennium, tunc ipſi quidem biennium habeant, heredes autem eorum tres menſes, poſtquam nuptiæ ſolutæ fuerint. *verſ. κρατοῦντας δὲ τῷ νόμῳ.*

CONSTITUTIO XCIIII. ἀνάπλις ρα'.

De teſtamentis ſive donationibus Curialium: & ut heredes quamvis extranei ab eis non minus quam in novem uncias inſtituti curialibus muneribus obligentur.

CCCLI. *De Curialibus.*

1. Liceat Curiali non ſolum Curialem patriæ ſuæ heredem ſcribere, ſed etiam non Curialem cujuſvis civitatis ſive cognatus ſit, ſive extraneus, aut in totum aut in partem non minus novem unciis: ita tamen, ut Curialis fiat, & Curialia munera impleat non tantum ipſe, ſed etiam liberi ejus quaſi ab initio patet Curialis fuiſſet. Sed & ſi Curialis teſtamentum non fecerit, exiſtat autem cognatus ipſius, ſive Curialis ſive non, & ſit paratus curialia munera implere: habeat ſucceſſionem ipſius, & liberi ejus Curiales eſſe videantur, & nullam patiatur inquietudinem ſive de novem unciis, ſive de quarta portione: quia ſic videtur, quaſi Curialis ab initio natus fuiſſet. *verſ. ἐξεῖναι βουλευτῇ.* *l. εἰ δὲ καί τις συγγενής.*

CCCLII. *Idem.*

2. Sed & ſi quis donaverit alicui non minus novem unciis res, & poſtea ille paratus ſit curialia munera implere cum liberis ſuis & ſua ſubſtantia, liceat hoc facere, quia nihil intereſt utrum Curiali ſuæ civitatis aliquis propriam ſubſtantiam det, an ejuſdem civitatis Curiali futuro. Cognatus autem extraneus ſi inteſtati Curialis cognati ſucceſſionem voluerit occupare, intra ſex menſes actis intervenientibus ſuam manifeſtet voluntatem. *l. εἰ δὲ καί τις δωρήσαιτο.*

CCCLIII. *Idem.*

3. Si Curialis res ſuas, ita ut diximus, non Curiali donaverit, non aliter rerum traditio fiat, niſi in geſtis ſine ullo damno celebrandis apud Præſidem Provinciæ curialia munera confiteatur ſe impleturum & liberos ſuos. Sin autem donator antequam hoc procedat, res ſuas non Curiali tradiderit, liceat Curiales uſque ad novem uncias *l. ὅπως δέ.* *l. εἰ δὲ ὁ δωρησάμενος.*

res donatas vindicare, niſi is cui donatæ ſunt, munera curialia ſubeat.

CCCLIIII. *Idem.*

θ. εἰ δὲ ἐκ διαθήκης.

4. Si quis ex teſtamento vel ab inteſtato non Curialis heres Curiali exiſtat, conveniat curia ſtatim ut mortuus eſt Curialis cum defenſore civitatis, & relictam ſubſtantiam ſine ulla fraude inventario conſcribat, & præſente religioſo Epiſcopo una cum ejuſdem civitatis defenſore ſignacula rebus imponantur, curiæque tradantur, ac poſtea ſi heres curiæ ſe dederit, & ſubſtantiam ſuam & liberos, actis apud Præſidem ſine ullo damno celebrandis, tunc res ei reddantur. Sin autem noluerit *Curialis* [1] eſſe *vocatus* [2] ab inteſtato ad ſucceſſionem defuncti cognati Curialis, tres quidem uncias ipſe capiat, novem autem curiæ concedat. Quod ſi ejuſdem gradus multi cognati exiſtant, & alii quidem Curiales eſſe volunt, alii autem tale onus recuſant: volentibus quidem munera curialia ſubire, novem unciæ præſtentur, recuſantibus autem tres concedantur. Non Curialibus *enim* [3] ex ſubſtantia Curialis non plus dari quam tres unciæ poſſunt.

θ. εἰ μέντοι γε ὁ κ.
[1] hæres Curialis
[2] qui vocatus
θ. εἰ μέντοι γε πλείους.
[3] autem

CCCLV. *Idem.*

θ. εἰ μέντοι γε [illegible].

5. Si Curialis habuerit filiam, eaque nupta fuerit Curiali, vel aliquis paratus ſit eam uxorem ducere, ut munera curialia impleat, non minus novem *uncias* [1] a paterna ſubſtantia capiat, ſcilicet ſi aliæ filiæ Curialibus nuptæ non ſunt, vel his forte nupturæ ſunt, qui Curiales fieri volunt. Generaliter enim dicimus eas quidem, quæ Curialibus nuptæ ſunt, non minus accipere novem unciis. Quæ *autem* [2] Curialibus nec conſtitutis, nec futuris, conjunctæ ſunt, non plus quam tres uncias habeant. Illud autem dubium non eſt, quod dominium quidem novem unciarum mulier habet, curialia autem munera maritus ex *hiſdem* [3] implere debet. Quod ſi talis mulier deceſſerit, ſiquidem liberos habeat, apud ipſos Curiales conſtitutos res manebunt. Sin autem filiæ ſint, ſiquidem conjunctæ ſunt Curialibus, vel nupturæ, ipſæ iterum habeant. Sin autem non, tres uncias capiant. Quod ſi neque filios neque filias habuerit, maritus ejus Curialis res habeat. Et ſiquidem ex ſecundo matrimonio filios habuerit, vel filias Curialibus nuptas vel nupturas, ad ipſos vel ipſas novem unciæ *pertineant* [4]. Quod nemo ſit Curialis, nemo Curiali nupta, nemo futuro Curiali nuptura novem unciæ ad curiam revolvantur.

[1] unciis
[2] autem nec
[3] hiſdem rebus
[4] perveniant.

CONSTITUTIO XCV. διάταξις ϟε.

Ut Præſes Arabiæ ſpectabilis ſit, & duciano militari non inferior, Moderatoris nomine decoretur.

CCCLVI. *De Officio Moderatoris Arabiæ.*

1. ARabiæ Præſes Moderatoris nomine decoretur, & ſpectabilis ſit, & *duce* ª militari non minor in dignitate. Publica tributa exigat cum inſtantia, privata damna medicina ſua reſarciat. Si juſtitiam ſecum habeat, non timeat neque Ducem neque Phylarchum ª id eſt, Saracenorum Ducem, neque potentium domus, neque Imperialem domum, aut patrimonium, aut ærarium publicum. Sacramentum autem præſtet, quod Magiſtratus pro innocentia ſua & puritate in ipſo initio ſui honoris ſolent præſtare. Et mandata Principis accipiat. Habeat autem ſubjectos ſibi milites omnes ad conſervandam Provincialium diſciplinam & devotionem. Et quæ diximus de viro ſpectabili moderatore *Ponti* ª, eadem dicimus & de moderatore Arabiæ, tam in dignitate ſpectabilitatis, quam in appellationibus & ceteris exercendis & adminiſtrandis. Habeat autem de publico Moderator quidem quindecim libras auri, Conſiliarius autem ejus duas libras auri. Milites autem qui ibi ſedent, Moderatori tantum ſubjiciantur. Dux autem ejuſdem Provinciæ nullam communionem habeat in rebus civilibus, alioquin honore quem gerit expellatur. Publicas autem annonas, quæ Duci debent adminiſtrari, inde accipiat Dux, unde Moderaror delegaverit. Sin autem Moderator adverſus ea quippiam fecerit, quinque libras auri pœnæ nomine præſtet.

ἐ. τοῦτο τιμᾶς. ª duciano ἐ. ἐξ ἀν. ª Arabiæ, ἐ. οἱ δὲ καὶ ἐκ τῆς. ἐ. ἀναιρούμενα.

ª *Phylarchum*] *Pith.* Sudas. Φυλάρχης. ξυμβάλλει τῷ πεζικῷ περὶ ἀκβάρου ὃς ἦν ὀσρηνῆς χώρας δυνάστης, οὓς φυλάρχας ὀνομάζουσιν ἐκεῖνοι, ὅτι καὶ τὰ χωρία αὐτοῖς φυλαὶ ὀνομάζονται. Strabo lib. 2. Καὶ ὅσην οἱ σκηνῖται καὶ οἱ φύλαρχοι κατέχουσιν, οἱ ἐπὶ τὸν ἀφερίτην καθήκοντες καὶ τὴν συρίαν. Lib. 16. Οἱ γὰρ παροικοῦντες ἑκατέρωθεν τὸν ποταμὸν φύλαρχοι χώραν οὐκ εὔπορον ἔχοντες, ἧττον δὲ ἄπορον νεμόμενοι δυναστείαν ἕκαστος ἰδίᾳ περιβεβλημένος, &c. Πεγαγάσου φυλάρχου τῶν σκηνιτῶν. Meminit Theophilactus Simocates. Οἰκουμενικῆς ἱστορίας ζ. Olympiodorus γιωπαρίου φυλάρχου τῶν βουργουντιόνων.

CONSTITUTIO XCVI. διάταξις ϟϛ.

Ut Cæſarea Paleſtina Proconſulis ſpectabilitate decoretur, & appellationes Provinciarum ſubjectarum intra quantitatem decem auri librarum, examinandas ſuſcipiat.

CCCLVII. *De Officio Proconſulis Paleſtinæ.*

1. IN Cæſarea Paleſtina Proconſul ſpectabilitate decoretur, & ab aliis Paleſtinis appellationes audiat, ſi decem librarum auri quantitatem non egrediantur. Induatur autem & ª *tebennum* ª id eſt aliquod genus veſtimenti in feſtis diebus. Subjiciantur autem & ei mi-

ἐ. ζητῶ. ἐ. χίτωνα. ª cavenum

lites, *ut* [a] ea quæ Reipublicæ proſint, non impediantur. Habeat autem annonarum nomine viginti duas libras auri, ut ipſe ſolacium habeat quod convenit, & Conſiliario ſuo præſtet, & Officialibus ſuis diſtribuat, *inpoſtea* [b] principali *ſanctione* [c] confirmetur indicata nobis ab eo facta diſtributio. Dux autem ſpectabilis nullam communionem in civilibus habeat cauſis. Nam Proconſulem oportet & publicas annonas exigere, & privatas *lites* [d] audire, *& ſeditiones* [e] *compeſcere* [7]. Liceat autem Proconſuli & ad ſecundam Paleſtinam venire, & ſeditiones placare.

Habeat autem milites, quos nos deputavimus. Milites autem Proconſuli ſubjectos, neque vir ſpectabilis, Dux, neque vir inluſtris, Magiſter militum abſtrahere audeat. Si quis autem detentus fuerit a Proconſule quaſi crimine ſeditionis obnoxius, neque cinguli prærogativa, neque dignitatis utetur, neque Sacerdotali privilegio, ſed unum ſolum eximat eum de manibus Proconſulis, ſi appareat innocens.

[a] ut & verſ. καὶ πάσαν. [b] ut poſtea [c] pragmatica ſanctione. θ. ἐπισημασίαις δέ. [d] literas [e] & populares ſtrepitus & ſeditiones [7] placare. verſ. καὶ ἄλλων. θ. εἰ δὲ δοθείη. θ. ἔσονται δὲ ἀρχιπειρῶν. θ. δημοσίων δέ.

[a] *Tebennum*] *Pith.* Eunapius in Julian. Ενταῦθα αὐτῷ ἐπιδήμοιν ὁ αἰθίοπας ἐκ τοῦ θρόνου καὶ τὴν ἁλιπόρφυρον ἀναστείων ἐσθῆτα, τήβεννον αὐτὴν ῥωμαῖοι καλοῦσι.

CONSTITUTIO XCVII.

Διάταξις μζ΄.

CCCLVIII. *Ut provocationes a Sicilia venientes apud Quæſtorem eminentiſſimum ventilentur.*

1. PRovocationes a Sicilia *in hac civitate* [a] venientes apud excellentiſſimum Quæſtorem ventilentur. Et ſi defenſorum *in civitatibus* [b] creandorum, vel patrum *decreta* [c] opus ſit celebrari, apud eundem inluſtriſſimum virum celebrentur.

[a] in hanc civitatem [b] civitatis [c] creata

CONSTITUTIO XCVIII.

Διάταξις ρή.

De quantitate ſportularum & diſtributione, aliarumque impenſarum quas ordinar. conſ. conſequuti erogant.

CCCLIX. *De Conſulibus.*

1. COnſules ſportularum & diſtributionum *aliarumque* [a] impenſarum nomine ea tantum conſumant, quæ præſenti lege permiſſa fuerint. Proceſſiones [a] autem ipſius eſſe volumus ſeptem, omnes in circo, & in harena, & in theatro. Et prima quidem proceſſio erit Kalendis Januariis. Secunda autem ea quæ mappa [b]. Tertia autem ea quæ theatroquinegium [c] appellatur, ut ſemel non bis celebretur. Quarta autem ea, quæ monimerium [d] dicitur, ubi & quod pancarpum [e] vocant, celebrandum eſt. In quinta autem in theatro id faciat quod Pornas [f] dicitur. In ſexta autem in circum procedat, & faciat mappam. In ſeptima proceſſione faciat ſpectaculum, in quo honorem ſuum deponat. Uxor autem Conſulis decoranda eſt mari-

θ. ἄσα μή. [a] aliarumque. θ. καὶ δέ. θ. εἰ δὲ καὶ παρασκ.

talibus inſulis. Ideoque & de expenſis ejus *competenter* [a] deſcriptio facta eſt. Quod ſi non habeat uxorem, matri ſuæ talem honorem præſtet ſi velit: alii autem mulieri non habeat licentiam, honorem conſulariæ dignitatis præſtare. Aurum tamen non liceat Conſuli ſpargere; argentum autem liceat, ſi velit. Si quis autem deſcriptionem a nobis factam tranſgrediatur, centum libras auri pœnæ nomine præſtet: Aurum autem ſoli Imperatori liceat ſpargere, non liceat autem Conſulibus vaſa majora ſpargere.

[a] competens
verſ. οὐ μὴν χρυσίον.
verſ. ἀλλ' ἢ ὡς ηὑρίσκοντο.

[a] *Proceſſiones*] *A. A.* Proceſſio quaſi progreſſio a procedendo in publicum. Novell. 105. dictum de Conſule. Et de Imp. Conſt. 1. de ſentent. paſſis. Unde hodie proceſſiones Epiſcopi & Cleri in litaniis. *Pith.* L. ordinem L. ſancimus C. de Conſulib. Claudianus in Conſulatu Manlii l. 41. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 7. C. de inſtit. & ſubſtitut.

[b] *Mappa*] *A. A.* Ludos Circenſes ſignificat, quod mappa ſignum Quadrigis daretur. Vidend. Caſſiodor. lib. 3. epiſtol. 51. Variar. *Pith.* Θέα τῶν ἁμιλλητηρίων ἵππων. Marcellinus Comes. Numeroſos præterea phaleratoſque in circo caballo jam donatis quoque impertivit aurigis, una duntaxat ultimoque mappa inſanienti populo denegata. Gloſſar. Tranſenna. ὕαυλαξ. ἀπαλλαγή. μεσοπυρέου σημεῖον. Imp. παλλαγή.

[c] *Theatroquinegium*] *Pith.* Cedrenus 207. 265. 267. 379. Zonaras 78. Diaconus 694. Inde θέατρον κυνηγετικόν. Dion. lib. 43. Θέατρόν τι κυνηγετικὸν ἰκριώσας, ὃ καὶ ἀμφιθέατρον ἐκ τοῦ πέριξ πανταχόθεν ἕδρας ἄνευ σκηνῆς ἔχειν προσερρήθη. καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐπὶ τῇ θυγατρὶ καὶ θηρίων σφαγὰς καὶ ἀνδρῶν ὁπλομαχίας ἐποίησεν. Xiphilin. in Nerone. Καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες οὐχ ὅπως ἱππικοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ βουλευτικοῦ ἀξιώματος, εἰς τὴν ὀρχήστραν καὶ ἐς τὸν ἱππόδρομον, τό τε θέατρον τὸ κυνηγετικὸν εἰσῆλθον, ὥσπερ οἱ ἀτιμότατοι, καὶ ηὔλησάν τινες αὐτῶν, καὶ ὠρχήσαντο, τραγῳδίας τε καὶ κωμῳδίας ὑπεκρίναντο, καὶ ἐκιθαρῴδησαν, ἵππους τε ἤλασαν, καὶ θηρία ἀπέκτειναν καὶ ἐμονομάχησαν.

[d] *Monimerium*] *A. A.* Venatio ferarum in harena uno tantum die. Videndus Leon. Philoſophus lib. 3. cap. 1. Epigram. Græcor. *Pith.* Μετ' ἐκείνην, τὴν τοῦ λεγομένου μονημερίου, ἔνθα πολλῆς ἡδονῆς τε θέας ἐμπίπλησι τὸν δῆμον τό, τε καλούμενον πάλτρεχον θεώμενον, καὶ θηρίοις προσμαχομένους ἀνθρώπους καὶ ἀνδριζομένους τῇ τόλμῃ καὶ πρός γε ἀναιρούμενα τὰ θηρία. Feras libycas una die centum exhibuit Gordianus, urſos una die mille. Eadem etiam ratione. Περὶ τὸν Ὕπανιν ποταμὸν γίνεσθαι τὸ ζῷον τὸ μονήμερον οὕτω καλούμενον Ἀριστοτέλης φησί, τικτόμενον μὲν ἅμα τῇ ἕῳ, ἀποθνῆσκον δὲ ἐπὶ δυσμαῖς ἡλίου πεπορευμένου. Ælian. Περὶ ζώων ἰδιότητος lib. 5. cap. 43. Vetera quidem exemplaria quibus uſus ſum in repurgando Juliano Monimerium habent ſicut ego edi curavi.

[e] *Pancarpum*] *Pith.* D. Auguſtinus lib. 1. contra Secundinum Manich. Tanta illic deformitate captivo nomine Pancarpi qui in ludicris muneribus edi ſolet, propter omnium generum quæ inerant beſtias exagitatis arcam Noë, quæ per omne genus animalium futuram ex omnibus gentibus figurabat Eccleſiam. Ubi te vel non advertentem vel ignorantem, gratulor congruum poſuiſſe vocabulum. Pancarpos enim omnis eſt fructus, quod in Eccleſia ſpiritaliter viſum eſt. Vetus Interpres exponit Sylvam. Capitolinus in Gordianis. Feras Lybicas una die centum exhibuit, urſos una die mille. Extat ſylva ejus memorabilis quæ picta eſt in domo roſtrata Cn. Pompeii, quæ ipſius, & patris ejus, & proavi fuit, quam Philippi temporibus veſter fiſcus invaſit. In qua pictura etiam nunc continentur cervi palmati ducenti mixtis Britannis. Equi feri XXX. Oves feræ C. Alces X. Tauri Cybiratici C. Struthiones mauri miniati CCC. Onagri XXX. Apri CL. Ibices CC. Damæ CC. Hæc autem omnia populo rapienda conceſſit die muneris, quod ſextum edebat. Vopiſcus in Probo. Venationem in circo dedit ita ut populus cuncta diriperet. Genus autem ſpectaculi

erat tale. Arbores validæ per milites radicitus vulſæ connexis longe lateque trabibus affixæ ſunt, terra deinde ſuperjecta, totuſque circus ad ſylvæ conſitus ſpeciem, gratia viroris novi effronduit. Immiſſi deinde per omnes aditus ſtruthiones mille, mille cervi, mille apri, mille damæ, ibices, oves feræ, & cætera herbatica animalia quanta ali potuerunt, vel inveniri. Immiſſi deinde populares, rapuit quiſque quod voluit. Caſſia. coll. 5. cap. 14. Ut fieri ſolet ab his, qui coram regibus mundi hujus omnigenis congredi beſtiis, præmiorum contemplatione conſueverunt, quod ſpectaculi genus vulgo Pancarpum nuncupatur. Hi, inquam, feras quaſcumque fortiores robore, vel feritatis rabie conſpexerint, diriores, adverſus eas primæ congreſſionis certamen arripiunt, quibus extinctis, reliquas, quæ minus terribiles minuſque vehementes ſunt, exitu faciliore proſternunt.

[f] *Pornas*] *Pith.* Καὶ πέμπτην τε ποιεῖσθαι πρόσοδον τὴν ἐπὶ τὸ θέατρον ἄγουσαν, ἣν δὴ πόρνας καλοῦσιν. ἔνθα τοῖς ἐπὶ σκηνῆς γελωτοποιοῖς ἕπεται χορεία, τραγῳδοῖς τε καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς θυμέλης χοροῖς· θεάμασί γε παντοδαποῖς καὶ ἀκούσμασιν ἀναπαυόμενοι ἐπὶ τὸ θέατρον. Procop. Ανεκδότοις. Επειδὴ δὲ τάχιστα ἔς τε τὴν ἥβην ἀφίκετο καὶ ὡραία ἦν, ἤδη ἐς τὰς ἐπὶ σκηνῆς καθῆκεν αὐτήν· ἑταίρα δὲ εὐθὺς ἐγεγόνει, οἵαν περ οἱ πάλαι ἄνθρωποι ἐκάλουν πεζήν. οὐ γὰρ αὐλήτρια οὔτε ψάλτρια ἦν, οὐ μὴν οὐδὲ τὰ ἐς τὴν ὀρχήστραν αὐτῇ ἤσκητο, ἀλλὰ τὴν ὥραν τοῖς ἀεὶ περιπίπτουσιν ἀπεδίδοτο μόνον ἐν παντὸς ἐργαζομένη τοῦ σώματος· εἶτα τοῖς μίμοις τὰ ἐς τὸ θέατρον πάντα ὡμίλει καὶ τῶν ἐνταῦθα ἐπιτηδευμάτων μετεῖχεν αὐτοῖς γελωτοποιοῖς τισὶ βωμολοχίαις ὑπηρετοῦσα, &c. πολλάκις δὲ κἂν τῷ θεάτρῳ ὑπὸ θεατῇ παντὶ τῷ δήμῳ ἀποδυσαμένη καὶ γυμνὴ διὰ μέσου ἐφέρετο ἀμφὶ τὰ αἰδοῖα καὶ τοὺς βουβῶνας διάζωμα ἔχουσα μόνον. Meminit Chryſoſtom. Homil. 6. cap. 1. Geneſeos.

Διάταξις ϙθʹ.

CONSTITUTIO XCIX.

CCCLX. *De nautico fœnore.*

1. Iſta Conſtitutio de nautico fœnore loquitur, & eſt pro non ſcripta, quia ab alia poſteriore Conſtitutione penitus deleta eſt, quaſi nec ſcripta nec promulgata fuiſſet.

Διάταξις ρʹ.

CONSTITUTIO C.

Quomodo unuſquiſque inter liberos componens ultimam voluntatem, non per numeros uncias, ſed per litteras adnotet. Et quod validum eſt, ſi non ſolum ipſe teſtator, ſed ejus liberi eidem ultimæ voluntati ſubſcribant.

CCCLXI. *De voluntatibus parentum in diſtributione patrimonii faciendis.*

θ. ἡμᾶς πάντα ποιεῖν. [a] voluerit [b] ex quibus, *alias*, in quibus [c] legitimus numerus θ. εἰ δὲ καὶ πραγμάτων. [d] Sed ſi θ. εἰ μὲν γαμετῇ.

1. SI quis inter liberos ſuos ultimam voluntatem componere *maluerit* [a], imprimis tempus conſcribat: poſtea autem nomina liberorum ſuorum ſua manu, & unciarum quantitates, *e quibus* [b] eos heredes inſtituit, non per numerorum notas: ſed ita, ut per litteras *numerus* [c] exprimatur. *Sed & ſi* [d] res aliquas liberis ſuis relinquere velit, aut ex rebus certis quoſdam de liberis heredes inſtituere maluerit: dicat rerum demonſtrationes, & manu propria ſignificet, ut nulla poſtea dubitatio inter liberos fiat. Sin autem extraneis perſonis vel uxori ſuæ legata vel fideicommiſſa relinquere velit: & hoc manu propria ſcribat, & ante teſtes nuncupet: & valeat quod ita actum eſt,

quamvis

quamvis & ceteras teſtamentorum obſervationes non habeat: & ſiquidem in eadem perſeveraverit voluntate, nihil amplius quæratur. Sin autem dixerit aliquis teſtatorem pœnituiſſe: non aliter audiatur, niſi probaverit defunctum, poſtea ſeptem teſtibus præſentibus dixiſſe priorem voluntatem ſuam velle ſe irritam eſſe, & forte eam rupiſſe. Poſterius autem teſtamentum vel in ſcriptis vel ſine ſcriptis compoſitum validum eſt.

b. [illegible]

CCCLXII. *Idem.*

2. Quia autem ſcimus quoſdam rerum ſuarum inter liberos proprios diſtributionem facere, & *ſub* [1] eadem liberos quoque eorum ſubſcribere: hoc quoque validum ſit ſecundum noſtræ Conſtitutionis *obſervationem, quam* [2] de hujuſmodi diſtributionibus promulgavimus. Sed & ſi ſine ſubſcriptione liberorum ipſe parens ſubſcribat: & omnia per ſubſcriptionem ſuam manifeſta faciat, id quoque ratum habebitur quod jam *& hoc anteſata* [3] Conſtitutione continetur. Hæc autem *lex* [4] in his caſibus locum *habebit* [5], quos poſtea moveri contigerit.

- b. [illegible]
- [1] in
- [2] obſervationes, quas
- [3] manifeſta, *alias.* quoniam & hoc ante facta
- [4] *dele.*
- [5] habebunt,

CONSTITUTIO CI.

[illegible]

Ut heres ſcriptus id quod ex hereditate ei remanſerit, alii tempore mortis ſuæ rogatus reſtituere. Novem ex eadem hereditate uncias conſequatur, reliquas tres uncias generali fideicommiſſario ſervaturus.

CCCLXIII. *De fideicommiſſariis hereditatibus.*

1. SI quis heredem ſcripſerit, & rogaverit eum id quod ex hereditate ſupererit, tempore mortis ſuæ aliis reſtituere, novem quidem uncias hereditatis ſcriptus heres habebit, ita ut quomodo voluerit eis utatur. Tres autem uncias generali fideicommiſſario reſtituere cogatur, ut nullo modo eas deminuat: niſi vel dotis nomine, ſi aliam ſubſtantiam non habeat, vel redemptionis captivorum cauſa: vel ſi egentia laborans ex ipſis tribus unciis vivere ſperaverit. Quod ſi aliam ſubſtantiam habens tres iſtas uncias deminuat: repleatur id quod deminutum eſt ex ipſius proprio patrimonio. Sin autem ſubſtantia quidem ejus nulla pareat: tres autem uncias conſumpſerit habens aliunde *vivere* [1]: liceat fideicommiſſario in rem agere & hypothecaria actione, ut res pro rata trium unciarum *evincat* [2]: Ideoque conveniens eſt, ut ſcriptus heres generali fideicommiſſario cautionem præſtet de tribus unciis reſtituendis: niſi forte teſtator hujuſmodi ſatiſdationem ſive cautionem ſpecialiter conceſſerit. Hæc autem Conſtitutio locum habeat non ſolum in futuro tempore, ſed etiam in omnibus *cauſis* [3], *quæ* [4] adhuc pendent. Pendere autem *cauſa videtur* [5], ſi nondum ſcriptus heres deceſſit. Nulla autem diſcretio perſonarum ſit. Nam & in liberis & in cognatis, & in extraneis *ea lex* [6] locum *habebit* [7].

- b. [illegible] *verſ.* [illegible]
- [1] viveret:
- [2] evincatur:
- [3] caſibus,
- [4] qui
- [5] videtur,
- [6] hæc conſtitutio
- [7] habes.

Διάταξις ρβ'.

CONSTITUTIO CII.

Nullus Hæreticorum militet vel curas publicas gerat, denominat autem Hæreticos. Sed & mulieribus Hæreticis dotis & antenuptias donationis tacitarum hypothecarum denegat prærogativa.

CCCLXIIII. *De Hæreticis.*

ſ. ἰσχύει. ſ. αἱρετικά.

1. NUllus Hæreticus militet, vel curas publicas gerat. Hæreticos autem dicimus & Neſtorianos, & Eutychianiſtas, & Acephalos, qui Dioſcori & Severi *ſuperſtitionem* [a] ſecuti ſunt, a quibus Manichæi & *Apollinaris* [b] ſacrilegia renovata ſunt, & *omnino eos* [c], qui non communicant in Eccleſia, Hæreticos vocamus, quamvis nomen Chriſtianorum *uſurpant* [d].

[a] ſuperſtitiones [b] Apollinarii [c] omnes, [d] uſurpent, Scr.

ſ. ἰσχύειν τῶν ἀ-ποθήκην.

Ut ramen Orrhodoxi pluſquam Hæretici juris habeant, ſciendum eſt mulieribus Hæreticis privilegia in dotibus vel proprer nuptias donationibus hypothecarum quæ tacira dedimus, denegari, & omnes hujuſcemodi prærogarivas. Sin aurem pœnitentiam egerinr, & in ea perſeveraverinr, non careant beneficiis noſtris: eaque obſervare procurenr non ſolum religioſiſſimi Epiſcopi, ſed etiam Magiſtrarus & Judices omnes, ſive majores ſive minores. DAT. V. NON. MAIAS IMP. DN. JUSTIN. PP. A. ANN. XV. BASILIO V. C. CONS.

ſ. Ἕως δὲ αὐτοῖς.

Διάταξις ργ'.

CONSTITUTIO CIII.

CCCLXV. *De nautico fœnore.*

1. HÆc Conſtitutio rollit priorem Conſtitutionem, quæ de nautico fœnore poſita eſt per innovarionem, ut ſic accipiatur quaſi omnino nec ſcripra nec poſira eſſer, *& hoc illud continet* [a].

[a] hæc deſunt in veteribus Codicibus.

Διάταξις ρια'.

CONSTITUTIO CIIII.

CCCLXVI. *De præſcripeione centum annorum ſublata, quæ ſanctis Eccleſiis & aliis locis venerabilibus competebat.*

1. JUbemus, ut in negotiis quæ *antehac* [a] rriginta annorum removebat exceptio: nunc venerabilibus Eccleſiis, vel Monaſteriis, & [b] *Xenonibus* [c], nec non Orphanotrophiis, ac Brephorrophiis, & *Ptochius* [d] quadraginta annorum prorelatio conferatur, ſalva ſcilicet inrer alias perſonas & cauſas virtute, quam ſemper tricennalis ſibi præſcriprio vindicavit: quoniam hanc decem annorum adjectionem religioſis locis præſtamus, ut perſonales & hypothecariæ actiones in tanro rempore propagentur: annali autem exceptioni, vel rriennali, vel aliis hujuſmodi exceptionibus non derogetur. Hæc aurem Conſtitutio & in præteritis temporibus locum *habet* [e]: niſi quædam cauſæ

[a] ante hanc legem [c] Xenodochiis, [d] Ptochotrophiis, alii, Prochotrophiis omnibus [e] habeat:

amicali tranſactione vel judiciali ſententia ſopitæ ſint. DAT. KAL. JUN. CP. IMP. DN. JUSTIN. A. PP. ANNO XV. BASILIO V. C. COS.

a *Xenonibus*] Vide ſupra notata ad Conſtitut. 63. cap. 5. in verbo *Xenon*.

CONSTITUTIO CV. [illegible]

Quæ res litigioſæ dici & intelligi debent, & ut lite pendente nullo modo comparentur. Sive ut actore fidejuſſores prius dante reus conveniatur. Et quia non ſemper habet regula qua cautum eſt, neminem invitum agere compelli.

CCCLXVII. *De litigioſis.*

1. RES mobiles, vel ſeſe moventes, vel immobiles litigioſas vo- θ. [illegible]
lumus appellari, quarum de dominio apud Judicem inter acto-
rem & poſſeſſorem *quæſtio* [1] orta eſt, aut judiciali admonitione, aut [1] contentio
per preces Imperatori porrectas, & apud Judicem intimatas, ac per
ipſum [2] adverſario litigatori manifeſtatas. Nam ſecundum talem diſ- [2] ipſum Judicem
tinctionem *&* [3] Conſtitutionem noſtram intelligi volumus, in quà [3] *abeſt* a vet. Cod.
cautum eſt de ſciente vel ignotante emptore. Si quis autem pluri- θ. [illegible]
bus heredibus *derelictis* [4] deceſſerit, & illi cum aliis hereditariis rebus [4] relictis
rem litigioſam diviſerint, id quod factum eſt lege non *reprobatur* [5]. [5] reprobetur.
Non enim recte alienatio videatur eſſe inter coheredes facta *diviſio* [6]. [6] non enim alienat qui dividit.
Si quis autem litigioſam rem legaverit, eventum litis videatur legaſſe: θ. [illegible]
ut ſi quidem heres vicerit, legatum accipiat legatarius: ſin autem vi-
ctus fuerit, nihil accipiat. Ideoque liber a licentia legatario *datur* [7] [7] detur
adeſſe *in judicio* [8], ut nulla neglegentia vel colluſio ab herede com- [8] judicio,
mittatur. De hypothecis autem quæſtio rem litigioſam non facit. θ. [illegible]
Nam & ſi ſpecialiter hypothecæ nomine res obligata ſit: tamen ven-
dere eam debitor non prohibetur: ita tamen ut ex quantitate pretii
creditori debitum perſolvatur: aut ſi hoc factum non fuerit, *licebit* [9] [9] liceat
creditori hypothecariam movere, & rem ſibi ſuppoſitam vindicare,
donec ſatiſfiat, ſcilicet creditoribus anteriora jura habentibus ſecun-
dum priores leges temporum prærogativæ *reſerventur* [10]. Ex his ap- [10] ſerventur. θ. [illegible]
paret multo minus litigioſam rem vocari, eam quæ generaliter *hypo-* [11] hypothecæ
thecarum [11] titulo obligata eſt.

CCCLXVIII. *De interlocutionibus Judicum, per quas accuſati rei conveniri jubentur, & ſatiſdationibus reorum, & de decima parte litis.*

2. Si Judex aliquem teneri voluerit, talem condicionem ſua inter- θ. [illegible]
locutione debet inſerere, ut non *aliter* [1] libellus accuſationis reo de- [1] aliter ullus
tur, vel ſportulæ ab eo exigantur: niſi prius *actor in libello* [2] *ſubſcri-* [2] in libello actoris
pſerit [3], vel ſua manu, vel per *tabularium* [4], & monumentis interve- [3] inſcripſerit, [4] tabellionem,
nientibus fidejuſſorem præſtet idoneum periculo officii promitten-
tem, quod actor & obſervabit [5] *apud Judicem* [5], & exercebit ſuas [5] in judicio,

actiones. Et ſi poſtea oſtendatur injuſte litem moviſſe, ſumptuum nomine decimam partem dabit quantitatis, quæ libello comprehenſa eſt, *ut eam is* [6] qui accuſatus fuerit, accipiat. Sin autem dicat ſe non habere fidejuſſorem, ſanctis Evangeliis propoſitis juret quod non poteſt dare fidejuſſorem, ac poſtea juratoriæ cautioni committatur, in qua promittere debet ea quæ ſupra ſcripta *ſunt* [7]. Quod ſi alio modo factum fuerit, nullum reſponſum dare litis executori reum concedimus. Etſi adverſus ea factum fuerit, Judex quidem cum officio ſuo denarum librarum auri pœna multetur. Executor autem litis, *publicatione* [8] *punitus* [9] in exilium *per* [10] quinquennium mittatur. Pœnæ autem ex hac lege irrogatæ, periculo Comitis rerum privatarum fiſco noſtro inferantur. Quidquid autem ex hac illicita conventione detrimenti reus paſſus eſt, reſarciatur ex ſubſtantia actoris periculo Judicis ejus, a quo executor miſſus eſt. Excipimus autem ab hujuſmodi pœnis illa litigia, quæ ex conſenſu litigatorum *in judiciis* [11] ventilantur.

[6] hoc autem, *alii*, hæc autem *verſ.* εἰ δὲ ἄνευ.
[7] ſunt implere.
f. εἰ δὲ παρὰ ταῦτα.
[8] publicatione ſuæ ſubſtantiæ
[9] punitur &
[10] in
f. ποινῆς δὲ ζημία.
[11] *abeſt a* vet. Cod.

[a] *Obſervabit*] Vide ſupra notata ad Conſtitut. 6. cap. 1. in verbo *obſervaturum*.

CCCLXIX. *Si admonito reo actor judicium deſeruerit.*

3. Si quis per judicialem admonitionem vel preces *Imperatori* [1] porrectas, & apud Judicem intimatas, ac per eum adverſario manifeſtatas, & ſub legitima diſceptatione Judicis factas reum *illigaverit* [2]: non liceat ei recedere a judicio, & negotium *ſuſpenſum* [3] deſerere. Quod ſi hoc fecerit actor, liceat reo *petere a Judice* [4] apud quem lis conteſtata eſt, ut admoneatur actor, *&* [5] veniat in judicium, vel procuratorem legitimum *mittat* [6]. Quod ſi nec ipſe venerit, nec procuratorem miſerit, vocetur per tria edicta per intervallum in ſingulis non minus triginta dierum. Nam ordinarios Judices non ſolum *præconiis* [7], ſed etiam propoſitionibus edictorum abſentes partes vocare jubemus. *Proponendi* [8] autem edicta licentiam & illis Judicibus damus, qui ex principali juſſione facti ſunt Judices, hæc ſi litis conteſtatio facta eſt. Sin autem ſola admonitio & precum intimatio atque manifeſtatio facta eſt tantum, deinde actor *deſeruerit* [9] negotium: liceat reo ſimiliter Judicem adire, & *petere* [10] ut tria edicta proponantur. Et ſi propoſitis eis actor neque venerit, neque procuratorem legitimum miſerit, habeat *inducias* [11] unius anni. Et ſi non venerit, licentiam Judici damus & ab una parte reo ſolo præſente litem audire, & legibus conſentaneum calculum proferre. Quod ſi intra prædictum annum pervenerit, & ſuas actiones exercere maluerit: non ante eum ſuſcipiat Judex, quam impenſas reo *præſtare* [12]: ita tamen, ut a judicio iterum non recedat. Alioquin ſi hoc fecerit, & annus tranſactus ſit, careat actionibus ſuis. Illam autem *regulam* [13] qua cautum eſt, neminem *invitum* [14] agere compelli: tunc locum habere volumus, cum res integra eſt, & actor adverſarium ſuum tenere non *fecerit* [15].

f. παρὰ δὲ τῷ βασιλεῖ ἐπιδόσεων.
[1] Principi
[2] obligaverit:
[3] ſuſceptum
f. εἰ δὲ ἐκζητήσῃ.
[4] repetere Judicem
[5] ut vel
[6] emittat.
[7] per præcones.
[8] Præponendi
f. εἰ δὲ παρὰ διάγνωσιν.
[9] deſerat
[10] petere ab eo
[11] terminum
f. εἰ δὲ ἀνύσῃ.
[12] præſtaverit:
[13] rationem
[14] judicium
[15] fecit.

Hanc autem Conſtitutionem in his caſibus volumus obſervati, qui nec judiciali ſententia, nec amicali compoſitione vel *alia* [16] legitima decifione ſopiti ſunt. DAT. IIII. ID. SEPT. CP. IMPER. DN. JUSTIN. PP. AUG. ANN. XV. BASILIO V. C. CONS.

[16] antea

CONSTITUTIO CVI.

[illegible]

Lex quæ juſſa eſt ab omnibus Magiſtratibus ſive Judicibus nec non etiam compromiſſariis arbitris in principio poni geſtorum.

CCCLXX. *De pragmaticis ſanctionibus, & de diverſis juſſionibus Principis, & officio Judicum, & Judiciorum ordine, & definitivis ſententiis.*

1. *NEmo Judicum noſtrorum* [1] ſive in pecuniaria ſive in criminali cauſa ptagmaticam noſtram timear ſanctionem [a], vel aliud cujuſvis generis reſeriptum ſive divinas juſſiones ſive Referendariotum [b] *depoſitiones* [2], aut illuſttium Magiſtratuum ptæcepta. Nam ſecundum generales leges ſingulas cauſas *finiri* [3] jubemus: & prædictas ambitiones nullum ſibi locum in judiciis vindicare. Nam ſi velit *Princeps* [4] aliquam cauſam dirimere: ipſe ſententiam dicit, non Judicibus imperat, quomodo *debent* [5] in ſingulis cauſis emergentibus judicare: niſi forte de jure fuerit dubitatum: tunc enim licebit Judici ad Imperatorem referre, ut ſibi jutis *obſcuritas illuminetur* [6]. Et hæc omnia volumus obſervari non apud Magiſttatus tantum, ſed apud Judices *quoque* [7] ſive divina juſſione deputatos, ſive ab aliis Magiſtratibus datos: immo etiam apud compromiſſatios arbitros ſive cum ſcriptis, ſive ſine ſctiptis apud eos cauſarum proceſſerit diſceptatio. Hanc autem Conſtitutionem locum habere volumus non ſolum in judiciis poſtea movendis: ſed etiam in his, quæ adhuc pendent, ut unuſquiſque *generali* [8] lege fiduciam habeat, *non* [9] ambitioſis reſcriptionibus. Finita *autem* [10] jam negoria refricari nullo volumus modo. Finitum autem *videtur* [11] id de quo definitiva ſententia *prolata* [12] eſt: quamvis appellatio vel retractatio contta eam *ſperetur* [13]. Excipimus autem illa teſcripta quæ Judices jubent ſine tarditate & mora cauſas dirimere, vel legibus calculum conſentaneum proferre, vel acta litigatori edete, vel ſi juſſerint *eum* [14] cum alio judicare: tales enim juſſiones ſive ſine ſctiptis, ſive in ſcriptis fieri non prohibemus. Judex autem qui generalem legem contempſerit, & illicitam *reſcriptionem* [15] admiſerit: decem librarum auri pœna & alia graviſſima indignatione noſtra plectetur. *Sed* [16] ut nemo hæc ſaluberrima noſtra *ſtatuta* [17] ignoret: jubemus in ipſo litis exotdio ante ipſam *perſonarum* [18] confirmationem [c] præſentem legem inſeri, ut nemo poſſit contra generales leges aliquid ſibi præcipuum ſperare.

[1] Nemo noſtrorum. Nemo, [illegible]
[2] diſpoſitiones,
[3] fieri
[4] Præſes
[5] debeant
[6] obſcuritatem illuminet.
[7] quoſcumque
[8] hac generali
[9] nam
[10] abeſt a vet. Cod.
[11] negotium videtur
[12] lata
[13] ſpectetur.
[14] abeſt a vet. Cod.
[15] conſcriptionem
[16] Et
[17] inſtituta, conſtituta
[18] partium, *alii*, ante ipſarum conſtitutionem

a *Pragmaticam ſanctionem*] Vide ſupra notata ad Conſtitut. 7. cap. 2. in verbo *Pragmatica ſanctione.*

[b] *Referendariorum*] Vide ſupra notata ad Conſtitut. 16. in verbo *Referendarios*.

[c] *Perſonarum confirmationem*] Vide ſupra notata ad Conſtitut. 3. cap. 1. in verbo *Venditionis confirmatorem*.

Διάταξις ρζ'.

CONSTITUTIO CVII.

De cauſis in appellatione poſitis ſecundum veteres examinandis. Et ut tribus vicibus uno menſe in ſingulis dicenti ſe aliquas habere allegationes, præſtentur induciæ. Sive ut pater vel mater, avus vel proavus, avia vel proavia ſuos liberos nec præteritos, nec exheredes efficiant.

CCCLXXI. *Si qua nova lex poſt porrectam provocationem promulgetur.*

θ. ὑμῶν πίτω.

1. SI contra ſententiam Judicis provocatio porrecta fuerit, & poſtea lex nova ſit promulgata, deinde Judices appellationis dubitent quomodo cauſam definirent, utrum ſecundum leges quæ poſitæ erant rei judicatæ tempore, an ſecundum legem, quæ poſtea ſecundum innovationem introducta eſt, æquum nobis videtur illas obſervari leges, quæ tempore rei judicatæ valebant. Quamvis lex poſtea lata retrorſum ſe retulit. Idque non ſolum in provocationibus jubemus obtinere, ſed etiam in retractationibus vel in relationibus, *ubi* [1] Judices poſtquam litigatores allegationibus renuntiaverint ignorantes quid ſtatui *oportet* [2], noſtram *interrogant* [3] pietatem.

[1] ut
[2] oporteat,
[3] interrogent

CCCLXXII. *De his qui poſt renuntiationem Adverſariorum habere ſe dicunt allegationes.*

θ. ἀλλὰ καὶ τοῦτο.

2. Sunt quidam malitioſi litigatores, qui poſt renuntiationem adverſariæ partis & tempora probationum ſtatuta, dicunt *tamen* [1] ipſi aliquas habere ſe allegationes, ut nullus ſcilicet *liti* [2] terminus imponatur. Ideoque jubemus unum menſem ei ad inducias dari: & jubeatur a Judice, ut quod vult dicat. Et ſi dicat ſe iterum dilatione opus habere, præſtetur ei menſis ſecundus. Quo *completo* [3], ſi iterum dilationem petat, ad vincendam malitiam ejus tertius menſis *præſtetur* [4]. Quo completo, ſi nihil dixerit, omnibus modis Judex legitimam ſententiam dicat.

[1] dele.
[2] litis
[3] impleto,
[4] detur.

CCCLXXIII. *Quæ ſunt cauſæ juſtæ liberorum exheredationis.*

θ. ἄλλως οὐκ ...

3. Neque pater aut mater, neque avus vel avia, neque proavus aut proavia liberos ſuos præteritos vel exheredatos in ſuo teſtamento faciant: quamvis per donationem vel per fideicommiſſum vel alium modum legitimam portionem eis dereliquerint: niſi forte *ingrati* [1] probentur, & ipſas ingratitudinis cauſas parentes proprio *inſcripſerint* [2] teſtamento. Cauſæ autem ingratitudinis juſtæ ſunt *hæ* [3]. Si quis parentibus ſuis *audaces manus* [4] imponat. Si gravem atque *inhoneſtam* [5] contumeliam eis faciat. Si in criminalibus cauſis accuſator

[1] immeriti
[2] ſcripſerint in
[3] iſtæ.
[4] audacem manum
[5] moleſtam

contra parentes extiterit, exceptis inſidiis adverſus Principem vel Rempublicam. Si cum maleficis quaſi maleficus converſetur. Si vitæ parentum ſuorum per venenum vel alio modo inſidiari tentaverit. Si novercæ ſuæ vel concubinæ patris ſe turpiter *miſcuerit*[6]. Si calumniator contra *parentes*[7] filius fiat: & per delationem ſuam graviſſimum damnum eis *afflixerit*[8]. Si incluſus in carcerem parens liberos ſuos vel unum ex his, qui ad ſucceſſionem ejus ab inteſtato vocantur rogaverit, ut in fidem ſuam ipſum recipiant, & illi vel ille noluerint fidejubere ſive pro perſona, ſive pro debito in quantum idoneus eſſe is, qui rogatus eſt, probetur. Hoc autem quod de fidejuſſione *diximus*[9], ad *maſculos*[10] liberos pertinere volumus. Item ſi convictus fuerit filius prohibuiſſe parentes ſuos teſtamentum facere: ſiquidem illi poſtea *potuerint*[11] teſtamentum ordinare: liceat eis propter hanc cauſam exheredare eum. Sin autem ipſa prohibitione deceſſerint, omnes *ſibi heredes*[12] futuri, vel legatarii, vel *aliam*[13] qualemcumque læſionem paſſi ſecundum priora jura *ſuas*[14] adverſus eum *exerceant*[15] actiones. Item ſi contra voluntatem parentum filius cum harenariis aut mimis converſetur, & in hac profeſſione permanſerit: niſi forte & parentes ipſius harenarii vel mimi fuerint. Item ſi pater quidem vel avus filiam ſuam, vel neptem marito voluerit *collocare*[16]; & *illa*[17] non conſenſerit, ſed turpiter cum alio vivere malit. Sin autem filia XXV. annorum ætatis facta a parentibus ſuis marito non ſit copulata, & ex hoc contigerit eam in corpore ſuo peccaſſe, vel ſine conſenſu parentum marito, libero tamen ſe conjunxiſſe: hoc nolumus ad ingratitudinem filiæ *reputari*[18]. Item ſi furioſo parenti liberi curam non adhibeant: ſed alii cognati, qui ab inteſtato vocantur: ſi quidem reſipuerit, liceat ei ſi velit, inofficioſos liberos *ingratos*[19] in ſuo ſcribere teſtamento. Sin autem in *ipſo*[20] furore deceſſerit, & liberis nullam *curam adhibentibus*[21], unus *ab extraneis*[22], vel *his*[23] qui ab inteſtato vocantur, miſericordia *ductus*[24] curare eum *voluerit*[25], teſtatione in ſcriptis *utatur*[26] ad eos, qui ex teſtamento vocantur ante furorem forte compoſito: vel ad eos, qui ab inteſtato exiſtunt, ut curam adhibeant furioſo: Sin autem & poſt *hujuſmodi*[27] teſtationem in eadem neglegentia perſeveraverint: & extraneus in ſua domo *furioſum*[28] *ſuſceperit*[29]: & impenſis ſuis uſque ad mortem ejus curam feciſſe probatus fuerit; ipſum, quamvis extraneus ſit, ad ſucceſſionem furioſi ſancimus pervenire, *refutata*[30] inſtitutione teſtamenti ejus, & heredibus *ſcriptis*[31], utpote indignis repellendis, ceteris videlicet capitulis teſtamenti in ſua firmitate *duraturis*[32]. Item ſi unus ex parentibus in captivitate ſit: & liberi ejus vel unus ex his non curaverit eum redimere, ſiquidem redierit ille ab hoſtibus, liceat ei inofficioſos liberos ingratos in ſuo ſcribere teſtamento. Sin autem apud hoſtes deceſſerit, & omnes liberi ejus redemptionem facere contempſerint: omnes res ipſius, Eccleſiæ civitatis addicantur *a qua*[33] oriundus eſt, inventario ſcilicet cum publica teſtatione fa-

[6] immiſceat.
[7] patrem
[8] attulerit. intulerit. inflixerit,
[9] dicimus,
[10] maſculos tantum
[11] poſſint
[12] ſive heredes ſibi, *alii*, heredes
[13] alii
[14] ſua
[15] exerant
[16] copulare:
[17] ipſa
[18] imputari.
[19] *dele.*
[20] ſuo
[21] cauſam habentibus, *forte*, curam habentibus,
[22] extraneus,
[23] iis
[24] ducti
[25] voluerint,
[26] utantur
[27] hanc
[28] furioſum eum
[29] receperit:
[30] recuſata
[31] inſcriptis,
[32] durantibus.
[33] de qua

Digitized by Google

[34] quidquid
ciendo, ut nihil ex ſubſtantia ejus pareat: ſic tamen, ut *omne quod* [34] ex hac cauſa ad Eccleſiam pervenerit, in redemptionem captivorum expendatur. Et generaliter dicimus, quoties aliquis ex his qui ab inteſtato vocantur ad ſucceſſionem ejus, qui in captivitate eſt, non

[35] ſuccedat.
curaverit eum redimere: nullatenus ei *heres exiſtat* [35]. Et ſi teſtamento heres ſcriptus eſt, ante captivitatem forte compoſito ſimiliter ab hereditate repellatur, ceteris teſtamenti capitulis valituris: ſubſtantia ſcilicet ſimiliter (ut ſupra diximus) Eccleſiæ addicenda civita-

[36] nec ad
[37] producenda, exponenda. expendenda,
[38] Sed & ſi
[39] eſſe ſcriptum
[40] de captivitate redimere:
tis, unde captivus oriundus fuit: *& ad nihil* [36] aliud *procedente* [37], niſi ad captivorum redemptionem. *Et ſi* [38] extraneus ante captivitatem ſcriptus heres eſt: & ille ſciens ſe heredem *ſcriptum* [39] non curaverit eum *redimere* [40]: ſimili pœna adficiatur. Quod in illis perſonis volumus obtinere, quæ octavumdecimum annum ſuæ ætatis impleverint. Ubi autem in redemptionem captivorum neceſſarium ſit pecuniam date, facultatem habeat, ſi prædictæ ætatis ſit mutuam pecuniam ſumere, & res mobiles vel immobiles obligare hypothecæ titulo, ſive ſuas proprias habeat, ſive illius qui in captivitate tenetur. Tales enim contractus, qui in redemptionem captivorum in prædictis caſibus fiunt, valere volumus, quaſi ſui juris & legitimæ ætatis fuiſſet is, qui

[41] contraxit.
contraxiſſet [41]. Redempto autem a captivitate neceſſitas imponitur ratum contractum habere: & id quod dederit creditor, ei perſolvere,

[42] pro ſuo, *alii*, ſuo creditori ϑ, ἢ ὡς ἐκ ἰδ.
[43] ipſe vero
& quaſi *ſuo* [42] debito reſpondere atque obligari. Item ſi parens liberos ſuos vel unum ex his Hæreticum habeat, *ipſe* [43] Orthodoxus conſtitutus, liceat eos vel eum in teſtamento ſuo exheredare: quoniam non minima hæc cauſa ingratitudinis eſt. Orthodoxos autem dicimus eos, qui communicant in ſacroſancta Eccleſia Catholica, in

[44] qua
[45] prædicant.
quam [44] omnes Patriarchæ una conſpiratione & concordia colliguntur, & quattuor ſancta Concilia *prædicantur* [45]. Nicænum & Conſtantinopolitanum, & Epheſinum primum, & Chalcedonenſe. Hæ-

[46] conveniunt,
reticos autem dicimus eos, qui Catholicis non *communicant* [46], quibus connumerari neceſſe eſt Neſtorianos atque Acephalos. Sed ut

[47] de ipſis
[48] filios
[49] exiſtentibus
plenius *de hac parte* [47] loquamur, ſciendum eſt non poſſe Hæreticos parentes, ſi Orthodoxos *liberos* [48] habeant, alios quam ipſos heredes inſtituere: vel liberis non *extantibus* [49] cognatos ſuos Catholicos, ſcilicet heredes inſtituant. Quod ſi ex liberis ſuperſtitibus alii quidem Orthodoxi, alii autem Hæretici appareant: omnem ſubſtantiam parentis ad Orthodoxos pervenire volumus, ut fratres eorum Hæretici, ſi in eodem errore perſeveraverint uſque ad mortem, nihil omnino accipiant: ſed mortuis eis ſine pœnitentia liceat Orthodoxis partes eorum alienare. Sin autem pœnitentiam egerint: portiones ſuas capiant ſine fructibus tamen medii temporis & ſine ulla de adminiſtratione rerum moleſtia. Quod ſi omnes liberi Hæretici fuerint: alii autem cognati defuncti Orthodoxi exiſtant, ipſi liberis anteponantur in ſucceſſione. Quod ſi & ipſi Hæretici fuerint: ſiquidem is, qui defunctus eſt, habitum Clerici habeat: Eccleſiæ civitatis

in qua

in qua domicilium habuit, ſubſtantia ejus deferatur: ſic tamen, ut ſi intra annum non *vindicaverit Eccleſia* [10], hujuſmodi perſonarum patrimonia ad fiſcum noſtrum *devolvantur* [11]. Sin autem Laïci fuerint: ſine ulla diſcretione res eorum fiſci juribus vindicentur. Quod non ſolum ſi teſtamento ſcripto Hæreticus deceſſerit locum habere ſancimus; ſed etiam ſi inteſtatus defunctus ſit: omnibus ſcilicet *legibus* [12] valituris, quæ contra Hæreticos & Neſtorianos atque Acephalos, & omnes, qui non communicant Catholicæ Eccleſiæ, poſitæ ſunt.

[10] vindicaverint viri Eccleſiaſtici, [11] deferantur. [12] juribus

CCCLXXIIII. *De inofficioſo teſtamento.*

4. Sive igitur omnes prædictas cauſas ſive unam ex his parentes in ſuo ſcripſerint teſtamento: & filios ſuos exheredaverint: ſiquidem ſcripti heredes probaverint cauſam ingratitudinis veram eſſe, valeat teſtamentum. Sin autem probare non potuerint, inſtitutiones eorum infirmentur, & parentum hereditatem filii ab inteſtato *pervenientes* [1] ex æquis portionibus *capere* [2]. Legata autem, *vel* [3] fideicommiſſa, *vel* [4] libertates, vel *tutorum* [5] dationes, vel alia legibus cognita capitula in teſtamento conſcripta valeant, ut ſola inſtitutio heredum tollatur. Hæc de teſtamentis parentum conſtituimus: modo videamus de teſtamentis liberorum.

4. [illegible] [1] venientes [2] capiant. [3] & [4] & [5] curatorum

CCCLXXV. *Quæ ſunt juſtæ cauſæ parentum exheredationis.*

5. Sancimus itaque non licere liberis parentes ſuos præterire, vel alienos a ſubſtantia ſua quocumque modo facere: niſi ſpecialiter cauſas teſtamentis ſuis *inſcripſerint* [1], quas expoſituri ſumus, id eſt, Si vitæ liberorum parentes *inſidiarentur* [2], excepto crimine Majeſtatis. Si venenis aut ſuſurris magicis [3] vitæ eorum *inſidiarentur* [3]: & hoc ipſum probatum poſtea fuerit. Si pater *cum nuru ſua vel concubina* [4] filii ſui commixtus fuerit. Si parentes liberos ſuos teſtamenta facere prohibuerint, in his rebus in quibus teſtari poſſunt. *Quæ* [5] diximus de parentibus, in hoc caſu ſimiliter teneant. Si maritus uxori ſuæ venenum dederit, ſive ut occidatur, *ſive* [6] ut mentem ejus cognoſcat: vel e contrario, ſi uxor marito dederit *hujuſmodi* [7] venenum: moveatur quidem inter eos crimen publicum, & competenti vindicta *facinus* [8] remedium capiat: liberis autem liceat, ei qui tale aliquid perpetraverit, nihil omnino relinquere. Item ſi furioſus filius, vel quæcumque perſona liberorum ſit in furore, eadem *teneant* [9] quæ ſuperius de furioſis parentibus diximus. Item ſi unus ex liberis in captivitate ſit, eumque *parens non redemerit* [10]: eadem teneant quæ de parentibus captivis ſupra conſtituimus. Item ſi filius Orthodoxus fuerit, & parentem ſuum ſenſerit Hæreticum eſſe: eadem jura teneant, quæ ſupra de parentibus diximus. Si igitur liberi omnes iſtas cauſas vel unam ex his contra ſuos parentes *ſcripſerint* [11], & heredes eorum omnes, *aut certas* [12], aut unam ex his probaverint: teſtamentum in ſuo robore *permanere* [13] præcipimus. Enimvero ſi hæc non fuerint obſer-

5. [illegible] [1] ſcripſerint, [2] inſidientur, alii, inſidiantur, [3] inſidientur: [4] nurui ſuæ vel concubinæ [5] Quæ autem [6] non [7] hoc [8] tale facinus [9] teneantur [10] parentes non redemerint: [11] inſcripſerint, [12] certe, [13] manere

vata, teſtamentum quidem reſcitetur: jura autem ab inteſtato ſucceſſionis locum habeant, legatis ſcilicet & fideicommiſſis & libertatibus & tutorum dationibus, & aliis capitulis in teſtamento conſcriptis in ſua firmitate durantibus. Quidquid autem huic Conſtitutioni in aliis legibus contrarium *inveniatur* [14], hoc irritum atque inutile ſit. Et hæ quidem exheredationis & præteritionis pœnæ, quantum ad ingratitudinis cauſas adverſus prædictas perſonas *diſpoſita* [15] ſunt. Si quæ autem ex his ad crimina referuntur: non prohibemus ceteris pœnis *ſubſiſti* [16] eos, *qui* [17] obnoxii fuerint reperti. Si qui autem heredes ſcripti ex certis rebus juſſi fuerint, ut nihil amplius quærerent: in hoc caſu tantum jubemus fieri, ut ſi quid *eis* [18] deſit ad legitimam portionem, hoc quidem repleatur: teſtamentum autem non reſcindatur.

[14] invenitur, [15] poſitæ [16] ſubjici, *forte*, cæteras pœnas ſubſiſtere [17] quaſi [18] de his

* *Suſurris magicis*] *Pith.* Prudentius 1. contra Symmachum.
  Murmure nam magico tenues excire figuras,
  Atque ſepulchrales ſcire incantare favillas,
  Vita itidem ſpoliare alios ars noxia novit.

CCCLXXVI. *Ut non liceat creditori, debitore ſuo mortuo, ante novem luctuoſos dies aliquem moleſtare propter hoc quod defunctus debebat.*

6. Si quis in quacunque cauſa obnoxium habuerit aliquem, & ille deceſſerit: non liceat ei neque parentes defuncti, neque liberos, neque uxorem, neque agnatos, neque cognatos, neque heredes, neque fidejuſſores *ejus* [1] convenire vel moleſtare, vel in judicium vocare antequam novem luctuoſi *tranſeant* [2] dies. Sin autem *ante* [3] prædictos dies *contra* [4] aliquid fecerit, & vel cautionem vel promiſſionem vel fidejuſſionem ab eis *acceperit* [5], omnia irrita ſint. Poſt novem *tamen* [6] dies, ſi quas ſibi competere putaverit actiones exerceat, nulla temporali præſcriptione vel *alia* [7] allegatione legitima ex hac dierum tranſactione creditori generanda.

6. μεμνήμεθα. [1] *dele.* [2] tranſierint [3] intra [4] contra aliquem, *alii*, contra hoc [5] receperit, [6] vero [7] aliqua

CCCLXXVII. *Conſtitutæ pecuniæ.*

7. Si quis alicui conſtituerit dicens, SATIS TIBI FACIO: in quantitatem quam dixerit, modis omnibus obligetur, ut debitum ſolvat. Si quis autem conſtituerit dicens, TIBI SATIS ERIT: non tenebitur, quia imperſonaliter locutus eſt. Quod ſi quis dixerit, ERIT TIBI SATIS A ME, ET AB ILLO, ET ILLO: eis quidem, quos nominavit, non *conſentientibus* [1] non *præjudicat* [2], ſed neque pro ipſis obligetur: ſed pro rata parte debiti teneatur. Sin autem ita dixerit: ERIT SATIS TIBI A ME, VEL AB ILLO, VEL ILLO: illis quidem non præjudicet: ipſe autem in *toto debito* [3] teneatur. Si *quas* [4] autem adverſus alterum ſibi competere putaverit actiones, eas moveat, & auxilio *juris perfruatur* [5]. Hæc autem *omnia* [6] in his cauſis ſancimus obtinere, quæ nondum judiciali calculo vel

7. τοῖς αὐτοῖς. [1] ſcientibus [2] præjudicet, [3] totum debitum [4] quis [5] Judicis fruatur. [6] *dele.*

amicali [7] compoſitione finitæ ſunt. DAT. K. FEB. CONSTANTINOP. IMP. DN. JUSTIN. AUG. ANN. XV. POST CONSULAT. BILISARII [a]. [7] amicabili

[a] *Biliſarii*] *Pith.* Baſilii.

CONSTITUTIO CVIII. Διάταξις ρη΄.

Quando in rebus quæ a liberis in poteſtate patris acquiruntur, nec uſumfructum parentes habere noſcuntur. Et ut nominato a quocumque filio nec addito legitimus videatur. Sive quia ducta maritali affectione, ſine dotalibus inſtrumentis uxore filii legitimi ex ea procreentur. Et ut inluſtres intervenientibus ſibi uxores copulent dotalibus inſtrumentis. Et de cauſis mittendi repudii.

CCCLXXVIII. Si quis filiumfamilias heredem inſtituerit, ut pater ipſius uſumfructum hereditatis non habeat: & de donationibus. Et de aliis liberalitatibus eodem modo in filiumfamilias factis, & de curatoribus rerum.

IMP. JUSTINIANUS AUG. PETRO MAGISTRO OFFICIORUM ET PATRICIO.

1. Diverſis capitulis ad nos prolatis neceſſarium eſſe perſpeximus a generali Conſtitutione definire. Si mater vel avia, vel quicumque parens *filium* [1] heredem ſcripſerit, ex parte legitima, liceat ei nepotibus vel neptibus ab eo procreatis & omnibus deinceps perſonis aliam ſubſtantiam ſuam vel partem ejus donare, vel relinquere ſub hoc modo & condicione, ut pater eorum in his rebus nec uſumfructum, nec ullam omnino habeat communionem. Quod ſimiliter obtinere jubemus, & ſi extraneus filiofamilias reliquerit, *aut* [2] donaverit ſub eodem modo & condicione. Et ſiquidem ipſi qui alieni juris ſunt viceſimum quintum annum egreſſi fuerint, licentiam habeant quo voluerint modo res ſibi donatas adminiſtrare: ſin autem minores ſint, per quem velit teſtator vel donator, adminiſtrari *debent* [3]. Licentiam autem habeat teſtator vel donator matri vel aviæ filiifamilias adminiſtrationem *credere* [4], quamvis maritos *habeant* [5]: ſi tamen adminiſtrationem & ipſæ *receperint* [6]. Quod ſi teſtator vel donator vel omnino non dederit, vel dederit quidem, ille autem vel noluerit vel non potuerit, vel ante mortuus fuerit: tunc competens judex curatorem eis dare cum idoneo fidejuſſore, ut curator res eorum adminiſtret & conſervet *eis* [7], donec *legitimæ ætatis* [8] fiant. Nam in his caſibus volumus uſumfructum patrem habere, in quibus nulla talis condicio *impoſita* [9] eſt.

[1] filium ſuum
[2] & Γ. [illegible]
[3] res debent.
[4] concedere,
[5] habuerint:
[6] ſuſceperit. Γ. [illegible]
[7] eas,
[8] legitimi
[9] appoſita

CCCLXXIX. De eo, qui filius ab aliquo in inſtrumento nominatus eſt.

2. Si quis *aliquem* [1] inſtrumento quod idoneos tres habeat teſtes, Γ. [illegible] [1] in aliquo

vel in teſtamento, vel in monumentis publicis filium ſuum nominaverit, neque *addiderit* [1] utrum naturalem an legitimum: videatur eum legitimum dixiſſe, & nulla ab eo *alia* [2] probatio *exigatur* [3]: ſed rebus paternis *potiatur* [4], & proficiat matri ſuæ, *ut etiam* [5] videatur patri *ejus* [6] legitima uxor fuiſſe: & ſi fratres habeat ex eadem matre progenitos, ipſis quoque ejuſdem teſtimonii defenſio proſit.

[1] adjecerit
[2] dele.
[3] exigitur:
[4] vel alterius potiatur,
[5] ut & illa
[6] ſuo

CCCLXXX. *De muliere, quæ ſine dotalibus inſtrumentis maritata eſt: & de filiis ex tali matrimonio natis.*

Θ. ϰαὶ τῶν δ.

3. Si quis ſine dotalibus inſtrumentis maritali affectione uxorem duxerit: & ex ea liberos habuerit, ac poſtea ſecundas contraxerit nuptias, & ex eo quoque matrimonio filios procreaverit: utraque progenies *ſimiliter* [1] ad patris hereditatem vocetur. Et ex diverſo, ſi quis cum dotalibus inſtrumentis nuptias celebraverit, & liberos habuerit: poſteaque ſine ſcriptis affectione ſola matrimonium contraxerit, & ex eo habuerit liberos: ſimiliter omnes ad paternam ſucceſſionem vocabuntur.

[1] ſimul

CCCLXXXI. *De nuptiis.*

Θ. ἰνδιϰ.

4. Illuſtres homines, & qui ſupra eos *ſunt* [1], ſine dotalibus inſtrumentis matrimonia non contrahant. Quod ſi ante dignitatem ſine ſcriptis uxorem duxerint, maneat & poſt dignitatem legitima copulatio, & liberi procreati legitimi ſint, exceptis rantummodo Barbaris dignitate decoratis. His enim ſub noſtra ditione conſtitutis propter ſimplicitatem eorum damus licentiam & nuda affectione nuptias facere. Ceteris autem noſtris ſubjectis licebit & ſine dotalibus inſtrumentis ſola affectione nuptias facere, ut ex hoc matrimonio nati legitimi ſint. Legibus noſtri Principis cautum eſt, ut ſi quis ſine ſcriptis uxorem *habuerit* [2], eamque ſine cauſa repudiaverit: ut quartam partem *ſuæ propriæ* [3] ſubſtantiæ ei *daret* [4], & quarta pars centum *libras auri* [5] non excedat. Eademque *ſtatuta* [6] ſunt, & ſi uſque ad mortem mariri in eodem habitu *matrimonii* [7] perſeveraverit: in utroque autem caſu liberi procreati ad legitimam patris hereditatem *vocentur* [8]: mulier autem in utroque caſu, ſiquidem uſque ad tres liberos maritus *ejus* [9] reliquerit, ſive ab ea ſive ab alia uxore natos, quartam ipſa portionem *accipiat* [10]. Sin autem ultra tres habuerit: tantum ipſa habeat, quantum ex liberis defuncti unus accepturus eſt: ita tamen ut uſumfructum quidem ejus portionis ipſa habeat, proprietatem autem liberis lex *conſervet* [11], qui ex ipſo matrimonio nati ſunt. Quod ſi liberos non habeat, jure quoque *dominii* [12] portionem eandem mulier *capiat* [13]. Ea autem quæ ſine cauſa repudiata eſt, in ipſo tempore repudii *prædictam* [14] capiat portionem. Sed in talibus *cauſis nolumus* [15] maritum quartam partem ex bonis uxoris ſuæ ſibi vindicare.

[1] fiunt,
Θ. ἰνδιϰ.
[2] duxerit,
[3] ſuæ
[4] det,
[5] librarum auri quantitatem, *alii*, librarum ſummam, *alii*, librarum auri
[6] inſtituta
[7] matrimonium
[8] vocantur.
[9] quidem ejus
[10] habeat.
verſ. τὴν δὲ γυναῖϰα.
[11] conſervat,
[12] communi
[13] habeat.
[14] prædictam quartam, *al.* præcipuam
[15] caſibus volumus

CCCLXXXII. *De Leoniana & Conſtantiniana lege.*

5. Leonis *divæ* ¹ memoriæ Conſtitutio in omnibus obtineat caſibus, qui præſenti Conſtitutione non continentur. Conſtantini autem piiſſimi Conſtitutionem, quæ ad Gregorium reſcripta eſt, & interpretationem ejus, quam divus Marcianus ſcripſit, exponens quæ ſunt viles mulieres, quas copulari maritis quibuſdam dignitatibus decoratis Conſtantiniana lex prohibebat, nullo modo valere concedimus: ſed facultatem præſtamus tales mulieres ducere etiam eis, qui magnis dignitatibus lætantur, dotalibus tamen inſtrumentis compoſitis. Qui autem non magnas dignitates habent, non ſolum in ſcriptis, ſed etiam ſine ſcriptis, maritali tamen affectione hujuſmodi mulieres ducant, ſi modo liberæ ſunt, & matrimonium *earum* ² licitum eſt.

¹ l. [illegible] ² divinæ
³ eorum

CCCLXXXIII. *De liberis ex eo matrimonio natis, quod repudio ſolutum eſt, quemadmodum alantur.*

6. Si quando matrimonium ſolutum fuerit: diſcidium *hujus* ¹ liberis ex eo procreatis non noceat, ſed habeant integra jura hereditatis parentum capiendæ, & ſine ulla dubitatione alantur ex paterna ſubſtantia. Et ſiquidem pater cauſam *divortii* ² dedit, & mater ad ſecundas nuptias non migraverit: apud matrem alantur ſumptibus patris. Sin autem probatum fuerit cauſam diſcidii matrem dediſſe, apud patrem alantur, & maneant liberi. Sin autem pater inopia laboraverit, mater autem eorum locuples eſt, apud matrem alantur, *ipſa* ³ ſumptus liberis ſuis *adminiſtrante* ⁴, quemadmodum liberi locupletes matrem ſuam egentem alere coguntur. Quod & in omnibus parentibus & liberis invicem obtinere jubemus.

¹ l. [illegible] ² ejus, *alii*, hujuſmodi
³ diſſidii
³ & ipſa
⁴ adminiſtret, *alii*, miniſtrante.

CCCLXXXIIII. *De repudiis a marito mittendis.*

7. Anteriores quidem Conſtitutiones de pluribus cauſis faciunt *commemorationem* ¹, quarum ſingulæ ſi interceſſerint, cauſam repudii juſtam *præſtabant* ². Sed nos præſenti lege certas & pauciores cauſas *enumeraturi* ³ ſumus, quas ſolas volumus ad repudii juſtam *occaſionem* ⁴ ſufficere. Et maritus quidem juſtas cauſas repudii, ut dotem uxoris lucretur, conſervanda liberis ex eodem matrimonio natis rerum proprietate, vel ſi liberi non ſint, etiam dominio earum ſibi vindicando, tales habet. Si contra Imperatorem quibuſdam aliquid molientibus mulier conſcia fuerit, & marito ſuo non manifeſtaverit. Sin autem maritus hoc ab uxore ſua ſibi indicatum tacuerit liceat mulieri per qualemcumque *perſonam* ⁵ hoc ad Imperatorem referre, ut vir ex hac cauſa nullam inveniat occaſionem repudii. *Si de* ⁶ adulterio maritus putaverit uxorem ſuam *convinci* ⁷, prius debet inſcriptiones deponere vel contra mulierem, vel *adverſus* ⁸ adulterum. Et ſi talis accuſatio vera *comprobata* ⁹ fuerit, tunc repudio miſſo *habere mari-*

¹ l. [illegible] ² mentionem,
² præbent.
³ enumerati
⁴ cauſam
l. [illegible]
⁵ partem
⁶ l. [illegible]
⁶ Si in, *ive.*
⁷ poſſe convinci.
⁸ contra
⁹ probata

tum [10] non ſolum propter nuptias donationem, ſed etiam dotem: & ſi liberos non habeat, *tantum* [11] *capere* [12] ex alia ſubſtantia mulieris, quantum pars tertia dotis facit, ut dominio ejus addicatur non tantum dos, ſed etiam pœna quam nos conſtituimus. Si enim liberos habeat ex *eo* [13] matrimonio, jubemus & dotem ſecundum leges & aliam mulieris ſubſtantiam liberis conſervari: ſic deinde adulterum legitime convictum cum muliere puniri: & ſiquidem habeat adulter uxorem, capere *eam* [14] dotem ſuam & propter nuptias donationem: ſic tamen, ut liberis ſuperſtitibus uſumfructum quidem donationis mulier habeat, proprietatem autem liberi ſecundum leges lucrentur: quibus donamus ex noſtra manſuetudine *etiam aliam* [15] adulteri patris ſubſtantiam. Nullis autem *extantibus* [16] liberis dotem quidem cum donatione propter nuptias facta pleno jure mulier habeat, aliam autem ſubſtantiam adulteri mariti fiſco noſtro ſecundum veteres leges vindicamus. Item ſi *quocumque modo* [17] vitæ mariti *inſidiaretur* [18], vel aliis hoc facientibus conſcia marito non manifeſtarit: vel nolente marito conviviis extraneorum converſetur, vel cum maſculis *laverit* [19]. Item ſi nolente marito extra domum manſerit, niſi forte apud parentes ſuos. Si in *circo* [20] vel theatro vel harena perveniat ſpectaculi cauſa, ignorante vel prohibente marito. Sin autem contigerit aliquem ſine *ulla* [21] cauſa ex his quas diximus, ſuam uxorem *propria* [22] domo expellere, *ut* [23] illa non *habente* [24] parentes apud quos permanere poſſit, ex neceſſitate foris per noctem *manſerit* [25]: jubemus nullam marito fieri facultatem propter *iſtam* [26] cauſam repudium mittere mulieri.

[10] habere debet maritus
[11] tamen
[12] capit
[13] eodem
[14] debet eadem
[15] &
[16] exiſtentibus
θ. ἐὰν ἐπιβουλεύων.
[17] *dele.*
[18] inſidiatur,
θ. ἐὰν ἀνδράσι.
[19] ſe lavet.
θ. ἐὰν ἐξω μένων.
θ. ἐὰν ἱπποδρομίαις.
[20] circenſibus
θ. εἰ μηδεμιᾶς συμβῇ.
[21] una
[22] a propria
[23] &
[24] habens
[25] permanſerit:
[26] ipſam

CCCLXXXV. *De repudiis ab uxore mittendis.*

8. Cauſas autem propter quas juſte poteſt uxor marito repudium mittere, & dotem ſuam capere, & ante nuptias donationem ſimiliter exigere dominio rerum ſcilicet liberis *conſervando* [1], vel eis non extantibus etiam dominio apud mulierem reſidente, eas *ſolas* [2] eſſe conſtituimus. Si contra *Imperatorem* [3] ipſe aliquid *molitus* [4] ſit, vel aliis hoc facientibus, conſcius non manifeſtaverit Imperatori, aut per ſe, aut per aliam qualemcumque perſonam. Si *vir vitæ* [5] mulieris quocumque modo inſidiatus *fuerit* [6]: vel ſi aliis hoc facientibus conſcius non manifeſtaverit mulieri, & ſecundum leges eam non vindicaverit. Si caſtitati mulieris inſidiatus fuerit: vel aliis eam in *adulterio* [7] *prodere* [8] conatus fuerit. Item ſi maritus de adulterio inſcriptionem poſuerit, & adulterium probare non potuerit: liceat mulieri volenti vel propter hanc cauſam repudium mittere marito, & ſuam recipere dotem & donationem propter nuptias: & propter hanc calumniam, ſi liberos non habeat ex eodem matrimonio, tantum capiat jure dominii ab alia mariti ſubſtantia, quantum tertia pars ante nuptias donationis facit. Si enim liberos habeat, jubemus omnem mariti probatam ſubſtantiam liberis conſervari, ſcilicet his firmiter permanſu-

θ. καὶ δι᾽ αἰτίας.
[1] reſervato,
[2] *dele.*
θ. ἐὰν κατὰ τῆς βασιλείας.
[3] Imperium
[4] moliturus
θ. ἐὰν ἐπιβουλεύων.
[5] ſi vitæ
[6] fuerit maritus, *&c.*
θ. ἐὰν ὁ ἀνὴρ τῇ.
[7] adulterium
[8] tradere, *al.* procedere
θ. εἰ ἐὰν ὁ ἀνήρ.

ris quæ de donatione propter nuptias aliis legibus continentur. Sic tamen, ut etiam illis pœnis maritus ſubjiciatur, ſi adulterii accuſationem *non probaverit* [9], quas mulier paſſura eſſet, ſi convicta fuiſſet. Si in eadem domo in qua mulier cum ipſo habitat, contemnens eam, *cum* [10] alia muliere in domo manens, vel in eadem civitate degens in alia domo cum alia muliere frequenter manens convincatur: & ſemel & bis criminatus, vel per parentes ſuos, vel parentes mulieris, vel per alias idoneas perſonas hujuſmodi turpitudine non abſtinuerit: liceat mulieri & *ſuper hanc cauſam* [11] diſſolvere nuptias, & recipere dotem quam dedit, & ante nuptias donationem. Et pro hac injuria tertiam partem æſtimationis quam propter nuptias donatio facit ex alia mariti ſubſtantia capere: ſic tamen, ut ſi liberos *habeat* [12], *uſumfructum* [13] tantum mulier habeat ante nuptias donationis & *pœnæ* [14] tertiæ portionis, dominio ſcilicet communibus liberis *conſervando* [15]. Si enim liberos non habeat ex eodem matrimonio & dominium rerum ei *concedimus* [16].

> [9] probare non potuerit, *two part. s.* θ. ἐὰν ὁ ἀνὴρ ἐν τῷ αὐτῷ.
> [10] vel cum
> [11] pro hac cauſa
> [12] habeat mulier,
> [13] uſum
> [14] pene
> [15] reſervando.
> [16] dedimus.

CCCLXXXVI. *Non liceat conſenſu matrimonium ſolvere, niſi ex cauſa probabili.*

9. Nulli liceat *conſenſu* [1] matrimonium ſolvere: *niſi* [2] forte caſtitatis amore hoc fecerint. Sed ſi hujuſmodi perſonæ liberos habeant: tam dotem quam donationem propter nuptias liberis cuſtodiri præcipimus. Sin autem poſt ſolutum matrimonium per conſenſum caſtitatis velamine factum inventi fuerint vel nuptias contrahentes alias, vel rurſus vel rupiter viventes, vel unus ex his hoc *faciens* [3] repertus fuerit: ſiquidem liberi *extent* [4], ipſi capiant dotem, & ante nuptias donationem, & dominium ſubſtantiæ illius perſonæ quæ *hoc* [5] perpetraſſe convicta fuerit. Sin autem liberi imperfectæ ætatis ſint, *ali eos* [6] & res eorum adminiſtrari ab ea vel ab eo parente jubemus, qui quæve huic legi nihil contrarium fecit. Sin autem ambo parentes tali delicto tenentur: utriuſque parentis ſubſtantia liberis addicatur. Adminiſtratorem eis in imperfecta ætate conſtitutis a competenti Judice deputari diſponimus. Liberis autem nullis extantibus ſubſtantiam delinquentis perſonæ publicis rationibus vindicari ſancimus, & legitimis pœnis *ſubjicimus* [7]. Aliter enim disjunctionem nuptiarum fieri ex conſenſu nulla ratione concedimus.

> θ. ἐπειδὴ δὲ καὶ διὰ συναινέσεως.
> [1] ex conſenſu mulieris
> [2] niſi ex cauſa probabili, *al.* & ſi
> [3] facere
> [4] ſint,
> [5] hæc
> [6] eos
> [7] ſubjicit.

CCCLXXXVII. *De uxoribus militum.*

10. Jubemus uxores militum ſive in expeditionibus degentium, ſive in militiis, ſive milites ſint, ſive fœderati, ſive ſcholares, ſive alia qualicumque armata militia decorati, expectare quantoſcumque annos in expeditione *fecerint* [1], & ſi nullas litteras, nullum reſponſum a maritis ſuis receperint. Sin autem talis mulier maritum ſuum defunctum audierit, non liceat ei ſtatim ad alias nuptias pervenire, niſi prius pervenerit aut per ſe, aut per parentes ſuos, aut per aliam qua-

> θ. τὸ μέντοι.
> [1] fuerint,
> θ. εἰ δὲ τις.

lemcumque perſonam ad Priores numeri [a] & Chartularios [b] in quo maritus ejus militabat: & eos vel tribunum, ſi præſto ſit, interrogaverit, ſi revera defunctus eſt maritus ipſius, ut illi ſanctis Evangeliis *propoſitis* [4] ſub fide monumentorum deponant, ſi revera maritus mortuus eſt. Et poſtquam *hæc* [5] fecerit, & exceperit mulier monumenta, pro teſtimonio pudoris ſui, expectet unius anni ſpatium; & poſtquam tranſierit, liceat ei legitimas contrahere nuptias. Quod ſi contra hanc obſervationem mulier auſa ſit nubere: & ipſa & qui eam duxit uxorem, ut adulteri puniantur. Quod ſi illi qui ſub fidem geſtorum depoſuerunt, convicti poſtea fuerint falſas depoſitiones dixiſſe: ipſi quidem militia ſua nudati decem auri librarum *pœnam compellantur* [4] præſtare ei, quem falſo dixerunt deceſſiſſe. Ipſe autem, ſi velit, *licentiam* [5] habeat uxorem ſuam recipere. Quod ſi ſcholaris ſit, de cujus morte dubitatio eſt, de Primatibus ſcholæ & Actuario [c]: ſin autem *fœderati* [6], de *optione* [7] prædictam depoſitionem uxorem ejus jubemus capere; hiſdem ipſis cuſtodiendis & in aliis omnibus, qui ad armatam militiam referuntur.

[4] præpoſitis
[5] hoc
[4] pœna plectentur
[5] legitimam
[6] fœderatus,
[7] ordine

[a] *Priores numeri*] *Tith.* Prior corporis Novell. Valent. & Mart. de ſucceſſ. 30.

[b] *Chartularios*] Vide ſupra notata ad Conſtitut. 79. cap. 3. in verbo *Chartularii ſcrinii fabrica.*

[c] *Primatibus ſchola & Actuario*] *Tith.* Υπομνηματοφύλαξ. ὑπομνηματογράφος. Corrupte opinor vet. editio Epiſtol. Gregorii Papæ de lege Mauritii. Præcepit enim ut nullus qui actionem publicam egit, nullus qui optione vel intuitu manu ſignatus eſt, vel inter milites fuit habitus, ei in Monaſterio converti liceat: niſi forte ſi malitia ejus eſſet expleta. Leg. nullus qui ab optione vel actuario. Sic optioni jungitur actuarius l. excellentia C. de erogat. milit. annon.

CCCLXXXVIII. *Ex quibus cauſis matrimonia ſine pœna ſolvuntur.*

11. Sunt quædam cauſæ, ex quibus matrimonia ſine pœna ſolvuntur, veluti ſi maritus miſceri mulieri ſuæ non potuerit: ſi maritus vel uxor religioſam vitam & ſolitariam elegerit: ſi in captivitate ad certum tempus *tenti* [1] fuerint. De quibus tribus *caſibus* [2] ea firma eſſe jubemus, quæ ſuperius noſtris legibus continentur. Omnes igitur antefatas cauſas, quæ noſtra hac lege continentur, ſufficere jubemus ad ſolutionem matrimoniorum. Alias autem omnes ceſſare præcipimus, & nullam aliam cauſam poſſe matrimonia ſolvere, ſive noſtris, ſive veteribus cognita legibus eſt, niſi nominatim in hac Conſtitutione inventa fuerit.

θ. ταῖς ἐν ἐμπροσθέοις.
[1] capti
[2] cauſis
θ. τοῖς εἰρημένοις.

CCCLXXXIX. *Si mulier marito ſuo ſine juſta cauſa repudium miſerit.*

12. Si mulier marito ſuo ſine juſta cauſa repudium miſerit, & in hac impia voluntate *perſeveraverit* [1]: dotem quidem *ipſius* [2] maritus habeat, proprietatem rerum dotalium communibus liberis *conſervaturus* [3].

θ. ἐναπομείνῃ τῇ γνώμῃ.
[1] permanſerit:
[2] ipſe
[3] reſervaturus, alii. ſervaturus.

turus [5]. Sin autem liberos non habeat, ipſe eam lucretur: mulier autem periculo Judicis huic cauſæ præſidentis religioſiſſimo Antiſtiti tradatur ejus civitatis, in qua communiter domicilium habebant. *Epiſcopus* [a] enim curabit eam *Monaſterio immittere* [b] ut ibi degat uſque *ad mortem ſuam* [c]. Et ſiquidem liberos habeant, *beſſem* [7] quidem ſubſtantiæ ejus ipſi capiant: tertia autem *portione* [8] Monaſterium potiatur jure dominii. Sin autem nullos liberos habeant, ſed parentes: ipſi quidem tertiam partem accipiant, Monaſterium autem beſſem: niſi forte mulier in poteſtate parentis conſtituta conſenſu ejus repudium ſine cauſa miſerit, tunc enim nihil ex filiæ patrimonio parentem *ſperare* [9] oportet, ſed omnia Monaſterium capiat. *Similiter* [10] procedere debet, & ſi nullos neque *liberos* [11] neque *parentes* [12] habuerit.

Sin autem Judex apud quem convicta eſt mulier ſine cauſa repudium miſiſſe, non tradiderit eam civitatis Epiſcopo, ut immittatur in Monaſterium: ſiquidem in hac florentiſſima civitate Magiſtratus ſit: ipſe quidem xx. libras auri pœnæ nomine dabit, *officium* [13] autem ejus alias *x* [14]. Quod ſi Provincialis ſit Magiſtratus, & præcepta noſtra neglexerit: ipſe quidem *x. libras auri pœna* [15] *præſtabit* [16], officium autem ejus v. Sin autem Judex ſit non Magiſtratus: ipſe quidem x. libras auri præſtabit, Miniſtri autem ejus v. Iſtæ autem pœnæ per Comitem rerum privatarum & ſcholam Palatinorum [a] fiſcalibus rationibus inferantur. Sed & ſi maritus ſine cauſa repudium miſerit uxori ſuæ, reddat ei dotem & propter nuptias donationem, & extrinſecus ex ſubſtantia ſua *tantum* [17] præſtet, quantum tertia pars *propter nuptias* [18] donationis facit. Et ſiquidem habeat liberos ex eodem matrimonio natos: ipſa quidem *uſumfructum* [19] habeat: liberis autem proprietatem cuſtodiat tam donationis quam pœnæ. Sin autem nullos liberos habeat: tunc & proprietatem omnium rerum prædictarum lucrabitur.

[a] *Scholam Palatinorum*] *A. A.* Sub Comite rerum privatarum Imperatori miniſtrat. Eorum mentio eſt in notitia dignitatum in Officio ejuſdem Comitis. *Pith.* Meminit quinquagenatiarum Scholarum Julianus Imperator L. 1. C. Theod. de Domeſtic. & Protectorib.

[5] Antiſtes
[b] in Monaſterium mittere
[c] in diem mortis ſuæ.
[7] duas partes
[8] parte
[9] expectare
[10] Quod ſimiliter
[11] parentes
[12] liberos
ὁ. εἰ δὲ ὁ ἄρχων ...
[13] officiales
[14] quinque.
[15] decem libras auri pœnæ nomine, *alii*, pœnam decem librarum auri
[16] dabit,
ὁ. εἰ δὲ καὶ ὁ ἀνήρ.
[17] tantum ei
[18] ipſius
[19] uſum

CCCXC. *Si quis uxorem ſuam flagellis caſtigaverit.*

13. Si quis uxorem ſuam flagellis vel [a] *lignis* [b] caſtigaverit ſine aliqua cauſa, quæ contra mulierem ad diſſolvendum matrimonium ſufficit: pro hac contumelia convictus maritus tantum præſtet mulieri ex ſubſtantia ſua, quantum tertia pars propter nuptias donationis facit.

[a] *Lignis*] *Pith.* Fuſtibus. L. 1. C. de cur. publico. ξύλα ἐν οἷς τύπτομεν.

ὁ. εἰ δὲ τις ... ξύλοις.
[b] virgis

CCCXCI. *Si quis ſuſpicatus fuerit de aliquo velle eum pudori uxoris ſuæ inludere.*

14. Si quis ſuſpicatus fuerit de aliquo velle *eum* [1] pudori uxoris ſuæ

ὁ. ... δόλῳ.

inludere, liceat ipſi marito teſtationes in ſcriptis habitas ad ſuſpectum hominem mittere, & *ter* [a] denuntiare per ipſas teſtationes idoneos teſtes continentes, ne cum uxore ſua inveniatur, & ſi poſt *tres* [3] teſtationes in ſcriptis habitas, & idoneos homines habentes invenerit eum, quem conteſtatus eſt, cum uxore ſua vel in ſua domo, vel in domo mulieris, vel in domo illius adulteri, vel in [a] *propina* [4], vel in proaſtio [b]: liceat marito ſine ullo periculo ſuis manibus eum occidere. Sin autem in alio loco eum deprehenderit cum uxore ſua colloquium habentem, convocatis tribus idoneis teſtibus, per quos poſſit probare apud Judicem inveniſſe eum cum uxore ſua conloquium habentem, tradat eum Judici. Et ſi Judex invenerit poſt tres teſtationes ſuſpectum hominem *conlocutum mulieri* [5] fuiſſe, nullo alio exquiſito, quaſi adulterum puniat: marito autem liceat contra ſuam uxorem qualiter voluerit, ſecundum leges crimen exſequi.

[2] hanc, *Ivo parte 8.* [3] *dele.*

[4] popina

[5] locutum cum muliere

[a] *Propina*] *Pith.* Iſidorus 15. Etimolog. cap. 2. Popina Græcus ſermo eſt qui apud nos propina corrupte dicitur. Eſt autem locus juxta balnea publica, ubi poſt lavacrum a fame & ſiti reficiuntur.

[b] *Proaſtio*] *A. A.* Suburbanum prædium. Novell. 64. Vide notata ad Conſtitut. 7. cap. 3. in verbo *Proaſtii.*

CCCXCII. *Si poſt tres conteſtationes invenerit maritus uxorem ſuam in ſancto loco cum ſuſpecto homine conloquium habentem.*

15. Si poſt tres *conteſtationes* [1] invenerit maritus uxorem ſuam in *ſancto* [2] loco cum ſuſpecto homine conloquium habentem, tradat *ambos* [3] Eccleſiæ defenſori, vel aliis Clericis, ut *ſeparati* [4] cuſtodiantur periculo defenſoris vel Clericorum, ut *aditus* [5] Judex mittat ad religioſum civitatis Epiſcopum, *&* [6] auctoritate *ipſius* [7] accipiat eos, & pœnis contra adulteros poſitis utroſque adficiat, nullo alio requiſito, *niſi quod* [8] poſt tres *conteſtationes* [9] inventus eſt cum muliere *loqui* [10]. Eſt autem juſtiſſimum, neque adulterum neque raptores mulierum, *ſanctorum* [11] ſeptis vindicari: & multo magis, ſi quis de ipſo adulterio *intra ſanctos* [12] alienæ mulieri locutus eſt. Et generaliter definimus, ſi quis invenerit uxorem ſuam, vel filiam, vel neptem, vel nurum, & deprehenderit cum aliquo conloquium habentem, & ſuſpicatus fuerit turpitudinis cauſa eos conveniſſe, liceat ei ambos tradere vel defenſori Eccleſiæ, vel aliis ejuſdem Eccleſiæ Clericis, periculo eorum ſeparatim cuſtodiendos, donec Judici *innoteſceret* [13], & ille ſecundum leges perſonas acceperit, & cauſas diſcuſſerit. Quæ omnia hujus Conſtitutionis capitula valere ſancimus tam in futuro tempore, quam in præterito, niſi judiciali calculo vel *amicali* [14] compoſitione cauſæ deciſæ ſunt. DAT. III. ID. DECEMB. CONSTANTINOP. ANNO XV. IMPER. JUSTIN. AUG. POST CONSUL. BELIS. V. C.

[1] ἐπιδιδ. ἐκ ἐπιμ. [1] teſtationes, *Ivo part. 8.* [2] ſacto, *Ivo.* [3] eos [4] ſeparatim [5] auditos, *Ivo.* [6] ut [7] ejus [8] ſi, *Ivo.* [9] atteſtationes, *Ivo part. 8.* [10] locutus.

[11] ſacrorum

[12] inter ſancta loca, intra ſacra, *Ivo.*

[13] innoteſcat, innoteſcere fecerit, *Ivo.*

[14] amicabili

CONSTITUTIO CIX.

διάταξις ρθ'

De omnibus ſucceſſionibus quæ ab inteſtato deferuntur. Et ut cui defertur hereditas ipſi etiam tutelæ onus incumbat.

CCCXCIII. *De hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur.*

1. DE hereditatibus, quæ ab inteſtato nobis deferuntur, multæ leges a veteribus conſcriptæ ſunt, quas ab hoc tempore placet ceſſare, & præſentem legem in hujuſmodi ſucceſſionibus valere. Nam & ſimpliciter & ſine ulla obſcuritate diviſionem hujus cauſæ per hanc Conſtitutionem *exponimus* [1].

Conſtat enim apud omnes, cognationes tres ordines habere: quorum *alius* [2] eſt aſcendentium perſonarum, alius deſcendentium, alius *ex* [3] latere venientium: quorum alii agnati ſunt, alii cognati. Sed deſcendentium quidem ordinem aliis omnibus *anteponimus* [4], ut in ſucceſſione ab inteſtato capienda *potiora* [5] jura habeat aliis omnibus & aſcendentibus, & *ex* [6] latere venientibus perſonis, cujuſcumque fuerint ſexus qui ad ſucceſſionem vocantur, cujuſcumque gradus: nulla diſcretione habita, utrum ex maſculina progenie, an ex fœminina editi ſint: & utrum *filiifamilias* [7] ſint, an patres familias. Licet enim filiusfamilias is qui mortuus eſt fuerit: attamen liberos ejus omnibus *aliis* [8] *præponimus* [9], in his ſcilicet rebus, quæ adquiſitionem *efficiunt* [10]: ut in proprietate capienda defuncto ſuccedant, uſufructu ſcilicet ad patrem *pertinente* [11]: ſic tamen, ut ſi contigerit unum ex deſcendentibus perſonis decedere, liberi ab eo relicti locum ipſius *obtineant* [12], & tantum capiant, quantum pater *ipſorum* [13] ſi vivus eſſet, accepturus fuiſſet: *quam ſucceſſionem* [14] veteres leges in ſtirpem vocant. *Unde* [15] ſi aliquem mori contigerit filio vel filia derelicta, & ex filio vel filia jam defuncto vel defuncta nepotibus vel neptibus relictis, nepotes vel neptes una cum filio vel filia ſucceſſionem avi ſui capere debent. Nam in perſonis deſcendentibus gradus differentia nulla eſt, nec ulla diſcretio inducitur, utrum maſculi ſint, an fœminæ, utrum ex maſculino ſexu, an fœminino progeniti *ſunt* [16]: & utrum ſui juris, an alieni fuerint. Hæc de perſonis deſcendentium.

- [1] invenimus.
- 1. [illegible] (Greek)
- [2] unus
- [3] a
- [4] antepoſuimus,
- [5] priora
- [6] a
- [7] familiarum
- [8] perſonis
- [9] anteponimus,
- [10] effugiant:
- [11] pervenîente:
- [12] teneant,
- [13] ipſius
- [14] quas ſucceſſiones
- [15] Item
- [16] ſint:

CCCXCIIII. *Idem.*

2. De aſcendentibus autem perſonis *talis* [1] obſervatio *tenet* [2]. Si enim deceſſerit aliquis inteſtatus nullo *liberorum* [3] *derelicto* [4], ſed patre vel matre vel aliis ex ordine aſcendentium perſonis, præferantur omnibus, qui ex latere veniunt, excepto fratre & ſorore, qui ex utroque *parente* [5] defuncto copulantur, ſecundum quod inferius *declarabitur* [6]. Sin autem multi *ex aſcendentibus* [7] ſuperſint: eos *anteponi volumus* [8], qui *proximiore gradu* [9] fuerint, ſive maſculi ſint, ſive fœminæ, ſive ex *maſculino ſexu* [10], ſive ex fœminina cognatione defuncto *jun-*

- 1. [illegible] (Greek)
- [1] hæc
- [2] tenent, *alii*, tenetur.
- [3] filiorum
- [4] relicto,
- [5] latere
- [6] declaratur,
- [7] aſcendentes
- [8] anteponimus,
- [9] proximioris gradus
- [10] maſculino,

guntur [11]. Sin autem parem gradum cognationis obtineant: & pariter vocabuntur: ut qui per patrem aſcendunt, dimidiam portionem hereditatis *accipiant* [12], quanticumque inventi fuerint. Qui autem per matrem aſcendunt, alteram dimidiam capiant, quanticumque ſint, niſi forte fratres defuncti exiſtant ex utroque parente eidem mortuo fratri ſuo copulati, vel ſorores eodem jure conjunctæ: tunc enim cum *proximis* [13] parentibus ad hereditatem vocabuntur, hereditate ſcilicet pro virili portione, id eſt, in capita inter omnes dividenda, quamvis pater & mater fuerint: ut tamen pater uſumfructum partis ad filium vel filiam *pervenientis* [14] nullum habeat, ſed pleno jure apud filium vel filiam *maneat* [15], nulla obſervanda differentia inter iſtas perſonas, utrum maſculini ſexus an fœminini ſint: & utrum per maſculinum ſexum an fœmineum defuncti *cognatione* [16] jungantur. Sed neque in defuncto intereſt, cui *ſuccedant* [17], utrum ſui an alieni juris deceſſerit.

[11] jungantur.
[12] capiant
[13] propinquis
[14] pertinentis
[15] permaneat,
[16] cognationi
[17] ſuccedant,

CCCXCV. *Idem.*

§. [illegible]

3. Reliquum eſt, ut diſpiciamus de tertio ordine, ex latere venientium perſonarum, qui in agnatos & cognatos dividitur: hac enim parte diſpoſita pleniſſima Conſtitutio erit. Si quis igitur deceſſerit, & neque deſcendentes neque aſcendentes reliquerit: primos ad hereditatem vocamus fratres & ſorores qui quæve ex eodem patre & matre geniti vel progenitæ ſunt, *quibus* [1] & mortuus *editus* [2] eſt. Talibus *enim* [3] fratribus vel ſororibus non ſuperſtitibus illos fratres vel ſorores vocamus, qui ex uno *parente* [4] defuncto copulantur, id eſt, ſive per patrem ſive per matrem. Quod ſi deceſſerit aliquis fratre vel ſorore relicta, & ex alio fratre vel ex alia ſorore jam defuncto vel defuncta liberis relictis, cum avunculis ſuis vel patruis liberi fratris vel ſororis venient, & tantam *capiens* [5] portionem, quantam pater eorum vel mater accepiſſet, ſi vivus vel viva fuiſſet. Unde conſequens eſt, ut ſi ante *mortuus* [6] eſt frater qui tam ex patre quam ex matre copulatus fuiſſet ei, qui modo defunctus eſt, alii autem fratres ſuperſint vel ſorores, qui ex matre tantum vel ex patre defuncto copulantur: præferantur eis filius & filia ejus qui *utroque jure* [7] ſubnixi ſunt. Et ex contrario, ſi filius vel filia *exiſtat* [8] fratris vel ſororis defuncti vel defunctæ, uno tantum jure conjuncti, alii autem fratres exiſtant vel ſorores utroque jure decorati: præponantur fratres filiis vel filiabus ante defuncti vel ante defunctæ ſororis. Nulla enim differentia eſt, utrum de hereditate maſculi, an fœminæ quæratur: & utrum maſculi ſunt, qui inter ſe certant, an *fœminini ſexus* [9]. Alia autem perſona ex tranſverſo gradu in locum defuncti parentis ſui omnino non ſuccedat, niſi fratris filius: tunc autem cum avunculis ſuis vel patruis fratris vel ſororis filii filiæve vocantur, cum nullus ex aſcendentibus perſonis defuncto ſuperſit: tunc enim excludendos eſſe cenſemus. Quod ſi nullus ex aſcendentibus ſit: tunc fratris vel ſo-

[1] ex quibus
[2] eductus
[3] autem
[4] latere
[5] capiant
[6] defunctus
[7] ex utroque parente
[8] exiſtant
[9] fœminæ.

roris filii quaſi ſecundum gradum obtinentes, ſic ad hereditatem defunctæ perſonæ vocentur. Ideoque modis omnibus avunculis *vel*[10] [10] & patruis defuncti præponuntur: quia illi tertium gradum cognationis obtinent. Quod ſi neque fratres, vel ſorores, neque filios vel filias fratrum vel ſororum defunctus reliquerit: alia deinceps cognatio ad ſucceſſionem ejus vocabitur ſecundum ſui gradus prærogativam, ut qui proximior eſt, ipſe ceteris præponatur. Quod ſi plures perſonæ eundem gradum cognationis obtineant, & aliis proximiores ſint: in capita dividatur inter eos hereditas, nulla differentia habenda, utrum qui vocantur ad ſucceſſionem defuncti maſculi ſint, an fœminæ, & utrum perſona defuncta maſculini, an fœminini ſexus fuerit. Nulla autem differentia ſit agnationis & cognationis, ſed ſolus gradus ſanguinis naturalis ſpectetur. Nam cognatus proximior ulteriori agnato præponitur. Hæc de ſucceſſionibus.

CCCXCVI. *De legitima tutela, & de matre & avia tutelam liberorum adminiſtrantibus.*

4. *Ex his autem*[1] quæ de hereditatibus ab inteſtato deferendis diximus, facile poſſumus intelligere quid de tutelis juris ſit. Nam quæcumque perſona ſive agnationis ſive cognationis *titulis*[2] decorata ad hereditatem impuberis, ſi moriatur, vocabitur: neceſſe eſt, ut etiam tutelæ onus ſuſcipiat. Nam ibi tutelæ gravamen imponendum eſt, ubi hereditas deferri ſperatur, (nam & ſi multi eundem gradum proximiorem cognationis *obtineant*[3]: omnes pariter *ad hereditatem*[4] vocantur) exceptis fœminis & minoribus XXV. annis: & his, qui propter diverſas rationes tutores eſſe non poſſunt: veluti milites, & hi, qui excuſatione vallati ſunt. Mater autem vel avia ſi velint tutelam *regere*[5] filiorum ſuorum vel nepotum: non prohibentur, ſi tamen actis intervenientibus nuptiis aliis & Velleiano Senatuconſulto renunciaverint: hæc enim *facientes*[6] omnibus ex tranſverſo venientibus *cognatis*[7] in tutela præponuntur, ſolis cedentes teſtamentariis tutoribus. Ubi autem multi ex eodem gradu *cognationis*[8] ad tutelam impuberis vocantur: convenire eos oportet apud competentem Judicem, ut ille unum vel plures ex his qui ad adminiſtrationem *pupillaris rei*[9] ſufficiunt, creet, quem ipſi vel quos utpote idoneos elegerint & nominaverint, ut periculum ad omnes *reſpiciat*[10]: & ſubſtantia eorum tacitis hypothecæ titulis pupillo obligetur.

[illegible]
[1] Viſis autem his
[2] titulo
[3] tenent:
[4] ad hereditatem & ad tutelam
[5] gerere
[6] facientibus
[7] agnatis ſive cognatis
[8] cognati
[9] pupilli
[10] pertineat:

CCCXCVII. *De vi ac poteſtate Conſtitutionis in perſonis & temporibus.*

5. Hæc autem quæ de ſucceſſionibus *diximus*[1], obtinere oportet in his perſonis, quæ fidem Catholicam ſequuntur. Nam leges de Hereticis poſitas nullo modo ex hac lege innovari patimur. Hæc autem Conſtitutio teneat in iis caſibus, qui ab initio Julii menſis præſentis ſextæ indictionis contigerunt, vel poſtea contigerint. Præce-

[illegible]
[1] dicta ſunt,

dentes enim cauſas, quæ emerſerunt uſque ad memoratum tempus, veteribus legibus relinquimus, & ut ex his dirimantur. DAT. VII. KAL. AUG. SEPTIMO MILIARIO [a] IMP. DN. JUSTIN. ANN. XVI. POST CONSULAT. FL. BASILII V. C. ANNO II.

[a] septimi-liario

διάταξις ρί'.

CONSTITUTIO CX.

De propter nuptias donationibus, quæ etiam non allegatæ quantæcunque fuerint quantitatis valeanr. Et ut libertas ab omnibus quindecim annorum teſtantibus præſtita convaleſcat. Sive ut inſtrumentum cujus in alio inſtrumento fit mentio præſentetur. Et de appellationibus. Et ut a ſententia Præfectorum liceat appellare. Et de malæ fidei poſſeſſoribus, ſive de eis qui ab aliis invaſa, emptione aut donatione ſuſcipianr.

CCCXCVIII. *Ut donatio propter nuptias non indigeat inſinuatione monumentorum.*

1. PRopter nuptias donatio inſinuatione monumentorum non indigeat, quamvis ſupra quingentos ſolidos ſit: ſed valeat & in perſona mulieris & in perſona mariti, ſive ipſe maritus conſcripſerit eamdem donationem, ſive alius pro eo, ſive in perſona ipſius mariti, ſive in perſona mulieris.

CCCXCIX. *Qui ſervos ſuos manumittere poſſint, vel non.*

l. καὶ τῶν δὲ.

2. Si quis quartum decimum annum ætatis impleverit, & teſtamentum propter hoc facere poteſt: non impediatur in ultima voluntate ſervos ſuos manumittere, quamvis imperfectæ ætatis ſit [a].

[a] ſint.

CCCC. *Si quis in aliquo inſtrumento alterius inſtrumenti mentionem fecerit.*

l. καὶ τῶν αὐτῶν.

3. Si quis in aliquo inſtrumento alterius inſtrumenti mentionem fecerit: non aliter hoc factum eſſe videatur, niſi ipſum *prolatum* [a] fuerit, *id eſt* [b] anticum inſtrumentum, vel alio modo legitimo debita quantitas probata ſit. Hoc enim & veteribus legibus cognitum eſt.

[a] probatum
[b] *forte*, primum vel idem

CCCCI. *De appellationibus.*

l. καὶ τῶν δὲ διακριθῆναι.

4. Sancimus, ut in provocationibus ultimo fatali die [a], vel utraque parte veniente, vel eo qui ſolus *appellavit* [b], & *manifeſtante* [c] præſentiam ſuam, *vel* [d] Magiſtratui qui de appellatione cogniturus eſt, vel Conſiliariis ejus, vel eis qui lites introducunt, & Judex eum intra ſtatutos dies recipere diſtulerit: nullum præjudicium ſit partibus, vel uni ex his propter hujuſmodi cauſam, ſed provocationes tales legitimo calculo terminentur.

[b] provocavit,
[c] manifeſtavit
[d] illi

[a] *Fatali die*] *Pith.* Η ἡμέρα καθ' ἣν ὀφείλει τις ἐμφανίσαι ἑαυτὸν τῷ δικαστηρίῳ.

CCCCII. *De retractationibus ſententiarum Præfecti Prætorio.*

5. Leges quidem noſtræ præcipiunt, ut contra ſententias glorioſiſſimorum Præfectorum Prætorio cujuſcumque regionis provocatio non *porrigatur* [1], ſed certo *tempore elapſo* [2] retractatio ſententiæ concedatur. Sed humanitatis ratione facultatem præſtamus ei, qui ſe ex ſententia Præfectorum gravatum eſſe putaverit, libellos *offerre* [3], vel ipſi Præfecto Prætorio qui ſententiam dixit, vel Conſiliariis ejus, vel his qui lites introducunt, intra decem dies poſt ſententiam prolatam, ut hoc ſubſecuto non aliter executioni ſententia tradatur, niſi prius fidejuſſores idoneos dederit *is qui vicit* [4], de tanta quantitate reddenda, quantam ſententia continet: ut ſi poſtea retractatione legitimo modo veniente calculus reſcindatur, res adverſariæ parti cum legitimis augmentis reſtituantur. Quod ſi intra decem dies poſt ſententiam prolatam libellus ab ea parte quæ victa eſt, non porrigatur: ſine fidejuſſione quidem exſecutio ſententiæ fiat, ſed tamen jus retractationis integrum adverſariæ parti cuſtodiatur, ſibi imputaturæ quod intra decem dies libellum præſtare ſecundum definitionem noſtram non curaverit.

[1] l. ἐπιφερ. [1] admittatur, [2] temporis lapſu [3] afferre, [4] pars victrix,

CCCCIII. *Si minor vigintiquinque annis reſtitutionem adverſus aditionem hereditatis petere maluerit.*

6. Si minor vigintiquinque annis *temere* [1] ſuſceptam a ſe hereditatem *nolit* [2] habere, & in integrum reſtitutionem imploraverit, ſiquidem præſto *ſunt* [3] omnes creditores hereditatis: vocentur juſſione Judicis, & præſentibus eis reſtitutio petatur. Quod ſi vel omnes, vel quidam ex his *abſint* [4]: vocentur quidem legitimis *præconiis* [5]. Sin autem intra tres menſes non venerint, liceat adultis in integrum reſtitutionem impetrare ſine periculo, ut tamen Judex qui præſidet, proſpiciat ubi debent res hereditariæ mobiles & immobiles ſervari, quantitate ſcilicet earum per publicam deſcriptionem actis interveniendibus manifeſtanda.

[1] l. ὡς νήπιος. [1] tenuem [2] noluerit [3] ſint [4] abſunt: [5] edictis.

CCCCIIII. *De mala fide poſſeſſoribus res alienas alienantibus.*

7. Si quis mala fide res alienas poſſidens vendiderit eas, vel donaverit, vel alio modo alienaverit: is autem, qui ſe dominum earum putat, ſciens hoc reſtatione non denuntiaverit ei, qui res cepit, intra decennium inter præſentes, vel inter abſentes intra vicennium: res firmiter apud emptorem vel qui donationem excepit, vel alio modo *alienationis* [1] nanctus eſt, permaneant. Quod ſi ignorante domino malæ fidei poſſeſſor alienaverit: non aliter hoc præjudicet domino, niſi XXX. annorum ſpatium tranſactum ſit: quamvis is, qui emit, vel alio modo *alienationis* [2] nanctus eſt, bonæ fidei poſſeſſor *fuerit* [3].

[1] l. ἐν [illegible] [1] alienata, *alii*, res alienatas [2] alienata [3] ſit:

CCCCV. *De præſentibus & abſentibus intra decennii præſcriptione.*

[illegible]
[1] conſtituimus,

8. Scimus, quod inter præſentes longi temporis præſcriptio decennium eſt: inter abſentes autem vicennium. Quid ergo ſi in quibuſdam annis præſto ſit aliquis, in quibuſdam autem abſens fuerit? Et dicimus tantum aliud tempus decennio expleto adjiciendum eſſe, quantum in abſentia fuit. Ea autem, quæ de temporali præſcriptione conſtituimus, non in præteritis cauſis, ſed in futuris caſibus obtinere *ſancimus*[1], qui poſt hanc legem emerſerint.

CCCCVI. *De teſtatore non cogendo ſua propria manu, vel teſtium, nomina heredum ſcribere.*

[illegible]
[1] cogitur
[2] quamcumque

9. Nemo *cogatur*[1] in teſtamento ſuo propria manu, vel teſtium, nomina heredum ſcribere: ſed valeat teſtamentum ipſius, ſive per ipſum teſtatorem, ſive per aliam *qualemcumque*[2] perſonam nomen heredis ejus ſcribatur. Si tamen aliam teſtamentorum obſervationem habeat.

CCCCVII. *De rebus immobilibus quæ ad loca venerabilia pertinent.*

[illegible]
[1] domos religioſas
[2] a noſtra domo ad ſacroſanctam Eccleſiam
[3] vacuari
[4] jam pervenerunt
[5] poſtea pervenerint.

10. Scimus legem nos poſuiſſe, qua cautum eſt, ut non tranſeant ad alias *domos*[1] res immobiles, quæ *ad noſtram domum ab Eccleſia ſacroſancta*[2] pervenerint. Hanc igitur legem præcipimus [a] *evacuari*[3] non ſolum in his, quæ *poſtea pervenerint*[4] ad noſtram domum, ſed etiam in his, quæ *jam pervenerunt*[5].

[a] *Evacuari*] *Pith.* L. 8. C. Theodoſ. de ſuar. pecuar. l. 3. C. Theodoſ. de immunit. nemin. concedend. D. Ambroſius apolog. David. Recurſus celebrabilis admodum quo debita vacuantur. Et in Lucam. Nec prius evacuatur fœnoris nomen. D. Auguſtinus de cur. pro mortuis. Ubi eſſet recautum quo illa cautio vacuata fuerat.

CCCCVIII. *Si quis familiæ ſuæ legaverit, vel aliæ perſonæ, & rei legatæ alienationem prohibuerit.*

[illegible]
[1] manere, *alii*, permanere:
[2] habere:
[3] dicimus
[4] amicabilis

11. Si quis teſtamentum fecerit, & rem immobilem familiæ ſuæ legaverit, vel aliæ perſonæ legati nomine reliquerit: & is ſpecialiter dixerit nullo tempore eandem rem alienari, ſed apud heredes aut ſucceſſores ejus cui res derelicta eſt, ſemper *maneat*[1]: in hoc legato jubemus Falcidiam legem locum omnino *non habere*[2]: quia alienationem ejus ipſe prohibuit, qui teſtatus eſt. Hæc autem obtinere *jubemus*[3] in his caſibus, quos nec judicialis calculus, nec *amicalis*[4] compoſitio, nec alius modus legitimus terminavit. DAT. XIIII. KAL. FEB. CONSTP. IMP. DN. N. JUSTIN. AUG. ANN. XVII. POST CONS. BASILII ANNO IIII.

CONSTI-

CONSTITUTIO CXI.

Διάταξις ρια'

De ſanctæ Eccleſiæ Regiæ Urbis & religioſorum locorum rebus immobilibus nullo modo alienandis, niſi per Emphiteuma ſub certa definitione. Cæterarum vero Provinciarum Eccleſiis conceſſum non ſolum perpetuum Emphiteuma celebrare, ſed & ſi neceſſitas exigat debiti, vel rei damnoſæ, venumdate. Commutationibus non inhibitis ſi maluerint religioſa loca inter ſe peragere. Odeſſenæ, & Jeroſolymitanæ Eccleſiæ privilegia adjecta. Et ſi quæ res damnoſæ Epiſcopis donatæ vel venditæ ſunt, reſtitui ab eis jubentur, &c.

CCCCIX. *De alienationibus & aliis contractibus immobilium rerum, vel annonarum civilium, vel ruſticorum mancipiorum, quæ ad loca venerabilia pertinent.*

1. NUlli liceat Adminiſtratori rerum Eccleſiæ majoris hujus Imperialis civitatis, vel Orphanotrophii [a], vel Xenodochii, vel Prochonotrophii [b], vel Noſocomii, vel alterius Religioſi loci intra Imperialem civitatem vel intra territorium ejus poſiti, exceptis Monaſteriis, vendere, vel donare, vel permutare, vel in pari donatione, vel alio quocumque modo alienare rem immobilem, vel annonas civiles, vel ruſticum mancipium, niſi ad Imperialem domum permutatio tantum fiat. Sed neque *paræcico* [c] *jure* [1] *dari* [2] quippiam concedimus. Emphyteuſeos autem contractus ab antefata majore Eccleſia & aliis memoratis locis fieri jubemus in perſona ipſius qui *accepit* [3], & in duobus aliis heredibus, ut non plus quam ſexta portio ſubſiſtentis reditus concedatur ei qui Emphyteuſin *accepit* [4]. De Proaſtiis autem, quæ ad prædictas pertinent domos, jubemus: ſi quidem talia Proaſtia reditum habeant in *ſolito reditu* [5], ab Adminiſtratoribus *jure Emphyteuſeos ea præſtari* [6] ſecundum prædictum modum, id eſt, in perſonam ejus qui accepit, & alias duas ſucceſſiones, ut nulla relevatio fiat, ſed magis *accedat* [7] augmentum.

Quod ſi nullum reditum eadem Proaſtia habeant, tunc liceat Adminiſtratoribus ea præſtare ſub *quadam* [8] quantitate. Quod ſi res Emphyteuſeos jure ab antefatis domibus præſtita, vel ad Imperialem domum pervenerit, vel ad fiſcum, vel ad *aliquam* [9] civitatem, vel ad curiam vel ad aliam Religioſam domum: liceat Adminiſtratoribus locorum, a quibus ab initio Emphyteuſis conſtitit, quando *ad aliam perſonam* [10] talis contractus pervenerit, manifeſtare voluntatem ſuam intra biennium: & duorum alterum, vel apud eos relinquere rem, & annuum reditum qui pacto continetur accipere, vel ipſam rem recipere, jure Emphyteuſeos reſoluto, ſi hoc ipſum conducere ſibi putaverint. Quod ſi quædam ſint loca, in quibus poſitæ veteres domus dirutæ ſunt, ex quibus nullus reditus prædictis Religioſis locis colligitur, neque poſſint *dirutas domos renovare* [11]: liceat Adminiſtratoribus hujuſmodi *loca* [12] Emphyteuſeos jure perpetuo præſtare; ſic tamen, ut tertia portio penſionum Religioſis locis præſtetur, quæ colligeban-

[a] θ. ὀρφανοτροφίου.
[c] de colonis pari jure
[2] dare
θ. καὶ δύο ἑτέροις κληρονόμοις
[3] accipit,
[4] accipit.
θ. [illegible]
[5] ſolido reditu, alii, in ſolidum ab his,
[6] qui regunt ipſa loca venerabilia Emphyteuſim hanc
[7] accipiat
θ. [illegible]
[8] dolo.
θ. [illegible]
[9] aliam
[10] ad aliquas perſonas
θ. [illegible]
[11] dirutæ domus renovari:
[12] loci

tur ex habitationibus nondum dirutis, eandemque tertiam portionem *cedere* [13] ab initio contractus Emphyteuſeos. Quod ſi Emphyteuticarius magis *eligat* [14] ſub hac pactione loca accipere, ut prius ædificet, & ex venientribus poſtea penſionibus dimidia portio Religioſis locis præſtetur: & hoc fieri concedimus. Sed & ſi materias ex dirutis ædificiis in eodem loco Emphyteuticarius invenerit, ſine impedimento eis utitur. Quod ſi quis velit rem immobilem ab antefatis Religioſis locis uſus nomine accipere, non aliter hoc *accipiat* [15], niſi aliam rem ſtatim jure dominii præſtet eidem Religioſo loco, a quo eandem rem *accepit* [16], tantum habentem reditum, quantum habet & res quæ ei datur, & non pluribus tributis gravatam: *ut* [17] poſt mortem ejus vel poſt tempus quod uſui additum eſt (ut tamen non ſit longius, quam vita ejus, qui *cepit* [18]) utraque res *in integrum* [19], tam jure dominii, quam jure uſus *in eundem* [20] Religioſum locum perveniat. Locationes autem ab iiſdem Religioſis locis fieri concedimus in tantos annos, quantos inter contrahentes placuerit: ut tamen non extendantur ultra triginta annos. Quod ſi contigerit memoratis locis propter tributa vel alias neceſſitates pecuniis opus habere, liceat Adminiſtratoribus rem immobilem ſupponere, & dare in ſpeciale pignus, ut creditor poſſideat eandem rem, & fructus ejus capiat, & imputet ſibi quoſdam in ipſas quas mutavit pecunias, quoſdam in uſuras non ampliores *quam quartam portionem* [21] centeſimæ. Quod ſi Adminiſtratores debitum ſolverint, vel ex fructibus creditori *ſatisfiat* [22]: jubemus rem ad locum Religioſum redire. Contractus autem Emphyteuſeos & hyporbecas, & ultra quinquennium locationes volumus fieri a ſacroſancta quidem majore Eccleſia *hujus* [23] civitatis, arbitrio & conſenſu beatiſſimi ejuſdem civitatis Patriarchæ, jurantibus præſente eo religioſis Oeconomis, quam Chartulariis [4] ejuſdem majoris Eccleſiæ, quod non ad fraudem ipſius Eccleſiæ contractus fit. In aliis autem Religioſis domibus, ſiquidem ſint Chartularii, eodem modo eos *jurare* [24] præſente Adminiſtratore. Quod ſi nulli Chartularii ſint, ipſos Adminiſtratores, propoſitis ſacroſanctis Evangeliis, contractum facere in ſcripto cum jurejurando hujuſmodi inſtrumentis, *eo quod* [25] non ad læſionem vel circumſcriptionem Religioſi loci contractus fiat. Oeconomis autem & Orphanotrophis, & ceterorum locorum Adminiſtratoribus, & cujuſcumque loci Chartulariis, & parentibus & liberis eorum, & aliis qui jure cognationis vel adfinitatis eis copulantur, interdicimus Emphyteuſes & locationes vel hypothecas rerum ad Religioſa pertinentium loca, ſive per ſe ſive per interpoſitam perſonam accipere: ſciturus, quod ſi tale aliquid *fuerit* [26], & hoc ipſum invalidum erit, & omnem ſubſtantiam eorum qui *ceperint* [27], & Oeconomorum, & Chartulariorum, & Adminiſtratorum, *quibus* [28] ſecundum prædictum modum copulantur, *in* [29] Religioſam domum ex qua rem acceperunt, poſt mortem eorum pervenire jubemus. Et hæc quidem de ſacroſancta majore Eccleſia, & prædictis Religioſis locis,

[13] concedere
[14] elegerit
θ. εἰ δέ τις βουλοίτο.
[15] capiat,
[16] acceptavit,
[17] &
[18] accepit, non extenditur
[19] ultra accipientis vitam
[20] ad
θ. εἰ δὲ συμβαίη.
[21] quarta portione
[22] ſatisfaciant:
θ. καὶ δὲ ἐμφυτεύσεις.
[23] ejuſdem
[24] jurare oportet
[25] quod
θ. τοῖς δὲ οἰκονόμοις.
[26] fuerit perpetratum,
[27] acceperint,
[28] qui
[29] ad

quæ intra Imperialem civitatem ſunt, vel intra territorium ejus, diſpoſuimus.

[a] *Orphanotrophii*] Vide notata ad Conſtitut. 7. cap. 1. in verbo *Orphanotrophium.*
[b] *Ptochonotrophii*] Vide notata ibidem in verbo *Ptochonotrophium.*
[c] *Paræcico jure*] *Pith.* Παροίκικον δίκαιον. Vide Collat. 2. de non alienand. aut permut. reb. Eccleſ. §. quidam enim. Coſmas Magiſter περὶ παροίκων. Paricos corrupte vocant qui res Cyprias ſcribunt. τοὺς παροίκους. *A. A.* Παροίκικον. Pro jure coloniæ, vel jure incolæ. Novell. 120. cap. 1. Vide lib. 1. tit. 2. Cod. Conſtitut. 24. Græcam.
[d] *Chartulariis*] Vide ſupra notata ad Conſtit. 79. cap. 3. in eodem verbo.

CCCCX. *Idem.*

1. De aliis autem ſacroſanctis Eccleſiis & Monaſteriis, & *Xenonibus* [1], & Noſocomiis, & ceteris Religioſis domibus, quæ in omnibus *Provinciis* [2] noſtræ Reipublicæ poſitæ ſunt, nec non Monaſteriis in Imperiali civitate & territorio ejus poſitis, conſequenter definiendum eſt. His igitur locis liberam facultatem præſtamus non ſolùm temporalem Emphyteuſin facere immobilium rerum ad ipſos pertinentium, ſed etiam perpetuo eas jure Emphyteutico volentibus dare. Et ſiquidem ſacroſanctæ Eccleſiæ fuerint, vel aliæ Religioſæ domus, quarum adminiſtrationem Epiſcopus vel per ſe vel per *Clerum* [3] expediat, arbitrio ejus & conſenſu fuerit talem contractum fieri jurantibus præſente eo Oeconomis, & Adminiſtratoribus, & Chartulariis ejuſdem Religioſæ domus, quod ex hoc Emphyteuſeos contractu nullum damnum eidem Religioſæ domui fiat. Quod ſi Ptochia, vel Xenones, vel Noſocomia, vel alia religioſa loca ſint propriam habentia adminiſtrationem, ſiquidem *ſanctas domos Oratorias habeant* [4], conſenſu amplioris partis Clericorum Oratorii, contractus procedat, nec non Oeconomi. Quod ſi ſolum Xenodochium ſit, vel Ptochium, vel Noſocomium, vel alia Religioſa domus, is qui præpoſitus ipſis eſt, contractum faciat, jurantibus Adminiſtratoribus earum ſub præſentia religioſiſſimi Epiſcopi, a quo præpoſiti vel creati fuerint, quod nihil ad læſionem vel circumſcriptionem eorundem locorum in tali contractu fiat. In Monaſteriis autem per Hegumenos [a] eorum & cum ampliore parte ejuſdem Monaſterii Monachorum contractum fieri. In his autem omnibus jubemus inſeribi inſtrumentum eum jurejurando, quod non ad læſionem vel circumſcriptionem eorundem locorum negotium agitur: & hac tamen obſervatione *procedente* [5], relevationem non amplius fieri ſexta portione reditus, quam habet res jure Emphyteuſeos præſtita. Ea autem quæ diximus de ædificiis *dirutis* [6] pertinentibus ad Religioſas domos in hac Imperiali civitate poſitas, eadem obtinere volumus, *&* *in iſtis* [7] Religioſis domibus. Illud quoque jubemus obtinere, ut ſi quando eædem Religioſæ domus vel propter *publicas tributiones* [8], vel propter alias neceſſarias cauſas obligatæ fuerint, & non habeant ex rebus mobilibus unde eadem

[1] *ξενῶσι* — *Xenodochiis* θ. καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις.
[2] *locis*
θ. ἀδεῶς.
verſ. καὶ εἰ μὲν ἁγιώταται.
[3] *Clericos*
verſ. εἰ δὲ πτωχεῖα.
[4] *ſancta domus oratoria habeat,*
[5] *præcedente,*
[6] θ. ἴσα δὲ.
[6] *dele.*
[7] *in*
θ. καὶ τοῦτο
[8] *publica tributa,*

[9] perſolvi poſſint:
verſ. ἐν δὲ μή.
[10] beatiſſimo Patriarchæ
verſ. καὶ δι.
[11] diſtrictione
[12] domus religioſa
[13] hæc autem
ἐ. μετὰ δὲ τὸ οὕτως.
[14] ejuſdem
[15] hortari
verſ. τούτων δὲ πάντων.
verſ. εἰ δὲ κατὰ τό.
[16] recipere
[17] examinatione
[18] qui debitum debet,
verſ. τὰ δὲ παραχώρων.

debita *perſolvant* [9]: tunc primo quidem ordine in ſpeciale pignus rem immobilem dari creditori volumus, ut hujus pignoris fructus accipiens imputet ſibi quoſdam in ipſam pecuniam creditam, quoſdam in uſuras non plures quarta portione centeſimæ. Quod ſi non poſſint hoc modo debitum obtinere, jubemus eos quidem, qui a *beatiſſimis Patriarchis* [10] creantur, ſive Metropolitani, ſive alii Epiſcopi fuerint, ſive Archimandritæ, ſive Orphanotrophi, vel Ptochotrophi, vel Xenodochi, vel Noſocomi, vel alias Religioſarum domorum Adminiſtratores apud ſanctiſſimos Patriarchas, a quibus creantur, monumenta fieri cum ſacramento Adminiſtratorum & conſenſu majoris partis eorum, qui ibi miniſterium faciunt, debitum manifeſtum fiat, & quod non eſt poſſibile ex rebus mobilibus hoc exolvi. Eos autem qui a Metropolitanis Epiſcopis creantur, ſive Epiſcopi ſint, ſive Archimandritæ, ſive Orphanotrophi, ſive Ptochotrophi, vel alias domorum Religioſarum Adminiſtratores, apud ipſos ſimiliter Metropolitanos Epiſcopos talia monumenta conſcribere. Apud illos autem Epiſcopos, qui vel a Patriarchis, vel a Metropolitanis Epiſcopis creantur, & habent ſub *juriſdictione* [11] ſua Monaſteria, vel Ptochia, vel Xenonas, vel Noſocomia, vel alias Religioſas domus, eodem modo monumenta fieri: ſic tamen ut apud Patriarchas, vel Metropolitanos, vel alios Epiſcopos talia monumenta ſi fiant, nullum ſuper his damnum vel ſumptum *domos Religioſas* [12] pati. Propter *hoc enim* [13] volumus de cetero apud Præſides Provinciarum vel apud defenſores locorum talia monumenta a prædictis perſonis vel domibus fieri, ut nullum detrimentum patiantur. Poſtquam autem hoc ita ſecutum fuerit apud memoratos ſanctiſſimos Patriarchas, vel Metropolitanos, vel alios Epiſcopos: tunc antefatos Adminiſtratores *ejus* [14] loci cui debitum imminet, in ſcriptis in publico loco civitatis proponere per viginti dies: & hoc modo *adhortari* [15] eos, qui comparare rem immobilem volunt, ut is qui plus præſtiterit, aliis præponatur. His autem omnibus procedentibus venditionem fieri, pretio modis omnibus pro debito dando, ut non aliter habeat emptor cautum, niſi pretium ſuper ipſo debito ſolverit: & hoc ſpecialiter inſcriptum ſit cum jurejurando in emptionali conſcriptione, quod nihil ad læſionem vel circumſcriptionem ejuſdem Religioſæ domus fiat. Sin autem per antefatum modum emptor talis rei nullus inveniatur, jubemus debitum quidem *percipere* [16] creditorem jure eo quod PRO SOLUTO dicitur, ut ipſam poſſeſſionem creditor accipiat, juſta & ſubtili *æſtimatione* [17] facienda, & adjicienda pretio decima portione totius æſtimationis: & ſic in ea quantitate capere rem creditorem pro ſolutione firmo dominio poſſidendam. Sic tamen ut Adminiſtratores ejus loci *cui debitum imminet* [18], & major pars eorum, qui ibidem miniſterium faciunt, hujuſmodi venditionibus conſentire. Ea autem res, quæ pro ſoluto immobilis conſtituta datur, non electione creditoris præſtetur, ſed quod medium eſt fertilium & infertilium poſſeſ-

ſionum, quæ ad Religioſum pertinent locum, æſtimati oportet ex *reditu* [19] ſuo & publicarum tributionum functione, & reliquo ſtatu. [19] credito
Si quis autem Epiſcopus vel Oeconomus, vel Adminiſtrator cujuſcum- θ. εἰ δέ τις.
que Religioſi loci, ſive in Imperiali civitate, ſive in Provinciis poſiti pecuniam mutuatus eſt, vel poſtea mutuatus fuerit, jubemus non aliter ei in rationes Religioſæ domus imputari, niſi prius probaverit, quod ad cauſas prædicti Religioſi loci hæc *proceſſit* [20]: ſed neque ipſum creditorem, vel heredes ejus, contra domum Religioſam habere [20] proceſſerit:
aliquam actionem, niſi probaverint *in cauſas* [21] ad Religioſam domum [21] in cauſam
pertinentes [22] pecuniam proceſſiſſe: ſed contra eum qui mutuatus eſt, [22] pertinentem
vel heredes ejus, ſuas movere actiones. Hoc quoque jubemus, ut θ. καὶ πλὴν δὲ
excepta ſanctiſſima majore Eccleſia Imperialis civitatis, & ſancto Or- ὀρφανοτροφ.
phanotrophio, & Xenonibus, & Ptochiis, quæ in hac Imperiali civitate ſunt, vel quæ intra territorium ejus, licere omnibus ſanctiſſimis Eccleſiis & Religioſis domibus, nec non Monaſteriis, quæ vel in Imperiali civitate, vel in diverſis Provinciis poſita ſunt, permutationes *ſecum* [23] facere cum indemnitate utriuſque loci, conſentienti- [23] rerum ſecum
bus in ſcriptis vel per depoſitiones huic contractui non ſolum Adminiſtratoribus utriuſque Religioſi loci, ſed etiam majore parte eorum, qui ibi miniſterium faciunt. Res autem immobiles, quæ ab Impe- θ. καὶ δὲ ...
riali domo ad quemcumque Religioſum locum pervenerunt, vel poſtea ...
pervenerint, nullo modo vendi vel ſupponi, vel permutari, vel quocumque modo alienari concedimus, nec ſi ſecum Religioſæ domus tale aliquid fecerint.

[a] *Hegumenos*] *A. A.* Higumenus, Abbas vel Præfectus Monachorum. *Pith.* Primus Monachus Novell. 4. cap. 9. ut Epiſcopus. D. Ambroſ. de dignitat. Sacerdot. Primus Sacerdos. Anaſtaſius Biblioth. Theodorus Hegumenus Studii. Dorotheus. Θεόδωρος ὁ τῆς σουδίου πόλεως πάνσοφος ἡγούμενος. Idem Anaſtaſius. Cum Epiſcopos & Hegumenos ordinaſſet. Ἐπισκόπους πολλοὺς καὶ ἡγουμένους ἀθεσίους. Liuthprand. 1. Rer. per Europ geſt. cap. 2. Ut cuidam ſerviret ἡγουμένῳ. Impreſſ. ἡγεμόνι. Corrupte forſitan Nov. 79. διὰ τῶν ἡγουμένων εἶτε διὰ τῶν ἀποκρισιαρίων Julian. An per Oeconomum vel Apocriſiarium. Sic Nov. 6. διὰ τῶν ὑπ' αὐτὴν ὁιλαβισμένων κληρικῶν ἢ ἀποκρισιαρίων ἢ οἰκονόμων κινεῖν. Liberat. cap. 17. Breviarii. Factus eſt iterum Oeconomus, habens cauſas omnium Eccleſiarum. Vet. tamen interpres Authentic. Abbates vertit.

CCCCXI. *Idem.*

3. Nulli *liceat* [1] Monaſterium alienare, ut in profanum ſtatum θ. ἐκποιεῖν ἐξεῖναι
tranſeat: ſed liceat Epiſcopis hujuſmodi facinora emendare, & in [1] ſit licentia
priſtinum ſtatum locum reducere. Si quis autem ex prædictis locis, θ. εἰ δέ τις ἐκ
excepta majore Eccleſia Imperialis urbis, poſſeſſionem habeat tributis τῶν.
plurimis *prægravatam* [2], ex qua nullos reditus ſancto loco *præſtatur* [3], [2] aggravatam, [3] paratur,
facultatem liberam damus Adminiſtratoribus Religioſi loci talem poſſeſſionem alienare, quocumque modo putaverint commodum eidem Religioſo loco fore, monumentis ſcilicet in tali alienatione faciendis apud illos, a quibus Adminiſtratores talium locorum præponuntur,

vel creantur: & jurantibus per Divinas ſcripturas his qui iiſdem locis præpoſiti ſunt, & majore parte eorum, qui ibi miniſterium faciunt, quod nulla *proditione* ᵃ, nulla gratia, nulla circumſcriptione alienatio fiat. Oeconomis autem vel Adminiſtratoribus, vel Chartulariis *cujuſcumque* ᵇ Religioſi loci & parentibus & liberis eorum & aliis, qui vel cognatione vel jure nuptiarum eis copulantur, locationes, vel Emphyreuſes, vel emptiones, vel hypothecas rerum immobilium apud eoſdem Religioſos locos pertinentium ſubire vel per ſe, vel interpoſitam perſonam, ſub iiſdem pœnis interdicimus, quas ſuperius *diximus* ᶜ.

ᵃ perductione, f. τῆς δὲ οἰκονόμοις.
ᵇ cujuſque
ᶜ additur in quibuſdam libris. Scituris quod ſi tale aliquid perpetratum fuerit, & hoc ipſum invalidum erit, & omnem ſubſtantiam eorum qui ceperint, & Oeconomorum & Chartulariorum & Adminiſtratorum quibus ſecundum prædictum modum copulatur, in Religioſam domum ex qua rem acceperint, & poſt mortem eorum pervenire jubemus.

CCCCXII. *Idem.*

4. Si quis autem conductor vel Emphyteuticarius rem, quæ ad locum Religioſum pertinet, deteriorem eam fecerit, vel per biennium Emphyteuticum Canonem ſive mercedem non ſolverit: liceat *Religioſo loco* ᵃ eum expellere de locatione vel Emphyteuſeos contractu, & exigere ab eo tranſacti temporis *debitum* ᵇ Canonem, & propter emponemata nullam ei competere actionem. Sin autem *nolint* ᶜ Adminiſtratores Religioſi loci eum expellere: id quod debet, præſtet: & teneat rem, donec tempus ſtatutum finiatur: & Canonem, ſecundum quod *pactus* ᵈ eſt, præſtet. Quod ſi fugerit, liceat Adminiſtratoribus Religioſi loci indemnitatem ſervare ex rebus ipſius, & propter emponemata nullam timere actionem.

f. τὶ δὲ τις ὁ μιϛωτής.
ᵃ adminiſtratoribus religioſi loci
ᵇ dele.
ᶜ noluerint
ᵈ pactum

CCCCXIII. *Idem.*

5. Sanctiſſimis Eccleſiis Odeſſi & Tomeos permittimus alienare res immobiles pro captivorum redemptione: niſi *forte* ᵃ ad hoc eis præſtitæ fuerint, ut nullo modo alienentur. Illud quoque concedimus, ut Hieroſolymitana ſanctiſſima Eccleſia licentiam habeat domus ſuas in eadem civitate poſitas vendere, non in minore pretio quam ex penſionibus earum per quinquaginta annos colligitur, ut ex ea æſtimatione alius reditus melior comparetur.

f. ταῖς δὲ ἁγιωτάταις.
ᵃ dele.
f. καὶ τὰς δὲ.

CCCCXIIII. *Idem.*

6. Si quis cuicumque ſancto loco vel in Imperiali civitate, vel in Provinciis poſito poſſeſſiones penuria laborantes donaverit, vel vendiderit, vel alio modo præſtiterit, vel reliquerit: jubemus pro talibus rebus nullam læſionem perpeti Religioſam domum, ad quam talis poſſeſſio pervenit, ſive publicarum functionum nomine, ſive alterius cujuſcumque cauſæ: ſed totum gravamen in eos qui dederunt, vel heredes eorum redire, *cogendos* ᵃ recipere tales poſſeſſiones, & reſtituere de ſua ſubſtantia Religioſo loco omne detrimentum, quod ex tali cauſa

f. εἰ δὲ τις.
ᵃ & cogendo

ei *contigit* [1]. *Sed &* [2] ſi fraus interceſſerit tanta, ut *etiam* [3] pecunia Religioſo loco præſtetur, ut poſſeſſiones illas Religioſus locus *ſuſcipiat* [4]: jubemus, ut is qui dedit, vel heres ejus *recipiat* [5] poſſeſſiones, *& pecunias* [6] non exigat. Nulli autem Eccleſiæ neceſſitatem imponi volumus poſſeſſiones ubicumque poſitas, quamvis fertiles, comparare.

[1] contigerit. [illegible] [2] Sed [3] & [4] accipiat: [5] ſuſcipiat [6] pecuniam autem

CCCCXV. *Idem.*

[illegible]

7. Si quis uſus nomine rem immobilem ab Eccleſia Provinciali accipere *velit* [1]: eodem *jure* [2] & ſub iiſdem *condicionibus* [3] accipiat, quas ſupra diximus in Eccleſiis, quæ *in Imperiali civitate* [4] ſunt, vel *intra territorium* [5] ejus poſitæ.

[illegible] [1] vult: [2] jure obtinente [3] pactionibus [4] Imperialis civitatis [5] in territorio

CCCCXVI. *De ſacris vaſis cujuſcumque Eccleſiæ vel Oratorii.*

8. Hæc de rebus immobilibus. Nam de ſacris vaſis cujuſcumque Eccleſiæ vel Oratorii jam legem poſuimus ut *non aliter* [1] liceat ea diſtrahere, niſi pretium eorum procedat in redemptionem captivorum. Aliter enim vendi vel obligari non poſſunt. Sin autem Religioſa domus habeat ſuperflua vaſa, quæ nullum uſum neceſſarium *faciunt* [2]: ipſa autem debitis *prægravatur* [3], & non *ſunt* [4] aliæ mobiles res, ex quibus poſſunt debita perſolvi: licentiam *damus* [5] actis intervenientibus, ſecundum modum *ſuperius præfinitum* [6], memorata ſuperflua vaſa vel aliis Religioſis locis, ſi hoc eis utile ſit, vendere, vel conflare & ſimiliter vendere, & eorum pretium debiti nomine dare, ut res immobiles non alienentur.

[illegible] [1] non [2] faciant: [3] prægraveretur, [4] ſint [5] concedimus [6] ſupra definitum,

CCCCXVII. *Quibus pœnis ſubjiciuntur, qui præſentem Conſtitutionem violaverint.*

9. Si contra ea, quæ diximus in præſenti lege, contractus fiat in rebus mobilibus & immobilibus ad Religioſas pertinentibus domum: jubemus reddi quidem eadem Religioſo loco rem *in qua* [1] tale aliquid ſecutum eſt, cum medii temporis fructibus: maneat autem apud eumdem Religioſum locum & pretium, & ſi quid remunerationis vel *permutationis* [2] gratia vel alterius cujuſcumque cauſæ nomine ei præſtitum eſt. Quod ſi Emphyteuſis facta ſit contra ea quæ diſpoſuimus: res quidem Religioſo loco *reddatur* [3]: pactionem autem Emphyteuticam præſtet Emphyteuticarius ſecundum tenorem inſtrumentorum quæ in *hujuſmodi* [4] contractu *compoſita* [5] fuerint.

Quod ſi donata fuerit res ad Religioſum locum pertinens: reddatur ei cum medii temporis fructibus, & aliud *tantum* [6] quantum eadem res digna eſt. Sin autem *hypotheca* [7] contra prædictas diſtinctiones data fuerit: creditor quidem debitum amittat, & rem Religioſo loco reddat. Tabelliones autem, qui contra præſentem legem inſtrumenta *componere auſi fuerint* [8], perpetuo exilio condemnentur.

[illegible] [1] in quo [2] commutationis [illegible] [3] reddantur: [4] hoc [5] interpoſita [illegible] [6] tantumdem [illegible] [7] in hypothecam [8] compoſuerint,

CCCCXVIII. De vi ac poteſtate Conſtitutionis in tempore.

10. Quidquid ante præſentem *Conſtitutionem* [1] factum eſt, ſi quidem ſecundum leges veteres, valeat. Sin autem adverſatur eis, radicitus eruatur. De cetero autem, veteribus legibus in hac parte evacuatis, præſentem legem in *noſtra Republica* [2] *pullulare* [3] *ſancimus* [4]. DAT. VII. ID. MAIAS CONSTANTIN. IMP. DN. N. JUSTIN. PP. AUG. ANN. XVIII. POST COS. BASILII. ANN. III.

[1] legem · [2] noſtram Rempublicam · [3] pollere, *alii*, valere · [4] jubemus.

Διάταξις ριβ'.

CONSTITUTIO CXII.

Jubetur ut ſine conſultatione Principis unuſquiſque Judex legibus concordans ferat Judicium.

CCCCXIX. Ut Judices nulla relatione utantur ad principem.

1. Judex ſententiam definitivam ex ſuo arbitrio conſentaneam legibus promat: & non utatur indicatione ad noſtram Clementiam, nec referat: ſed quod ſibi viſum fuerit legitimum, dicat poſtquam perfectiſſime de lite cognoverit. Quæ ſimiliter obtinere jubemus, ſive unus, ſive duo, ſive plures Judices fuerint *cauſæ cujuſcumque cognitores* [1].

[1] abſunt a vet. Cod.

Διάταξις ριγ'.

CONSTITUTIO CXIII.

Quæſtores etiam non uti verbis convenientibus Majeſtati. Et ut intra triennium appellantium negotia Judices perſcrutentur. Et omnes Judices appellantibus inter triginta dies accedere non differant. Et quæ ſit pœna eorum qui hæc facere diſtulerunt.

CCCCXX. Quomodo Sacrum Auditorium celebrari oportet.

1. INvenimus Quæſtorem & Præfectum *Prætorio* [1] per Orientem in Sacro Auditorio hiſdem interlocutionibus uti, quibus nos utimur: dicebant enim, Noſtra Serenitas, & Noſtra *Manſuetudo* [2]. Et Advocati hiſdem vocibus ad eos utebantur, & *veſtitu eodem* [3] omnes ornabantur, quo tantum *uti apud* [4] Principem licet. Nos autem Quæſtorem quidem cum Præfecto conſidere, & tales cauſas audire, & legitimos calculos proferre, & conſueta ſcrinia [a] in talibus cauſis ſuum miniſterium præbere permittimus. Illa autem illicita verba & *veſtitum* [5] vindicare ſibi nulli concedimus. Sin autem hoc *fiat* [6], Majeſtatis crimine temeratores obnoxii ſunt.

[1] Prætorii · [2] manſuetudo & devotio, *alii*, noſtra pietas & manſuetudo · [3] veſtimento · [4] uti · [5] veſtimentum · [6] faciant,

[a] *Conſueta ſcrinia*] *Pith.* Apicibus litterarum diverſis ab aliis utebantur in ſcriniis divinis. L. 3. C. ad Leg. Cornel. de falſ.

CCCCXXI. De Appellationibus.

2. In omnibus provocationibus hoc obtinere jubemus, ut appellatione facta intra tempus ſtatutum, ſi utraque pars fatalem diem obſervaverit, ſine dilatione Judices, & ea quæ acta ſunt, perſcrutentur, & legi-

& legitimum calculum proferant. Quod ſi ſolus qui appellavit, *intraverit* [1], Judices expectent uſque ad ultimum fatalem diem. Et ſi is, qui vicit, non inveniatur, perſcrutentur acta, & finis legitimus ſequatur. Quod ſi victor *intraverit* [2], & is qui appellavit, requiſitus non inveniatur, expectent Judices non ſolum ultimum fatalem diem, ſed etiam tempus reparationis, id eſt, tres menſes. Quod ſi *his quoque* [3] tranſactis, is qui provocavit, non inveniatur; nullatenus temporis curſu calculus confirmetur, ſed *ex una parte* [4] Judices perſcrutentur acta prioris *judicii* [5]. Et ſi quidem recte pronuntiatum eſt, *confirmare* [6]. Quod ſi aliquid non recte habet, debent hoc corrigere, & legitimum calculum proferre. Semel autem appellatione intra *fatales dies* [7] vel ab una vel ab utraque parte introducta, nullatenus biennalis temporis tranſactione primus calculus confirmetur, ſed veritas & juſtitia *perſcrutetur* [8], & finis legitimus talibus cauſis imponatur; ſive una ſive utraque parte præſente. Et propter hoc jubemus in talibus cauſis non in primo introitu omnes cognitiones referri, ſed ſingulas propriam diem *præſcriptam* [9] habere.

[1] intravit, [2] intravit, [3] his [4] ex utraque parte [5] Judicis. [6] confirment. [7] fatalem diem [8] perſcrutentur, *alii*, præſtetur, [9] perſcriptam

CCCCXXII. *Idem.*

3. Omnes Judices legibus non interdictam provocationem intra [1] ſtaturos dies recipere non recuſent. Intra triginta autem dies poſtquam provocatio porrecta eſt, acta cum ſua *præſcriptione* [2] litigatoribus *dare* [3], ut illi apud competentem Judicem *ea* [4] intimare poſſint. Si quis autem *Judicum* [5] hoc facere diſtulerit, calculus quidem temporis tranſactione non confirmabitur. Ipſe autem Judex, qui ea non *obſervabit* [6], & qui miniſterium ei præbent, omne damnum, quod litigator paſſus fuerit, actis ei non editis, de ſuis ſubſtantiis reddere compellantur, & denas auri libras pœnæ nomine noſtris privatis [a] *inferendas* [7] exolvant.

[1] τοῖς νόμοις. [2] ſubſcriptione [3] edantur, [4] eam [5] *dolo.* [6] obſervaverit, [7] deferendas; *alii*, ferendas

• *Privatis*] *Pith.* Ἰδικά. Τὰ τοῦ βασιλέως ἐξετάζοντος διαφέρεται. ἄλλα δὲ ἐστὶ τὰ δημόσια ὅσα τελεῖ ὑπὸ τὸν κόμητα τῶν λαργιτιόνων τῆς δημοσίας ὑπουργοῦντα χρείας.

CONSTITUTIO CXIIII.

Διάταξις ρκζ΄.

Ut fratrum filii cum fratribus & parentibus defuncti ab inteſtato vocentur. Et ut allegentur antenuptiales donationes. Et ut parentes qui ſecundo non nubunt habeant partem ſecundum jus dominii in antenuptias donationibus & dotibus. Et ut æquales ſint pœnæ adverſus viros vel mulieres ſine ratione mittentes repudium.

CCCCXXIII. *De ſucceſſione quæ ab inteſtato defertur fratribus, & parentibus, & filiis fratrum.*

IMP. JUSTINIAN. AUG. BASO GLORIOSO PRÆFECTO.

1. NOſtras leges corrigere non tardamus, ubique quod convenit ſubjectis invenire volentes, & cætera. Sancimus ex hoc rem-

pore, ſi quis inteſtatus deceſſerit fratribus *derelictis* [a] ex *utroque parente* [b] ſibi copulatis, & filio ex fratre antea mortuo, qui & ipſe ex utroque parente ei *copulabatur* [c], & aliquo ex perſonis aſcendentibus, ſimul omnes ad hereditatem vocari, & aſcendentes perſonas non impedire fratris filios ad hereditatem defuncti capiendam. Et ut ſimpliciter dicamus, quem dedimus eis ordinem, aſcendentibus perſonis non ſuppoſitis, eundem eis præſtamus, etſi parentes exiſtant *ejus* [d], de cujus hereditate agitur.

[a] relictis [b] utraque parte [c] copulatur [d] ejuſdem,

CCCCXXIIII. *Si propter nuptias donatio geſtis intimata non fuerit.*

2. Si propter nuptias donatio quingentorum ſolidorum quantitatem excedat: intimari eam jubemus monumentis *publicis* [a], celebrandis in hac quidem Regia civitate apud Magiſtrum cenſus: in Provinciis autem apud defenſores civitatum, vel apud quos *hujuſmodi* [b] monumenta agi poſſibile eſt. Sin autem non inſinuetur, *ſit* [c] quidem, ex parte mulieris, propter nuptias donatio *valida* [d]: ex parte autem mariti irrita. Et ideo matrimonio ſoluto, mulieri quidem ante nuptias donatio ſive ex toto, ſive ex parte, ſecundum quod caſus tulerit, ſine ullo obſtaculo competat. Marito autem dotis retentio ſive ex parte ſive in totum ſecundum eventus qualitatem nullo modo concedatur: quia in poteſtate ejus fuerat propter nuptias donationem ultra quingentos ſolidos conſtitutam actis inſinuare. Et ideo periculum non intimatæ propter nuptias donationis ad ipſum, non ad mulierem reſpiciat.

§. κειμένου χωλώ. [a] poſthac, [b] hæc [c] ſi [d] valeat:

CCCCXXV. *De his qui ſecundas non contraxerint nuptias.*

3. Si mulier marito ſuo defraudata ad ſecundas non *pervenerit* [a] nuptias, habeat quidem ante nuptias donationis uſumfructum, ſecundum quod jam diſpoſuimus. Lucretur autem & portionem proprietatis tantam, quantam *numerus* [b] liberorum ejus concedit, ut ipſa quoque pro uno filio habeatur. Quod autem de matribus diximus, hoc & de patribus intelligendum eſt, & de aliis perſonis *aſcendentium* [c], quæ non ad ſecundas perveniunt nuptias.

§. ἐπειδὴ δὲ τοῖς. [a] venerit [b] quantitas [c] aſcendentibus,

CCCCXXVI. *Si vir vel uxor ſine cauſa legitima matrimonium diſſolverit.*

4. In ſuperioribus poſita eſt Conſtitutio, qua cavetur, ne *uxor maritusve* [a] ſine cauſa eidem Conſtitutioni cognita matrimonium diſſolvere *audeant* [b]. Quod ſi hoc auſi fuerint facinus perpetrare, pœnis quibuſdam eos ſubjicimus. Ipſis autem pœnis relevavimus maritum, graviore animadverſione mulieribus impoſita. *Et* [c] hanc legem merito corrigentes, jubemus iiſdem pœnis temerarios maritos ſubjiciendos eſſe, quæ mulieribus *diſcidii* [d] ſine cauſa legitima *cupidis* [e] imminere noſcuntur: ut in pari delicto par pœna *utroque committatur* [f]. DAT.

§. ἐπειδὴ δὲ ἀπογεγράφαμεν. [a] uxori maritus vel marito uxor, *alii*, ne uxor marito ſive maritus uxori [b] audeat. [c] Sed [d] nitentibus diſcedere [e] *dele.* [f] utroſque comitetur.

CONSTITUTIO CXV.

Διάταξις ργ΄.

De regulis Eccleſiaſticis, & quæ oportet obſervari in ordinationem Epiſcoporum, vel omnium Clericorum. Et de Monachis utriuſque ſexus, eorumque Abbatibus. Et ut adſcripticii in Monaſterium converſi poſt definitum tempus non repetantur.

CCCCXXVII. *De propoſito Conſtitutionis, quæ de Eccleſiaſticis diverſis capitulis loquitur.*

1. DE Adminiſtratione & privilegiis, & aliis diverſis capitulis ad Eccleſias & alias Religioſas domus pertinentibus jam *quædam* [a] diſpoſuimus: in præſenti autem ea, quæ de Religioſiſſimis Epiſcopis & Clericis & Monachis antea in diverſis Conſtitutionibus *diſpoſita* [b] ſunt, cum competenti emendatione hac *continere* [c] lege æſtimavimus.

[a] quidem
[b] diſperſa
[c] comprehendere

CCCCXXVIII. *De Epiſcoporum conſecratione.*

2. Sancimus igitur, quando opus fuerit Epiſcopum creari, Clericos & Primates civitatis ejus cujus Epiſcopus deſideratur fieri, in tribus perſonis decreta facere, propoſitis ſanctis Evangeliis, periculo animæ ſuæ *dicentes in ipſis decretis* [a], quod neque propter aliquam præſtationem, neque propter promiſſionem, vel amicitiam, vel aliam qualemcumque cauſam, ſed ſcientes eos rectæ & Catholicæ fidei, & honeſtæ vitæ eſſe, & litteras ſcire, eos elegerunt; & quod neque uxorem, neque liberos, eorum quis *habet* [b], neque concubinam vel liberos naturales cognoſcunt eum habuiſſe vel habere: ſed & ſi prius uxorem quis *habuit* [c], & ipſam unam, & primam, & neque viduam, neque marito disjunctam, neque legibus vel *ſacris* [d] Canonibus reprobatam, id eſt, ſcenicam, *ſed* [e] neque Curialem, *vel* [f] taxeotam eſſe eum *cognoſcunt* [g]: vel ſi Curiali vel taxeoticæ ſuppoſitus eſt condicioni, ſciunt in Monaſterio non minus quindecim annis ſolitariam vitam peregiſſe. *Et hoc* [h] autem decretis oportet imponi, quod non minus, quam triginta quinque ætatis annos agere electam a ſe perſonam cognoſcant, ut ex tribus perſonis, pro quibus talia decreta fuerunt, melior crearetur electione & periculo creatoris. Curialem autem vel taxeotam qui ſecundum ea, quæ diximus, per quindecim annos in Monaſterio moratus eſt, & ad Epiſcopatum provectus, liberum eſſe propria *condicione* [i]: ſic tamen, ut liberatus Curia quartam portionem ſui patrimonii ſibi retineat, ceteris rebus ipſius ſecundum noſtram legem Curiæ & publico vindicandis. Damus autem licentiam illis, qui decreta faciunt, ſi quem Laïcum citra Curialem & Taxeotam, dignum prædictæ electionis eſſe putaverint, talem hominem una cum aliis duobus Clericis vel Monachis eligere: ſic tamen, ut

l. χειρίζεσθαι.
[a] dicendo
[b] habeat,
[c] habueris,
[d] ſanctis
[e] dele.
[f] neque
[g] cognoſcant;
[h] Hæc
l. τὸν δὲ βουλευτήν.
[i] condicione volumus:
l. δίδομεν δὲ ἄδειαν.

Laïcus qui hoc modo ad Epiſcopatum electus eſt, non ſtatim Epiſcopus creetur: ſed primum Clericis non minus tribus menſibus connumeretur, & ita ſanctos Canones, & ſacrum ſanctæ Eccleſiæ miniſterium edoctus, Epiſcopus creatur. Qui enim alios docere debet, ab aliis poſt *conſecrationem* [10] doceri non debet. Quod ſi in aliquibus locis non inveniantur *tres* [11] perſonæ ad talem electionem idoneæ: liceat decretum facientibus, & in duabus vel in una perſona decrerum facere: ut tamen omnia antefata habeat teſtimonia. Sin autem hi, qui debent Epiſcopum eligere, talia decreta intra ſex menſes non fecerint: periculo animæ ſuæ ille cui competit conſecrare Epiſcopum, conſecret, omnibus aliis, quæ diximus, obſervandis. Si quis autem præter memoratam obſervationem Epiſcopus creatus ſit, jubemus eum modis omnibus Epiſcopatu repelli: ſed & illum, qui contra hæc præcepta auſus fuerit Epiſcopum conſecrare, ſeparari per unum annum a ſacro miniſterio, & totam ejus ſubſtantiam, ſi qualicumque tempore vel modo in ipſius dominium pervenerit, propter delictum quod fecit, dominio Eccleſiæ cujus Epiſcopus eſt, vindicari.

[10] ordinationem
θ. εἰ δὲ ὡς εἰκός.
[11] hæ
θ. εἰ δέ τις ϖαρά.

CCCCXXIX. *De accuſatoribus Epiſcoporum.*

3. Si quis autem ejus, qui ad Epiſcopatus electus eſt conſecrationem, accuſator extiterit *in cauſa* [1] quæ per leges vel per Canones *poſſit inhibere* [2] conſecrationem ejus, prius de accuſatione Epiſcopus qui conſecraturus erit, diſceptationem faciat, vel præſente accuſatore & implente ſuam accuſationem, vel non implente, ſed per tres menſes differente. Et ſiquidem invenerit eum qui electus eſt obnoxium, inhibeatur conſecratio. *Enim vero ſi* [3] innocens appareat, non impediatur. Sed accuſator qui vel non probavit id de quo accuſavit, vel ſi deſtituit litem, expellatur Provincia, in qua domicilium habet. Si quis autem *accuſatum* [4] conſecraverit, conſecratus quidem Sacerdotio expellatur: qui autem conſecrare eum præcipitatus eſt, ſuperius expoſitis pœnis ſubjiciatur, id eſt, ut per unum annum *miniſterio* [5] ſacro abſtineat, & *ut res* [6] illius Eccleſiæ addicantur cujus Epiſcopus eſt.

θ. εἰ δέ τις τῆ ϖερί.
[1] nitenſque,
[2] inhibet
[3] Si vero
θ. εἰ δέ τις τὸν ϖροκείμενος.
[4] ante cognitionem accuſatum
[5] myſterio
[6] & res ipſius

CCCCXXX. *Ut nulla pecunia data Epiſcopi conſecrentur.*

4. Ante omnia illud obſervari ſancimus, ut nemo ſub præſtatione auri vel alterius rei Epiſcopus conſecretur. Quod ſi tale aliquid admiſſum fuerit, ſemetipſos & ſuas animas hi qui pecunias accipiunt vel præſtant, & mediatores eorum ſecundum Divinas regulas & ſacros Canones *condemnatione* [1] ſubjiciunt. Et propter hoc & qui dat, & qui accipit, & qui mediator factus eſt, *Sacerdotio* [2], vel Clericatus honore removeatur. Quod autem pro ea cauſa datum eſt, Eccleſiæ illi vindicetur, cujus voluit Sacerdotium emere. Sin autem *Laïcus* [3] erit, qui pro hac cauſa aliquid accepit, vel mediator rei factus: ea quæ data ſunt, in duplum ab eo exigi, Eccleſiæ vindicanda. Non

θ. ϖρὸ δὲ ϖάντων.
[1] condemnationi
[2] Sacerdotii,
[3] alius

ſolum autem ea, quæ data ſunt, vindicari præcipimus, ſed & omnem cautionem ſuper hoc quocumque modo expoſitam, & pignorum obligationem, & omnem aliam qualemcumque *actionem* [4] ceſſare ſancimus, ut ille qui promiſſionem accepit, non ſolum cautionem reddere, ſed & aliud tantum, quantum cautio continet, conveniatur Eccleſiæ *dare* [5].

[4] actionem vel obligationem, *alii*, accuſationem
[5] tradere.

CCCCXXXI. *Si Epiſcopus, ante conſecrationem ſuam, vel poſtea venerabili loco res ſuas obtulerit.*

5. Si quis poſt Epiſcopatum vel ante conſecrationem voluerit proprias *res* [1] vel earum partem Eccleſiæ offerre cujus Epiſcopus erit, hoc laudabile eſt: quia non eſt emptio ſed *oblatio* [2]. Pro conſuetudine autem, illa ſola concedimus præſtari ab Epiſcopis conſecratis, quæ deinceps præſenti lege continentur. Jubemus igitur beatiſſimos quidem Patriarchas, id eſt, Papam Romanum, & Conſtantinopolitanum, & Alexandrinum, & Theopolitanum, id eſt, Antiochenum & Hieroſolymitanum, ſi quidem conſuetudo eſt Epiſcopis vel Clericis in eorum *conſecrationem* [3] minus quam viginti libras auri præſtari, ea tantum *dare* [4] quæ conſuetudo *vult* [5]. Quod ſi plus ſit quod antea dabatur: nihil ab hoc tempore ultra viginti libras auri præſtare. Metropolitanos autem, qui a Concilio ſuo vel beatiſſimis Patriarchis creantur: & alios omnes Epiſcopos qui vel a Patriarchis vel a Metropolitanis conſecrantur: ſiquidem non minus triginta libras auri *reditum* [6] *habet* [7] Eccleſia conſecrati, dare pro Cathedratico [a] ſolidos centum. *Notariis* [8] autem *conſecrantis* [9] & *aliis* [10] qui miniſterium ei faciunt & *aliquid* [11] ex conſuetudine *capiunt* [12], ſolidos trecentos. Sin autem Eccleſiæ reditus minor ſit XXX. libris *annalibus* [13], non minor autem decem, pro Cathedratico *quidem* [14] dari ſolidos centum: aliis autem omnibus qui ex conſuetudine *capiunt ſol. cc* [15]. Sin autem reditus minor ſit decem, non minor autem quinque libr. auri, pro Cathedratico quidem quinquaginta ſolid. dari: omnibus autem aliis, qui ex conſuetudine capiunt, ſol. ſeptuaginta. Sin autem *minus* [16] quinque, non minus autem tribus libr. auri habeat & Eccleſia reditum, pro Cathedratico quidem XVIII. omnibus autem qui ex conſuetudinem capiunt, ſol. XXIIII. Sin autem minor tribus, non minor autem duabus auri libr. ſit quantitas Eccleſiaſtaſtici reditus, pro Cathedratico quidem præſtari ſolid. XII. pro omni autem alia conſuetudine ſol. *ſedecim* [17]. Epiſcopum *enim* [18] Eccleſiæ minorem duabus auri libr. reditum habentis, neque pro Cathedraticis, neque pro alia conſuetudine aliquid dare, concedimus. Ea autem quæ præſtari diſpoſuimus, primus Preſbyter *conſecratus Epiſcopii* [19], & Archidiaconus ejus ſuſcipientes, ex conſuetudine capientibus *dividant* [20]. Hæc autem jubemus modis omnibus obſervari, ne ex talibus occaſionibus Eccleſiæ debitis prægraventur, *&* *Sacerdotia* [21] venalia fiant. *Si quis* [22] autem ultra ſtatutam a nobis

§. ἢ ὡς φέρν.
[1] res ſuas
[2] collatio.
[3] conſecratione
[4] dari
[5] eſt.
[6] reditus
[7] habeat
[8] Notarii
[9] conſecrati
[10] alii
[11] aliis
[12] capiant,
[13] auri,
[14] jure
[15] capiant ſol. ccc.
[16] minor
[17] ſex.
[18] autem
[19] conſecrantis Epiſcopi,
[20] divident.
[21] ſacra Sacerdotia
[22] Sin

¹³ conſuetudinem ¹⁴ quamcumque

quantitatem pro Cathedratico vel *conſuetudine* [13] *quocumque modo* [14] auſus fuerit capere: jubemus ejus quod plus accepit, triplum ex rebus ipſius vindicari Eccleſiæ ejus qui dedit.

ᵃ *Cathedratico*] *A. A.* Jus cathedræ, ſive ſedis. *Pith.* Ενθρονιαστικόν. Videndus Ambroſius cap. 5. de Sacerd. dignit. Synopſis Βασιλικῶν lib. 3. tit. 4. Nec omnino diſſimiliter Cathedraticum dicitur, cujus nomine duos ſolidos annuos a Sacerdotibus ſuis exegerunt Epiſcopi 10. q. 3. Quid nomine Cathedratici a Sacerdotibus ſuis exigere valeant Epiſcopi, id eſt, quid nomine honoris Cathedræ, ſive Epiſcopatus, &c. Auguſtin. ſermon. de Cathedr. Sancti Petri. Inſtitutio ſolemnitatis hodiernæ a ſenioribus noſtris Cathedræ nomen accepit, ideo quod primum Apoſtolorum Petrum hodie Epiſcopatus Cathedram ſuſcepiſſe refertur. Ενθρόνισμος τῆς Εκκλησίας. Balſamo 213.

CCCCXXXII. *De ſervis adſcripticiis, & taxeotis, & Curialibus ad Epiſcopatum venientibus.*

6. κατὰ δὲ τὸν. ¹ niſi taxeota ſit vel curialis, ² & filii eorum officio ³ interim

6. Conſecratio Epiſcopi liberum faciat eum tam ſervili quam adſcripticia condicione: *Taxeotas enim vel Curiales* [1], qui contra prædictam diſtinctionem ad Epiſcopatus apicem proſiluerunt, *officio* [2] *iterum* [3] & Curiæ reſtitui ſancimus: ne ex tali condicione Sacerdotio injuria fiat. Illos autem qui ante noſtram præſentem legem ex Curiali condicione inventi fuerint Epiſcopi creati: tali quidem condicione liberos eſſe. Legitimam autem portionem de rebus ſuis Curiæ & publico præſtent: ſic tamen, ut nullam deminutionem patiantur Eccleſiaſtica jura in rebus, quas poſt Epiſcopatum adquiſitas, Eccleſiæ eorum competere diſpoſuimus.

CCCCXXXIII. *De Preſbyteris & Diaconis & Subdiaconis jure cognationis ad tutelam vel Curam vocatis.*

7. καὶ ὑπομένειν. ¹ eo die ² hoc

7. Preſbyter, Diaconus, Subdiaconus jure cognationis ad tutelam vel curationem vocatus, munus adminiſtrationis in hoc caſu tantum ſuſcipere concedatur: ſi tamen intra quattuor menſes numerandos ab *eo* [1] quo vocatus eſt, per competentem Judicem in ſcriptis manifeſtaverit, quod *hujuſmodi* [2] munus ſua ſponte receperit. Si quis eorum hoc fecerit: nullum ex hoc circa aliam tutelam vel curationem præjudicium patiatur.

CCCCXXXIIII. *De Clericis, ut exceptores vel exactores publicarum tributionum, aut conductores vectigalium, vel alienarum poſſeſſionum, vel Curatores, vel fidejuſſores in talibus cauſis non fiant.*

8. ἀπ' αὐτῶν. ¹ exactor, ² fiat ³ tributorum, ⁴ aliarum ⁵ curator ⁶ exactione Eccleſiæ

8. Clericus neque *exceptor* [1], neque exactor publicarum *ſit* [2] *tributionum* [3], neque conductor vectigalium, vel *alienarum* [4] poſſeſſionum, vel curator domus, vel *procurator* [5] litis, vel fidejuſſor in talibus cauſis, ſive Epiſcopus ſit, ſive Oeconomus, vel alius Clericus cujuſcumque gradus, vel Monachus ſuo nomine, vel Eccleſiæ, vel Monaſterii cauſa exiſtat, ne *ex hac occaſione* [6] & ſanctis locis dam-

num *fiat* [7], & divina *miniſteria* [8] impediantur. Quod ſi Eccleſiis vel Monaſteriis poſſeſſiones *quædam* [9] confines inveniantur, & voluerint Adminiſtratores eorumdem venerabilium locorum ad conductionem vel Emphyteuſim eas capere: tunc omnibus Clericis vel Monachis ſuper talibus cauſis vel in ipſo inſtrumento, vel in publicis monumentis conſentientibus, & *certum* [10] facientibus pro utilitate venerabilium locorum hoc fieri, concedimus tales contractus procedere. Ipſis quoque ſanctis Eccleſiis & aliis ſanctis locis damus facultatem conductiones & Emphyteuſes ſecum facere: & Clericis ſimiliter ſuarum Eccleſiarum poſſeſſiones conducere, & adminiſtrare, *conſenſu* [11] tamen Epiſcopi & Oeconomi: exceptis illis perſonis, *quas* [12] *per aliam legem* [13] hoc facere *prohibuimus* [14]. Si quis autem contra prædicta aliquid fecerit: ſiquidem Epiſcopus ſit, omnes ejus res ex quacumque cauſa vel perſona, ſive ante Epiſcopatum, ſive poſtea ad eum pervenerint, Eccleſiæ ejus vindicari ſancimus. Sin autem Oeconomi vel alii Clerici ſint, qui hoc admiſerunt, pœnam eos pecuniariam, quam Epiſcopus eorum *æſtimaverit* [15], exigere Eccleſiæ vindicandam, cum & hi qui locationem vectigalium, vel cujuſcumque poſſeſſionis, vel *publicarum tributionum* [16] *exceptionem vel exactionem* [17] vel curationem domus eis committentes, vel fidejuſſores eos pro memoratis cauſis capientes, nullam contra Eccleſiam, vel Monaſterium, vel res ejus, vel Adminiſtratores, vel adverſus illas perſonas, quibus *crediderint* [18], vel contra ſubſtantias, vel fidejuſſores eorum habeant actionem. Illi autem qui publicarum tributionum vel vectigalium exceptionem, vel locationem, vel exactionem memoratis perſonis *crediderint* [19], vel fidejuſſores *eos* [20] receperint, quidquid publico damni contigerit, hoc de ſua ſubſtantia reſtituere compellantur.

> [7] faciat, [8] myſteriis l. εἰ μένω. [9] quidem [10] contractum l. ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς. [11] cum conſenſu [12] quæ [13] ſpeciali lege [14] prohibentur. l. εἰ δέ τις ἀγ. l. εἰ δὲ οἰκονόμοι. [15] exiſtimaverit, [16] publicorum tributorum [17] exactionem [18] vendiderint, [19] vendiderint, [20] eorum

CCCCXXXV. *De Epiſcopis in judicium teſtimonii cauſa vocatis.*

9. Nullus *Epiſcopus* [1] cogatur ad judicium venire teſtimonii dicendi cauſa; ſed Judex apud *Epiſcopium* [2] mittat miniſtros ſuos: *ut propoſitis* [3] ſanctis Evangeliis quod *ſcit* [4] Epiſcopus, dicat ſecundum hoc quod *Sacerdotibus honeſtum eſt* [5].

> l. οὐδεὶς δέ. [1] Epiſcoporum [2] Epiſcopum [3] & propoſitis, alias ut præpoſitis [4] novit [5] eſt Sacerdotis officium.

CCCCXXXVI. *De Epiſcopis in judicium non vocandis.*

10. Nullus Epiſcopus neque pro civili, neque pro criminali cauſa apud quemvis Judicem, ſive civilem, ſive militarem producatur vel exhibeatur, niſi Imperialis juſſio *præceſſerit* [1]. Magiſtratus enim qui hoc jubere auſus fuerit, amiſſione *cinguli, & viginti librarum auri condemnatione* [2] plectetur, ut iſtæ XX. libræ Eccleſiæ addicantur, cujus Epiſcopus produci vel exhiberi juſſus eſt. Litis autem executor poſt cinguli amiſſionem tormentis ſubjiciatur, & in exilium mittatur.

> l. ἀλλ' οὐδὲ ὑπό. [1] proceſſerit. [2] cinguli condemnatione

CCCCXXXVII. *De Epiſcoporum profectione.*

f. ἀναχωρεῖν δεῖ.

11. Non liceat Epiſcopis ſuas quidem Eccleſias relinquere, in alias autem Provincias pervenire. Sin autem hoc ex cauſa fecerint neceſſaria, oſtendant vel litteras Patriarchæ, aut Metropolitani ſui, vel Imperialem juſſionem. Nam nec illis Epiſcopis, qui ſub Patriarcha Conſtantinopolitano ſunt, aliter in hanc Imperialem civitatem venire permittimus, niſi ex permiſſu ejus, vel noſtra juſſione pervenerint. Quicumque autem ex quavis Diœceſi venerit in hanc civitatem Epiſcopus, intret primum apud beatiſſimum Patriarcham Conſtantinopolitanum, ac per ipſum ad noſtram poſtea ſerenitatem. Iis autem, qui contra præſentem diſpoſitionem proficiſcuntur, vel ultra unius anni ſpatium extra ſuam Provinciam degunt, primum quidem ſancimus non ſubminiſtrari impenſas ab Oeconomis Eccleſiæ ſuæ, deinde admoneri per litteras a Sacerdotibus, quibus ſubjecti ſunt, ut redeant in ſuas Eccleſias. Quod ſi diſtulerint, ſecundum ſacros Canones evocari; & ſi intra definitum tempus a Sacerdotibus, ad Eccleſias ſuas non *redierint* [a], ipſos quidem Epiſcopatu repelli, alios autem pro ipſis meliores conſecrari, ſecundum vim præſentis legis: hoc eodem & in Clericis obtinente cujuſcumque gradus ſint vel miniſterii.

f. τῆς δὲ πόλ.

[a] redeant, *alii*. reducant,

CCCCXXXVIII. *De Conciliis Epiſcoporum per ſingulos annos faciendis.*

f. ἕκα δὲ τῶν.

12. Unuſquiſque *Epiſcopus* [a] vel Patriarcha vel Metropolitanus ſubjectos ſibi Epiſcopos ſemel aut bis per ſingulos annos apud ſe convocare debet, & omnes cauſas ſubtiliter cognoſcere, quas Epiſcopi, vel Clerici, vel Monachi ſecum habent, eaſque componere: & ſi quid *contra* [b] Canones ex quacumque perſona admiſſum eſt, emendare.

[a] Archiepiſcopus

[b] circa

CCCCXXXIX. *De Epiſcopis & aliis religioſis viris tablizantibus.*

f. ἀναχωρεῖσθω δεῖ.

13. Neque Epiſcopus, neque Preſbyter, neque Diaconus, neque Subdiaconus, neque Lector, neque alius cujuſcumque religioſi conſortii, vel habitus conſtitutus, [a] *tablizare* [b] audeat, vel ſocius ludentium fieri, vel ſpectator, vel in quocumque ſpectaculo ſpectandi cauſa venire. Ac ſi quis contra hæc fecerit, per tres annos omni ſacro miniſterio prohibeatur, & in Monaſterium mittatur. Sin autem dignam pœnitentiam *interiore* [c] tempore oſtenderit, ſtatim revocetur, & *dignus* [d] Sacerdotio reddatur, vel miniſterio ſuo: ſcientibus Sacerdotibus, qui talia peccata ſcientes diſſimulaverint, quod ipſi Deo rationem reddent.

[b] tabolizare, *alii*, tabletare

[c] exterioris ſui in citeriore

[d] digno

[a] *Tablizare*] *A. A.* Tabula luſoria ludere. *Pith.* ταβλίζειν. πεττεύειν. Euſtat. Odyſſ. 1. Iliad. 2. Baſilius in Grammat. κῦβος. τὸ τάβλιον. Sophronius in Apollonio. περσοφίτης τάβλα καὶ βολίοις παίζει.

CCCCXL. *Ut*

CCCCXL. Ut nullus Epiſcopus cogatur ſubjectum ſibi Clericum de ſuo Clero dimittere.

14. Nullus Epiſcopus invitus cogatur ſubjectum ſibi Clericum qualemcumque de ſuo Clero dimittere.

[1. μαδήνα ἀλ.]

CCCCXLI. De his, qui ſine cauſa excommunicant.

15. Nemo Epiſcopus, nemo Preſbyter excommunicet aliquem, ante quam cauſa probetur, propter quam Eccleſiaſtici Canones hoc fieri jubent. Si quis autem adverſus *ea* [1] excommunicaverit aliquem: ille quidem qui excommunicatus eſt, majoris Sacerdotis auctoritate, ad gratiam ſanctæ *communionis* [2] redeat: is autem, qui non legitime *excommunicavit* [3], in tantum *abſtineat ſacra communione tempus, quantum* [4] majori Sacerdoti viſum fuerit, ut quod injuſte fecit, ipſe *juſte* [5] patiatur.

[b. τινὰ ἀλ. τιν.] [1] eam [2] communicationis [3] excommunicaverit, [4] *hoc part. 4. cap. 21. & Gratianus*, tempus abſtineat a ſacra communione quantum *in Panorm.* abſtineat a ſacra communione ad tempus quantum [5] *abeſt.*

CCCCXLII. De Epiſcopis ſua manu cædentibus.

16. Non liceat Epiſcopum manibus ſuis aliquem cedere. Hoc enim alienum a Sacerdote eſt.

[1. ἀπ' ἀλλ.]

CCCCXLIII. Si Epiſcopus expulſus ab ſua Eccleſia ingredi civitatem de qua repulſus eſt auſus fuerit.

17. Si Epiſcopus expulſus, auſus fuerit ingredi civitatem, de qua repulſus eſt, vel exire de loco, in quo degere juſſus eſt, jubemus eum in Monaſterio in alia Provincia conſtituto tradi; ut quæ in Sacerdotio peccavit, degens in Monaſterio corrigat.

[1. ἃ ἐκ τῆς ἐκκλησίας.]

CCCCXLIIII. Quales homines Clerici fieri debent.

18. *Non* [1] alium Clericum concedimus creari, niſi eum, qui & litteras ſcit, & *rectam* [2] fidem & vitam honeſtam habet: & neque concubam, vel naturales *liberos* [3] habet, vel *habuit* [4]: ſed caſtitate prædicum, vel uxorem legitimam & ipſam unam & primam habentem: vel ſi jam habuerit, & neque viduam neque *disjunctam* [5] a marito, neque *aliter* [6] legibus vel *divinis* [7] Canonibus *reprobatam* [8].

[1. Κληρικὸν ἀλ. ἐν ἄλλοις.] [1] Nulli [2] rectam & ſinceram [3] filios [4] habuerit, [5] derelictam [6] *abeſt.* [7] *abeſt.* [8] improbatam.

CCCCXLV. Cujus ætatis Clericus fieri debeat.

19. *Nemo* [1] Preſbyter conſecretur, qui minor triginta annis ſit. Nemo Diaconus vel Subdiaconus fiat, qui minor viginti quinque annis ſit. Nemo Lectoribus connumeretur, qui minor *octo* [2] annis fuerit. *Nemo* [3] inter Diaconiſſas conſecretur ſacroſanctæ Eccleſiæ, quæ minor ſit quadraginta annis, vel ad ſecundum matrimonium *pervenit* [4]:

[b. Πρεσβύτερος ἀλ.] [1] Neque [2] decem & octo [3] Neque [4] pervenerit, *alii* convolavit.

CCCCXLVI. *De accuſationibus Clericorum.*

ἴ. εἰ δὲ ὁ τῆς χειροτ. ' dicens

20. Si conſecraturo Clericum Epiſcopo, cujuſcumque collegii vel gradus, accuſator extiterit, qui *diceret* ' illum indignum conſecratione eſſe: ipſa quidem conſecratio differatur. Omnia autem quæ pro cognitione vel cohercione conſecrationis Epiſcoporum ſuperius diximus, & in hac obtineant parte.

CCCCXLVII. *De nuptiis Clericorum.*

ἴ. εἰ δὲ ὑπομνεῖν.

21. Si Diaconus vel Subdiaconus futurus non habet uxorem ſecundum ea quæ ſupra expoſuimus ſibi conjunctam, non aliter conſecretur, niſi prius a conſecratore interrogatus promiſerit poſſe & poſt conſecrationem ſine legitima uxore caſte vivere: non concedendo, *conſecratorem* ' tempore conſecrationis Diacono vel Subdiacono futuro permittere, ut poſt conſecrationem uxorem accipiat. Quod ſi hoc permiſerit fieri, Epiſcopatu ſuo repellatur. Preſbyter autem vel Diaconus vel Subdiaconus, qui uxorem duxerit, repellatur quidem de Clero: curiæ autem civitatis ejus, in qua Clericus erat, cum facultatibus ſuis tradatur. Sin autem Lector ſecundas contraxerit nuptias, vel primas quidem, ſed duxerit uxorem viduam vel disjunctam a marito, vel legibus, vel ſacris Canonibus reprobatam, in alium gradum Eccleſiæ non procedat. Quod ſi quocumque modo in majorem gradum productus ſit, rejiciatur ab eo, & priori reſtituatur.

' conſecratore

CCCCXLVIII. *De Curialibus & Taxeotis ad Clericatus honorem venientibus.*

ἴ. ἀλλὰ μηδὲ.

22. Neque Curialis, neque Taxeota Clericus conſecretur. Quod ſi hoc factum fuerit, priori condicioni reſtituatur, niſi forte non minus, quam quindecim annos in ſolitaria vita peregerit. Tales enim homines conſecrari jubemus, reddenda ſcilicet a Curiali legitima portione tam Curiæ quam publico.

CCCCXLIX. *Si Monachus Clericatus honorem meruerit.*

ἴ. ἀλλὰ καὶ εἰ.

23. Si Monachus Clericatus honorem meruerit, ſolitariæ vitæ Canones non tranſgrediatur. Ideoque quamvis in tali gradu fuerit, ut liceat Clericis in eo conſtitutis uxorem ducere, non audeat ipſe hoc facere. Alioquin ſi concubam vel uxorem duxerit, Curiæ, vel officio, vel condicioni cui ſubjectus antea fuerat, reſtituatur. Idemque dici, & ſi nulla antea condicione ſuppoſitus, poſtea Monachus factus ad Clericatus honorem pervenerit. Et generaliter definimus nulli licere in quocumque gradu Eccleſiaſtico poſito recedere ab eo, & inter Laïcos connumerari. Si enim hoc auſus fuerit facere, cingulo, vel dignitate, vel militia, ſi qua habet, expoliatus Curiæ ſuæ civitatis tradatur.

ἴ. τοῦτο δὲ.

ἴ. καὶ ϰοινῶς.

CCCCL. *De his qui ante tempora Conſtitutionis Clerici facti ſunt.*

24. Eos autem, qui ante noſtram legem Clerici creati ſunt, a Curiali condicione per ſubſtitutas perſonas pecuniaria munera implere: de corporalibus autem immunes & liberos cuſtodiri. — f. καὶ δὲ ἐπὶ τῇ.

CCCCLI. *Ut Clerici fiant ſine pecunia.*

25. Nullus Clericus cujuſcumque gradus præſtet aliquid ei a quo conſecratur, vel aliæ cuicumque perſonæ: ſolas autem conſuetudines Conſecratori & Miniſtris ejus ex more capientibus unius anni *diaria* [a] non excedentes pecunias præſtet. In ſancta autem Eccleſia in qua conſecratur, nihil omnino Conclericis ſuis præſtet ſuper proceſſu *ſuo* [b]: neque propter hanc cauſam propriis ſolaciis vel aliis partibus ſuis defraudetur.

f. ἀλλ' οὐδὲ κληρικοῦ. [a] dona [b] abeſt.

CCCCLII. *Ut locorum venerabilium Adminiſtratores ſine pecunia fiant.*

26. Nullus neque *Xenodochus, neque Prochotrophus, neque Noſocomus* [c], neque alius Religioſæ domus Adminiſtrator, vel cujuſcumque curæ Eccleſiaſticæ Geſtor præſtet aliquid ei, a quo præponitur, vel cuicumque perſonæ, pro commiſſa ſibi adminiſtratione. Qui autem præter hæc quæ diſpoſuimus, dederit aliquid, vel acceperit, vel *mediator* [d] factus fuerit, Sacerdotio vel Clero vel commiſſa ſibi adminiſtratione nudabitur: his, quæ data ſunt, vindicandis loco religioſo cujus talis perſona conſecrationem vel curam vel adminiſtrationem accepit. Sin autem Laïcus ſit, qui acceperit vel mediator factus eſt, duplum ab eo exigatur: & Religioſo loco in quo talis perſona adminiſtrationem vel curam accepit, præſtetur.

f. ἀλλὰ μηδὲ ξενοδόχον [c] ex Xenodochus, neque Prochotrophius, neque Noſocomius. [d] μεσίτης

CCCCLIII. *De Adminiſtratoribus venerabilium locorum ſuas res offerentibus.*

27. Si Clericus cujuſcumque gradus, ſive Adminiſtrator cujuſcumque Religioſi loci, ante conſecrationem, vel Adminiſtrationem, vel curam ſibi commiſſam, vel poſtea voluerit aliquid de propriis rebus offerre Eccleſiæ in qua conſecratur, vel loco cujus Adminiſtrationem vel curam *excepit* [e], non ſolum non prohibemus hoc fieri, ſed magis exhortamur talia pro ſalute animæ ſuæ facere. Nos enim illa tantum dari prohibemus, quæ *ſpecialiter* [f] quibuſdam perſonis præſtantur, non ea quæ ſacroſanctis Eccleſiis vel aliis Religioſis locis offeruntur.

f. εἰ δέ τις κληρικός. [e] recepit, [f] ſpecialibus

CCCCLIIII. *Si ſervus Clericus fiat.*

28. Si ſervus ſciente & non contradicente domino in Clero ſortitus [g] ſit ex hoc ipſo liber & ingenuus fiat. Si enim ignorante domino conſecratio facta fuerit: liceat domino intra annum *tantum* [h]

f. καὶ δοῦλος. [h] abeſt.

condicionem probare, & proprium ſervum recipere. Sin autem ſervus ſciente vel ignorante domino ſecundum ea quæ *diximus* [h] ex ipſo honore Clericatus libertatem *meritus* [i], poſtea miniſterium Eccleſiaſticum reliquerit, & ad Laïcorum vitam tranſierit, *domino ſuo in ſervitio tradatur* [k].

[h] diximus ordinatus fuerit
[i] meretur, Ῥωμ. adde, & ſi, alii. ſi autem,
[k] in ſervitium trahatur

[a] *In Clero ſortitus*] *Pith.* D. Auguſtinus Pſalm. 67. Nam & Cleros & Clericos hinc appellatos puto, qui ſunt Eccleſiaſtici miniſterii gradibus ordinati, quia Mathias ſorte electus eſt, quem primum per Apoſtolos legimus ordinatum. Hieronymus ad Nepotian. de vit. Clericor.

CCCCLV. *Si Adſcripticius Clericus fiat.*

[illegible]

29. Adſcripticius in ipſis tantum poſſeſſionibus, in quibus cenſitus eſt, Clericus fiat, quamvis invito domino hoc fuerit factum: ſic tamen, ut etiam Clericus factus impoſitam ſibi culturam impleat.

CCCCLVI. *De Clericis electis ab ædificatoribus venerabilium locorum, vel heredibus eorum.*

[illegible]
[a] oratorium in domo
[b] conſecrare
[c] miniſtrantibus in eadem domo donent nec
[d] indignos
[e] ipſi
[f] nominibus

30. Si quis *oratoriam domum* [a] ædificaverit, & ipſe vel heredes ejus Clericos in ipſa domo *conſecrari* [b] maluerit, ſumptus *adminiſtrantes audiantur* [c], ſi *dignos* [d] nominaverint Clericos. Sin autem *illi* [e] tales ſint, ut divinis *Canonibus* [f] non comprobentur, ad Epiſcopum pertinebit alios Clericos eligere idoneos.

CCCCLVII. *De Clericis miniſterium Dei non implentibus.*

[illegible]
[a] obſerviant
[b] abeſt.
[c] abeſt.
[d] Canones

31. Sancimus, ut Reverendiſſimi Clerici ſuis *obſervent* [a] Eccleſiis: & ſibi competens Eccleſiaſticum impleant miniſterium: idque inquirere debet *cujuſcumque* [b] civitatis Religioſiſſimus Epiſcopus, & in ſingulis gradibus Eccleſiaſticis Primates [a], ut qui *ea* [c] non cuſtodierint, *Canonicis* [d] pœnis ſubjiciantur.

[a] *In ſingulis gradibus Eccleſiaſticis Primates*] *Pith.* Sunt Primates Mechanicorum Novell. 7. cap. 2. Primates ſcrinii fabricæ Novell. 79. cap. 3. Primates civitatis Novell. 21. πρῶτοι. Sic Primates Officii L. 2. C. Theod. ad leg. Jul. de ambit. L. 1. C. de ratiocin. oper. public. L. 3. C. ne rei militar. com. Vict. 3. perſecut. Afric. Sed & de Primatibus officiorum.

CCCCLVIII. *De peculio quaſi caſtrenſi Clericorum, & de ſignificatione Clericatus.*

[illegible]
[a] Epiſcopi Preſbyteri
[b] Diacones & Subdiacones,
[c] eis
[d] id eſt, falcidiam

32. *Preſbyteri* [a] *Diaconi*, *Subdiaconi* [b], Lectores & Cantores, quos omnes Clericos vocamus, res quocumque modo in eorum dominium pervenientes, habeant in propria poteſtate, ad ſimilitudinem caſtrenſis peculii; ut liceat eis donare, & ſecundum leges in *eas* [c] teſtari, quamvis in parentum ſuorum fuerint poteſtate: ſic tamen, ut liberi eorum, vel liberis non ſuperſtitibus, parentes eorum *legitimam* [d] portionem capiant.

CCCCLIX. *De testimoniis Clericorum.*

33. Presbyteri & Diaconi si in causa pecuniaria falsum testimonium dixerint[1], non tormentis subjiciantur, sed per tres annos separentur a *Divino*[2] ministerio, & Monasteriis tradantur. Pro criminalibus autem causis si falsum testimonium dixerint, Clericatus honore nudati legitimis pœnis subjiciantur. ceteri autem in alio *ordine*[3] Ecclesiastico *relati*[4], si falsum testimonium in quacumque re, sive pecuniaria, sive criminali dixisse convincantur, ordine Ecclesiastico rejecti *legitimis coërcitionibus*[5] subjiciantur.

[1] l. [illegible] [2] Domini [3] honore [4] prælati. [5] correptionibus

CCCCLX. *De Clericis vel Monachis, vel Diaconis, vel Ascetriis conveniendis in civili vel criminali causa.*

34. Si quis contra Clericum, vel Monachum, vel Diaconissam, vel Monastriam, vel Ascetriam habeat aliquam actionem, adeat *prius*[1] Religiosissimum Episcopum, cui eorum unusquisque subjectus est: ille autem rem inter ipsos discernat. Et siquidem utraque pars judicatis adquiescat, jubemus per Præsides locorum *ea*[2] executioni plenissime tradi. Sin autem unus ex litigatoribus intra decem dies contradixerit judicatis, tunc locorum Præses rem cognoscat: & si invenerit judicatum recte prolatum, & suo calculo *hoc*[3] confirmet, & executioni *judicata*[4] tradat, & non liceat ei, qui *bis*[5] in tali re victus est, provocare. Sin autem calculus Præsidis contrarius sit Episcopali calculo, tunc locum habeat appellatio contra calculum Præsidis, & ea secundum legis ordinem referatur & exerceatur. Sin autem ex Imperiali vel judiciali jussione Episcopus judicaverit inter qualescunque personas, provocatio ad Imperatorem vel ad Judicem qui jussit, referatur.

Sin autem crimen sit quod adversus memoratas *reverentissimas*[6] personas *referatur*[7], si quidem apud Episcopum aliquis accusetur, & ipse veritatem invenire potuerit, de honore vel de gradu eum secundum Ecclesiasticos Canones rejiciat: & tunc competens Judex comprehendat ipsum, & secundum leges *legitimum*[8] discernens finem ei imponat. Sin *autem*[9] prius civilem Præsidem adeat accusator, & crimen per legitimam disceptationem potuerit probari: tunc Episcopo locorum monumenta intimentur: & si ex ipsis cognitum fuerit proposita crimina eum admisisse: tunc *ipse*[10] Episcopus locorum secundum regulas de honore *vel*[11] gradu quem sustinet, *separet*[12]. Judex autem ei vindictam inferat legibus competentem. Sin autem putaverit Episcopus acta non *juste*[13] constituisse, liceat ei honoris expoliationem differre *vel gradus*[14]: ut talis persona sub legitima cautela fiat, & ita ad nos causa per Episcopum & Judicem referatur, ut eam nos cognoscentes, quod nobis justum visum fuerit hoc jubeamus. Si quis autem pro pecuniaria causa contra prædictas personas aliquam habuerit actionem, & Episcopus dijudicaverit inter eos judi-

[1] primum [2] causam [3] abest. [4] abest. [5] abest. [6] l. [illegible] [7] abest. inferatur: [8] litigium [9] l. [illegible] enim [10] abest. [11] & [12] ejiciet; [13] recte [14] si tamen

care: licentiam habeat actor civilem Præſidem adire: ſic tamen ut accuſata perſona nullo modo cogatur *fidejuſſorem* [15] dare, ſed tantum promiſſionem ſine jurejurando cum hypotheca ſuarum rerum exponere. Sin autem pro criminali cauſa *cauſatio* [16] contra memoratas perſonas deponatur, ſub legitima cautela *cauſata* [17] perſona fiat.

[15] fidejuſſores
[16] accuſatio
[17] accuſata

CCCCLXI. *De iiſdem perſonis pro Canonica cauſa conveniendis.*

§. εἰ δὲ ἐκκλησιαστικός.
[1] vel

35. Si de negotio Eccleſiaſtico, *id eſt* [1] Canonico [a], cauſa emerſerit, non Magiſtratus, ſed Religioſus Epiſcopus ſecundum ſacros Canones imponat negotio finem.

[a] *Canonico*] *A. A.* A Canone Eccleſiaſtico. Nov. 17. cap. 7. *Pith.* Quod ad divinas regulas pertinet. In ſacra Juſtin. Imperat. pro privilegio Concilii Vizaceni quam nos edi curavimus ad finem Novellarum Juliani.

CCCCLXII. *De rebus dubiis in Conciliis Epiſcoporum emergentibus.*

§. εἰ δὲ πρός.
[1] primus
[2] quibuſdam
[3] definiatur:

36. Si inter Epiſcopos ejuſdem Concilii dubitatio emerſerit de Eccleſiaſtico jure, vel de aliis negotiis, *prius* [1] Metropolitanus eorum cum aliis *duobus* [2] Concilii ſui conſiderans rem judicet. Et ſi non adquieſcat utraque pars judicatis, tunc beatiſſimus Patriarcha illius regionis inter ipſos audiat, & quod Eccleſiaſticis Canonibus & legibus noſtris conſentaneum ſit, hoc *definiat* [3]: & nulla pars valeat contradicere calculo ejus.

CCCCLXIII. *Si Clericus vel quivis alius contra Epiſcopum adire poteſtatem maluerit.*

§. εἰ δὲ κατά.
[1] quis
[2] audiri

37. Si Clericus vel *quivis* [1] alius contra Epiſcopum propter qualemcumque cauſam *adire poteſtatem* [2] maluerit, prius Metropolitanus eorum ſecundum ſanctas regulas & noſtras leges negotium diſcernat: & ſi quis judicatis contradixerit, ad Patriarcham illius regionis referatur; & ille ſecundum Canones & leges finem eis præbeat.

CCCCLXIIII. *Si quis contra Metropolitanum adire poteſtatem maluerit.*

§. εἰ δὲ κατὰ Μητροπολίτου.

38. Si contra Metropolitanum adire quiſpiam velit, regionis illius Patriarcha negotium diſcernat.

CCCCLXV. *De Epiſcopis apud Judicem vocatis.*

§. ὅσπερ δὲ ποτ.
[1] det
[2] actionis, *alii*, auctoris

39. Quicumque Epiſcopus apud quemvis Judicem accuſatus fuerit, omnino nullam neque fidejuſſionem, neque promiſſionem pro litigio facere compellatur: ſic tamen, ut operam *daret* [1] intentiones & cauſas *actoris* [2] diſſolvere.

CCCCLXVI. *De Adminiſtratoribus venerabilium locorum propter adminiſtrationem ſuam ad judicium vocatis.*

40. Oeconomos & Xenodochos & Noſocomos & Prochotrophos, & aliorum ſanctorum Adminiſtratores locorum, & omnes Clericos jubemus *ſuper* ¹ adminiſtrationibus ſibi commiſſis, apud proprium Epiſcopum cui ſubjecti ſunt, reſpondere, & rationem ſuæ adminiſtrationis *facere* ², & *executionem* ³ ſuſcipere. Si quod ab his debitum fuerit comprobatum, & hoc ei loco reddatur, cujus ex adminiſtratione debitum apparuerit. Sin autem putaverint ſeſe prægravatos, poſt *exactionem* ⁴ Metropolitanus rem diſcernat. Sin autem Metropolitanus ſit qui judicavit, & exegit, & ille qui exactionem paſſus eſt putaverit ſe læſum fuiſſe, adminiſtrationis illius beatiſſimus Patriarcha rem diſcernat. Non enim concedimus antefatis perſonis in memoratis cauſis, ante diſceptationem & exactionem debiti ſuos Epiſcopos deſerere, & in alia pervenire judicia.

[margin: ⁰ [illegible] ¹ de ² reddere, ³ negotiationem, *alii*, exactionem ⁴ executionem]

CCCCLXVII. *De Heredibus eorum, qui res venerabilium locorum geſſerunt.*

41. Si quis ex his, quibus adminiſtratio Religioſi loci commiſſa eſt, antequam rationes exponat, & debitam a ſe quantitatem exſolvat, deceſſerit: heredes ejus ſimiliter & rationibus & exactionibus ſubjiciantur.

[margin: [illegible]]

CCCCLXVIII. *De Epiſcopis & Clericis in Regia civitate conveniendis.*

42. Si Epiſcopus, vel quivis Clericus in civitate Conſtantinopolitana inveniatur ex quacumque Provincia, & aliquis voluerit adverſus eum *actionem* ¹ movere, ſiquidem jam de ea re litis conteſtatio facta eſt in Provinciali judicio, ibi *impleatur* ², id eſt, in ea Provincia in qua lis conteſtata eſt. Sin autem nondum cœpta eſt, apud eminentiſſimos tantum Præfectos *Prætorio Orientis judicium* ³ peragatur, vel apud eos Judices, quos noſtra juſſio deputaverit.

[margin: ⁰ [illegible] ¹ actiones ² expediatur, ³ Prætorii]

CCCCLXIX. *De Apocriſariis.*

43. Nullus Apocriſarius ¹ cujuſcumque Eccleſiæ ſive in hac civitate degens, ſive apud *Patriarchas* ² vel Metropolitanos, ab Epiſcopo ſuo miſſus pro Epiſcopo ſuo, vel pro negotio Eccleſiaſtico, vel pro debito publico ſive privato, aliquam *actionem vel* ³ exactionem patiatur: niſi forte ei mandatum eſt vel ab Epiſcopis vel Oeconomis quoſdam convenire. Ipſis enim qui conveniuntur ſolis *præſtamus* ⁴ facultatem ſi quas actiones *habuerint* ⁵ contra Eccleſiam vel *Epiſcopum* ⁶, adverſus Apocriſarios eas movere. Sed ſi obligaverint ſe in

[margin: ¹ [illegible] ² Patriarcham ³ *abeſt.* ⁴ damus ⁵ habent ⁶ Epiſcopos,]

eo tempore quo Apocriſarii Officium peragunt, & ex his cauſis actiones ſuſcipiant.

ᵃ *Apocriſarius*] Vide ſupra notata ad Conſtitut. 6. cap. 2. in eodem verbo.

CCCCLXX. *De Epiſcopis & Clericis pro civitate, vel Eccleſia ſua, vel conſecratione in qualemcumque locum pervenientibus.*

6. οἱ δὲ καὶ Ἐπίσκοποι
ᵃ &

44. Epiſcopi *vel* ᵃ Clerici pro civitate vel Eccleſia ſua, legationis vel cauſa conſecrationis Epiſcopi ſive in Imperiali civitate, ſive in quocumque loco pervenientes, nullam moleſtiam vel repulſam a quacumque perſona patiantur. Nam qui obnoxios eos habere putaverint, poſtquam in Provinciam revertantur, pulſare eos poterunt, nullo eis præjudicio generando in temporali præſcriptione, propter tempus quod in tali profectione tranſactum eſt.

CCCCLXXI. *De executione Religioſæ perſonæ.*

6. ὅταν δὲ αἰτία.
ᵃ inferatur
ᵇ vel criminali
ᶜ *abeſt.*
ᵈ ex Monaſterio,
ᵉ actio, *alii.* exactio
ᶠ detrahantur,
6. τοῖς δὲ Μοναχοῖς.
ᵍ ſcientes eos,
ʰ tranſgreſſores erunt
ⁱ præſtabunt:
ᵏ *abeſt.*

45. Si quando cauſa emerſerit, ut admonitio vel executio *afferatur* ᵃ pro pecuniaria *cauſa* ᵇ ſive publica ſive privata Clerico, vel Monacho, *vel Monachæ* ᶜ, vel cuicumque *Monaſterio* ᵈ, & maxime muliebri, ſine injuria & cum omni honore admonitio vel *executio* ᵉ fiat: Monacha autem vel Aſcetria Monaſterio vel Aſceterio non *detrahatur* ᶠ, ſed procuratorem ab his præponi qui pro negotio reſpondebit. Monachis autem liceat ſive per ſe, ſive procuratores ſuos, vel Aſceterii, cauſas peragere: *ſciente eo* ᵍ, qui *tranſgreſſus fuerit* ʰ hæc ſtatuta, ſive Judex ſit, ſive executor litis, quod & cingulo expoliabitur, & pœnam quinque librarum auri *præſtabit* ⁱ: quam debet exigere ab eo vir magnificus Comes privatorum: executor autem & pericula patiatur, & in exilium mittatur, Religioſis locorum Epiſcopis proſpicientibus ut nihil *iſtis* ᵏ contrarium fiat: vel ſi quid peccatum fuerit, prædicta coërcitio fiat. Præſide autem differente vindictam imponere, ad noſtram ſcientiam Epiſcopus referat.

CCCCLXXII. *De ſportulis Religioſæ perſonæ.*

6. σπορτίλων δέ.
ᵃ loco
ᵇ aliquo Laïco
ᶜ accipiat.
ᵈ extra juſſionem,
ᵉ miſſus eſt
ᶠ Provincias,
ᵍ *abeſt.*

46. Sportularum nomine quæcumque perſona in quocumque Eccleſiaſtico *ordine* ᵃ conſtituta: item Diaconiſſa & Monachus & Monacha & Aſcetria pro quacumque criminali vel pecuniaria cauſa cujuſcumque ſit quantitatis, ſive a Clerico ſive *aliquo* ᵇ militante admonitionem ſuſceperint, ſive in Imperiali civitate, ſive in Provinciis in quibus degunt, non plus quam quattuor ſiliquas *præſtent* ᶜ. Si vero *ex noſtra juſſione* ᵈ, ſive a Præſide, vel a beatiſſimo Patriarcha *miſſus* ᵉ executor in alias *cauſas* ᶠ admonitionem obtulerit alicui de memoratis perſonis, non ultra ſolidum accipiat. *Sed* ᵍ & ſi plures pro una eademque cauſa conventi fuerint: non plus ſportularum nomine præſtent, quam ſi una perſona conventa fuiſſet.

CCCCLXXIII. *De*

CCCCLXXIII. *De Epiſcopis pro rebus Eccleſiæ non conveniendis.*

47. Nullus Epiſcopus pro rebus Eccleſiæ ſuæ executionem vel moleſtiam patiatur. Sportulas autem nec pro ſuis negotiis admonitus præſtet. Actiones autem contra Eccleſias propoſitas Oeconomi ſuſcipiant, qui in hac cauſa præpoſiti ſunt.

θ. [illegible]

CCCCLXXIIII. *De his, qui ſportulas exigunt ultra modum ſtatutum.*

48. Si quis adverſus noſtra ſtatuta ſportulas exigere fuerit auſus, in duplum quod acceperit, præſtet ei a quo exegit: & ſiquidem militat, amittat cingulum: ſin autem Clericus ſit, a Clero expellatur.

θ. [illegible]

CCCCLXXV. *De Clericis, qui mulieres in domo ſua habent.*

49. Presbyteris, & *Diaconis, & Subdiaconis* [1], & aliis in Clero *ſcriptis* [2] non habentibus uxores ſecundum *divinas* [3] regulas, interdicimus & nos *mulieres* [4] habere in domo ſua, excepta matre, & filia, & ſorore, & aliis perſonis, quæ omnem querellam fugiunt. Si quis autem adverſus iſtam obſervationem mulierem in ſua domo habuerit, *quæ poteſt ſuſpicionem inferre* [5] turpitudinis: & ille a Conclericis ſuis audierit *cum* [6] tali muliere non *habitare* [7], & noluerit eam a ſua domo repellere: vel accuſatore emergente *probatus* [8] fuerit inhoneſte cum tali muliere *verſari* [9]: tunc Epiſcopus ſecundum Eccleſiaſticos Canones *Clero* [10] eum repellat, Curiæ ejus civitatis, cujus Clericus eſt, *tradendum* [11].

θ. [illegible]
1 Diaconibus & Subdiaconibus,
2 conſtitutis
3 *abeſt.*
4 mulierem
5 cui poteſt ſuſpicio inferri
6 ut cum
7 habitaret,
8 probatum, *alii*, accuſatus
9 vivere, *alii*, converſari:
10 de Clero
11 tradendo.

CCCCLXXVI. *De Epiſcopis, qui cum mulieribus habitant.*

50. Nullus Epiſcopus cum muliere habitet penitus. Sin autem *probatus* [1] fuerit hoc non obſervaſſe, Epiſcopatus honore rejiciatur: quia ipſe ſe indignum Sacerdotio oſtendit.

θ. [illegible]
1 probatum

CCCCLXXVII. *De Diaconiſſis, quæ cum maſculis habitant, & de liberis earum.*

51. Caveant Diaconiſſæ cum maſculis habitare, per quos inhoneſtæ vitæ ſuſpectio poſſit emergere. Sin autem hæc non obſervaverint, Sacerdotis cui ſubjectæ ſunt admonitione, abſtineant converſatione maſculorum. Sin autem hoc diſtulerint facere, Eccleſiaſtico miniſterio & ſuis *ſalariis* [1] careant, & Monaſterio tradantur, & omnem vitam ſuam ibi peragant. Res autem earum, ſiquidem liberos habeant, inter ipſam & illos ſecundum numerum perſonarum dividantur, ut competens eidem mulieri portio Monaſterio addicatur, & alat eam. Sin autem non habeat liberos, tota ipſius ſubſtantia inter

θ. [illegible]
1 beneficiis & ſalariis

* abeſt. Monaſterium, ubi immiſſa eſt, & Eccleſiam in qua prius fuerat, *ex* * æqua portione dividatur.

a *Salariis*] *Pith.* Salaria, diaria παροχαὶ L. privilegia C. de ſacroſanct. Eccleſ. Vopiſcus in Prob. In ſalario diurno bubulæ pondo, porcinæ pondo ſex, &c. Heraclius & Conſtantinus Novell. 4. Καὶ τὸ δὴ χρύσιον καὶ τὰς λεγομένας τῶν ἀρχείων κομίζεσθαι ῥόγας εἴτε ἀρχονικὰς εἴτε ἐκ τοῦ διαφόρου ὀρφανοτροφείου ἢ διαφόρων ξενώνων ἢ διαφόρου Μοναστηρίου ἢ ἐκ τοῦ θείου ἡμῶν οἴκου ἢ ἑτέρου προσώπου οἱουδήτινος ἢ ἄλλης οἱασοῦν διοικήσεως. Item. Μὴ μόνου ἐκπίπτειν τῆς οἰκείας ἐγχειρήσεως ἀλλὰ καὶ τῆς λειτουργίας αὐτῆς ἐξωθήσεσθαι ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτοὺς καὶ τῶν εἰθισμένων δίδοσθαι παρὰ τῆς κατ' αὐτὸν Ἐκκλησίας ἀρχείων.

CCCCLXXVIII. *Si quis inter celebranda divina myſteria Miniſtris Dei injuriam fecerit.*

θ. ὅ τις τῶ. 52. Si quis divinis Myſteriis vel aliis ſanctis miniſteriis celebrandis in ſancta intraverit Eccleſia, & Epiſcopo vel Clericis vel aliis Miniſtris *Eccleſiæ* ¹ injuriam fecerit: jubemus eum tormentis ſubjectum in exilium mitti. Sed & ſi ipſa ſancta Oratoria vel *divina* ² *myſteria* ³ conturbaverit, vel celebrare *prohibuerit* ⁴, capitali ſupplicio puniatur. Hoc eodem obſervando & in Litaniis, in quibus Epiſcopi vel Clerici inveniuntur, ut ſiquidem contumeliam tantum fecerit: tormentis & *exilio* ⁵ tradatur; ſin autem Litaniam conturbaverit, capitale periculum ſubſiſtat; eaque *defendere* ⁶ volumus non ſolum civiles, ſed etiam militares judices.

¹ abeſt. ² abeſt. ³ miniſteria ⁴ noluerit: ⁵ exilio ſubjectus ⁶ vindicare

CCCCLXXIX. *De Litaniis Laïcorum.*

θ. παρὰ δὲ τοῖς. 53. Non liceat Laïcis Litanias facere ſine Epiſcopo & Clericis qui ſub Epiſcopo ſunt. Sanctas quoque Cruces, quas in Litaniis portant, in ſanctis locis reponi jubemus: & *ex* ¹ his proferri, ſi Litaniæ tempus vocaverit: eaque obſervent non ſolum Antiſtites locorum & Clerici, ſed etiam Magiſtratus. Si quis autem præſentis legis vim tranſgreſſus fuerit, vel vindictam imponere neglexerit, prædictas pœnas patiatur.

¹ abeſt.

CCCCLXXX. *De Monachis & Monaſtriis, & Monaſteriis.*

θ. ὑπολειπον ἡμῖν. 54. Reſtat, ut de Monachis dicamus. Igitur ſancimus, ut Abbas ſive Archimandrita in ſingulis Monaſteriis præponatur non ſecundum gradus Monachorum, ſed quem cuncti Monachi vel melioris opinionis conſtituti elegerint, propoſitis ſacroſanctis Evangeliis dicentes, quod non propter amicitias vel gratiam, ſed ſcientes eum eſſe fidei rectæ, & vitæ caſtæ, & adminiſtratione dignum, & potentem Monachorum diſciplinam & omnem Monaſterii ſtatum *ſimiliter* ¹ cuſtodire, eum elegerunt; & ſi *ſic* ² electus fuerit, modis omnibus confirmetur ab Epiſcopo, cui Monaſterium ſubjectum eſt. Quæ autem de Monaſteriis diximus Monachorum, eadem teneant & in Monaſteriis & Aſceteriis mulierum.

¹ utiliter ² abeſt.

CCCCLXXXI. *Idem.*

55. Si quis Monachus eſſe velit: ſiquidem notus ſit nulla condicione ſubjectus eſſe, Hegumenus ª Monaſterii, quando æſtimaverit, habitum ei præſtet. Sin autem incognitus ſit, per tres annos habitum ei non præſtet, ſed experimentum & probationem vitæ ipſius accipiat; & ſiquidem intra triennium venerit aliquis dicens eum ſervum ſuum eſſe, vel adſcripticium, vel colonum, & ideo ad Monaſterium veniſſe, ut culturam agrorum fugiat, vel propter furta, vel alia delicta in *Monaſterio* [1] intraſſe, eaque fuerint approbata, domino ſuo reddatur cum rebus quas in Monaſterio *duxiſſe* [2] *probatur* [3]: ut tamen fidem prius accipiat a domino ſuo, quod nihil pariatur. Sin autem intra triennium nemo ex *prædictis* [4] perſonis inquietaverit eum, *&* [5] tranſacto triennio probatum ſe Hegumeno oſtenderit: tunc accipiat habitum, & nemo eum poſtea pro condicione inquietet: ſic tamen ut res, quas in *Monaſterio* [6] duxit, domino reſtituantur. Sin autem Monaſterium reliquerit, & Laïcus fiat, *vel in civitatibus, vel in agris* [7] deambulet: ſuæ condicioni reddatur.

l. ὥς δὲ ὡς Μοναχοῖς.
[1] Monaſterium
[2] introduxiſſe
[3] probetur,
[4] ſupraſcriptis
[5] & hic
[6] Monaſterium
[7] ut in civitatibus magis

ª *Hegumenus*] Vide ſupra notata in eodem verbo ad Conſtitut. III. cap. 2.

CCCCLXXXII. *Idem.*

56. Monachi in una domo habitent, communiter alantur, in una domo *ſemota* [1] dormiant: niſi forte quidam ex his propter prolixam in Monaſterio exercitationem *ſemote* [2] velint vivere, vel ſenectutis vel corporalis imbecillitatis cauſa in cellulis ª quibuſdam intra Monaſterium degerint; & hoc tamen non citra voluntatem Hegumeni fiat. His omnibus & in Monaſteriis & in Aſceteriis *muliebribus* [3] obſervandis.

l. ἐν τῷ.
[1] ſemotim
[2] ſemoti
[3] mulierum

ª *Cellulis*] *Pith.* Sozomenus lib. 6. cap. 31. Ἔστι δέ τις χῶρος ἑβδομήκοντα σταδίοις διεστὼς, ὄνομα Κελλία· ἐν τούτῳ δὲ σποράδην εἰσὶ μοναχικὰ οἰκήματα πολλὰ, καθὸ καὶ τοιαύτης ἔλαχε προσηγορίας. κεχώρισται δὲ τοσοῦτον ἀλλήλων, ὡς τοὺς αὐτόθι κατοικοῦντας σφᾶς αὐτοὺς μὴ καθορᾶν ἢ ἐπακούειν. Item. Οἰκοῦσι δὲ ἐν τοῖς Κελλίοις ὅσοι τῆς φιλοσοφίας εἰς ἄκρον ἐληλύθασι, &c.

CCCCLXXXIII. *Idem.*

57. In nullo loco Monachos & Monachas permittimus unum Monaſterium habere: ſed nec ea, quæ duplicia vocant ª. Et ſi quid tale eſt, Religioſus Epiſcopus mulieres quidem in ſuo loco *ſtudeat* [1] manere: Monachos autem aliud Monaſterium ædificare *ſibi* [2] cogat. Sin autem plura ſint *talia* [3] Monaſteria, ſeparentur in aliis Monaſteriis Monachæ, & in aliis Monachi. Res autem, quas habent communes, ſecundum jura eis competentia diſtribuantur. Quem autem Monachæ Preſbyterum, vel Diaconum elegerint, ut eum Apocriſarium habeant, vel ſanctam *communiam* [4] eis afferat: Religioſus Epiſ-

l. κατ' ἰδίαν δ.
[1] ſtatuat
[2] eis
[3] alia
[4] communionem,
Append. Aimoin. lib. 5.

copus, cui ſubjectæ ſunt, deputet: ſi tamen & fidei tectæ, & *vitæ bonæ* [1] fuerit. Sin autem quem elegerunt, neque Presbyter, neque Diaconus ſit, probatus tamen in caſtitate & fide: conſecrer eum Epiſcopus in illa conſecratione, qua dignus ſit: & fiat Apocriſatius, & ſanctæ communionis Miniſtet: ſic tamen ut nec ipſe habeat licentiam, quamvis ita electus *eſt* [2], in Monaſterium mulierum permanere.

[1] bonæ opinionis
[2] ſit,

a *Qua duplicia vocant*] *Pith.* Zonaras Can. 20. Synod. 6. Κωλύει ὁ κανὼν διπλᾶ γίνεσθαι Μοναστήρια. οὐχ ὁμοῦ δὲ οἰκεῖν τοῖς μοναχοῖς αἱ μονάζουσαι ἐν τοῖς τοιούτοις Μοναστηρίοις, ἀλλ᾽ ἔγγιστα κατοικοῦσιν ἀλλήλων ὥστε καὶ ἄμφω ἀλλήλων ἀκούειν. Balſamo aliter. Vidend. L. 43. C. de Epiſc. & Cler. Evag. lib. 1. cap. 21.

CCCCLXXXIIII. *Idem.*

58. Si quis ſub condicione nuptiarum, vel libetorum, vel dotis cauſa, vel ante nuptias donationis donavetit, vel teliquerit ſuis liberis, vel *aliæ* [1] cuicumque perſonæ hereditatem vel legatum, vel ab initio pure teliquetit vel donaverit, ſubſtitutiones autem vel teſtitutiones eis fecetit, ſub condicione quacumque ex his quæ prædictæ ſunt: jubemus talibus condicionibus *ſubjecti* [2] tam *maſculi* [3] quam *fœminæ* [4], ſi Monaſterium intraverint, vel Clerici vel Diaconiſſæ vel Aſcettiæ fuetint, tales condiciones irritas & pro non ſcriptis eſſe. Hoc autem auxilio Clerici vel Diaconiſſæ Eccleſiarum *fruantur* [5], ſi in eadem vita perſevetaverint, & ea quæ ſic eis donata vel relicta fuerunt, in pias cauſas conſumpſerint, vel donaverint, vel reliquerint. Nam de his, quæ in Monaſterium vel Aſceterium inrtaverint, certa *forma* [6] eſt, ut totum patrimonium eorum *vel earum* [7] cum hujuſmodi tebus ad Monaſterium vel Aſceterium pertineat. Sin autem ad tedemptionem captivotum vel alimonias ſubſtitutio vel reſtitutio facta eſt: ſub antefatis condicionibus ex nullo modo prædicto *recludi* [8] eam concedimus.

1. εἴ τις ἐπ᾽ αἱρέσει.
[1] alii
[2] ſubjici, *alii*, ſubjectis
[3] maſculis
[4] fœminis,
[5] fungantur,
[6] forma conſtituta
[7] *abeſt.*
[8] reduci, *alii*, excludi.

CCCCLXXXV. *Idem.*

59. Si mulier vel vir ad ſolitariam vitam tranſierit, & libetos non habeat, res ejus Monaſterio competant, in *quo* [1] intravit. Sin autem talis perſona libetos habeat, liceat ei ſubſtantiam ſuam *liberis diſtribuere* [2]: ſic tamen, ut nulli eorum legitimam portionem deminuat, & ſibi *retineat* [3] unius filii *partem* [4] ad Monaſterium ſcilicet *perventuram* [5]. Quod ſi antequam *divideret* [6] intet *liberos* [7] ſuos ptopriam ſubſtanriam, in Monaſterio deceſſerit: ſola legitima portio liberis *ejus* [8] defetatur.

1. εἰ δὲ γυνή.
[1] quod
[2] inter liberos dividere, *alii*, inter filios dividere:
[3] remaneat
[4] pars
[5] perventura.
[6] delibaret
[7] filios
[8] *abeſt.*

CCCCLXXXVI. *Idem.*

60. Si ſponſalia *legitime* [1] inter ſponſum & ſponſam contracta fuerint: deinde antequam nuptiæ celebrentur, ſponſus vel ſponſa in-

1. μνηστείας δὲ.
[1] legitima

traverit in Monaſterium: id quod arrarum nomine datum eſt, in ſimplum *tantum* [a] reddatur, & pœna utrique parti remittatur.

[a] *abeſt.*

CCCCLXXXVII. *Idem.*

61. Si conſtante matrimonio ſolus vir, vel ſola uxor ad ſolitariam vitam tranſierit, & *Monachicum* [1] habitum acceperit: hoc ipſo matrimonium diſſolvatur, etiam nullo repudio miſſo. Et ſiquidem ſolus vir Monachus factus eſt, reddat mulieri dotem, & quidquid *aliud* [2] ab ea ſuſceperat, & propter nuptias donationis tantam partem, quantam mulier accepiſſet ex morte mariti ſecundum dotalium inſtrumentorum tenorem. Sin autem mulier Monacha facta *ſit* [3]: maritus quidem retineat nuptialem donationem: mulier autem recipiat dotem ſuam, excepta illa portione, quæ apud maritum ex morte mulieris ſecundum pacta dotalia reſidere debet. Sed & quidquid aliud mulier apud maritum habuerit, reſtituatur eidem mulieri. Quod ſi utraque *perſona* [4] ſolitariam vitam elegerit, unaquæque perſona res ſuas accipiat: & nemo nihil *neque* [5] lucretur, neque detrimentum ſentiat. Sed maritus quidem retineat propter nuptias donationem: mulier autem recipiat dotem *ſuam* [6], & quidquid aliud marito dediſſe *probetur* [7]. *Hæc* [8] omnia tam de ſponſo *quam de* [9] ſponſa *& viro* [10] & uxore ſtatuta ſunt, niſi altera pars alteri quippiam donare vel concedere velit.

Θ. εἰ δὲ [illegible]. [1] Monachi. [2] aliunde. [3] fuerit. [4] pars. [5] *abeſt.* [6] *abeſt.* [7] probatur. [8] Hæc autem. [9] &. [10] quam de marito.

CCCCLXXXVIII. *Idem.*

62. Non liceat parentibus liberos, vel liberis parentes hereditate ſua repellere Monachos factos, quamvis dum Laïci *fuiſſent* [1], in cauſa ingratitudinis inciderint.

Θ. [illegible]. [1] fuerint, *alii*, fuerant. *Gratian.* fuerunt.

CCCCLXXXIX. *Idem.*

63. Non liceat parentibus ſuos liberos ad ſolitariam vitam tranſeuntes de *Monaſteriis* [1] abſtrahere.

Θ. [illegible]. [1] Monaſterio.

CCCCXC. *Idem.*

64. Si quis Monaſterium ſuum reliquerit, & ad aliud Monaſterium tranſierit: res ejus priori Monaſterio, in *quo* [1] ante *intraverat* [2], competant.

Θ. ἐὰν Μοναχός. [1] quod. [2] introierat, *aliis* intravit.

CCCCXCI. *Idem.*

65. Agant ſollicitudinem Epiſcopi, ut neque Monachi neque Monachæ in civitatibus ambulent: ſed ſi quas habent neceſſarias cauſas, eas agant per Apocriſarios ſuos, ipſi vel ipſæ in Monaſteriis permanentes.

Θ. [illegible].

CCCCXCII. *Idem.*

66. Si Monachus Laïcus factus fuerit, honore *& cingulo* [1] ſpolie-

Θ. ἐὰν Μοναχός. [1] cinguli

tur, & res ejus Monaſterio addicantur; quod ab eo relictum eſt, inſtante Epiſcopo loci, & Præſide Provinciæ, ipſe quoque in Monaſterium mittatur. Quod ſi iterum *Monachicam* [a] vitam reliquerit, tunc eum Præſes Provinciæ in qua inventus ſit, teneat, & Taxeotis ſuis connumeret.

[a] Monaſticam

CCCCXCIII. *Idem.*

67. Si quis rapuerit, vel ſollicitaverit, vel corruperit *Aſcetriam* [1] vel Diaconiſſam, vel *Monaſtriam* [2], vel aliam *mulierem* [3] Religioſam *vitam* [4] vel habitum habentem, bona ipſius, & eorum, qui *hujus* [5] ſceleris communione contaminati ſunt, Religioſo loco vindicentur, in quo talis mulier habitabat, per Religioſos Epiſcopos, & Oeconomos, & Præſides Provinciarum, & Officiales eorum. Ipſi autem capitali *periculo* [6] ſubjiciantur. Mulier autem ubique inveſtigetur, & cum ſuis rebus Monaſterio cautiori *tradatur* [7]. Sin autem Diaconiſſa fuerit liberos habens legitimos, pars legitima liberis *ejus* [8] præſtetur. Quod ſi intra annum poſt cognitum tale ſcelus hujuſmodi res *a* [9] Religioſis locis non vindicentur, Comes *privatarum* [10] hæc noſtro fiſco addicat. Præſes autem Provinciæ ſi vindictam *tali crimini* [11] imponere ſuperſederit: & cingulo careat, & pœnam quinque librarum *auri* [12] dare fiſci juribus compellatur.

ἑ. ἢ τις ἁρπάσει.
[1] Ivo, matriculariam
[2] Gratianus. Monacham,
[3] Ivo, fœminam
[4] vitam ducentem,
[5] hujuſmodi
[6] ſupplicio
[7] tradatur per Epiſcopum.
[8] ejus legitimis
[9] *abeſt.*
[10] privatarum rerum
[11] talis criminis
[12] *abeſt.*

CCCCXCIIII. *Idem.*

68. Non liceat Laïco, præſertim ſcenicis viris & mulieribus & proſtitutis habitu Monachi vel Monachæ vel Aſcetriæ uti, vel quocumque modo imitari, nec in qualemcumque Eccleſiaſticum ſtatum liceat illudere. Si quis enim auſus *fuerit* [a] aliquid contra facere, & *corporales pœnas ſubſiſtat* [b], & exilio tradatur, cura & ſollicitudine Epiſcoporum & Clericorum qui eis ſubjecti ſunt, & Judicum tam civilium quam militarium, & Officiorum quæ eis obtemperant, & Defenſorum civitatum.

ἑ. τῶν δὲ κοσμικῶν.
[a] fuit
[b] corporalem pœnam ſuſtineat,

CCCCXCV. *De pœnis, quæ præſenti lege continentur.*

69. Pœnæ, quæ præſenti lege continentur, ſiquidem prioribus quoque legibus cognitæ ſunt, exerceantur non ſolum in futuro, ſed etiam in præterito tempore. Si quæ autem in hac lege per innovationem poſitæ ſint, in futuris tantum temporibus cuſtodiantur. DAT. KAL. MAII. CONSTAN. DN. JUST. PP. AUG. ANNO XX. POST CONS. BASILII ANNO V. INDICTION. IX.

ἑ. τὰς δὲ ποινάς.

CONSTITUTIO CXVI.

Διάταξις ρις΄.

CCCCXCVI. *De Samaritis.*

1. SAmaritæ liberam inter ſe licentiam habeant tam donandi, quam *contradendi* [1]: & ab inteſtato cognatis ſuis heredes exiſtant. Siquidem ex eodem gradu cognationis alii Samaritæ, alii Chriſtiani ſunt; *qui* [2] Chriſtianitate præfulgent, ipſi tantum in ſucceſſionem vocentur. Si autem Samaritæ quidem proximiores inveniantur, *Chriſtiani* [3] autem ulteriores fuerint, *Samaritanorum condicio* [4] præferatur. Si autem pœnitentiam egerint Chriſtianitatis imbuti myſteriis, ſimiles eſſe debent his, qui ab initio Chriſtiani fuerunt, *&* [5] nullam patiuntur deminutionem ex eo quod in ſuperiori tempore Samaritarum errore tenebantur. Si autem ex aſcendentibus *vel deſcendentibus* [6] perſonis Samarita *conſtitutus* [7] teſtamentum fecerit: liceat ei ſi quidem omnes Samaritas habet, omnes ex æquis ſcribere portionibus heredes, vel quemadmodum voluerit facere. Sin autem quoſdam Samaritas, quoſdam Chriſtianos aſcendentes vel deſcendentes habeat, uſque ad duas uncias liceat ei Samaritas heredes inſtituere; reliquæ autem unciæ ad Chriſtianos veniant, quamvis a teſtatore Samaritis adſcriptæ ſunt: niſi forte legata ex his Chriſtianis perſonis relicta fuerint. Similiter autem in ſucceſſione, quæ ex teſtamento *venit* [8], ſi Samaritæ pœnitentiam egerint, nullam patiantur læſionem. Chriſtiani autem & de inofficioſo teſtamento querellam habeant contra *Samaritarum* [9] teſtamenta uſque ad duas uncias. Hæc autem Conſtitutio & retrorſus vires ſuas extendit, id eſt, etiam in præteritum.
DAT. XVII. KAL. JUL. DN. JUSTIN. PP. A. ANN. XXV. POST COS. BASILII.

vers. [illegible]
[1] contrahendi:
[2] hi qui
[3] Chriſtianis
[4] Samaritanis Chriſtianorum conditio, *alii*, Samaritanorum conditioni
[5] ut
[6] [illegible]
abeſt.
[7] *abeſt.*
[8] [illegible]
[8] ſiue veniebat,
[9] Samaritanorum

CONSTITUTIO CXVII.

Διάταξις ριζ΄.

CCCCXCVII. *De alienationibus prohibitis in teſtamento vel codicillis.*

1. SI quis prohibuerit alienationem rerum extra ſuam propriam familiam faciendam, ut ſi ſine liberis deceſſerit, unus ex his qui filii ſunt & heredes teſtatoris, ad ceteros res perveniant: liberis natis, ceſſat alienationum prohibitio. Ideoque liberi procreati etiam ad extraneos eaſdem res transferre non prohibentur. 1. [illegible]

CCCCXCVIII. *Idem.*

2. Si quis extra familiam ſuam alienationem fieri prohibuerit, & omnes qui res conſecuti ſunt, vel omnes res, vel quaſdam ex his alienaverint, videntur fideicommiſſo invicem renunciare. *Ibidem.*

CCCCXCIX. *Idem.*

ſ. ἐπὶ δὲ γ. 3. Si quis prohibuerit extra ſuam propriam familiam rem alienare, & adjecerit, ut neque filii, neque deinceps perſonæ quæ ſucceſſerint ei qui *prius* [1] *accepit* [2], rem eandem ad extraneum transferant: deinde quatuor *proceſſerint* [3] ſucceſſiones, quæ familiæ nomine continentur, & ultimus heres per medium impuberem ſucceſſor extiterit: liberam facultatem habeat & in extraneos homines rem cujus alienatio prohibita eſt, *transferre* [4]: id eſt ſi tertius heres impubes fuerit, *primo* [5] herede inter quatuor ſucceſſiones reputato. Hoc enim mens Conſtitutionis *ſignificat* [6].

[1] primum, *alii*, primus
[2] acceperit,
[3] proceſſerunt
[4] tranſmittere:
[5] & primo
[6] *vet. Cod. addit.* Id eſt ſi tertius heres impuberis fuerit.

Διάταξις ρκʹ.

CONSTITUTIO CXVIII.

D. De argenti diſtractoribus, qui & Argyropratæ vocantur.

ſ. ἐπιζητεῖν νόμον. 1. Liceat Argyropratis [a] ſi habent principalem debitorem & fidejuſſorem ejus, pactum conventum componere, ut poteſtatem habeant prius fidejuſſorem pulſare, quamvis principalis reus locupletiſſimus fuerit.

[a] *Argyropratis*] *A. A.* Argenti diſtractor Novell. 4. cap. 1. Argentarius a veteribus dictus, quod argentea vaſa venderet Novell. 136. cap. 4. & auctionibus præeſſet, ac nominibus faciendis. Vide Dig. & Cod. de edendo. *Pith.* Ἀργυροπράτης ὁ ἀργύρεον πρατίζης τραπεζίτης. Argenti diſtractor, pecuniarum venditor. Hiſtor. Miſcellan. in Juſtin. 2. Accerſitis ſophia piiſſima Auguſt. pecuniarum venditoribus & notariis juſſit deferri cautiones debitorum & breves, & præbuit eas debitoribus.

D I. Idem.

ſ. δόκησιν δέ. 2. Argenti diſtractoris militia, vel liberorum, vel cognatorum ejus, in *præſumptione* [1] a creditoribus ipſius hypothecæ titulo ſit obligata. Et ex contrario militia ejus, qui Argyropratæ debitor eſt, aut liberorum ſive cognatorum ipſius, præſumptione argenti diſtractori ſupponatur.

[1] præſumptionem

D II. Idem.

ſ. κατὰ τὸν φόρον. 3. Si quis argenti diſtractori crediderit, ut res aliquas ex pecunia ſibi mutuata emeret, & cum ipſo pepigerit in ſcriptis, ut res quæ fuerit ex ea pecunia comparata, titulo hypothecarum ſibi obligata ſit, omnibus aliis in eadem re præferatur.

D III. Idem.

ſ. οἱ μὴ τὴν ἀξίαν. 4. Liceat argenti diſtractoribus & ipſas ſpecies quas præſtiterint vindicare, niſi æſtimationem earum acceperint.

D IIII. Idem.

ſ. ἐκτὸν δὲ τόκον. 5. Argenti diſtractores pro pecuniis quas crediderint uſuras uſque ad beſſem

ad beſſem centeſimæ capient. Et *notandum eſt* [a], quod in *diſtractione* [b] *ſine* [c] ſtipulatione *memorata* [d] uſura *exigatur* [e].

[a] & non deeſt, *forte*. & non obeſt, [b] ſtricta actione, *alii*, inde ſcripta, *forte*, non ſcripta actione [c] ſive [d] & mora [e] exigitur.

D V. Idem.

6. Quicunque cum Argyroprata contrahunt, ſi cautiones vel ratiocinia fecerint manu ſua ſive conſcripta, ſive ſubſcripta, teneantur perſonalibus actionibus : tunc autem & hypothecariis ſupponantur, cum dixerint aliquid quod ad hypothecarum intellectum tendit. In præteritis autem tantummodo uſura exigatur, quæ uſque ab beſſem centeſimæ producitur. Quod ſi de ſingulis cauſis ſcriptum fuerit in ratiociniis vel manu ejus qui cum Argyroprata *contraxit* [a], vel ſubſcriptum ab eo fuerit, vel confirmatum : ſive quod fœnerariciam cautionem quaſi mutuatus expoſuit, ſive quod tranſegit : nullæ probationes exigantur de ſingulis cauſis ab Argyroprata, ſed tantum intra tempora exceptionis non numeratæ pecuniæ liceat ei jusjurandum inferre.

6. καὶ τοῖς. [a] contraxerit,

CONSTITUTIO CXIX.

Διάταξις ριθ'.

D VI. De ſanctis quattuor Conciliis.

1. Quatuor ſanctorum Conciliorum Canones pro legibus habeantur.

1. Συνόδων

D VII. De ordine Patriarcharum.

2. Papa Romanus prior omnibus Epiſcopis & Patriarchis ſedeat, & poſt illum Conſtantinopolitanæ civitatis Epiſcopus.

verſ. καὶ ἡ ... νέα.

D VIII. De Archiepiſcopo primæ Juſtinianæ.

3. Archiepiſcopus primæ *Juſtinianæ* [a] habeat ſibi ſubjectos Epiſcopos Daciæ Mediterraneæ, & Daciæ Ripenſis : Item *Prevalenos* [b], & Dardaniæ, & Myſiæ ſuperioris, & Pannoniæ. Sed & ille ab ipſis conſecretur, & *eadem* [c] jura ſuper *eos* [d] habeat, quæ Papa Romanus habet ſuper Epiſcopos ſibi ſuppoſitos.

Ibidem. [a] *adde*, Eccleſiæ [b] Prævalenſis, *aliàs*, Triballeæ, *Vide Niceph. Callist. lib. 17. cap. 28. de Donat. Conſtantin.* ſp. [c] *dole.* [d] ipſis

D IX. De Epiſcopo Charthaginienſi.

4. *Maneant* [a] jura *priſtina* [b] Epiſcopo Carthaginienſi, & aliis Metropolitanis, & omnia privilegia. Item omnia ſolacia & liberalitates Religioſis locis datæ firmiter maneant.

verſ. καὶ τὰ ... [a] Permaneant [b] præſtita

D X. De Privilegiis poſſeſſionum ad venerabiles locos pertinentium.

5. Poſſeſſiones ad Religioſas domos pertinentes nullam deſcriptionem [a] agnoſcant : niſi ad conſtructiones viarum, vel pontium ædificationes : ſi tamen habuerint poſſeſſiones intra territorium conſtitutas illius civitatis, in qua talis deſideratur deſcriptio. Habeant

1. οὐς ...

KKkk

ᶦ abeſt. autem immunitatem in ſordidis muneribus, *& extraordinariis* [1], & lucrativorum deſcriptione.

ᵃ *Deſcriptionem*] *Pith.* Procopius. Ἀνεκδότοις. τὰ δὲ τῶν διαγραφῶν ὡς συντομώτατα φράσαντι ἀπηλλάχθαι τὰς πόλεις αἰσχύνη· ὥσπερ τάς τε ἀφορμὰς καὶ τοὺς τρόπους ἐν τῷ παρόντι ἀφίημι λέγειν, ὡς μή μοι ὁ λόγος ἀπέραντος εἴη. πάντες οἱ τὰ χωρία ἔχοντες καταπηδῆντες κατὰ λόγον τῆς ἐπιβολῆς ἑκάστῳ φορᾶς. Vet. κατ' ὀλίγον. Meminit Sudas, διαγραφή.

DXI. *De præſcriptione quadraginta annorum Venerabilibus locis competente.*

6. ἀντὶ δὲ τῆς χρονίου. ¹ decem, ² neque ³ curriculi præſcriptio ⁴ opponantur, ⁵ abeſt. ⁶ religioſis rebus,

6. Neque *decennii* [1], neque viginti *vel* [2] triginta annorum *præſcriptio* [3] Religioſis domibus *opponatur* [4], ſed ſola quadraginta annorum *curricula* [5], non ſolum in ceteris *rebus* [6], ſed etiam in legatis & in hereditatibus.

DXII. *De ædificatione Venerabilium locorum.*

7. εἰ δέ τις. ¹ veniat ² oraverit, ³ Quod ⁴ locum

7. Nemo Oratorium ædificare audeat, antequam Epiſcopus *venerit* [1], *& exoraverit* [2], & venerabilem crucem in eodem loco defixerit. *Qui* [3] autem ſemel inchoavit, neceſſe habet *opus* [4] implere, vel ipſe vel heredes ejus: & neceſſitatem ei debent imponere Epiſcopi & Oeconomi & civiles Magiſtratus.

DXIII. *Si quis in Proaſtio, vel domo, vel fundo Eccleſiaſtica munera fecerit.*

8. ἐάν τις ἐν τῷ ἰδίῳ.

8. Si quis in Proaſtio, vel domo, vel fundo auſus fuerit Eccleſiaſtica munera facere ſine Clericis locorum Epiſcopo ſubjectis: dominio eorum cadat, & veniat eadem res ad Eccleſiam. Sin autem ignorante domino hoc fuerit factum: hi, qui peccaverunt, ſive Emphyteutæ, ſive procuratores ſunt, de Provincia expellantur, & ſubſtantia eorum addicatur Eccleſiæ illius territorii, intra quod tale delictum contigerit.

DXIIII. *Si quis in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti hereditatem vel legatum reliquerit.*

9. ἐάν τις εἰς ὄνομα. ¹ in quo

9. Si quis in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti hereditatem vel legatum reliquerit, capiat id quod derelictum eſt, Eccleſia illius loci *quo* [1] domicilium teſtator habebat.

DXV. *Si quis in nomine ſancti Martyris hereditatem vel legatum reliquerit.*

10. εἰ δέ τις εἰς ὄνομα.

10. Si quis in nomine ſancti Martyris hereditatem vel legatum reliquerit, ſiquidem ejuſdem nominis plures ſunt in eodem loco oratoriæ domus, capiat lucrum illa quæ pauperior eſt, niſi aliud nominatim teſtator expreſſerit. Quod ſi talis domus in civitate non inve-

niatur, ſed in territorio ejus ſit, illi detur. Si autem neque in territorio reperitur Eccleſia illius ſancti: neceſſe eſt, ut lucrum *ſit* [a] Eccleſiæ illius civitatis in qua teſtator domicilium habuit. [a] detur

DXVI. Si quis in ultima voluntate domum Religioſam fieri diſpoſuerit.

11. Si quis in ultima voluntate domum Religioſam fieri diſpoſuerit, Oratoria quidem ab heredibus ejus intra quinquennium ædificare oportet: Xenones [a] autem, & alia pia loca intra annum fieri decet, imminentibus tam Epiſcopis, quam Magiſtratibus. Quod ſi opus fieri intra annum non poſſit, neceſſitatem habeant heredes domum comparare vel conducere, in qua poterunt ea quæ teſtator voluit, adimplere, donec opus ædificii perficiatur. Et ſi is, qui teſtatus eſt, dixit, quos vult Xenodochos, vel Ptochotrophos, vel alios hujuſmodi fieri, voluntas ejus conſervetur. Vel ſi heredibus ſuis electionem dedit, ut faciant ipſi quem velint, ſimiliter voluntas ejus cuſtodiatur. Liceat autem Epiſcopis a teſtatore deputatos Xenodochos vel Ptochotrophos vel alios mutare, ſi non inveniantur idonei; eodem obſervando, & ſi teſtatoris heredes elegerint hominem non idoneum ad miniſterium, vel adminiſtrationem locorum. [illegible]

[a] *Xenones*] Vide quæ ſupra notata ad Conſtitut. 63. cap. 5. in verbo *Xenon*.

DXVII. De Redemptione Captivorum vel alimoniis Pauperum.

12. Si pro redemptione Captivorum legatum vel hereditas relicta fuerit, vel pro alimoniis Pauperum: ea, quæ teſtator juſſit, cogatur heres implere. Quod ſi non expreſſerit is, qui teſtatus eſt, cujus loci Pauperibus alimonias dari oportet, Epiſcopus locorum relictam quantitatem diſtribuat inter Pauperes ejus loci, in quo teſtator domicilium habuit. Item quod pro redemptione Captivorum relictum eſt, adminiſtrari debet aut ab eo, quem teſtator ad hoc deputavit: aut ſi nemo ab eo nominatus eſt, ab Epiſcopo & Oeconomo pietatis *opus* [a] impleatur. Omnia enim facta ad pietatem pertinentia Epiſcoporum intereſſe oportet, quamvis teſtatores, vel donatores verba contrariæ voluntatis expreſſerint. [illegible] [a] locum

DXVIII. Si heredes piam diſpoſitionem implere noluerint.

13. Si per publicas perſonas heredes admoniti juſſa teſtatoris implere diſtulerint, omne lucrum quod eis relictum eſt, auferatur cum fructibus & ceteris emolumentis; quæ *medio* [a] tempore acceſſerunt. Neglegente autem Epiſcopo, liceat etiam Metropolitanis hujuſmodi cauſas diligenter inquirere. [illegible] [a] eodem

DXIX. Ut propter pias cauſas Falcidia minuatur.

14. Si dixerit heres ſubſtantiam a teſtatore derelictam ad impenſas pias non ſufficere: ceſſante lege Falcidia, ea, quæ relicta ſunt, im- [illegible]

pendantur in illas cauſas, quas teſtator voluit, cura ſcilicet & diligentia locorum Epiſcopi.

DXX. Ut intra ſex menſes pia voluntas impleatur.

θ. εἰ δὲ λεγάτον ἀφῇ τινος.

15. Si legatum quod pie relictum eſt, intra ſex menſes numerandos ex eo tempore, quo teſtamentum intimatum eſt, heredes diſtulerint ſolvere: fructus & uſuras & omne emolumentum ex tempore mortis teſtatoris perſolvere cogantur.

DXXI. Quando legata relicta liceat permutare.

θ. εἰ δὲ λεγάτον ἐτήσιον.
[a] legatum eſt, non liceat hoc permutare. Sin autem perſona vel locus longe poſitus ſit a quibus hujuſmodi legatum relictum eſt, tunc liceat eis, quibus hoc relictum eſt, permutare, & in proximo loco accipere ſcilicet in majore
[b] &
[c] viginti

16. Si annale legatum Religioſo loco relictum fuerit, ſiquidem vicinus ſit locus vel perſona a qua *relictum eſt, maneat in ſuo ſtatu intactum. Sin autem procul ſit locus vel perſona a qua legatum eſt, liceat hoc permutare in majore* [a] reditu, ut quartam portionem plus in reditu habeat, *& ſi* [b] poſſeſſio vicina ſit & fertilis, & non multis prægravata tributis. Liceat autem hujuſmodi legatum ſecundum præfatam diſtinctionem, & vendere in *triginta* [c] quinque annos: & id quod datum fuerit, ad commoda ejuſdem Religioſi loci procedat.

DXXII. De teſtamento Epiſcopi vel Adminiſtratoris Venerabilis loci.

θ. [illegible]
[a] ſua propria
[b] conſummatæ

17. Quæcumque probatus fuerit Epiſcopus ante honorem Epiſcopatus habuiſſe, ea omnia, utpote *propria* [a] conſtituta, licentiam habeat ad quos ipſe voluerit ultima voluntate tranſmittere. Hoc amplius etiam poſt Epiſcopatum jure cognationis uſque ad quartum gradum quidquid ad eum pervenerit, tranſmittere poterit, ad quos ipſe voluerit. Ceteræ autem res alio modo ab eo adquiſitæ, dominio Eccleſiæ ſint, niſi forte *conſumpta* [b] ſunt ad redemptiones Captivorum, vel alimonias Pauperum, vel ad utilitates Eccleſiæ, vel ad alias ex pietate proficiſcentes cauſas. Eadem obtinere oportet & in Adminiſtratoribus cujuſcumque Religioſi loci, ut res quæ poſt commiſſam adminiſtrationem ad eos pervenerunt, hiſdem ſubjiciantur diſtinctionibus.

DXXIII. De ſucceſſione ab inteſtato veniente Epiſcopi vel Clerici.

θ. εἰ δέ τις ἐπίσκοπος.
[a] prius

18. Si Epiſcopus vel Clericus cujuſcumque gradus Eccleſiaſtici Miniſter ſine teſtamento & ſine cognatione deceſſerit, hereditas ejus non ad fiſcum, ſed *potius* [a] ad Eccleſiam devolvatur. Et ſi Diaconiſſa fuerit, ſimili modo.

DXXIIII. De contractibus eorum, qui fidem Catholicam non recipiunt.

θ. [illegible]

19. Non liceat Catholicæ fidei Chriſtianorum alienis hominibus veluti Paganis, vel Judæis, vel Hæreticis poſſeſſiones habere Emphyteuſeos vel conductionis titulo, in quibus Orthodoxæ Religionis Ec-

cleſiæ miniſteria celebrantur. DAT. XI. KAL. APR. DN. JUST. PP. A. ANN. XVIII. POST BASILII V.C. COS. ANN. IIII.

CONSTITUTIO CXX. Διάταξις α'.

DXXV. De officio in examinatione provocationum miniſteria præbentium, & de appellationibus.

1. SI Prætorii Paphlagoniæ & Honoriados provocatio porrecta fuerit, eaque introducta ſit in ſacrum auditorium Præfecti Prætorio, conſidente ſcilicet *eminentiſſimo* [1] Quæſtore ſacri Palatii, officium Præfectianum oportet miniſterium exhibere, & ceſſare Quæſtoris officium, id eſt eos qui in divinis militant ſeriniis [a]. Idem dicimus & ſi porrecta fuerit appellatio Moderatori *Elenoponti* [2]. Idem dicendum eſt, & ſi provocatum ſit adverſus ſententiam Proconſulis Cappadociæ, vel Proconſulis Armeniæ, vel Prætoris Lycaoniæ, vel Prætoris Piſidiæ, vel Prætoris Iſauriæ, ut in iſtis omnibus Provinciis provocatio porrecta, & introducta in auditorium Præfecti Prætorio, conſidente quidem Quæſtore, examinetur. Præfecti autem Officiales tantum exercendæ provocationi miniſterium præbeant, nullam communionem habentibus his, qui in divinis noſtris ſcriniis militant. Quod ſi Comiti Orientis provocatio data ſit, commune miniſterium exhiberi oportet ab Officialibus Præfectorum, & ab his, qui in *divinis* [3] militant. Comiti autem Galatiæ vel Phrygiæ provocatio data ad Officiales *ſolos* [4] Præfectorum pertineat. Et hæc omnia pertinere oportet, ſive ex noſtra juſſione ſpecialiter judicium delegatum fuerit *nuper inventis* [5] Judicibus, ſive citra ullam juſſionem noſtram ex auctoritate juriſdictionis ſuæ judicaverint, & adverſus eorum *ſententiam* [6] porrecta fuerit provocatio. Et hæc dicimus de his Magiſtratibus, qui a nobis aliquam innovationem receperunt, & quodammodo in *alia figura* [7] tranſlati ſunt. Nam in his, qui nullam receperunt innovationem, *eandem obſervantiam* [8] in exhibendis miniſteriis cuſtodiri præcipimus, quam vetuſtas ab antiquis temporibus introduxit, & conſuetudo inconcuſſa firmavit.

[1] excellentiſſimo
[2] Helenoponti.
[3] divinis ſcriniis
[4] ſolum
[5] enumeratis
[6] ſententias
[7] aliam figuram
[8] eadem obſervantia

[a] *Qui in divinis militant ſcriniis*] *Pith.* Scriniarii. Οἱ ἐν τοῖς σηκρέτοις τῶν ἐπιμεμελημένων στρατευόμενοι. οἱ χαρτοφύλακες τοῦ βασιλέως ἤτοι τῶν βασιλικῶν χαρτῶν. οἱ ὑπογραφεῖς. οἱ κιστοφόροι. οἱ χαρτοφύλακες τῶν βασιλικῶν διαταξέων. Quodcumque enim Imperator per Epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decrevit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. D. Auguſtinus contr. Fauſt. Manich. lib. 12. cap. 23. quid eſt enim aliud hodie gens ipſa niſi quædam ſcriniaria Chriſtianorum bajulans leges?

CONSTITUTIO CXXI. Διάταξις ια'.

DXXVI. De Privilegiis Dignitatum.

1. INluſtribus [a] quidem perſonis, & his qui ſupra eos ſunt, omnimodo neceſſitas imponatur, lites pecuniarias per Procuratores

inferre vel excipere: eodem Juris tenore obtinente, & ſi injuriarum judicium criminaliter fuerit motum ſecundum privilegia hujuſmodi *viris* [a] a Zenoniana præſtita Conſtitutione. Clariſſimis autem perſonis, id eſt, Comitibus [b] & Tribunis libera licentia ſit, quod voluerint facere, id eſt, aut per ſemetipſos judicia peragere, aut per Procuratores, quos elegerint, ſuis allegationibus uti.

[a] juris

[a] *Inluſtribus*] *Pith.* L. Caſſatis Cod. Theodoſ. Vide L. 1. C. ut omnes Judices, & L. 11. C. de Aſſeſſorib. Iſidorus lib. 9. Etimolog. cap. 4. Sidonius. Invenimus illas tenere inter ſpectabiles principem locum. Sed dicitis viros Eucherium & Pannichium illuſtres haberi. Gloſſ. Ἰλλούστριος λέγεται ὁ ἐνδοξότατος κόμης τῶν δομεστικῶν καὶ [illegible]. Illuſtres quoſdam reddit honor, additus ab Imperatore, quos ipſa quidem adminiſtrationis conditio ſpectabiles novit. L. omnes C. de metat. dignitatis nomen pro cognomento Heſychio Mileſio Diogenis Laërtii breviatori inepte attributum.

[b] *Comitibus*] *Pith.* L. 1. C. ne rei militaris. L. 1. C. ut omnes Judices. Vid. Cod. Theodoſ. de Comitib. rei militar.

Διάταξις ρκϛ'.

CONSTITUTIO CXXII.

DXXVII. Ut ipſo litis initio litigatores jurent, quod nihil Judicibus dederunt, aut promiſerunt.

1. QUotieſcumque apud quoſlibet Judices lis aliqua inchoatur, vel appellationis examen agitur, oportet ipſas principales perſonas litigantium, vel eos ad quos, *pendenti adhuc judicio* [1], cauſa tranſlata eſt, in ipſo diſceptationis exordio, tactis ſacroſanctis Scripturis, Sacramentum præbere, quia nihil penitus Judicibus aut patrocinii cauſa ipſis vel cuicunque alii perſonæ pro hac cauſa quolibet modo dederunt, aut promiſerunt, aut poſtea dabunt vel per ſe, vel per interpoſitam perſonam, exceptis his, quæ propriis Advocatis pro patrocinio *præſtant* [2], vel aliis quibus ex legibus aliquid dari permittitur. *Sed* [3] etſi in ſacro auditorio [a] conſultatio *celebratur* [4], debent ſub præſentia Senatorum hoc idem partes jurare. Quod ſi forſitan aliqui ex litigatoribus non poſſunt ad Judices pervenire: præſentes quidem litigatores ſimiliter jurare debent; ad abſentes vero ex officio deſtinari oportet competentes perſonas una cum adverſariis, ut præſentibus eis ſimili modo jusjurandum detur. Niſi forſitan pro *adverſa* [5] parte mulier ſit honeſtiſſima, quæ ſe non ſoleat extraneis viris oſtendere. Etenim ſub præſentiam tantum Officialium qui miſſi ſunt, non etiam adverſarii, credere debet ſacramentum. Quod ſi uterque litigatorum, vel alteruter abſens fuerit, oportet eum qui abſens eſt, in ea Provincia *qua* [6] degit, inter acta apud Judicem exinde Provinciæ vel defenſorem idem ſacramentum præſtare. Quod ſi præſens vel abſens litigator noluerit jusjurandum ſubire, & hoc Judici *manifeſtatum* [7] fuerit: ſiquidem actor eſt, condemnabitur quatenus actione ſua cadat: ſin vero reus eſt qui jurare non vult, condemnatur in ea quantitate *in qua* [8] conventus eſt. Plane ſi confeſſus ſit litigatorum

[1] pendens adhuc in judicio
[2] præſtent,
[3] abeſt.
[4] celebretur,
[a] [illegible]
[5] adverſaria
[b] [illegible]
[6] in qua
[7] manifeſtum
[c] [illegible]
[8] qua

aliquis dediſſe, vel promiſiſſe, *&* [9] perſonam dixerit, cui dedit aut promiſit, & hoc ipſum probaverit: a prædicta pœna immunis erit, & veniam mereatur. Hic autem qui convictus erit, ſub tali delicto, ſiquidem in pecuniaria cauſa, ſpoliabitur Magiſtratus ſui poteſtate: & ejus quidem quod accepit, triplum fiſco reſtituet; ejus verò quod ei promiſſum eſt, duplum fiſco præſtabit. Sin autem criminalis ſit cauſa, publicabitur, & in exilium mittetur. Quod ſi litigator non potuerit oſtendere id quod datum vel promiſſum *dicitur* [10], oportet eum cui datum vel promiſſum dicitur, jurare, quod neque per ſe, neque per quamlibet aliam perſonam datum ſibi aliquid vel promiſſum eſt: ita *enim* [11] ipſe quidem pœnam evitabit; litigator vero, qui non potuit eum convincere, ſiquidem pecuniaria cauſa ſit, æſtimationem litis fiſco præſtabit; lis autem *cepta* [12] legitimo modo determinetur. Quod ſi criminalis fuerit cauſa, bona ejus publicantur omnia: cauſa vero ſimiliter legitimum finem accipiat apud competentes Judices. Quod ſi recuſet dare jusjurandum *is* [13], cui *dicitur* [14] datum aliquid vel promiſſum fuiſſe, eiſdem pœnis *ſubmittitur* [15]. Enimvero ſi litigator ſacramentum dederit, quod neque promiſerit, neque dederit aliquid, & poſt ſententiam *intra* [16] quattuor menſes convictus ſit perjuraſſe, veniam nullam merebitur: ſed eiſdem pœnis tam ipſe qui dedit, quam ille qui accepit, ſubjicientur. Quod ſi per tutorem vel per curatorem lis exerceatur, jusjurandum quidem ipſi præſtare neceſſe habebunt: alioquin eiſdem pœnis ſubjiciantur; minoribus vero nullum præjudicium ex hoc generabitur.

[9] cum
[10] eſt,
[11] tamen
[12] certa
[13] quis,
[14] *abeſt.*
[15] ſubjicitur.
[16] infra

[a] *Sacro auditorio*] Vide notata ad Conſtitut. 17. cap. 2. in eodem verbo.

DXXVIII. Ut perhibeant Judices ſupra dictum modum ſportulas exigi.

2. Neque civilis, neque militaris Judex in quacumque Provincia permittere debet executoribus litis ultra modum legitimum ſportularum a quacumque perſona *capere* [1] aliquid vel exigere, ſive Magiſtriani [a], ſive Præfectiani, vel etiam ex divina juſſione dati ſint Executores. Quod ſi invenerint aliquem amplius exegiſſe, debent eundem conſtringere, vel includere: & quod amplius *exegit* [2], in quadruplum ab eo repetere: & ſimplum quidem ei, qui exactus eſt, reſtituere: triplum vero fiſco inferre. Quod ſi de hoc interpellatus Judex eum, qui ſuper exactus eſt, audire noluerit: quadruplum de ſuo fiſco *præſtabit* [3]. Idem eſt autem & ſi de officio ejus ſit *Executor* [4].

[1] [illegible]
[1] accipere
[2] exegerit,
[3] præſtare.
[4] exactor.

[a] *Magiſtriani*] *A. A.* Magiſtri militum miniſter. Vide Conſtitutionem 7. Græcam de Executoribus & Exactoribus. *Pith.* Agens in rebus Novell. 21. cap. 1. Novell. 69. cap. 9. [illegible] Magiſtri Officiales. Sulpitius Severus lib. 2. 135. Corrupte Magiſtris Officialibus. D. Ambroſius de Officiis lib. 3. Directio Magiſtri Officiorum ſtatuta. Agens in rebus imminebat. Action. 1. Concil. Chalcedon. Per virum devotum Severum Magiſtrianum, & quondam Subauditorem devotiſſimæ Magiſtrianorum ſcholæ, accepir. Item. Viginti duos

plus minos annos in ſchola devotiſſimorum Magiſtrianorum militans converſatus ſum, ſperans magnæ illius ſcholæ mereri privilegia.

DXXIX. *Si quis inlicite ſportulas exigatur.*

[illegible] ª reſiſtet.

3. Qui ſupra legitimum modum ſportulas exigitut, jure litis executori *reſiſtit* ª.

DXXX. *Idem.*

l. ἐπειδὴ δὲ νό-μος. ª *abeſt.* ᵇ habetur.

4. Lex *quæ* ª poſita eſt in primo libro Codicis, qua *cavetur* ᵇ, ne Judices ex ſuis ſententiis pronuntient: quod ex divina juſſione ſine ſcriptis habita præcipimus aliquem exhiberi ſive deduci: in ſuo robore cuſtodiatur.

DXXXI. *De Officio Referendariorum.*

vers. τὸν αὐτὸν νόμον.

5. Viri ſpectabiles Referendarii ª competentes divinas juſſiones Judicibus debent inſinuare. Cum autem ad divinas aures cauſam referunt, nullus eorum poterit, neque per ſe, neque per alium quemlibet tenere aliquem, vel fidejuſſores deſiderare, vel aliquid exigere, vel compellere quod tranſactionem vel pactionem aliquam cum adverſario ſuo faciat. *Nullatenus enim* ª in qualibet cauſa ſe immiſceat, ſed tantum *unuſquiſque* ᵇ divinas juſſiones *in* ᶜ ſcriptis vel ſine ſcriptis in quacumque cauſa prolatas competentibus Judicibus inſinuare debebit. Quod ſi contra hæc fecerint, is qui detrimentum paſſus eſt, vel circumſcriptus, nullum præjudicium circa jura *propria* ᵈ ſuſtinebit. Qui autem detrimentum intulit, hoc per competentem Judicem reſarcire *ei* ᵉ compellitur. DAT. XVI. KAL. JUL. POST CONS. BELISARII INDIC. VIII.

ª Et nullatenus ei ᵇ unus quis ᶜ vel ᵈ priora ᵉ *abeſt.*

ª *Referendarii*] Vide notata ad cap. 1. Conſtitut. 16. in verbo *Referendarios.*

Διάταξις ρκγ'.

CONSTITUTIO CXXIII.

DXXXII. *De Tranſitu militum.*

l. [illegible] ª expenſas ᵇ & non ᶜ apocha ᵈ cauta ᵉ diaſortarum

1. Quotiens expeditionis cauſa tranſitus militum fiet, oportet cum delegatoribus ª ſuis eo ſuccedere, qui ſumptus eorum provideat, ita ut ſingularum Provinciarum Judices apparatum faciant ſpecierum ad *impenſa* ª ſeu annonas eorum. Quas ſpecies optiones uniuſcujuſque numeri ᵇ ſine ulla dilatione ſuſcipientes militibus erogare poſſint, quintadecima videlicet parte pro ſolatio ᶜ ſibi retinentes, *&* ᵇ facientes ſolemniter *apochas* ᶜ ſive ᵈ *recauta* ᵈ de iiſdem impenſis, periculo Magiſtrorum militum, ſive Ducum, & Tribunorum ᵉ, & Comitum ᶠ, & ᵍ *Diaſoſtarum* ᵉ, & Delegatorum, & Præpoſitorum uniuſcujuſque numeri. Gratis autem nullatenus volumus ſumptus accipere milites a collatoribus, licet minime apparatæ fuerint eis annonæ. Neque autem introita ʰ a collatoribus exigenda

exigenda eſſe permittimus, quos inlæſos & indemnes undique conſervari juſtum eſt.

[a] *Delegatoribus*] *A. A.* Delegatores mittuntur ab exercitu, ut annonæ militibus præbeantur, a delegationis munere appellati. *Pith.* Lexicon Athanaſii. Δηλεγατίων κατὰ ῥωμαίοις ἡ ἐκταγὴ τῦ στρατοπεδεύσεως καὶ ἡ ἀννόνας μετακομιδή. Sudas. Αννόνων μετακομιδὴ ἡ δηλεγατίων ῥωμαϊκῶς. Impreſſ. ἡ δὲ λέξις ῥωμαϊκή. Idem. δηλεγατίων.

[b] *Numeri*] *Pith.* Τὰ ῥωμαίων τάγματα ἃ νῦν ἀριθμοὺς καλοῦσι. Sozom. lib. 2. cap. 8. Chriſoſtom. Homil. 22. in Act. Apoſtol. Inde Numerorum tribunatus L. ult. C. de teſtam. milit. Zonaras in Valentinian. Εἶτα χιλιάρχην ἀριθμοῦ τῆς ὑπερείας ἀνακληθέντα ἐποίησεν. Spartian. in Hadrian. Nulli vitem, niſi robuſto & bonæ famæ daret: nec tribunum, niſi plena barba faceret, aut ejus ætatis quæ prudentia & annis tribunatus robur impleret, nec paterent quicquam tribunum a milite accipere.

[c] *Solatio*] *Pith.* Solatium, Salarium. Τὸ ἐν παραμυθίας λόγῳ διδόμενον. Procopius. Ανεκδότοις. ὑποτεμνόμενος γὰρ τῶν χρημάτων τὸ πλεῖστον μέρος ὅπερ ἐν παραψυχῆς λόγῳ πολλοῖς χορηγεῖσθαι ἀνὰ πᾶν ἔτος πρὸς βασιλέως ἐκ παλαιοῦ διατέτακται· αὐτὸς μὲν τοῖς δημοσίοις οὐδὲ ἐπλούτει καὶ μεῖζον ἐνθένδε βασιλεῖ ἀνέφερεν· οἱ τὰ χρήματα ἀφῃρημένοι ἐν πένθει μεγάλῳ καθειστήκεσαν. Balſam. tit. 13. cap. 4. Nomocan. Photii. Gregor. in Epiſtolis.

[d] *Recanta*] *Pith.* Gloſſarium. Ῥέκαντον. ὑποχῆς εἶδος.

[e] *Tribunorum*] *Pith.* Tribuni militares diſtinguuntur a Tribunis qui numeros agunt. Novell. 3. Theodoſ. & Valentin. de amot. militar. for. præſcript.

[f] *Comitum*] *Pith.* Comites militares ab illuſtribus Comitibus diſtinguuntur L. 1. & ult. C. ne rei militar. comis.

[g] *Diaſoſtarum*] *A. A.* Nomen militaris miniſtri a conſervando dictum. Nov. 130. cap. 1. 6. 7. *Pith.* Διασώζων τὸ στράτευμα. Productor exercitus. Leo Imper. in legib. militar. Οἱ ἔξαρχοι καὶ οἱ ὁπωσοῦν διασώζοντες τὸ στράτευμα, ἐὰν ἀργυρολογῶσι τὰς χώρας, τὸ διπλάσιον ἀποδιδότωσαν.

[h] *Introita*] *Pith.* Ἵνα μηδὲ αὐτοὶ τοὺς ὑποτελεῖς ἀδικοῖεν, μηδὲ τὰς προφάσεις ἐκείνας ἃς εἰς ὑπέρειαν ἐπινοοῦντες Introitus τε καὶ ἴτεμ ὀνομάζοντες.

DXXXIII. *Idem.*

2. Milites pro annonis ſuis eas ſpecies accipere debent, quas per ſingula loca inveniri certum eſt, non autem quærere tales ſpecies, quæ in ea Provincia non inveniuntur, neque propter hoc vexare collatores. t. τὰ δὲ εἴδη.

DXXXIIII. *Idem.*

3. Si collatores ſumptus militibus erogaverint, & hoc ex recautis demonſtratur, Præfecti Prætoriorum ſine ullo detrimento vel aliqua dilatione compenſationem facere debent eorum, in tributis ejus indictionis [a], in qua erogati ſunt. Quod ſi ultra penſitationem Canonis erogati ſunt ſumptus, id quod *impenſum* [c] eſt, ex omni Canone *exinde* [d] Provinciæ reputare debebunt. Quod ſi nec ex omnibus tributis ejuſdem Provinciæ ſufficiunt, impenſæ ſuppleri ab unaquaque generali arca Præfectorum Prætorio debent, vel ex tributis ſequentis indictionis retineri a collatoribus, ſeu reputari ab his qui publica tributa exigunt, periculo Præfectorum & Tracteotarum [b] uniuſcujuſque Provinciæ nec non Judicum & Officialium eorundem, & ex-

t. τῶν δὲ ἀποδείξεων.
[c] ſuperimpenſum
[d] ejuſdem

ceptorum [a], & Curialium, & omnium, ad quos cura publica *reſpicit* [a].

a ſuſceptorum, *a* pertinet.

[a] *Ejus indictionis*]. *Pith.* Cedrenus. Ἐν τούτοις ἔτει τῆς ὀλυμπιάδων ἀπέβη πανήγυρις, ὅπερ τετρασὶ χρόνοις ἐπετελεῖτο. ἤρξατο δὲ ἡ τοιαύτη πανήγυρις ὅτε Μακκαβαῖος τῶν Ἰουδαίων ἐφυλάττετο ἕως τῆς ἀρχῆς τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου, καὶ ἤρξαντο ἀριθμεῖσθαι αἱ ἰνδικτοι. Septembri menſe incepit. Ambroſ. de Noë & arca. Septimus autem menſis ſecundum numerum qui September dicitur computatur, quia etſi a Septembri menſe annus videatur incipere, ſicut indictionum præſentium uſus oſtendit, tunc enim ſeminum jactus, nec tamen ex quo plenior gratia ſe incipit demonſtrare, ex eo anni origo ſubducitur. Trino luſtro digeritur, ſive trina tributi illatione completur. Sed hæc ſibi poſcunt libellum ſingularem. In Faſtis Græcis Conſtantinianarum Indictionum fit mentio, non ſimpliciter Indictionum, ut veriſimile ſit Indictionis nomen antiquius Conſtantino: & forſitan Diocletiani edicto indutum ſit. Vide Chronicon Beroaldi 181. Græci ſuos Cyclos a primo Diocletiani anno inchoabant. Jornand. apud Cuſpinian. in Conſul. Caſſian. 572. & ita poſt Theodoſium in Continuatore Euſebii non reperitur Olympiadis mentio, ſed apud Hieronymum finitur Olympias 280. Hiſtoria tamen Imperatorum continuat uſque ad 17. Conſulatum. Marcellinus Comes Orientale ſequutus Imperium a ſeptima Indictione & Conſulatu Auſorii & Olibrii quo Theodoſius Conſul creatus eſt Imperator continuaſſe Hiſtoriam ſe ſcribit.

[b] *Tractoriarum*] Vide notata ad cap. 1. Conſtitut. 22. in verbo *Tractoria*.

DXXXV. *Idem.*

§. καὶ πόλ.

4. Neque Magiſtri militum, neque milites occaſione tranſitus *adærationem aliquam* [a] a civitatibus vel Provinciis exigere audeant. Alioquin in duplum quidquid *perceperint* [b], reſtituere compellantur.

a exactione aliqua, *alii*, ad rationem aliquam *b* acceperint,

DXXXVI. *Idem.*

§. εἰ δέ τινες τῶν ὀψωνίων.

5. Si qui Duces, vel milites, vel optiones eorum recauta [a] non fecerint de impenſis ſibimet *rogatis* [b], debebunt conlatores ſimul convenire apud Judicem civitatis & Epiſcopum: vel ſi Judex præſens non ſit, apud Epiſcopum & Defenſorem, & inter acta deponere & Duces & exercitum *& quantitatem* [c] impenſarum, & quod recauta ab optionibus emiſſa non ſunt, ita ut Præfectis Prætoriorum hæc omnia referantur, qui prædictas impenſas, ſicut dictum eſt, reputent, & retineant eas ex eo, quod delegatum eſt de publico eiſdem Ducibus vel militibus.

b erogatis, *c* de quantitate

[a] *Recauta*] Vide notata in eodem verbo ad cap. 1. ſup.

DXXXVII. *Idem.*

§. οἱ δὲ ἡγεμόνες.

6. *Duces* [a] vel Diaſoſtæ [a] exercitus & Delegatores [b], ante ſe mittere ſemper debent Prometatores [c] ad ea loca, ubi perventuri ſunt milites, ut ſumptus eis *præparentur* [c], non autem ad alias civitates vel Provincias ſignificare tentent, quod venturus eſt exercitus, & propter hoc pretia quidem exigere. Nam ſi quid ejus rei gratia acceperunt, *oportet & hoc inter acta referri, & quod* [d] acceperunt, & quibus erogatum ſit, ita ut a Præfectis Prætorio reputatio fiat. Duces autem,

a Judices *c* præſtetur, *d* declarent quid

& Delegatores, & Diaſoſtæ qui acceperunt, duplam quantitatem reſtituant: Prometatores vero etiam *punire* ᶜ & in exilium mitti convenit. ᶜ puniri

ᵃ *Diaſoſta*] Vide notata in eodem verbo ad cap. 1. ſup.
ᵇ *Delegatores*] Vide notata in eodem verbo ad cap. 1. ſup.
ᶜ *Prometatores*] *A. A.* Pro præcurſoribus. Novell. 130. cap. 6. *Pith.* προμηνυταί. D. Ambroſius Hexamer. lib. 5. cap. 10. Quis Imperator piſcibus præceptum dedit? quis doctor hanc tribuit diſciplinam? qui metatores itinera diſponunt? qui duces iter dirigunt? Gloſſ. ἐπιμασία, apparatio, metatio. ἑτοιμάζω, præparo, meto.

DXXXVIII. Idem.

7. Si quis Judex Provinciæ cum Diaſoſta *conluſerit* ᵃ, ut militibus nullus apparatus impenſarum fieret, & propter hoc contigerit per diverſas civitates exercitum evagari, Magiſtratu ſuo privatus publicabitur, & in *exilium* ᵇ mittatur una cum Officio ſuo. Collatores autem indemnes conſervabuntur, vel ex recautis, vel ex fide geſtorum, ſicut ſuperius dictum eſt. ᵃ conluſerit, ᵇ exilio

DXXXIX. Idem.

8. Hæc omnia *placet* ᵃ obſervari, & quotiens gentis alicujus in auxilio noſtro *contigat* ᵇ tranſitus *fieri* ᶜ. ᵃ oportet ᵇ arceſſitæ ᶜ fiat.

DXL. Idem.

9. Nemo militum in ea cenatione ſibi hoſpitium vindicare audeat, in quam ipſe paterfamilias habitare ſolet. Debent enim in aliis partibus ædium ſibi hoſpitia quærere. DAT. V. KAL. MAR. CONSTANTIN. P. C. BASILII ANNO IIII. INDIC. VIII.

CONSTITUTIO CXXIIII.

DXLI. De exactionibus ſive delegationibus tributorum.

1. OPortet per ſingulos annos menſe Julio vel Auguſto particulares delegationes tributorum proxime futuræ Indictionis apud Præfectum Prætorio uniuſcujuſque Diœceſeos *apud acta* ᵃ manifeſtari, ſignificantes tam quantitatem eorum, quæ in ſpecie, vel in ære penſitanda ſunt ab unaquaque Provincia, ſive civitate pro ſingulis jugeribus, vel ᵃ *Juliis* ᵇ, ſive centuriis quam *æſtimationis* ᶜ ſpecierum quæ per ſingulas Provincias *erogantur* ᵈ, & quæ *in arcam inferendæ* ᵉ ſunt: ita ut tales delegationes dirigantur Judicibus ſingularum Provinciarum in initio uniuſcujuſque Indictionis. Judices autem Provinciæ proponant ea in civitatibus intra Septembrem vel Octobrem menſem, *ſed &* ᶠ exemplaria eorum volentibus edantur a Præfectis Prætorio. Quod ſi antequam intimentur, ſicut diximus, in alios titulos, & non in eos quos continet *exinde* ᵍ anni particularis dele- ᵃ in actis ᵇ juris ᶜ æſtimationem ᵈ erogatæ ſunt, ᵉ & quæ in arca inquirendæ ᶠ ſive ᵍ ejus

ª expenſum
ᵇ reputari
¹⁰ librarum auri pœnam
¹¹ *abeſt.*
¹² ad ſe delegationem in Provincia
¹³ auri

gatio, tributorum quantitas erogata ſit: id quod *depenſum* ª eſt, *deputari* ᵇ debebit in tributis ejuſdem Indictionis. Quod ſi intra præfinitum tempus non ſint deſtinatæ prædictæ delegationes, Præfectus quidem pro tempore triginta *libras auri* ¹⁰ præſtabit: Tracteotæ vero ejuſdem Provinciæ viginti librarum *auri* ¹¹ diſpendio multantur. Judex autem qui deſtinatam *delegationem* ¹² minime propoſuerit, decem libras auri damnificetur: amiſſionem quoque cinguli patietur. Officium autem ejus quinque libras *aureas* ¹³ præſtabit.

ª *Juliis*] *Pith.* Synopſis Baſilixῶν. Ἀλλὰ καὶ τῶν ζυγῶν ἤτοι ἰουλίων εἴτε ουαὶ κεντουρίων. Vide l. 6. C. Theod. de conlat. donat. Sic manuſcrip. exempl. 5. Modos quibus metirentur rura, alius aliter nominavit.

DXLII. *Idem.*

1. ὑπόμνημα Ἀ.
ª intra exordium
ᵇ rem
ᶜ exolvi

2. Inlationes ſpecierum *in exordio* ª uniuſcujuſque Indictionis fieri oportet. Ea autem quæ in *ære* ᵇ penſitantur, ſecundum conſtituta tempora *perſolvi* ᶜ debebunt.

DXLIII. *De Apochis publicis.*

ℓ. ὑπὲρ δὲ Ἀ.
ª ſi pro

3. Exactores tributorum plenarias vel ſecuritates ª ſive Apochas penſitantibus faciant, per quas ſignificent non ſolum quantitatem pecuniarum vel ſpecierum ſuſceptam, ſed numerum jugerorum vel Juliarum, vel Centuriarum, & nomina poſſeſſionum, pro quibus prædicta tributa ſuſceperint. Quod ſi aliter fecerit quis, decem librarum auri multa ferietur, & punietur. Judex vero *ſuper* ª hoc interpellatus, ſi neglexerit, decem libras auri pœnæ nomine dabit.

ª *Securitates*] *Pith.* Ἀποχή. ἀμεριμνία. ἀπόδειξις. L. 35. §. 2. C. de inoff. teſtam.

DXLIIII. *Idem.*

ℓ. καὶ περὶ Ἀ.

4. Si quis de collatoribus tributa exigatur, dubitet autem de modo poſſeſſionis cujus nomine tenetur, vel de ipſa quantitate tributorum, compellere debet Judex vel Epiſcopus ejuſdem loci cenſualem publicam proferre deſcriptionem, & ſecundum eam tributa perſolvantur.

DXLV. *Idem.*

ℓ. καὶ ἐν πόσῳ.
ª Nolumus autem

5. *Nolumus* ª Collatores compelli ad denominandos ſuſceptores eorum, quæ in ære in unaquaque civitate penſitantur: ſed ſive Judex ſit, ſive Curialis, ſive Exactores, ſive Vindices ª, vel Canonicarii ᵇ, ſive alii fuerint, ad quos publicæ exactionis periculum reſpicit, ipſi ſuo periculo ſuſcipiant tributa & erogent.

ª *Vindices*] *A. A.* Vindex exactionem tributorum curabat. Aliis quoque muneribus vacabat. *Pith.* Vindex tributa exigebat. Edicto 13. Εὗρεν ἐν τῷ [illegible] ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀναστασίου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, [illegible] Μαρινὸς ὁ τῆς ἐνδόξου [illegible] τὰ πράγματα [illegible], [illegible] [illegible], Ποταμίωνος

τελωνοῦντα τῶν δημοσίων τὰς Ἀλεξανδρέων προσόδους, κατὰ τὸ τοῦ βίνδικος σχῆμα. Corrupte opinor Evagrius lib. 7. cap. 42. Περιεῖλε δὲ καὶ τὴν τῶν φόρων εἴσπραξιν ἐκ τῶν βουλευτηρίων τοὺς καλουμένους βίνδικας ἐφ' ἑκάστῃ πόλει προβαλλόμενος, εἰσηγήσει φασὶ Μαρίνου τοῦ Σύρου τὴν κορυφαίαν διέποντος τῶν ἀρχῶν, ὃν οἱ παλαὶ ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἐκάλουν.

b *Canonicarii*] *A. A.* Qui exigebant Canonem, hoc eſt menſuram tributi. Vide C. de Canone largitionalium titulorum lib. 10. & de Canone frumentario urbis Romæ lib. 11. & Conſtitutionem 9. Græcam de exactionibus tributorum.

DXLVI. Idem.

6. Jubemus per ſingulas Provincias Canonicarios a deſtinati, qui tributa periculo nominatorum exigere debeant. *Expellentes* 1 autem nullo modo cum eis tranſmittimus. Si autem Canonicarius qui miſſus eſt, minus idoneus apparuerit, ſummoto eo, alius in locum ejus ſubrogetur : Expelleuta b vero nequaquam mittatur. *Contentis autem Canonicariis ſolacii ſibi conſtituti* 2, nec aliquod *detrimentum* 3 Collatoribus inferant.

ḟ. καὶ τῶν φυλαχθῶσιν. 1 Expelleutas
2 Contenti ſint autem Canonicarii ſolatiis ſibi conſtitutis,
3 damnum

a *Canonicarios*] Vide notata ad cap. præced. in eod. verbò.

b *Expelleuta*] *A. A.* Ab expellendo forte dictus duræ conditionis exactor. Aliquibus placet Expileutam dicere ab expilando. Conſtitut. 9. Græc. de exactionib. tribut. ἐξπελλευτής. *Pith.* Ἐξπελλεύται. Expellentes. Sudas. Ἐκπελλευθεῖσαι. ἐκβληθεῖσαι. Heſich. Ἐκπελλεῦσ. ἐξωθεῖ. Zonar. in Roman. Argyrop. Πεπρᾶκεν αὐτὰ κρατοῦντος ἐγένετο καὶ πικρὸς λογιστὰς παῖδας πατέρων γεγηρακότα χεῖρα περιπόρμενος, ἐντεῦθεν πολλοὶ τῶν πατρῴων οἰκιῶν καὶ ἀγρῶν ἀπηλαύνοντο.

DXLVII. Quando ſteriles agri fertilibus imponuntur.

7. Si quis poſſeſſor deſertum agrum ejuſdem ſubſtantiæ coactus fuerit ſuſcipere, ex eo tempore tributa ejuſdem agri debet agnoſcere, ex quo ſuſcepit eum. Suſcipere autem non aliter deſertum agrum compellatur, niſi de hoc apud Judicem Provinciæ ſcriptis quæſitum fuerit, & ab eo pronuntiatum ſit : ſic tamen ut quem Judex ſuſcipere deſertum agrum decreverit, appellare poſſit contra ſententiam ejus, ſi ſibi videatur injuſta. Appellationis autem judicium det, & apud Præfectos Prætorio terminetur.

ḟ. ὅταν δὲ.

DXLVIII. Idem.

8. Quotiens dominus alicujus poſſeſſionis non apparet, vel non ſolvendo eſt, ut neceſſitas fiat impoſitioni a : oportet confeſtim eandem poſſeſſionem conjungere eis, qui de eodem patrimonio agros poſſident, cum *inſtructo* 1, b *ſtrumentoque* 2 ſuo, & omnibus aliis quæ in eadem poſſeſſione repperiuntur. Quod ſi non inveniantur, qui prædictam *ſuſcipere* 3 poſſeſſionem *cogantur* 4, vel alio modo impoſitio ſive injectio c *ejus* 5 diferatur : convenit apud Judicem Provinciæ inter acta referri qualitatem, ſive ſtatum ejuſdem poſſeſſionis, & omnia, quæ *in ea* 6 repperiuntur, ut ita ea *ſuſcipiant* 7 Curiales ſive exactores, vel Vindices d vel Officiales : quatenus ſi poſtea inventus fuerit

ḟ. ὅταν δὲ.
1 ſcriptis.
2 inſtrumentoque
3 ſuſcipiant
4 abeſt.
5 item
6 in ære
7 excipiant

cui legitimo modo adjungi debeat, quidquid diminutum fuerit a prædictis perſonis, de *re ſua* [a] recipiatur. [a] ſuo

[a] *Impoſitioni*] *Pith.* Επιβολῇ. Sic titul. Cod. Quando ſteriles agri fertilibus imponuntur. Junge quæ infra cap. eod. in verb. injectio.
[b] *Strumentoque*] *Pith.* Inſtrumentum. D. Ambroſius in epiſt. ad Roman. Vaſa quæ ſtrumento ſint culinarum.
[c] *Injectio*] *Pith.* Επιβολή. Impoſitio. Procopius. Ανεκδότοις. Τὸ δὲ τῆς ἐπιβολῆς ὄνομα ὄλεθρός τις ἐστὶν ἀπροσόπτως ἐξαπιναίως τοῖς τὰ χωρία κεκτημένοις ἐπιγινόμενος περιρείζοντο αὐτοῖς ἐκτρίβων τὴν τοῦ βίου ἐλπίδα. χωρίων γὰρ τὸ τέλος τῶν ἐρήμων τε καὶ ἀπόρων γεγενημένων ἂν δὴ τοῖς τε κυρίοις καὶ τοῖς γεωργοῖς ἤδη τετύχηκεν ἢ παντάπασιν ἀπολωλέναι ἢ γῆν πατρῴαν ἀπολιποῦσι τοῖς ἐγκειμένοις σφίσι διὰ ταῦτα κακοῖς κρύπτεσθαι οὐκ ἀπαξιοῦσιν ἐπιφέρειν τοῖς οὔπω διεφθαρμένοις παντάπασι. τοιοῦτο γὰρ μὲν τὸ τῆς ἐπιβολῆς ὄνομά ἐστι ἐπιπολάσαν ὡς τὸ εἰκὸς ἐπὶ τὸν χρόνον μάλιστα τοῦτον. Vid. Sudas. Επιβολή.
[d] *Vindices*] Vide ſupra notata ad cap. 5. ejuſd. Conſtitut.

DXLIX. Idem.

ſ. καὶ πᾶν δὲ καλούμενον. 9. Nihil eorum nomine, quæ parapompica [a] dicuntur, collatores exigantur pro his quæ in ære vel ſpeciebus perſolvent: ſed nec aliud quid præter conſuetudinem antiquam dependere cogantur.

[a] *Parapompica*] *A. A.* Quæ ob tranſmiſſionem petebantur. Novell. 128. cap. 9. *Pith.* Quæ ob proſequutionem præſtantur. Τῶν τῶν ἐκπεμπομένων χρημάτων ἢ εἰδῶν. Gloſſar. Περοτικουτόρες παραπομποὶ καὶ προπομποί.

D L. Idem.

verſ. καὶ δι- 10. Hi qui ad tributa exigenda deſtinantur, non aliter exactionem facere permittantur, niſi prius apud Judicem ejuſdem Provinciæ inſinuaverint juſſiones ſuper exigendis tributis ſibi datas. Nihil autem periculi vel detrimenti collatoribus tributa ſolventibus ingerant. *Hoc* [a] in privatis exactionibus *obſervare* [b] placet.

[a] Hoc autem
[b] obſervari

DLI. Idem.

ſ. καὶ πᾶν δι. 11. Cui publica tributorum exactio commiſſa eſt, privatæ exactionis non capiat auctoritatem.

DLII. Idem.

ſ. εἰ δὲ καὶ τις. 12. Si tributorum debitor habeat debitorem, non aliter debitor ejus pulſari debet, niſi ipſe debitor principalis ſive primus non ſolvendo apparuerit. Tunc enim ſecundus debitor ſecundum jus conveniendus eſt. Si quis autem aliter exactionem fecerit, cingulo militiæ ſuæ privatus publicatur, & in exilium mittitur. Judex autem qui eum permiſit exactionem facere, decem librarum auri *multationem* [a] ſuſtinebit: quinque vero libras auri officium ejus præſtabit.

[a] multam

DLIII. Idem.

ſ. μηδενὶ. 13. Nulli liceat tributorum Exactori, vel Cenſuali, vel Logogra-

phis [a], vel aliis qui publicis functionibus miniſteria præbent, Conlatores lædere, vel fines capere ſanctorum locorum contra eos qui ſe læſos queruntur.

[a] *Logographis*] *A. A.* Qui rationes ſcribit. Vide C. de tabulariis, ſcribis logographis & cenſualibus lib. 10. & lib. 11. Cod. Theodoſ. tit. 4. ne collatio per logographos celebretur. Rationales appellat notitia dignitatum ſub Comite ſacrarum largitionum Occidentis. *Pith.* Tabularius. λογοχάφος. λογιστ. Ex allectis. ἐκ τῶν λογοχάφων.

DLIIII. Idem.

14. Nullus pro tributis earum terrarum nomine, quas non poſſi- θ. μεδιίς.
det conveniatur. Nam ſi Coloni, vel Adſcriptitii ſuam terram poſſideant, oportet eoſdem tributa præſtare, niſi forte ſponte dominus penſitationem eorum agnoverit.

DLV. Idem.

15. Qui tributa exigunt, juſtis ponderibus & menſuris uti debent, θ. τὶς δὲ.
ut nec pro hoc Conlatores lædantur. Quod ſi putaverint Conlatores fieri ſibi læſionem, ſpecierum *quidem* [b] menſuras & pondera a Præfectis Prætorio accipere debent: auri autem vel argenti vel aliorum metallorum pondera a Comite ſacrarum largitionum deſiderent. Quæ omnia in Eccleſia uniuſcujuſque civitatis conſerventur, ut ſecundum ea inlationes tributorum, & militares vel alios ſumptus faciant.

[b] iidem

DLVI. Idem.

16. Exactores tributorum nullam communionem habeant in civi- θ. ὡς δὲ πολιτ.
libus pecuniis, quæ ad *operas* [c], vel ad frumentum, vel aquæductum, vel ad ſalaria, ſive alias ſolemnes cauſas civitatis deputatæ ſunt. Sed nec retinere ex eis aliquid audeant, quas ſine ulla deminutione ſive dilatione in *præfatis cauſis* [d] erogari *oportet* [e]. *Sed enim neque* [f] habitatoribus ejuſdem civitatis *facultas* [g] ſit auferendi aliquid ex ipſis, vel deſcriptionis alicujus, vel ſportularum nomine quippiam dare ſive conſumere de prædictis pecuniis. Quod ſi quis vel dare vel accipere fuerit auſus ex iiſdem pecuniis, jubemus eum duplam quantitatem ejus quod dedit vel accepit, de ſuo civitati reſtituere. Quinetiam nec Judices Provinciarum vel Officiales eorum ad adminiſtrationem prædictarum pecuniarum admittantur. Debet enim Epiſcopus cum Primatibus ſeu habitatoribus uniuſcujuſque civitatis Patrem civitatis [a] denominare, cui civilium pecuniarium adminiſtratio committenda ſit: ita ut per ſingulos annos præfatus Epiſcopus cum quinque primatibus civitatis *rationes adminiſtrationis* [c] accipiat. Et quod reliquatus fuerit Pater civitatis, ab eo *exigatur* [7] periculo eorum, qui denominatores ejus fuerint. Quod ſi talis Adminiſtrator parum idoneus videatur, jubemus alium in loco ejus ſubrogari cum decreto Epiſcopi & habitatorum ejuſdem civitatis: ſcientibus nominatoribus, quod ſi

[c] opera,
[d] præfatas cauſas
[e] debent.
[f] Immoneque
[g] licentia
[c] ab adminiſtratoribus rationes
[7] exigat

aliquod per eum civitati adlatum ſit detrimentum, de propriis facultatibus hoc reſarcire cogatur.

ª *Patrem civitatis*] Vide notata ad cap. 2. Conſtitut. 21. in verbo *Patres civitatum*.

DLVII. Idem.

1. μηδενὶ δὲ ἄλλῳ. ² pro ³ nominis ⁴ bonæ opinionis

17. Neque Præfectiano ª, neque Scriniario, neque alio cuilibet mandari poteſt, ut rationes civilium pecuniarum accipiat, neque *ex* ² divino reſcripto, neque pro majoris Judicis auctoritate. Quod ſi hoc alicui permiſſum ſit, Epiſcopus & Primates civitatis nullam ejus *rei* ³ rationem reddant, ſed ſuper hoc referre ad Principem curent. Oportet enim civilium pecuniarum Logothetas ᵇ ſive Ratiocinatorem a ſolo Principe deſtinari: talem utique qui *boni operis* ⁴ ſit, & in honore poſitus eſt: ſic tamen, ut divinam juſſionem in ſcriptis habeat, quæ ſignificet nomen ejus & honorem & cauſam, ſed & tempora, quorum rationes mandatæ ſunt. Ita enim qui huic rationes reddiderit, ſecurus erit, & nullius iterum rationibus ſubjicietur.

ª *Præfectiano*] *A. A.* A Præfecto Prætorii miſſus. Novell. 86. cap. 8. Novell. 124. cap. 2. Novell. 128. cap. 17. Vide lib. 12. tit. 10. Cod. Theodoſ. ne Præfectianus exactoris, vel curioſi horreorum cuſtodis fungatur officio. *Pith.* Ἐν τάξει τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων ἀναφερόμενοι. Apparitores magnificentiſſimi & glorioſiſſimi Præfecti Prætorio. Act. 1. Concil. Chalcedon.

ᵇ *Logothetas*] *A. A.* λογοθέτης. Qui rationes conficit, vel accipit. Idem diſcuſſor dicitur Conſtitut. 4. Græca de diſcuſſorib. *Pith.* Diſcuſſor, ratiocinator, diſputator, inſpector. Novell. Theodoſ. de indulg. relig. L. 26. C. de Epiſcopal. audient. Πᾶσαν δὲ ἄδειαν ἀναιρούμεθα τοῖς ἡμετέροις ἄρχουσι πέμπειν ἐν ταῖς χώραις Diſcuſſoras ἢ λογοθέτας ἢ ἐξισωτὰς ἐπὶ τῆς τῶν δημοσίων λογισμῶν ἐξετάσεως. Juli. Firmicus. lib. 3. Exactores Imperatorum & qui annuas fiſcaliorum rationes repetant: diſcuſſores, rationales. Procopius. Ἀνεκδότοις. Οὐ μὴν οὐδὲ τὰ ἐς τοὺς στρατιώτας αὐτῷ εἰργασμένα σιωπῇ δοτέον· οἷς δὴ τοὺς ἐπίσης αὐθεντοῦν ἁπάντων χρήματα σφᾶς ὅτι πλεῖστα ξυλλέγειν ἐνθένδε ἐκέλευσεν ὡς εἰδότας ὡς μοῖρα τῶν πορισθησομένων ἡ δωδεκάτη αὐτοῖς κείσεται: ὄνομα δὲ λογοθέτας αὐτοῖς ἔθετο, &c. Vidend. ſynopſ. Baſilicῶν. περὶ ἀναγραφέων.

DLVIII. Idem.

1. περὶ τόπου τηρητῶν. ² locis ³ deſiderabit, ⁴ expenſis

18. In nulla penitus Provincia Præſides vel Exactores tributorum *loci* ¹ Servatores ª fiant Præfectorum Prætorio, vel Magiſtrorum militum. Quod ſi neceſſitas forſitan expeditionis alicujus tale aliquid *deſideraverit* ³, jubemus ex diſpoſitione noſtri numinis loci Servatorem Præfectorum Prætorio conſtitui, qui de *impenſis* ⁴ militaribus ſollicitudinem gerat. Nam ſi quis aliter ordinatus ſit: is quidem qui auſus eſt eum facere, triginta librarum auri diſpendio ſubjicietur, & reſtituet nihilominus omnia detrimenta, quæ per eum contigerunt. Is vero qui factus eſt loci Servator, non ſolum Magiſtratu ſuo & honore vel militia privabitur, ſed & decem libras auri multæ nomine dabit.

ª *Loci ſervatores*] *A. A.* Vicarius dicitur, legatus, nuntius, procurator

nonnunquam,

nonnunquam, quod loco alterius ſit. Novell. 8. cap. 2. Nov. 15. cap. 2. Nov. 17. cap. 6. Novell. 28. cap. 2. *Pith.* Vicarius. Ex perſona. Balſam. in Præfat. Synod. Carthaginenſ. Καὶ ἄλλοι δὲ τοποτηρηταὶ τῶν ἤδη ἐκδεισῶν ἐπαρχιῶν τῆς ἀφρικῆς παρῆσαν, τοῖς τόποις ἀναπληρωμένως τῶν μὴ δυνηθέντων συνελθεῖν εἰς τὴν σύνοδον· ὅθεν καὶ τὸ τῆς τοποτηρησίας ὄνομα ἐξελήφθη ἐκ τοῦ τηρεῖν δηλαδὴ ὃ δεῖ φυλάσσειν ἤτοι ἀναπληροῦν τοὺς τόπους τῶν σταλόντων αὐτούς.

DLIX. Idem.

19. Nemo Judicum ſive civilium, ſive militarium, ex quo ad commiſſam ſibi Provinciam pervenerit, facultatem habeat ordinandi ſibi loci Servatorem in civitatibus vel caſtris. Qui vero contra hæc geſſerit, quinque librarum auri detrimentum *patietur* [a]. Eandem autem multam exolvet etiam ipſe qui factus eſt. Sane priuſquam ad ſubjectam ſibi Provinciam perveniat, licentiam habeat conſtituendi ſibi loci Servatorem, qui uſque ad præſentiam ejus omnia poſſit gerere: quæ ipſi quoque Judices exequi poterunt, præter eas cauſas quæ ultimum ſupplicium damnatis inrogant. Sed etſi ex divina juſſione Judex in aliam Provinciam deſtinatus fuerit, non prohibetur ſimiliter loci Servatorem in ſua Provincia conſtituere.

θ. κατόρθω δέ. [a] patiatur.

DLX. Idem.

20. Jubemus omnes Judices tam militares, quam civiles, ut ſuper *maleficiis* [a] quæ in ea Provincia commiſſa fuerint, per ſemetipſos cognoſcant, & legitimis pœnis noxios afficiant, nec aliquid propter hoc a Provincialibus temptent accipere. Viocolytas [a] vero, vel Liſtodioctas [b], ſive Tribunos [c] propter eaſdem cauſas nequaquam eis facere permittimus. Quod ſi adverſus hæc fecerint, Judex ſolutus cingulo ſuo, decem auri librarum multam præſtabit, is autem qui factus eſt, caſtigatus publicabitur, & in exilium mittetur.

θ. καθ᾽ ἑαυτῶν δὲ πταισμάτων. [a] maleficia

[a] *Viocolytas*] *A. A.* Dicitur is eſſe qui violentias prohibet. Vide Nov. 128. cap. 20. Novell. 134. cap. 1. *Pith.* Περίφρασις τοῦ βίας κωλύειν καὶ τοὺς γυναῖκάς τε καὶ ἐξουσίας καὶ ὑποζύγια καὶ τὰ τοιαῦτα ἁρπάζοντας, ἀναστέλλειν. Dux. Nov. ὥστε τοῦ λοιποῦ μηδεμίαν ἄδειαν ἔχειν τὸν δοῦκα ἤτοι βιοκωλύτην κατὰ φρυγίαν ἑκατέραν περιέρχεσθαι, &c. Servato Duci Rhetiarum Theodoricus Rex. Decet te honorem, quem geris nomine, moribus exhibere: ut per Provinciam cui præſides nullam fieri violentiam patiaris: ſed totum cogatur ad juſtum, unde noſtrum floret Imperium.

[b] *Liſtodioctas*] *A. A.* Λῃστοδιώκτης. Novell. 128. cap. 20. Nov. 134. cap. 1. Latrunculator. Novell. 8. cap. 6. Latronum perſecutor.

[c] *Tribunos*] *Pith.* Tribuni & Notarii Prætoriani. Caſſiodor. in formul. Præfat. Præt. Militia perfunctis Tribunorum & Notariorum honorem tribuit: & milites ſuos illis exæquat, qui inter Proceres mixti noſtris conſpectibus obſecundant. Inde lib. 1. Pater enim candidati ſub Valentiniano Principe geſſit Tribuni & Notarii laudabiliter dignitatem. Honor qui tunc dabatur egregiis, dum ad Imperiale ſecretum tales conſtet eligi, in quibus reprehenſionis vitium nequeat inveniri. Zoſim. Ἱστορικῶν λόγ. ε΄. συνεξῆλθε δὲ τούτῳ καὶ Ἰωάννης τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων οὓς τριβούνους καλοῦσιν ἄρχων γεγενημένος. Vide L. 2. & 3. C. Theod. de Primicer. & Notar.

DLXI. *Idem.*

θ. τοῖς πόνοις καλύψω. 21. Quotiens aliquis Judicum de civitate in aliam civitatem, vel de Provincia in aliam Provinciam tranſit, neque ipſe, neque Officium ejus angariis [a] vel deſcriptionibus, aut aliis quibuſlibet *impenſis* [expenſis] Provinciales vexare audeat. Debet enim ex Conſtitutis publicis ſalariis ſumptus facere.

[a] *Angariis*] Vide notata ad cap. 7. Conſtitut. 21. in verb. *Angarias.*

DLXII. *Ut quinquaginta dies Judices Provinciarum poſt ſucceſſionem in Provincia faciant.*

θ. τοῖς πόνοις διακίζωμεν. 22. Judices Provinciarum poſt ſucceſſionem per quinquaginta dies in eadem Provincia cujus Magiſtratum depoſuerint, remorentur, & reſpondeant omnibus qui adverſus *eos* [eoſdem] movere aliquas actiones conantur. Quod ſi ante quinquaginta dies Provinciam deſeruerint, cuncti, qui ab eo læſiones aliquas paſſi ſunt, conveniant *ante* [apud] Metropolitanum Epiſcopum, ita *ut* [&] ſinguli propoſitis ſacroſanctis Scripturis deponant, ſive manifeſta faciant detrimenta ſibi inlata, quatenus ex ſubſtantia ejuſdem Judicis univerſa damna reſarciant cura & periculo Præfectorum Prætorio ac Tracteutarum ejuſdem Provinciæ. Nam ſi hoc neglexerint, de ſuis facultatibus præfata detrimenta reſtituere compellantur.

DLXIII. *Idem.*

θ. εἰ δέ τις τῶν ἀρχόντων. 23. Si quis Judicum evocatus ad alium Magiſtratum, vel utilitatem alterius Provinciæ miſſus fuerit, Procuratorem legitimum conſtituere debet, qui reſponſurus ſit Provincialibus, qui ſuper detrimentis ſibi inlatis ab eo conqueruntur. Nam ſi hoc prætermiſerit, oportet actis intervenientibus, ſicut dictum eſt, apud Epiſcopum, & deponentibus ſingulis, quod unuſquiſque damnificatus eſt, omnia detrimenta de patrimonio ejus Judicis reſarciri, cura & periculo Præfectorum Prætorio, & Tracteutarum ejuſdem Provinciæ.

DLXIIII. *Idem.*

θ. πάσας δέ. 24. Omnes ſupradictas pecuniarias pœnas Comes privatarum exigat. *Cæterum* [Iterum] ſi hoc facere ſuperſederit, ipſe omnia de propriis facultatibus cum Officio ſuo fiſco præſtabit. DAT. VII. KAL. JUL. POST CONS. BASILII [BELISARII] ANN. IIII. INDICT. VIII.

CONSTITUTIO CXXV. Διάταξις ρκέ.

De Vicariis ſeu locum tenentibus. Item de mulieribus adulterium committentibus, & aliis capitulis.

DLXV. De mandanda Juriſdictione.

1. NEque Præfectus Orientis, vel Illyrici, neque Comes ſacrarum largitionum, vel rerum privatarum facultatem habeant conſtituendi ſibi loci Servatores [a] in quacumque Provincia vel civitate. Sed ne quilibet Judex in commiſſa ſibi Provincia loci Servatorem audeat ordinare. Sane in *Oſdroena, vel* [1] Meſopotamia, vel in aliis locis quotiens uſus exegerit, expeditionis forſitan tempore permittimus fieri loci Servatores a Præfectis Prætorio, quibus cura militarium impenſarum *mandatur* [2]. Quinimmo nec Magiſtros militum, nec Duces concedimus, cum in Provinciis ſibi ſubjectis fuerint, dare loci Servatores, vel Viocolitas [b], aut Liſtodioctas facere, niſi forſitan divino reſcripto permiſſi, quotiens neceſſitas exegerit, loci Servatores ordinaverint. Nam qui contra loci Servatorem fecerit, cingulo proprio ſolutus viginti librarum auri multam ſuſtinebit. Is autem qui factus eſt, in exilium cum publicatione damnabitur. Erit autem licentia tam Judicibus quam Epiſcopis Provinciarum, nec non habitatoribus Biocolytas, vel Liſtodioctas miſſos ab eis contemnere.

verſ. τοῦ δὲ
[1] Oſroena &
[2] mandaretur.
θ. [illegible]

[a] *Loci Servatores*] Vide notata ad cap. 18. Conſtitut. 124. in eod. verb. & L. 4. C. de Offic. Magiſt. milit.
[b] *Viocolytas*] Vide notata ad cap. 19. Conſtitut. 124. in eod. verb.

DLXVI. Idem.

2. Nullus Judex *civilis* [1] ſive militaris ſine juſta cauſa Provinciam ſibi commiſſam circumluſtret. Quod ſi ad hoc eum neceſſitas aliqua compulerit, oportet eum nec non officium ejus de ſuo ſumptum facere, & neque angarias, neque alias quaſlibet impenſas a Provincialibus deſiderare, neque ea quæ mala conſuetudo per longum tempus *exegit* [2].

θ. [illegible]
[1] ſive civilis
[2] exigat.

DLXVII. Idem.

3. Judices Provinciarum ita debent recte *converſari* [1], ut *de nulla* [2] cauſa *neceſſitas* [3] nobis emergat *aliquem* [4] in *Provincias* [5] deſtinandi. Quotiens autem quis tributorum cauſa deſtinatus fuerit in Provinciam, loci Servatoris quidem nomen nullatenus uſurpet, ſed mandatum ſibi officium ſine detrimento Collatorum impleat.

θ. [illegible]
verſ. [illegible]
[1] conſervari,
[2] nulla
[3] neceſſitatis
[4] alium
[5] Provinciam

DLXVIII. Idem.

4. Ut quoties Vindices [a] vel *exactores* [1] tributorum opus habuerint, eos Judices adjuvent.

θ. [illegible]
[1] exceptores

[a] *Vindices*] Vide notata ad cap. 5. Conſtitut. 124. in eod. verb.

DLXIX. *Idem.*

Θ. πρὸς κίνδ.
ª habeantur.

5. Ut Judices omnes cautiones ſuo periculo pro inlatione tributorum Comiti privatarum dent: & ſi forte non dederint, pro datis *haberi* ª.

DLXX. *Idem.*

Θ. ἐν ὁπόταν.
ª quoniam
ᵇ judices
ᶜ procuratores, *alii*, Provincia
ᵈ habeant.

6. Ut Judices tunc pro tributis periclitentur, *quando* ª *vindices* ᵇ *procurator* ᶜ non *habet* ᵈ.

DLXXI. *Idem.*

Θ. καὶ περὶ δ.
Θ. πάντα δὲ δια-ρίν.
ª nobis referre.

7. De Judicibus qui teſtari quemlibet, aut uxorem ducere, aut humari prohibent, aut donationes inſinuare ante nuptias, aut inventarium fieri, in omni damno ei qui paſſus eſt, condemnandis, & in exilio mittendis: & licere Epiſcopo vel primis civitatum hæc *referre* ª.

DLXXII. *Idem.*

Θ. καὶ μὴ πι.
ª ſibi porrectas,
ᵇ Apochas
Θ. πρὸς πάντ.
ᶜ integra

8. Ut Judices appellationes *ſuſcipiant* ª, & *Apoſtolos* ᵇ tribuant. Ut appellatione facta, nulla rerum tranſmutatio fiat, ſed omnia *in integro* ᶜ maneant.

DLXXIII. *Idem.*

Θ. ἐπεὶ δὲ ὑπο-βαλ.
ª teneant,

9. Ut Judices delinquentes quærant, & non alios ejuſdem loci pro eis *detineant* ª, nec pignora ex eodem loco capiant, neque peccantes vendant. Nam omne damnum his, qui paſſi ſunt, reſtituent, & ipſi in exilium mittuntur: & Adſeſſores contra leges ſcriptis conſentientes & reliqui proprio lucro damnum reſarcientes in exilium mittantur.

DLXXIIII. *Idem.*

Θ. εἰ δὲ τις.
ª mittantur,
ᵇ cui mandatur,
ᶜ exilium mittantur.

10. Ut Judices pro fugientis perſona ad Judicem loci ubi fugit, *mittant* ª, ut eis mandetur periculo ejus *qui mandat* ᵇ, & Officii ſui. Sin autem eos tradere noluerint, ſed pro lucro eos dimittant, honore privati in *exilio mandentur* ᶜ.

DLXXV. *Idem.*

Θ. καὶ πρὸς δ.
ª proceſſorem, *alii*, a proceſſore ſuo
ᵇ miſſa ſacra
ᶜ jtta
ᵈ *abeſſe*

11. Ut Judex ad *præceſſorem ſuum* ª *miſſas* ᵇ *ſacras* ᵇ excipiat. Et ſi quidem privatorum ſint, *juſſa* ᶜ expleat: ſi adverſus utilitatem publicam *primum* ᵈ: & hoc ipſum referre debet, & ſecundam expectare juſſionem.

ᵇ *Miſſas ſacras*] *A. A.* Sacra pro juſſionibus Imperatoris. Novell. 134. cap. 11. *Pith.* Divalis. Gloſſ. Σάκρα ἡ θεῖα ἐπιστολή. Hiſtor. Miſcell. lib. 17. Cum autem ſuſcepiſſet Imperator ſacram, oſculatus eſt ſignaculum quod habebat pectuſculum Imperatoris. Novell. 1. Valent. & Mart. Nec enim impetratis non reſcriptum, non mandatum, vel juſſum quod vocant ſacrum. In exemplari Petri Pithœi pag. 197. edit. Baſil. notatur huc uſque Franciſcum fratrem habuiſſe veterem Codicem ejuſdem Petri.

DLXXVI. Idem.

12. Ut creditores filios debitorum pignoris jure aut ſervitutis, aut ut 1. ἐνεχύρου δίκ.
eos conducant, abducere non poſſint. Sin autem hoc fecerint, cadentes ex debito, aliud tantum debitori præſtantes in exilium dirigantur.

DLXXVII. De muliere.

13. Mulierem licet pro marito multotiens in privato aut in pu- 1. κἀκεῖνο δέ.
blico debito intercedat, non teneri, niſi manifeſte probetur quod pecunia in propria ejus utilitate expenſa eſt.

DLXXVIII. De mulieribus.

14. Mulieres pro nulla cauſa aut debito in cuſtodiam, id eſt, in 1. φυλακήν.
carcerem mitti: ſed aut per procuratores, aut per ſe reſpondere debent. Et ſi non habeant fidejuſſorem, cautioni juratoriæ committendæ ſunt. Sin autem criminalis fuerit cauſa: aut in Monaſterio, aut 1. εἰ δὲ ἐγκλημα. *verſ.* ἢ δὲ ἀσκητρίαις.
mulieribus cuſtodiæ cauſa *tradi* [1], ne pudori earum inſidietur. [1] dare,

DLXXIX. Idem.

15. Ut Sanctimonialis [a] aut Monacha de Monaſterio non abſtra- 1. Μονάστριαν
hatur.

[a] *Sanctimonialis*] *A. A.* Novell. 5. cap. 9. Novell. 7. cap. 1. Novell. 59. cap. 1. 2. Novell. 80. cap. 1. Monacha, Monaſteria, Aſcetria eadem appellatur. Vide lib. 9. tit. 25. Cod. Theodoſ. de raptu vel matrimonio Sanctimonialium Virginum vel Viduarum. *Pith.* Vide L. raptores C. de Epiſcop. & Cleric. D. Auguſtinus de dec. Virg. Non mihi videtur iſta parabola vel ſimilitudo ad eas ſolas pertinere propria & excellentiori ſanctitate Virgines, quæ in Eccleſia nominantur, quas etiam uſitatiori vocabulo Sanctimoniales appellare conſuevimus. Et Pſalm. 99. Invenis Sanctimoniales indiſciplinatas. Numquid ideo ſanctimonium reprehendendum? Idem de ſancta Virginitat. cap. ult. Pro modulo itaque veſtro & de ſanctitate qua ſanctimoniales proprie dicimini.

DLXXX. De mœchis.

16. Mœchos eas pœnas pati volumus, quas lex Conſtantini inſti- 1. ἀλλὰ δὲ
tuit, vel qui mediatores, aut *hujus* [1] ſceleris miniſtri fuerint. Uxor [1] *abeſt.*
autem mœchi dotem & donationem habeat. Sin autem dotalia inſtrumenta non habuit, quartam partem rerum mariti accipiat. Mulier autem mœcha in *Monaſterium* [2] mittatur. Et ſiquidem voluerit ma- [2] Monaſterio
ritus intra duos annos eam recipere, ei liceat: & nullum præjudicium ex hoc nuptiæ patiantur. Sin autem noluerit: mœcha *fit* [3] ibi perma- [3] fiat
nens uſquequo vivit. Et ſiquidem quoſdam *ex* [4] deſcendentibus ha- [4] de
beat, duas partes ejus ſubſtantiæ habeant, Monaſterium autem tertiam. Si autem aſcendentes habeat, hos tamen, qui tali ſceleri non conſenſerunt tertiam ipſi habeant, Monaſterium beſſem. Si autem neque aſcendentes neque deſcendentes habeat, totus as Monaſterio

MMmm iij

adquiratur. Per omnia autem oportet pacta in dotalibus inſtrumentis inſerta ſervari.

DLXXXI. De repudiis.

1. ἐπειδὴ δὲ. ¹ diſtrahunt.

17. Qui conſenſu matrimonia *ſolvunt* ¹. Sed hodie totum hoc capitulum innovatum eſt.

DLXXXII. Idem.

1. ὃν ὡς δὲ κατηγορήθη.

18. Si mœchus condemnationem effugiens, eam de qua accuſatus fuerit duxerit, competentibus pœnis a quolibet Judice ſubjiciendus eſt: illa autem in Monaſterio mittatur.

DLXXXIII. Idem.

1. ἐπειδὴ δὲ. ª exarmare, *forte*, exartuare, pro artuum diſſolutione

19. Nulli Judici liceat utraſque manus aut utroſque pedes reo abſcindere, neque ª *exarthrare* ¹ in qualicumque delicto: ſed ſi quidem mortale eſt crimen, morte damnare.

ª *Exarthrare*] *Pith.* Ἐξάρθρημα. τῶν ἄρθρων διάλυσις. Galenus de oſſ. Ἱπποκράτης δηλοῖ τῶν συντεθειμένων ὀστῶν τὸ πρὸς ἄρθρον ὀνομάζει πολλάκις· οὐ μὴν ὑπάρχον γε ἔτυχεν, ἀλλὰ τὸ ἀδιαφορές τε καὶ τῇ κοιλότητι τοῦ πλησιάζοντος ἐμβεβηκός. Vidend. Ægynn. Περὶ ἐξαρθρημάτων.

DLXXXIIII. Idem.

1. τοὺς κλέπτας. ¹ Furibus ² membra ³ cum gladio non nocte cum ⁴ ſubigantur.

20. *Fures* ¹ autem *membro* ² non abſcindantur. Fures autem dicimus qui *noctu ſine gladiis* ³ ambulant. Reliqui autem competentibus pœnis *ſubjiciantur* ⁴.

DLXXXV. Idem.

1. ὅτι δὲ μὴ. ¹ Nullius ² autem bona ³ habeat. ⁴ autem ⁵ donationem reddit & dotem.

21. *Nulli* ¹ *autem* ² publicari debent, niſi qui neque deſcendentes neque aſcendentes *habet* ³. Uxoribus *tamen* ⁴ eorum *donationibus redditis & dotibus* ⁵. Sin autem dotes non habeat, juxta ſtatuta quartam partem ex rebus damnati habeat. Aſcendentes autem uſque ad tertium gradum vocantur. DAT. KAL. MAII. IMP. JUST. PP. A. ANN. XXVI. C. BASILII ANNO XV.

Διάταξις ρκς΄.

CONSTITUTIO CXXVI.

DLXXXVI. De uſuris ſupra duplum non computandis.

IMP. JUSTINIAN. PP. AUG. HERMOGENI MAGISTRO OFFICIORUM.

¹ & actionem

1. Maniſeſtiſſima eſt noſtri Numinis Conſtitutio, quæ uſque ad dupli quantitatem *exactionem* ¹ debiti concludit. Si igitur creditores tui quidam in duplum acceperunt, alii adhuc minus conſecuti ſunt: hi quidem qui in duplum ex uſurarum quantitate per diverſa tempora conſecuti ſunt, nullam adverſus te inquietudinem pro-

ponere concedantur: alii autem ſi ſimili modo repleti fuerint, eo modo ſilere conpelluntur. Et ſi debita ſubſecuti fuerint, feneratitias cautiones recuperare, vel ſi remanſerint, ſuis viribus vacare, ſi preces veræ ſunt, præſentis oraculi ſanctione decernimus. Similis huic Conſtitutioni Græca ſubſequitur, quæ jubet in his tantum quæ civitates mutuantur, locum non habere.

CONSTITUTIO CXXVII. Διάταξις ρκζ'.

DLXXXVII. De partiariis ſolutionibus uſurarum in duplum computandis.

IMP. JUSTINIANUS A. ARSILIO.

1. QUidam mutuatus ab aliquo quingentos aureos, ſolvit aliquam quantitatem uſuratum, quaſdam autem debens cautionem emiſit in ſexcentis aureis. Quoniam autem omnis ſolutio ad nongentos quadraginta novem aureos pervenit, & creditor dicebat totum in uſuris ſolutum fuiſſe, & exigebat ſexcentos qui cautione continebantur: ait autem lex: Si reliquos quinquaginta unum ſolverit ut debitum duplicetur, nihil aliud exigetur: quamvis veteres dixerint, tunc ſuper duplum non *competit* ' debitum, quando nulla ſolutio in medio contigit. DAT. XVIII. KAL. MAIAS CP. BELISARIO V. C. CONS. ' peri

CONSTITUTIO CXXVIII. Διάταξις ρκη'.

DLXXXVIII. De raptis mulieribus quæ raptoribus nubunt.

1. QUam jam videor conſcripſiſſe in Regia civitate. *In eadem Conſtitutione finiuntur Novellæ Conſtitutiones, quæ poſt Codicem Divi Numinis Juſtiniani promulgatæ ſunt.*

Expliciunt Conſtitutiones ſecundum Capitula ſuperius deſignata.

DOMINI JULIANI ANTECENSORIS
DICTATUM
DE CONSILIARIIS[a].

SI emerſerit de Clericis, vel Monachis, vel Aſcetriis, ſive de conditione eorum, ſive de ſubſtantiis, ſive de alienatione, ſive de legitima portione, ſive de debita liberis eorum vel aliis quibuſdam perſonis, ſive de accuſatione, vel ſententiis, vel ſportulis, vel apud quem litigare debeant, vel de conſecratione eorum. Item de Epiſcopis ſi qua emerſerit quæſtio lege in Novellis conſtit. relatam, cujus initium eſt, De privilegiis, & eſt circa xxx. conſtit. Sin autem de rebus Eccleſiaſticis, vel alienatione, vel emphiteuſi, vel conductione quærere volueris, lege iterum Novellas duas conſtitutiones circa cx. relatas.** Si autem quæratur apud te de cuſtode, de poſſeſſione, lege in iii. libro Cod. Titulo xix. & præſertim ii. ejus conſtit. Sin autem de dilatationibus quæ debeant præſtari his a quibus probatio exigitur, lege libro iii. Cod. Tit. xix. Si autem de Curialibus quæris, vel de alienatione, vel de legitima portione, quæ debeat Curiæ & publico præſtari, lege libro x. Titulo competenti ſubjectas conſtitutiones. Lege autem & poſt Codicem Novellas, conſtitutione una quidem, cujus inſcriptio eſt, De novem unciis, & eſt circa xl. conſtitut. altera autem quæ de naturalibus filiis loquitur, & eſt circa lxxx. conſtitutionem. Habes autem & alias duas conſtitutiones quæ de Curialibus loquuntur, & ſunt circa c. conſtitut. Si autem de teſtium productione quæras, lege libro iiii. Cod. tit. xx. & libro xxii. Digeſt. titulo v. de teſtibus, & in Novellis eam conſtitutionem quæ inſcripta eſt, de teſtibus. Non prætermittas autem nec conſtitutionem prælatam in Novellis in qua plura dicta ſunt de teſtibus, & de inſtrumentis admittendis, cujus inſcriptio eſt de inſtrumentis, & eſt circa lxx. conſtitutionem. Quod ſi apud te quæſitum fuerit de teſtibus Hereticis, lege in libro i. Cod. tit. v. conſtitutionem ultimam. Leges autem & circa lx. conſtit. Novellarum. Invenies quod Heretici de Curiali condicione omnimodo poſſunt teſtimonium dicere. Frequenter autem legere debes tit. de probationibus in lib. iiii. Cod. & libro xxii. Digeſtorum relatum. Sed & titulum de Quæſtionibus in lib. xlviii. Digeſtorum poſitum. Cotidie autem legendus tibi eſt lib. ix. Cod. propter criminales diſcuſſiones, & maxime titulo de cuſtodia & exhibitione reorum, in quo eſt Græca conſtitutio quæ de temporibus loquitur, intra quæ oportet criminales exilii cauſa mitti, quando hæc ſunt coërcitione digni. Quod ſi de fiſcalibus vel tributis emerſerit quæſtio, invenies in lib. x. Cod. a primo tit. uſque ad * aliud complures titulos. Si autem de patrimoniali capitulo aliquid emerſerit, lege in primo libro Cod. & libro xi. competente titulo lib. l. Digeſtorum. Lege autem diligenter & tit. de Officio Præſidis tam in libro primo Protorum, quam in libro primo Cod. relatum. Quod ſi de Religione quæratur apud te, & de Hereticis, legere debes quinto titulo libro primo Cod. & alios plures titulos poſt eum poſitos. Quæ autem pertinent ad querellam conſtitut. circa cv. Novellarum relatam. Lege autem & aliam inter Novellas conſtit cujus inſcriptio eſt de diverſis capitulis. Ibi invenies quod hodie non cogitur teſtator ſua manu heredum nomina ſcribere. Lege autem & conſtit. Novellam, quæ innovavit agnatorum & cognatorum jura, & ab inteſtato ſucceſſiones formavit, quæ eſt relata circa cv. conſtit. Lege autem & de nuptiis Novell. conſtit. frequenter, & duas conſtit. in Novellis poſitas de repudiis & adulteriis, quæ ſunt circa finem Novellarum. Omni autem modo lege tit. i. lib. xlii. Digeſtorum. Nam ibi de re judicata & de interlocutionibus invenies. De Compromiſſariis autem ſive Arbitris, invenies in lib. iiii. Protorum, & in libro ſecundo Cod. circa finem eorum librorum titulos competentes. De Adſcriptitiis autem invenies lib. xi. Codicis*

dicis

dicis tit. de colonis conſtit., & alios complures tales titulos tam de colonis privatorum, quam de tamiacis, & ſimilibus. Si quaſitum fuerit apud te hoc quod natum eſt quem ſequatur, vel cujus ſit condicionis, quare ea qua cum legibus [1]. ** Perlege autem & de nuptiis conſtit. in Novellis in qua plura invenies de dote & de nuptiali donatione. Et frequenter legenda eſt tibi eadem conſtitutio. Allas* enim [2] *inſcriptiones reliquarum conſtitutionum legere debes. Ex his enim per conjecturam capias quid innovatum eſt in* nuptiis [3] ** cauſis. Lege autem & primam conſtitut. Novell. in qua de legatis & de lege Falcidia, & de inventario, & alia utiliſſima plura relata ſunt. Lege autem & in libro VI. Cod. Conſtit. de jure patronatus, & conſtit. ſub titulo de Caducis tollendis, conſtit. de inventario ſub Tit. de jure deliberandi, ultima latina ad Senatum: & conſtitut. de incertis perſonis ſub titulo competenti, qui omnes tituli in VI. lib. Cod. relati ſunt plurima & utiliſſima continentes. Quod ſi quaratur ** avo forte ad [4] *abſentem condemnare vel alio modo pragravare, legenda erit conſtitutio in primo titulo tertii lib. Cod. relata e noſtri Principis conſtitut. de jurejurando autem ſi quando fuerit quaſitum debet legere primo tit. IIII. Cod. lib. Legere autem debet, & in lib. VII. Cod. de re judicata & diverſis ſententiis & interlocutionibus tit. competentes. De Emphiteuſi autem & de conductionibus invenies lib. IIII. Cod. ultimum & penultimum. In his autem titulis non pratermittas illam pulcherrimam legem qua cavetur licere intra annum ſine pœna a contractu in conductionibus recedere. Lege autem conſtit. inter Novellas relatam de mandatoribus & fidejuſſoribus, & de duobus reis promittendi. Quod ſi de numerata pecunia quaſitio emergat, lege competentem tit. in lib. IIII. Cod. & Novellam conſtitutionem poſt Codicem poſitam, De dote cauta & non numerata. Non lateat vero te quod Eccleſiis quadraginta annorum praſcriptio opponitur, ut cavetur conſtit. circa centeſimam Novellarum poſita. Eccleſia Romana autem centum annorum praſcriptio objicitur, ut eſt relatum in lib. I. Cod. tit. de rebus Eccleſiaſticis conſtit. Principis noſtri: & quod civitas pupilli ſive adoleſcentis locum obtineat, quod frequenter quidem dicitur, ubi autem relatum eſt, ignoratur. Eſt autem poſitum in lib. II. Cod. tit. LIII. conſt. IIII. De ordine autem Edictorum ſive peremptorii ſive aliorum, & de Praconum vocibus abſentes evocantium poſt litis conteſtationem invenies, in libro primo de Judiciis, titulo primo circa media loca tit. I. Sin autem actor intentionem ſuam deſeruerit, quid juris ſit, in Novell. conſt. poſt Codicem promulgatum invenies circa CV. conſtitut.*

[1] conlegimus.
[2] etiam
[3] nuptialibus
[4] an oporteat

[a] *De Conſiliariis Dictatum*] *Pith.* Legimus apud Gennadium Pomærii Dictatum de contemptu mundi. Fuit hoc eis ſæculi verbum. Porro hæc quidem ſacroſanctæ illius juriſprudentiæ non ſunt, quæ Scævolas & Papinianos protulit: quibus vel iſta tam proxime adjungere vereor, ne ſacrilegium plerique interpretentur. Ac ne notas quidem accuratiores mereri fateor. Sed adjumento tamen nobis erunt vel maximo, cum quod argumentum contineant quarumdam Conſtitutionum quæ in Juſtiniani Codice hactenus deſiderantur, tum quod ex his etiam quaſi unguiculis certius agnoſcere poſſimus quæ fuerit ejus ætatis civilis ſcientia, cujus potiſſimum judicio atque arbitrio Jus conditum, collectum compoſitum, digeſtum habemus.

Explicit de Conſiliariis feliciter.

ITEM COLLECTIO DOMINI JULIANI ANTECENSORIS.

Tutores, vel diviſam tutelam adminiſtrant, vel indiviſam communiter gerunt. Et ſiquidem diviſa eſt ſive a teſtatore ſive a Judice, unuſquiſque pro ſua adminiſtratione tenetur: niſi forte aut cum oportebat contutores removere ut ſuſpectos * homini [1], *non removit aut tardius removit. Quod ſi ipſi inter ſe diviſerunt tutelam, tunc adſimilantur eis qui communiter adminiſtrationem geſſerunt. Et ita relatum eſt in lib. v. Cod. tit.* lIII [2]. *conſtit. ſecunda. Si autem indiviſa tutela ſit, diſtinguitur: & interea dicendum eſt facultatem habere pupillum & in ſolidum quem voluerit tutorum ſuorum eligere. Si tamen rem de qua agitur omnes geſſerunt, ſed ſiquidem omnes ſolvendo ſint litis conteſtata tempore dividitur inter eos actio: ſi autem quidam eorum eo tempore ſolvendo non ſint, onera eorum hi qui ſolvendo ſunt, recipiunt. Sed ſi quidem ex negligentia communi vel eorum tantum culpa qui ſolvendo non ſunt, condemnati fuerint idonei tutores, ceduntur eis actiones pupilli, vel habebunt utilem actionem adverſus contutores ſuos. Quod ſi ob dolum communem condemnati fuerint, nulla eis ceſſio vel opitulatio datur. In tantum autem idoneis contutoribus conſtitutis, alii tutores ob culpam communem non condemnantur inſolidum, ut etiam Magiſtratus Municipales & fidejuſſores neceſſe ſit ante eos conveniri, ſi ſolvendo ſint. Tunc enim ultima perſona publica * cum querella pupilli in eo ſit, quod non remoti fuerint tutores ut ſuſpecti, vel quod ſatiſdatio exacta non ſit. Et hac omnia manifeſtiſſime dicta ſunt lib.* XXVII [3]. *tit. III. Digeſtorum. Primo hac ſi omnes rem de qua agitur, adminiſtraverint. Quod ſi quidam geſſerunt, quidam non, ſiquidem ex neglegentia obligati ſunt. Siquidem ſolvendo erant hi qui adminiſtraverunt eo tempore quo depoſuerunt tutelam, poſtea autem ad egeſtatem pervenerunt, ſi quidem per pupillum hoc factum eſt, ad eum non ad tutores ipſius periculum pertinebit, ut relatum eſt in prima conſtit. tit. l. II. lib. v. Cod. Quod ſi nihil per eum factum eſt, interea oportet eum qui adminiſtravit, conveniri, ita etſi ſolvendo eſſe dicatur. Sed nihilominus eventus ei qui non adminiſtravit, periclitatur. Et ita relatum eſt in ultima conſtit. ejuſdem tit. Hac ſi ob neglegentiam accuſatur tutor. Si autem ob dolum, aut de lata culpa, tunc adſimilantur hi qui non adminiſtraverunt eis qui communiter indiviſam tutelam geſſerunt, ut eſt relatum lib. v. Cod. tit. lII. conſt. II. Dico autem non adminiſtraſſe tutelam & eum qui rem de qua agitur non adminiſtravit. Nam quantum ad eam rem, non immiſcuit ſe adminiſtrationi. Hac ante condemnationem. Quod ſi contra omnes tutores condemnatio prolata eſt, tunc dividitur quantitas adverſus omnes aequaliter, & uno non idoneo invento, aliis periculum non imminet, ut eſt relatum in lib. VII. Cod. tit. v. conſtit. ſecunda. Quod ſi heredibus tutorum vel curatorum quaeſtio emerſerit, lege* lIIII. *tit. lib. v. Cod. nam ibi pleniſſime de his atque manifeſtiſſime expoſitum eſt. Secundum eas diſtinctiones oportet nos eas quae videntur eſſe contrarietates diſcernere.*

EXPLICIT.

[1] omnino,

[2] lII.

[3] 27. ſed & lib. 35. tit. 8.

EDICTUM[a]

PIISSIMI IMPERATORIS JUSTINIANI,

FIDEI[b] CONFESSIONEM CONTINENS, [b] RECTÆ FIDEI.

& refutationes hæreſeωn quæ adverſantur Catholicæ Dei Eccleſiæ.

SCIENTES quod nihil aliud ſic poteſt miſericordem Dominum placare, quam ut omnes Chriſtiani unum idemque ſapiant in recta & immaculata fide, nec ſint diſſenſiones in ſancta Dei Eccleſia: neceſſarium putamus, omnem occaſionem intercimentes eis qui ſcandalizantur, vel ſcandalizant, rectæ fidei confeſſionem, quæ in ſancta Dei Eccleſia prædicatur, præſenti Edicto facere manifeſtam: ut & illi qui rectam fidem confitentur, firmiter eam cuſtodiant: & illi qui adverſus eam contendunt, diſcentes veritatem, feſtinent ſemetipſos unire ſanctæ Dei Eccleſiæ.

Confitemur igitur credere in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, Trinitatem Conſubſtantialem, unam Deitatem, ſive naturam & ſubſtantiam & virtutem & poteſtatem in tribus ſubſiſtentiis ſive perſonis adorantes, in quæ baptizati ſumus, in quæ credimus, & quibus confeſſionem dedimus: proprietates quidem ſeparantes, Deitatem autem unientes. Unitatem enim in Trinitate, & Trinitatem in unitate adoramus, mirabilem habentem & diviſionem & unitionem. Unitatem quidem ſecundum rationem ſubſtantiæ ſeu Deitatis, Trinitatem autem ſecundum proprietates vel ſubſiſtentias ſive perſonas. Dividitur enim ſine diviſione, ut ſic dicamus, & conjungitur diviſim. Unum enim eſt Deitas in tribus, & tria unum, in quibus Deitas eſt. Aut ut ſubtilius dicamus, ipſa tria eſt Deitas, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus, cum unaquæque perſona ſolum intelligitur, mente ſeparante inſeparabilia, & tria unus Deus, cum ſimul intelliguntur propter eandem virtutem eandemque naturam. Quoniam oportet & unum Deum confiteri, & tres ſubſiſtentias prædicare ſeu tres perſonas, & unamquamque cum ſua proprietate. Et unitatem confitentes, confuſionem non facimus ſecundum Sabellium, dicentem Trinitatem unam eſſe Perſonam, trinomium eundem Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, nec dividentes proprietates, alienamus a Dei Patris ſubſtantia Filium & Spiritum Sanctum, ſecundum Arrii furorem, in tres diverſas naturas incidentis Deitatem. Unus igitur Deus Pater, ex quo omnia: & unus unigenitus Filius, per quem omnia: & unus Spiritus Sanctus, in quo omnia. Confitemur autem ipſum unigenitum Filium Dei, Deum Verbum, ante ſecula & ſine tempore ex Patre natum, non factum. In ultimis diebus propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendiſſe de cælis & incarnatum

eſſe ex Spiritu Sancto & ſancta glorioſa Dei Genitrice ſemper Virgine Maria, & natum ex ipſa, qui eſt Dominus Jeſus Chriſtus unus de Sancta Trinitate, conſubſtantialis Deo Patri ſecundum Deitatem, & conſubſtantialis nobis idem ipſe ſecundum humanitatem, paſſibilis carne, impaſſibilis idem ipſe Deitate. Non enim alius quidam eſt præter Deum Verbum, qui paſſionem & mortem ſuſcepit: ſed ipſe impaſſibilis & ſempiternus Deus Verbum generationem carnis humanæ ſuſtinere dignatus implevit omnia. Ideo non alium Deum Verbum eſſe, qui miracula operatus eſt, & alium Chriſtum qui paſſus eſt, cognoſcimus. Sed unum eundemque Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Dei Verbum Incarnatum & hominem factum, & ejuſdem ipſius miracula & paſſiones, quas carne voluntarie ſuſtinuit, confitemur. Non enim homo aliquis pro nobis ſemetipſum dedit, ſed ipſe Deus Verbum, ſuum corpus pro nobis dedit, ne in hominem ſpes & fides noſtra ſit, ſed in ipſum Deum Verbum fidem noſtram habeamus. Et Deum igitur eum confitentes, non abnegamus ipſum eſſe hominem: & hominem dicentes eum, non abnegamus ipſum eſſe & Deum. Si enim Deus tantummodo eſſet, quomodo patiebatur? quomodo crucifigebatur & moriebatur? Aliena enim iſta ſunt Deo. Sin autem homo ſolum, quomodo per paſſionem vincebat? quomodo ſalvos faciebat? quomodo vivificabat? Hæc enim ſupra hominis naturam erant. Nunc autem idem ipſe patitur, & ſalvos facit, & per paſſionem vincit, idem ipſe Deus, idem ipſe homo, utrumque tanquam unum, utrumque tanquam ſolum. Unde ex utraque natura, id eſt ex Deitate & humanitate unum Chriſtum compoſitum dicentes, confuſionem unitioni non introducimus. Et in utraque autem natura, id eſt in Divinitate & Humanitate unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Verbum Incarnatum & Hominem factum cognoſcentes, diviſionem quidem per partes, vel inciſionem non inferimus uni ejus ſubſiſtentiæ. Differentiam autem naturarum ex quibus eſt compoſitus, ſignificamus non interemptam propter unitatem, quoniam utraque natura in ipſo eſt. Cum enim compoſitionem dicamus, neceſſe eſt confiteri & partes in toto eſſe, & totum in partibus cognoſci. Nec enim Divina Natura in Humanam tranſmutata eſt, nec Humana Natura in Divinam converſa eſt. Magis autem intelligitur, quod utraque in proprietate & ratione ſuæ naturæ manente, facta eſt unitas ſecundum ſubſiſtentiam. Unitas autem ſecundum ſubſiſtentiam, ſignificat quod Deus Verbum, id eſt una ſubſiſtentia ex tribus Deitatis ſubſiſtentiis non ante plaſmato homini unitus eſt, ſed in utero Sanctæ Virginis creavit ſibi ex ipſa in ſua ſubſiſtentia carnem animatam anima rationabili & intellectuali, quod eſt Natura Humana. Hanc autem ſecundum ſubſiſtentiam unitatem Dei Verbi ad carnem, docens nos & divinus Apoſtolus dicit, Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, æqualem ſe eſſe Deo: ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens. Per hoc enim quod

dixit, qui cum in forma Dei eſſet, Verbi ſubſiſtentiam in naturali Dei eſſe oſtendit. Per hoc autem quod dixit, formam ſervi accepit, naturæ hominis, & non ſubſiſtentiæ ſive perſonæ unitum eſſe Verbum ſignificavit. Nec enim dixit quod eum qui in forma ſervi erat, accepit: ne ante plaſmato homini unitum eſſe Deum Verbum oſtenderet, ſicut Theodorus & Neſtorius blaſphemarunt, affectualem dicentes unitatem. Nos autem ſequentes divinos, & ſanctos Patres, confitemur quod Deus Verbum Caro factus eſt. Quod eſt ſecundum ſubſiſtentiam ſibi unire naturam humanam. Ideo & unus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, habens in ſemetipſo perfectionem Divinæ naturæ, & perfectionem naturæ humanæ. Et eſt Unigenitus quidem & Verbum, ut puta ex Deo Patre natus, & primogenitus autem in multis fratribus. Idem ipſe, cum factus eſt homo, Filius enim Dei, Filius hominis factus eſt, & manens quod erat, non tranſmutavit quod factus eſt. Unde & duas nativitates ejuſdem ipſius Unigeniti Dei Verbi confitemur, ante ſecula quidem ex Patre incorporaliter nati, in ultimis autem diebus ejuſdem ipſius Incarnati, & nati de ſancta glorioſa Dei Genitrice & ſemper Virgine Maria. Qui enim de Patre ſplenduit ſupra intellectum, ex matre ortus eſt ſupra rationem, & cum Deus verus eſſet, factus eſt vere homo. Ideo proprie & vere Dei Genitricem & ſanctam, & glorioſam & ſemper Virginem Mariam confitemur: non quia Deus Verbum initium ex ipſa accepit, ſed quod in ultimis diebus Unigenitus Deus Verbum, qui ante ſecula erat, incarnatus ex ipſa, immutabiliter homo factus eſt, & cum inviſibilis in ſuis eſſet, viſibilis factus eſt in noſtris. Et cum impaſſibilis Deus eſſet, non dedignatus eſt paſſibilis eſſe homo, & immortalis, mortis legibus ſubjacere. Iſtum qui in Bethlehem de ſemine David natus eſt ſecundum carnem, & ſimilis factus hominibus, & crucifixus eſt pro hominibus ſub Pontio Pilato, prædicaverunt ſancti Apoſtoli ipſum eſſe Deum, ipſum hominem: ipſum Filium Dei, ipſum Filium hominis: ipſum de Cœlo, ipſum de terra: ipſum impaſſibilem, ipſum paſſibilem. Deus enim Verbum, qui natus eſt deſurſum ex Patre ineffabiliter, inenarrabiliter, incompræhenſibiliter, ſempiterne, ipſe in tempore naſcitur deorſum de Virgine Maria: ut illi qui deorſum prius nati ſunt, deſurſum ſecundo naſcerentur, id eſt, ex Deo. Ipſe igitur matrem tantummodo habet ſuper terram, & nos Patrem tantummodo habemus in Cælo. Cum enim accepiſſet mortalem patrem hominum Adam, dedit hominibus ſuum Patrem immortalem, ſecundum hoc quod dicitur. Dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri. Unde & mortem ſecundum carnem guſtat Filius Dei, propter carnalem ſuum patrem, ut Filii hominis vitæ ejus participes fierent, propter ſuum ſecundum Spiritum Patrem Deum. Ipſe igitur ſecundum naturam Filius eſt Dei, nos autem ſecundum gratiam. Et iterum ipſe ſecundum diſpenſationem & propter nos filius fuit Adam, nos autem ſecundum naturam ſumus filii

Joan. 1. (margin, beside "Quod eſt ſecundum")

Joan. 1. (margin, beside "Dedit eis")

Adam. Patet enim eſt ejus Deus ſecundum naturam, noſter autem ſecundum gratiam. Et Deus fuit ei ſecundum diſpenſationem, eo quod homo factus eſt: noſter autem ſecundum naturam Dominus eſt & Deus. Et ideo Deus Verbum, qui eſt Filius Patris, unitus carni factus eſt caro, ut homines uniti ſpiritui, fierent unus ſpiritus. Ipſe igitur verus Filius Dei, omnes nos indutus eſt, ut omnes induamur unum Deum. Et eſt & poſt Incarnationem unus de Sancta Trinitate unigenitus Filius Dei Dominus noſter Jeſus Chriſtus, compoſitus ex utraque natura. Compoſitum autem Chriſtum confitemur ſanctorum Patrum doctrinam ſequentes. In myſterio enim Chriſti unitas ſecundum compoſitionem, confuſionem & diviſionem rejicit, & ſervat quidem utriuſque naturæ proprietatem, unam autem ſubſtantiam ſeu perſonam Dei Verbi, & cum carne oſtendit. Et eſt unus idemque perfectus in Deitate & perfectus in humanitate. Non tanquam in duabus ſubſiſtentiis ſive perſonis, ſed in Divina natura & Humana cognoſcendus, ut unus ſit utraque, perfectus Deus & perfectus Homo. Idem ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus, unus de Sancta Trinitate, conglorificandus Patri & Sancto Spiritui. Nec enim quartæ perſonæ adjectionem ſuſcepit Sancta Trinitas, incarnato uno de Sancta Trinitate Deo Verbo. Iſtam igitur bonam traditionem, quam a ſanctis Patribus accepimus, cuſtodimus, in qua vivimus & converſamur, & quam ab hac vita proficiſcentes, oramus nobiſcum habere, quæ eſt in Patrem & Chriſtum Filium Dei vivi, & Sanctum Spiritum confeſſio.

Hæc itaque confitentes ſuper alias Sancti Cyrilli de fide recta doctrinas, & hoc quod dictum eſt ab ipſo, unam naturam Dei Verbi Incarnatam ſuſcipientes, confitemur quod ex Divina natura & Humana unus Chriſtus effectus eſt: & non una natura, prout quidam male intelligentes dictiones conantur dicere. Unde & ipſe Pater quoties unam naturam dixit Verbi Incarnatam, in hoc, naturæ nomine pro ſubſiſtentia uſus eſt. Et in quibus libris dixit hanc dictionem, in ſequentibus ſæpius intulit: & quando Filium & quando Verbum, aut Unigenitum, quæ non naturam, ſed ſubſiſtentiam ſive perſonam ſignificant. Subſiſtentia igitur Verbi incarnata, non unam naturam, ſed unum Chriſtum compoſitum effecit, eundem ipſum Deum & hominem. Eos autem qui Chriſtum Deum & hominem confitentur, unam naturam ſive ſubſtantiam ipſius dicere, impium eſt. Impoſſibile enim eſt, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſecundum unam eandemque naturam ſeu ſubſtantiam & ante ſecula eſſe, & in tempore: aut impaſſibilem & paſſibilem: quod in una ſubſiſtentia, ſive perſona ejus recte confitemur. Ex ipſis autem dictum ejuſdem Sancti Cyrilli oſtendemus de memorata dictione manifeſtam ipſius doctrinam. In prima enim ad Succeſſum epiſtola, cum dixiſſet unam naturam Dei Verbi incarnatam, ſtatim intulit: Ergo quantum quidem ad intellectum pertinet, & ad videndum tantummodo oculis

animæ, quemadmodum incarnatus eſt Unigenitus duas naturas eſſe dicimus, unum autem Filium, & Chriſtum, & Dominum Deum Verbum incarnatum, & hominem factum. Per iſta autem Pater modum Incarnationis volens manifeſtare, indiviſam & inconfuſam cuſtodiens unitionem, & numerum naturarum quæ convenerunt, demonſtravit, & unum Chriſtum prædicavit, & non unam naturam Deitatis & carnis. Et in ſecunda autem ad eundem Succeſſum epiſtola ſimilia docens, ita ſcribit: Nam ſi quidem unam dicentes Verbi naturam tacuiſſemus, non inferentes incarnatam, ſed quaſi extra ponentes diſpenſationem: erat illis forſitan & veriſimilis ratio confingentibus interrogare, ubi perfectio in humanitate, vel quomodo ſubſtitit humana ſubſtantia. Quoniam autem & perfectio in humanitate, & noſtræ ſubſtantiæ monſtratio introducta eſt dicendo incarnatam, ceſſent harundineam virgam ſibi ſupponentes. Ejicientem enim diſpenſationem, & abnegantem Incarnationem, oportebat juſte accuſari, auferentem a Filio perfectam humanitatem. Sin autem, ut dixi, Incarnatum eſſe dicendo ipſum, manifeſta eſt & indubitabilis confeſſio, quod factus eſt homo, nihil jam prohibet intelligere, quia cum unus ſit & ſolus Filius Chriſtus, idem ipſe Deus & homo, ſicut in Deitate perfectus, ita & in Humanitate perfectus. Rectiſſime autem & nimis prudenter tua perfectio de ſalutari paſſione rationem exponit: non ipſum Unigenitum Filium Dei, ſecundum quod intelligitur & eſt Deus, paſſum eſſe in ſua natura, quæ ſunt corporis affirmans: magis autem paſſum eſſe terrena natura. Oportet enim neceſſario utraque ſervari uni & vere Filio: & non pati ſecundum Deitatem, & dici paſſum eſſe eundem ipſum ſecundum Humanitatem. Ipſius enim paſſa eſt caro. Et in tertio decimo cap. ſcholiorum idem Sanctus Cyrillus ſimiliter rejiciens eos qui duos filios introducunt, & eos qui dicunt unam naturam Deitatis & carnis Chriſti, ita ſcribit: Non diſcernendum unum Dominum Jeſum Chriſtum in hominem ſeparatim, & in Deum ſeparatim: ſed unum eundemque Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum dicimus, naturarum ſcientes differentiam, & inconfuſas eas ſibi invicem conſervantes. Si igitur prout docet nos Sanctus Cyrillus, unus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus perfectus in Deitate, & perfectus idem ipſe in Humanitate, & non eſt paſſus divina ſed terrena natura, ſcit autem & naturarum differentiam, & quod inconfuſe ſibi invicem in una ſubſiſtentia conſervantur: certum eſt quod eundem ipſum in divina & in humana dicit Pater cognoſci, & utramque naturam in ipſo eſſe ex quibus & compoſitus eſt. Et non aliquis ſic inſaniat, ut arbitretur eos recte ſapere, qui dicunt unam eſſe naturam ſive ſubſtantiam carnis & Deitatis Chriſti: eandem divinam & terrenam paſſibilem & impaſſibilem.

Quoniam autem & alio modo quidam oſtendere conantur unam eſſe naturam Deitatis & Humanitatis Chriſti, exemplum hominis pro-

ponentes, & dicentes, quod ſicut ex diverſis naturis anima & corpore conſiſtens homo una natura dicitur, ſic & ex duabus naturis Deitatis & Humanitatis Chriſtum dicentes, debemus unam ipſius dicere naturam. Illud ad eos dicemus, quod homo quidem, licet ex diverſis conſtet, id eſt anima & corpore: tamen ideo una natura dicitur, quoniam in omnibus ſubſiſtentiis ſive perſonis, quæ ſub eadem ſpecie referuntur, communiter prædicatur. Licet enim unaquæque ſubſiſtentia ſive perſona, ſicut Petrus & Paulus, proprietatibus a ſe invicem ſeparantur, ſed tamen non natura dividuntur, ambo enim homines. Et iterum nec anima ſine corpore, nec corpus ſine anima homo eſt, ſed ex eo quod non erat, ad hoc quod eſt ex anima & corpore creatus eſt. Unaquæque autem creatura, licet ex diverſis conſtet, ſed tamen unam illam habere dicitur naturam, ſecundum quam ex Deo creata eſt. Chriſtus autem non ſic, nec enim unam naturam ſive ſubſtantiam ſignificat, quæ communiter in pluribus ſubſiſtentiis ſive perſonis prædicatur ſicut homo, ſi enim hoc eſſet, multi Chriſti invenirentur, in quibus communitas unius naturæ prædicabitur: quod & dicere impium eſt. Sed neque ab initio ex Deitate & Humanitate, ſicut homo ex anima & corpore, Chriſtus creatus eſt, ut hoc ſit natura Chriſti, ſed cum Deus eſſet ante ſecula divinum Verbum, & eſſet ejuſdem naturæ ſive ſubſtantiæ Patri, & Creator omnium, in ultimis diebus hominis naturam ſecundum ſubſiſtentiam ſibi uniens, factus eſt homo manens Deus. Eſt igitur Chriſtus una ſubſiſtentia ſive perſona, & habet in ſemetipſo perfectionem divinæ & increabilis naturæ, & perfectionem humanæ & creabilis naturæ. Quomodo igitur, in quo duæ cognoſcuntur increabilis & creabilis, in eo unam naturam ſive ſubſtantiam dici poſſibile eſt? Licet enim una ſubſiſtentia ſive perſona Chriſtus ſit, ſed conſubſtantialis Deo & Patri, & conſubſtantialis nobis idem ipſe eſt: non tamen ſecundum unam eandemque naturam ſeu ſubſtantiam: Sin autem una natura ſive ſubſtantia eſſet Chriſtus, aut ſine carne eſt, & ſoli Deo Patri conſubſtantialis eſt: quoniam una Deitatis ſubſtantia ſive natura eſt: ut purus homo exiſtens, nobis eſt ſolum conſubſtantialis, quoniam una natura humanitatis. Ut immutata utraque natura, alteram effecit naturam præter eas quæ convenerunt; & ſecundum illos neque Deus manſit, neque homo factus eſt Chriſtus, & ideo neque Patri, neque nobis idem ipſe conſubſtantialis eſt. Sic autem ſapere, omni plenum eſt impietate: & iſta dicimus non ignorantes quod & quidam ſanctorum Patrum hominis exemplo in myſterio Chriſti uſi ſunt: ſed illi quidem, ut oſtenderent quod ſicut homo ex anima & corpore unus efficitur, & non duo homines: ſic & Chriſtus ex Deitate & Humanitate compoſitus, unus eſt, non in duos Chriſtos vel in duos filios dividendus. Iſti autem hominis exemplo utuntur, ut unam naturam ſive ſubſtantiam Deitatis & Humanitatis Chriſti introducerent, quod demonſtravimus alienum eſſe pietatis.

tatis. Sed cum per hæc convincuntur, quod præter rectam Patrum doctrinam ſibi confingunt unam naturam ſeu ſubſtantiam Deitatis & carnis, ad alia tranſeunt dicentes, non oportere numerum naturarum in Chriſto dicere, utpote numero diviſionem introducente. Sciant igitur, quod numerus quando in diverſis perſonis ſive ſubſiſtentiis dicitur, rerum ipſarum per partes habet diviſionem, ſicut in duobus vel etiam pluribus hominibus. Quando autem in rebus unitis, tunc verbo ſolo & intellectu, non tamen ipſarum rerum habet diviſionem, ſicut in una ſubſiſtentia hominis ex anima & corpore conſtituta. Duæ enim & hic naturæ intelliguntur, altera animæ, & altera corporis : & tamen non propter hoc in duos homines dividitur. Sed unum ſcimus hominem eſſe, & unam ſubſiſtentiam ejus. Et in myſterio Chriſti facta unitione, licet diverſa intelliguntur quæ unita ſunt, ſed non ipſa re & per partes a ſe invicem ſeparantur ea, ex quibus Dominus noſter Jeſus Chriſtus compoſitus eſt. Differentiam tamen conſiderantes, & hanc ſignificare volentes, numerum aſſumimus, & duas in Chriſto naturas eſſe dicimus : nec ideo unus Chriſtus in duos Chriſtos vel in duos filios dividitur. Et dictis noſtris teſtimonium præſtat Sanctus Gregorius Theologus, ſcribens in primo libro ad Cledonium ſic. Si quis introducit duos filios, unum quidem ex Deo Patre, ſecundum autem ex matre, ſed non unum eundemque, & adoptione cadat, quæ promiſſa eſt recte credentibus. Naturæ enim duæ Deus & homo, quomodo & anima & corpus, non autem duo filii, nec Dei duo. Nec enim hic duo homines, licet Paulus ſic appellaverit quod eſt intus hominis, & quod eſt extrinſecus. Et ut compendioſe dicamus : aliud quidem & aliud ea ex quibus Salvator eſt, cum non idem ſit inviſibile & viſibile : & quod ſine tempore eſt, & hoc quod ſub tempore eſt : non autem alius & alius. Abſit. Ecce per hæc evidenter docet Sanctus Gregorius quod in myſterio Chriſti ille quidem qui in perſonis numerum dicit, ut impius condemnatur : ille autem qui in naturis, ex quibus unus Chriſtus compoſitus eſt, numerum accipit, recte confitetur, ut puta differentiam quidem naturarum quæ convenerunt per hoc ſignificans : diviſionem autem quæ per partem eſt nullo modo faciens. Sicut enim altera natura eſt animæ, altera corporis, & tamen unus ſecundum compoſitionem homo efficitur, & non duo homines: ſic & in Chriſto licet duæ intelligantur naturæ, altera quidem Deitatis, altera vero Humanitatis, ſed non propter hoc duo Chriſti aut duo filii introducuntur. Ergo qui numerum naturarum quæ in Chriſto ſunt, ſecundum prædictum modum dicere recuſant, manifeſti ſunt differentiam naturarum abnegantes, & confuſionem naturarum introducentes diſpenſationi. Si vero differentiam confitentur, neceſſe eſt omnimodo ad eam ſignificandam & numerum dicere naturarum quæ ſine confuſione in unam ſubſiſtentiam convenerunt. Ubi enim differentia ſervatur, ibi omnimodo & numerus ſequitur. Ad confirmanda autem

ea quæ diximus, ſanctorum Patrum teſtimonio utentes, oſtendemus eos dicentes, quod in uno Domino noſtro Jeſu Chriſto rationes quidem dividuntur ſecundum naturarum differentiam Deitatis & Humanitatis, ex quibus & compoſitus eſt, & numerum in hoc aſſumunt, non tamen ipſa re & per partes naturarum faciunt diviſionem in duas
Levit. 14. ſubſiſtentias ſive perſonas. Dicit enim Sanctus Cyrillus in Levitici interpretatione, ſic: Totum in his iterum circumſpice aperte Salvatoris noſtri myſterium, & emundationem quæ per ſanctum baptiſma fit. Duas enim aviculas ſumi jubet vivas & mundas, ut intelligas per volatilia cæleſtem Hominem ſimul & Deum in duas naturas quantum pertinet ad rationem dividendum unicuique convenientem: Deus enim Verbum, qui ex Deo Patre eſt, ſplenduit in carne, quæ ex muliere eſt, veruntamen non partiendum: Unus enim ex utriſque Chriſtus. Et iterum idem Sanctus Cyrillus in ſecunda ad Succeſſum epiſtola ita dicit: Sed ignoraverunt, quod quæ per ſolum intellectum dividi ſolent, non hæc neceſſario etiam in alteritatem, quæ eſt per partes, omnimodo & ſpecialiter a ſe invicem ſeparabuntur. Sed & Sanctus Baſilius in quarto libro contra Eunomium, interpretans hoc
Prov. 8. quod eſt, Dominus creavit me, & ante omnes colles genuit me, ita ſcribit: Intelligendum hoc quidem quod dicit, genuit, de Deo Filio: hoc autem quod dicit creavit, de eo qui formam ſervi accepit. In his omnibus non duo dicimus, Deum ſeparatim, & Hominem ſeparatim: unus enim erat: ſed ſecundum intellectum utriuſque naturam exiſtimantes. Sed & Sanctus Gregorius Theologus in libro ſecundo de Filio, docens nos, quomodo in Domino noſtro Jeſu Chriſto oportet naturas quæ in eo ſunt, ſecundum intellectum diſcernere, ubi ita ſcribit: Cum naturæ intellectu diſtant, ſimul dividuntur etiam
1. Cor. 2. nomina. Paulum dicentem audi. Ut Deus Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater gloriæ: Chriſti quidem Deus, gloriæ autem Pater. Nam ſi utrumque unum eſt, tamen non natura, ſed conventu. Sanctus autem Gregorius Nyſæ in quarto libro contra Eunomium, eadem nos docens, ita ſcribit: Et ne aliquis incorruptibili naturæ crucis paſſionem applicaret, per alia maniſeſtius talem emendat errorem, media-
1. Timoth. 2. torem ipſum Dei & hominum, & Hominem & Deum ipſum nominans: & cum duo de uno dicantur, congruum intelligatur, circa utrumque, circa Deitatem quidem impaſſibilitas, circa Humanitatem autem diſpenſatio paſſionis. Intellectu igitur dividente hoc quod per miſericordiam quidem unitum eſt, ratione autem diſcernitur, cum hoc quidem quod ſuperpoſitum eſt & ſupereminens omnem ſenſum,
Rom. 9. Tit. 2. Cor. 1. prædicat, altioribus utitur nominibus, ſuper omnia Deum, & magnum Deum, & virtutem Dei, & ſapientiam, & talia vocans. Cum autem paſſionum experimentum neceſſario propter noſtram infirmitatem acceptum verbis ſignificat, ex noſtro nominans utrumque, Hominem ipſum appellat. Non communicans per vocem ad cæteram naturam eum qui ſignificatur, ſed ut circa utramque pietas conſer-

vetur. His ita demonſtratis per ſanctorum Patrum doctrinam, ceſſent qui numerum naturarum quæ in Chriſto ſunt, occaſionem ſui erroris faciunt, & earum differentiam numeri recuſatione negando, confuſionem introducere conantur. Quomodo enim non eſt neceſſarius numerus, quo ad ſignificandam differentiam naturarum quæ in unam ſubſiſtentiam unitæ ſunt, & non ad diviſionem per partes earum, uſi ſunt Patres? Demonſtrato igitur undique quod impium eſt dicere unam naturam ſive ſubſtantiam Deitatis & carnis Chriſti: & illud dicimus, quia nec ſecundum quod unam ſubſiſtentiam dicimus Deitatis & Humanitatis Chriſti, ſic poſſibile eſt & unam naturam Chriſti dicere: quoniam non idem eſt natura & ſubſiſtentia. Omnes enim ſancti Patres conſonanter nos docent, aliud eſſe naturam ſive ſubſtantiam & formam, & aliud ſubſiſtentiam ſive perſonam: & naturam quidem vel ſubſtantiam & formam, hoc quod eſt commune, ſignificare: ſubſiſtentiam autem ſive perſonam, hoc quod eſt ſpeciale. Sin vero dixerint quidam, quod ſicut una ſubſiſtentia compoſita dicitur Chriſti, ſic oportet & unam naturam compoſitam dicere: oſtendemus & hoc alienum eſſe pietatis. Unam enim naturam ſive ſubſtantiam Deitatis dicentes, tres ipſius confitemur ſubſiſtentias, in unaquaque ſubſiſtentia eandem naturam ſive ſubſtantiam cognoſcentes. Et recte ex tribus ſubſiſtentiis unam ſubſiſtentiam Verbi ad carnem compoſitam eſſe dicimus. Nemo enim unquam auſus eſt in Catholica Eccleſia dicere, quod ſicut tres ſubſiſtentiæ, ſic & tres naturæ ſunt ſanctæ Trinitatis: ut poſſibile ſit dicere, unam naturam ex tribus naturis compoſitam eſſe ad carnem. Tres enim naturas in Sancta Trinitate ſolus Arrius auſus dicere, tanquam blaſphemus condemnatus eſt. Ideo igitur ſecundum rectam rationem, duarum naturarum dicimus unitatem & unam ſubſiſtentiam: quoniam Dei Filius cum eſt ſecundum ſubſiſtentiam alter præter Patrem, eandem autem naturam habet Patris in ſua ſubſiſtentia, plaſmavit ſibi carnem animatam anima rationabili & intellectuali: quod ſignificat humanæ naturæ unitum eſſe Deum Verbum, & non ſubſiſtentiæ ſeu perſonæ cujuſdam. Eſt igitur Deus Verbum & Incarnatus, una ſubſiſtentia in utraque natura cognoſcendus, in Divina in qua erat, prout dictum eſt. Qui cum in forma Dei eſſet, & in Humana ſecundum hoc quod eſt in ſimilitudinem Hominis factus. Et ideo rectius dicat aliquis unam ſubſiſtentiam Dei Verbi compoſitam, quam unam naturam compoſitam: quoniam cum per ſe abſolute natura dicitur, non adjecta ſpeciali cujuſdam perſona, infinitum & non ſubſiſtens aliquid ſignificat. Infinitum autem ad nihil poteſt componi. Sin autem aliquis & poſt tales rationes ad contentionem ſolum reſpiciens, opponere conetur, dicens, Quod ſecundum redditam naturæ rationem, oportet & Humanam naturam Chriſti ſuam ſubſiſtentiam ſeu perſonam propriam habere: manifeſtus eſt talis quod ante ſubſiſtenti Homini unitum eſſe dicit Deum Verbum, & affectualem factam eſſe

Philip. 2.

OOoo ij

unitatem. Duæ enim ſubſiſtentiæ ſeu perſonæ ſecundum ſubſiſtentiam uniri non poſſunt. Qui igitur hæc dicit, Dei potentiam verbis humanæ ſapientiæ evacuare feſtinans, ignorat magnum pietatis myſterium, quod corde quidem creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Neque enim humana Chriſti natura per ſe abſolute unquam dicitur, ſed nec ſuam ſubſiſtentiam ſeu perſonam habuit, ſed in ſubſiſtentia Dei Verbi, natura humana initium ut eſſet, habuit: unde ipſum Deum Verbum immutabiliter Hominem factum eſſe confitemur, & non in Hominem quendam veniſſe, & ejuſdem Dei Verbi incarnati eſſe nativitatem ex Virgine. Et propter hoc Dei Genitricem ſanctam glorioſam ſemper Virginem Mariam eſſe. Ideo & ante Incarnationem Dei Verbi, & poſt ejus Incarnationem, tres ſubſiſtentias dicimus Patris & Filii & Spiritus Sancti. Non enim Sancta Trinitas quartæ ſubſiſtentiæ vel perſonæ adjectionem ſuſcipit.

Rom. 10.

Ex his igitur omnibus convincuntur qui dicunt, ante unitionem duas naturas eſſe, quod ante plaſmatum dicunt hominem, & ſic unitum eſſe Deo Verbo, ſecundum inſaniam Theodori & Neſtorii impiorum. Qui autem dicunt, quod non oportet poſt unitatem duas naturas in Chriſto, ſed unam dicere, confuſionem & phantaſiam introducunt ſecundum Apollinarium & Eutychen impios. Sed iſti quidem hæc. Sancti vero Patres, poſt Dei Verbi Incarnationem conſiderantes ea ex quibus Chriſtus eſt, & quod inconfuſæ manſerunt naturæ, rectiſſime duas naturas Divinam & Humanam in Chriſto eſſe dixerunt. Nec enim ante incarnationem duæ naturæ erant Domini, nec poſt incarnationem duæ naturæ una factæ ſunt, licet in una ſubſiſtentia cognoſcantur. Hæc autem & ex divinis Scripturis & Patrum doctrina edocti ad refutandos eos qui confundunt & dividunt Divinæ diſpenſationis myſterium, merito ſcripſimus, & non eo quod declaramus ea ex quibus eſt, & in quibus cognoſcitur Chriſtus, confuſionem vel diviſionem Divinæ diſpenſationi facimus. Itaque glorificationem & unitionis rationem proferentes, unum Chriſtum & Filium & Dominum Verbum Dei Incarnatum, & Hominem factum confitemur & adoramus cum Patre & Spiritu Sancto. Hæc ita cum univerſali Dei Eccleſia confitentes, ſcire volumus omnes Chriſtianos, quod ſicut unum Deum & Dominum habemus: ita & unam fidem. Una enim definitio fidei eſt, confiteri & recte glorificare Patrem, & Chriſtum Filium Dei, & Spiritum Sanctum. Iſtam confeſſionem conſervamus, in qua & baptizati ſumus, donatam quidem a magno Deo & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto ſanctis ſuis Apoſtolis & Diſcipulis, ab eis autem prædicatam in toto mundo. Trecenti autem decem & octo Sancti Patres collecti in Nicæa adverſus Arrium, illo cum ſua impietate condemnato, eandem confeſſionem, id eſt ſanctum mathema & ſymbolum fidei tradiderunt ſanctæ Dei Eccleſiæ. Et poſt illos, centum quinquaginta ſancti Patres Conſtantinopoli collecti adverſus Macedonium Sancto Spiritui repugnantem, & Magnum Apol-

linariſtam, illis condemnatis cum ſua perfidia, ſecuti per omnia idem ſanctum ſymbolum traditum a trecentis decem & octo Sanctis Patribus, explanaverunt de Deitate Sancti Spiritus. Inſuper autem & qui in Epheſo prius collecti ſunt Sancti Patres adverſus Neſtorium impium, & qui in Chalcedone convenerunt Sancti Patres adverſus Eutychen impium, ſecuti per omnia prædictum ſanctum ſymbolum ſive mathema fidei, condemnarunt prædictos Hæreticos una cum eorum impietate, & his qui ſimilia illis ſapuerunt vel ſapiunt. Et ſuper hæc anathematizaverunt eos qui aliam definitionem fidei ſive ſymbolum ſive mathema tradunt accedentibus ad ſanctum Baptiſma, vel ex quacumque Hæreſi converſis, præter traditum, ſicut dictum eſt a trecentis decem & octo Sanctis Patribus, & explanatum a centum quinquaginta Sanctis Patribus. His ita ſe habentibus, perſpeximus & capitula ſupponere, quibus tam rectæ fidei compendioſa confeſſio, quam Hæreticorum condemnatio continetur.

Si quis non confitetur Patrem & Filium & Spiritum Sanctum Trinitatem conſubſtantialem unam Deitatem ſeu naturam & ſubſtantiam & unam virtutem & poteſtatem in tribus ſubſiſtentiis ſeu perſonis adorandam, talis anathema ſit.

Si quis non confitetur eum qui ante ſecula & ſine tempore ex Patre natus eſt Deum Verbum in ultimis diebus deſcendiſſe de cælis, & Incarnatum eſſe de ſancta glorioſa Dei Genitrice & ſemper Virgine Maria, & Hominem factum natum eſſe ex ipſa, & propter hoc ejuſdem Dei Verbi duas eſſe nativitates, quæ eſt ante ſecula incorporaliter, & quæ eſt in ultimis diebus ſecundum carnem, talis anathema ſit.

Si quis dicit alium eſſe Deum Verbum, qui miracula operatus eſt, & alium Chriſtum qui paſſus eſt, aut Deum Verbum cum Chriſto eſſe naſcente ex muliere dicit: vel in ipſo eſſe tanquam alterum in altero, ſed non unum eundemque Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Deum Verbum Incarnatum & Hominem factum, & ejuſdem ipſius miracula & paſſiones, quas carne ſponte ſuſtinuit, talis anathema ſit.

Si quis dicit ſecundum gratiam, vel operationem, vel ſecundum dignitatem honoris, vel ſecundum auctoritatem, vel relationem, vel affectum, vel virtutem unitionem Dei Verbi ad hominem factam eſſe, vel ſecundum homonymiam, per quam Neſtoriani & Deum Verbum vocantes Chriſtum, & Hominem ſeparatim Chriſtum nominantes, ſolo vocabulo unum Chriſtum dicunt. Aut ſi quis per bonam voluntatem dicit unitionem factam eſſe, ſicut Theodotus Hæreticus ipſis verbis dicit, quaſi quod placuit Deo Verbo Homo, eo quod bene viſum eſt ei de ipſo: ſed non ſecundum ſubſiſtentiam Dei Verbi ad carnem animatam anima rationabili & intellectuali unitionem confitetur, & ideo unam ejus ſubſiſtentiam compoſitam eſſe, talis anathema ſit.

Si quis per relationem aut abuſive, Dei Genitricem dicit ſanctam glorioſam ſemper Virginem Mariam, aut Hominis genitricem, aut

Chriſtotocon, tanquam Chriſto Deo non exiſtente, ſed non proprie & vere Dei Genitricem ipſam confitetur eo quod ipſe, qui ante ſecula ex Patre natus eſt Deus Verbum, in ultimis diebus ex ipſa incarnatus & natus eſt, talis anathema ſit.

Si quis non confitetur Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui carne crucifixus eſt, Deum eſſe verum & Dominum gloriæ, & unum de Sancta Trinitate, talis anathema ſit.

Si quis in duabus naturis dicens, non tanquam in Deitate & Humanitate, unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Deum Verbum Incarnatum confitetur, nec ad ſignificandam differentiam naturarum & ex quibus compoſitus eſt, ſed pro diviſione per partem talem excipit vocem in myſterio Chriſti, quaſi ſeparatim unaquaque natura ſuam habente ſubſiſtentiam, ſicut Theodorus & Neſtorius blaſphemaverunt, talis anathema ſit.

Si quis in uno Domino Jeſu Chriſto, hoc eſt, Deo Verbo Incarnato, numerum confitens naturarum, non intellectu differentiam earum ex quibus & compoſitus eſt excipit, ut pote non interemptam propter unitatem, ſed pro diviſione per partem numero utitur, talis anathema ſit.

Si quis dicens unam naturam Dei Verbi Incarnatam, non ſic hoc intelligit quod ex Divina natura & Humana unus Chriſtus effectus eſt, conſubſtantialis Patri ſecundum Divinitatem, & conſubſtantialis nobis idem ipſe ſecundum Humanitatem, ſed *quia* [a] Deitatis & carnis Chriſti una natura ſive ſubſtantia effecta eſt, ſecundum Apollinarii & Eutychetis perfidiam, talis anathema ſit. Æqualiter enim & eos qui per partem dividunt vel incidunt, & eos qui confundunt Divinæ diſpenſationis myſterium Chriſti, rejicit & condemnat univerſalis Dei Eccleſia.

[a] quod

Si quis non anathematizat Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Neſtorium, & Eutychen, & eos qui ſimilia eis ſapuerunt vel ſapiunt, talis anathema ſit.

Si quis defendit Theodorum [b] Mopſueſtenum, qui dixit alium eſſe Deum Verbum, & alium Chriſtum a paſſionibus animæ & deſideriis carnis moleſtias patientem, & ex profectu operum melioratum & baptizatum in nomine Patris, & Filii, & Spiritu Sancti, & per Baptiſma gratiam Sancti Spiritus accepiſſe, & adfiliationem meruiſſe, & ad ſimilitudinem Imperialis imaginis in perſonam Dei Verbi adorari, & poſt Reſurrectionem, immutabilem cogitationibus, & impeccabilem omnino factum fuiſſe: & iterum dicit talem factam eſſe unitionem Dei Verbi ad Chriſtum, qualem dixit Apoſtolus de viro & muliere, Erunt duo in carnem unam: & ſuper alias ſuas innumerabiles blaſphemias auſus eſt dicere, quod poſt Reſurrectionem, cum inſufflaſſet Dominus Diſcipulis ſuis, & dixiſſet, Accipite Spiritum Sanctum, non dedit eis Spiritum Sanctum, ſed figuratim tantummodo inſufflavit: ſed etiam confeſſionem quam fecit Thomas cum palpaſſet manus &

Ephes. 5.

Joann. 20.

latus Domini poſt Reſurrectionem, dicens, Dominus meus & Deus meus, inquit non eſſe dictam a Thoma de Chriſto, (nec enim dixit Theodorus Deum eſſe Chriſtum) ſed ad miraculum Reſurrectionis ſtupefactum Thomam, glorificaſſe Deum, qui Chriſtum reſuſcitavit: & quod pejus eſt, etiam in interpretatione quam in Actus Apoſtolorum ſcripſit Theodorus, ſimilem fecit Chriſtum Platoni, & Manichæo, & Epicuro, & Marcioni, dicens: quod ſicut illorum unuſquiſque ex dogmate quod invenit, ſuos diſcipulos fecit vocari Platonicos, & Manichæos, & Epicureos, & Marcioniſtas: ſimili modo & cum Chriſtus dogma inveniſſet, ex ipſo Chriſtianos vocari. Si quis igitur defendit eundem Theodorum qui talia blaſphemavit, & non anathematizat eum & ejus conſcripta, & eos qui ſimilia illi ſapuerunt, vel ſapiunt, talis anathema ſit.

Si quis defendit conſcripta Theodoreti, quæ expoſuit pro Neſtorio Hæretico & adverſus rectam fidem, & Epheſinam primam ſanctam Synodum, & ſanctum Cyrillum, & duodecim ejus capitula, in quibus ſceleratis conſcriptis idem Theodoretus affectualem dicit unitatem Dei Verbi ad hominem quendam: de quo blaſphemans dixit, Quod palpavit Thomas eum qui reſurrexit, & adoravit eum qui reſuſcitavit: & propter hoc impios vocat Doctores Eccleſiæ, qui unitatem ſecundum ſubſiſtentiam Dei Verbi ad carnem confitentur. Et ſuper hæc Dei Genitricem abnegat ſanctam & glorioſam ſemper Virginem Mariam: Si quis igitur memorata conſcripta Theodoreti defendit, & non anathematizat ea, talis anathema ſit. Propter tales enim blaſphemias ab Epiſcopatu dejectus eſt, & poſtea in Sancto Chalcedonenſi Concilio compulſus eſt omnia contraria memoratis ſuis conſcriptis facere, & rectam fidem confiteri.

Si quis defendit impiam epiſtolam quam ad Marim Perſam Hæreticum Ibas ſcripſiſſe dicitur, quæ abnegat Deum Verbum Hominem factum eſſe, & dicit non Deum Verbum ex Virgine incarnatum natum eſſe, ſed purum hominem ex ipſa eſſe natum, quem Templum vocat, ut alius ſit Deus Verbum, & alius Homo, & ſuper hæc injuriat Epheſinam primam Synodum, quaſi ſine inquiſitione & examinatione ab ipſa Neſtorio condemnato, & Sanctum Cyrillum vocat Hæreticum, & duodecim ejus capitula impia dicit, Neſtorium autem & Theodorum cum impiis eorum conſcriptis collaudat & defendit. Si quis igitur ſicut dictum eſt, eandem ipſam epiſtolam vindicat, vel rectam eſſe dicit ipſam vel partem ipſius, ſed non anathematizat eam, anathema ſit.

Tali ergo impia epiſtola juſte anathematizata propter inſertas ei blaſphemias, Theodori & Neſtorii impiorum ſequaces conantur dicere ſuſceptam eſſe eam a Sancto Chalcedonenſi Concilio. Hoc autem dicunt, ſanctam quidem Chalcedonenſem Synodum calumniantes, nomine autem ejus feſtinantes debita condemnatione liberare Theodorum & Neſtorium, & impiam epiſtolam, pro qua Ibas ſæ-

pius accuſatus, non eſt auſus eam ſuam dicere propter inſertas ei blaſphemias. Et hæc demonſtremus ex his quæ diverſa de iſta cauſa mota ſunt. In his enim quæ apud Photium & Euſtathium Tyri acta ſunt, cum accuſaretur prædictus Ibas de injuriis Sancti Cyrilli, manifeſte confeſſus eſt, poſt unitatem Orienralium, quæ ad ſanctæ memoriæ Cyrillum facta eſt, nihil injurioſum de eo dixiſſe. Epiſtola autem plena prædictis blaſphemiis, pro quibus accuſabatur Ibas, multas contra Sanctum Cyrillum injurias continens, facta eſſe oſtenditur poſt unitatem ad Orientales factam, ex quo demonſtrabatur Ibas eam abnegaſſe. Unde prædicti Photius & Euſtathius ſatisfacientes accuſatoribus, in ſcriptis definierunt, prædictum Ibam omnia contraria epiſtolæ peragere, ſicut judicium ab eis datum ſignificat. Sed cum Ibas non adimpleſſet ea quæ illi judicaverunt, ejectus eſt ab Epiſcopatu propter blaſphemias prædictæ epiſtolæ, & Nonnus pro illo ordinatus eſt, qui & conſedit in ſancto Chalcedonenſi Concilio. De eiſdem igitur etiam in Chalcedone accuſatus memoratus Ibas, poſt lectionem impiæ epiſtolæ non eſt auſus eam ſuam eſſe confiteri: ſed ſtatim ipſis verbis intulit, alienum ſe eſſe eorum quæ ei inferebantur. Unde ſancta Synodus, cum ei non ſufficeret abnegatio Ibæ, quæ facta eſt de epiſtola, compulit eum contraria ei peragere, id eſt, reprobatam in ea rectam fidem confiteri, & Epheſinam primam ſanctam Synodum ſuſcipere, & Sanctum Cyrillum Patrem & Doctorem adſcribere, quæ in eadem impia epiſtola injuriantur, & Neſtorium & impium ejus dogma anathematizare, quæ impia ejus epiſtola defendit, & collaudat. Si igitur & ipſe Ibas propter impiam epiſtolam ſæpius accuſatus, non eſt auſus eam ſuam dicere, ſed etiam Chalcedonenſe ſanctum Concilium omnia ei contraria compulit eum peragere: quomodo eadem ſancta Synodus memoratam epiſtolam ſuſciperet, & condemnationi impietatis, quæ in ea continetur, ſeſe ſubjiceret, a qua Ibam liberare feſtinavit? Quoniam autem omnes blaſphemias epiſtolæ prætermittentes Hæretici, hoc ſolum ex ipſa proferunt, quod ad decipiendos ſimpliciores ſcriptor epiſtolæ dixit, hoc eſt, duas naturas, unam virturem, unam perſonam: demonſtramus ipſum quod & in hoc ſuam commiſcuit impietatem. Cujus enim dicit duas naturas, & unam perſonam, qui abnegat Deum Verbum Incarnatum de ſancta & glorioſa Dei Genitrice & ſemper Virgine Maria, natum eſſe ex ipſa? Sed certum eſt, quod unicuique naturæ ſuam perſonam attribuit, ſicut Theodorus & Neſtorius in ſuis libris blaſphemantes expoſuerunt, quos defendit ſcriptor epiſtolæ cum eorum impietate. Illi enim aperte dicentes duas perſonas Dei Verbi & Chriſti, quem purum Hominem vocant, per affectualem conjunctionem, & per eandem dignitatem & honorem unam perſonam apparere dicunt: ſed & duarum naturarum unam virtutem ſive potentiam dicens ſcriptor epiſtolæ, manifeſtus eſt quod & in hoc memoratos Hæreticos ſequitur, Theodorum quidem, dicentem in diverſis libris de incar-

de Incarnatione impie expoſitis, Neſtorium autem in multis quidem ſcriptis, & maxime in epiſtola ſcripta ad Alexandrum Hierapolitanum Hæreticum, quod duarum naturarum una eſt auctoritas, & una virtus ſive potentia, & una perſona per dignitatem eundemque honorem, ex quo oſtenditur, qui ſcripſit epiſtolam, ſecundum illorum perfidiam pro perſonis uſus vocabulo naturarum. Una enim auctoritas, & una virtus ſive potentia, & una dignitas, & idem honor non in diverſis naturis, ſed in diverſis perſonis ejuſdem ſubſtantiæ dicitur, quod in Sancta Trinitate confitemur. Unde & Sancti Patres anathematizant eos qui per auctoritatem, aut virtutem, ſive potentiam, aut dignitatem, aut æqualitatem honoris, dicunt Deum Verbum unitum eſſe Chriſto: quem purum Hominem vocant Theodoti & Neſtorii ſequaces, ſed non ſecundum ſubſiſtentiam Dei Verbi ad carnem animatam anima rationabili & intellectuali, unitatem factam eſſe confitentur. Et hæc quidem ſufficiebant ad convincendam impietatem eorum qui ſceleratam epiſtolam vindicant. Tamen & in fine ſcriptor ejuſdem epiſtolæ oſtendit ſuam perfidiam, dicendo quod oportet credere in templum, & in eum qui habitat in templo. Per quæ aperte duas introducit perſonas: Sed & iſtam impietatem a Theodoro & Neſtorio ſcriptor epiſtolæ edoctus eſt. Catholica autem Eccleſia talem condemnans perfidiam, non in templum, & in eum qui habitat in templo, ſed in unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Dei Verbum Incarnatum & Hominem factum confitetur, & credere tradit. Nihil autem mirandum eſt, ſi vocabulo naturarum uſus eſt ſcriptor illius impiæ epiſtolæ. Solent enim Hæretici, ut ſimpliciores deciperent, vocibus quidem uti quæ ab Orthodoxis pie dicuntur; rectum autem earum intellectum, & expoſitionem ad ſuam impietatem transferre. Quoniam autem eædem voces, quando bene exponuntur & intelliguntur, cum pietate ſunt: quando autem male ab Hæreticis intelliguntur & proferuntur, impietatem habent. Itaque Neſtorium duas quidem naturas & unam perſonam dicentem, non confitentem autem earum unitatem ſecundum ſubſiſtentiam, Epheſina prima Synodus, cujus auctores erant Cæleſtinus & Cyrillus ſanctæ memoriæ, non recepit, ſed condemnavit. Nos autem Sanctorum Patrum doctrinam per omnia ſequentes, & unitatem duarum naturarum, ex quibus Dominus noſter Jeſus Chriſtus unus Sanctæ Trinitatis, Deus Verbum Incarnatus compoſitus eſt, & quod earum differentia non interempta eſt propter unitatem in ſuperioribus apertius demonſtravimus. Et ſufficiebant quidem quæ prædiximus, ſatisfacere eis qui nolunt contendere. Sed quomodo illi qui ſemel ad impietatem declinaverunt, & alia proponere conantur, neceſſario nos & tales eorum occaſiones vanas oſtendemus. Dicunt enim non oportere vituperari impiam epiſtolam, eo quod in aliquantis fertur Codicibus. Sed ſi hoc aliquis ſecundum eorum dementiam ſuſcipiat, oportet & Neſtorium & Eutychen ſuſcipi, quoniam & de his in geſtis continen-

tur, quæ apud Synodum acta ſunt. Sed nemo ſapiens dictis eorum animum intendet. Quæ enim de Hæreticis proferuntur in Synodis, & pars geſtorum ſunt, non ad liberationem inferuntur, ſed ad majorem condemnationem eorum, & qui eis ſimilia ſapiunt. Oportet autem etiam illud attendere, eos qui veritatem perſcrutantur, quod forſitan in Conciliis quædam a certis ibi convenientibus dicuntur aut per favorem, aut per contrarietatem, aut per ignorantiam. Nemo autem attendit ea quæ per partem a quibuſdam dicuntur, ſed ſola illa quæ ab omnibus communi conſenſu definiuntur. Si enim aliquis ſecundum illos voluerit attendere ejuſmodi contrarietates, unaquæque Synodus invenietur ſemetipſam deſtruens. Propter hæc igitur oportebat eos, ſi ſanctum Concilium recte ſuſciperent, non tales blaſphemias ei applicare, ſed ſequi Doctores Catholicæ Eccleſiæ, & maxime Sanctum Athanaſium, qui fuit Alexandriæ Epiſcopus, & plurimos & magnos labores ſuſcepit pro recta Chriſtianorum fide adverſus omnem Hæreſin, & maxime contra impiiſſimos Arrianos. Ipſis enim Arrianis ad decipiendos populos ſuo errori conjungentibus Dionyſium, qui ante multos annos Anathaſii fuit Alexandriæ Epiſcopus, & dicentibus quod & ipſe Dionyſius ſimilia eis ſapuit, Athanaſius magnus Eccleſiæ Doctor multis modis oſtendit in ſcriptis, rectam fidem Dionyſium ab initio prædicaſſe, nulloque modo participem Arrianæ impietatis fuiſſe. Iſti autem Hæretica ſapientes, ſuam impietatem eidem Synodo applicare feſtinant. Qualis autem eſt condemnatio, & qualis imminet maledictio eis qui in Patres peccant, docet nos & divina Scriptura. Si enim Cham filius Noæ cum vidiſſet nudum ſuum patrem, quoniam qui non cooperuit patris corporalem nuditatem, ſed egreſſus nunciavit eam fratribus & illi veſtimento eam cooperuerunt, ipſe quidem Cham, & illi qui ex ipſo nati ſunt, ſub maledictione facti ſunt: qui autem cooperuerunt, magnam benedictionem meruerunt: multo magis iſti majore & ampliore condemnatione digni ſunt, qui ad Synodum minime pertinentem infamiam feſtinant per impietatem epiſtolæ & Theodori eidem ſanctæ Synodo applicare. Sed non ideo impia epiſtola, vel defendentes eam, condemnationem ſuæ impietatis effugient; ſed neque Theodorus, qui Paganos & Judæos, & omnes Hæreticos impietate ſuperat. Impio enim Theodoro non ſufficit, ſuper alias ejus blaſphemias ad ſuum errorem male interpretari ſymbolum trecentorum decem & octo Sanctorum Patrum: ſed etiam contempto eo aliud ſymbolum expoſuit omni impietate plenum, in quo anathematizare auſus eſt eos qui aliter vel ſapiunt vel tradunt: ut quantum ad illius inſaniam pertinet, omnes Sancti Apoſtoli & Patres condemnarentur. Hoc autem Theodori impium ſymbolum, & in Epheſina prima Synodo prolatum, & in Chalcedonenſi recitatum, ab utraque Synodo cum ejus expoſitore, & eis qui illud ſuſcipiunt, condemnatum eſt. Quoniam autem quidam verba pro Theodoro facientes, cum proferuntur impia ejus ſcripta, propter in-

Geneſ. 9. a

ſertam ejus blaſphemiam confingunt quidem dicere quod impia ſunt, ipſum autem qui talem impietatem evomuit, recuſant anathematizare: miramur eorum dementiam, quod Divinæ Scripturæ contraria agunt evidenter dicenti, quia æqualiter horribilia ſunt apud Deum impius & impietas ejus. Actio enim cum actore punietur. Si autem ſimiliter impietati horribilis eſt Deo & ille qui impie agit, certe ſeparatus eſt talis a Deo, & anathemati juſte ſubjicitur. Anathema enim nihil aliud ſignificat, niſi a Deo ſeparationem, ſicut in veteri & novo Teſtamento judicium de Anathemate ſignificat. Quod autem & Dominus eos qui non permanent in verbo veritatis ipſius, ſeparatos eſſe ab Eccleſia dicit, in Evangelio ſecundum Joannem Judæos alloquens, ſic ait: Omnis qui facit peccatum, ſervus eſt peccati, ſervus autem non manet in domo in æternum, filius autem permanet in æternum. Quod autem quam Dominus nominat domum, Divina Scriptura Eccleſiam Dei vivi vocat, Apoſtolus teſtatur in epiſtola prima ad Timotheum. Si vero quidam dicunt non oportere Theodorum poſt mortem anathematizari, ſciant qui talem Hæreticum defendunt, quod omnis Hæreticus uſque ad finem vitæ in ſuo errore permanens, juſte perpetuo anathemati & poſt mortem ſubjicitur. Et hoc in multis Hæreticis & antiquioribus & propioribus factum eſt, id eſt, Valentino, Baſilide, Marcione, Cerintho, Manichæo, Eunomio, & Bonoſo. Hoc autem idem in Theodoro factum eſt, & in vita accuſato, & poſt mortem anathematizato a Sanctis Patribus: quibus ſi credere noluerint, & Hæretici ejus defenſores, vel impiæ epiſtolæ, quam ipſi defendunt, credant, quæ licet Theodorum collaudet, manifeſte tamen dicit quod in Eccleſia a Sanctis Patribus anathematizatus eſt, & ex illo plurima inquiſitio facta eſt de ejus conſcriptis, utpote plenis impietate. Hoc autem tunc faciebant Catholicæ Eccleſiæ Doctores, ne ſimpliciores legentes illius impia conſcripta, a recta fide declinarent. Quod autem impii licet non in vita in ſuam perſonam anathema ſuſceperint, tamen & poſt mortem anathematizantur a Catholica Eccleſia, oſtenditur a Sanctis Synodis. Nicena enim Synodus eos qui impiam Arrii ſectam colunt, ſive nomine anathematizavit. Quæ autem Conſtantinopoli congregata eſt, impiam Macedonii Hæreſin ſimiliter condemnavit; ſed tamen Sancta Dei Eccleſia & poſt mortem Arrium & Macedonium nominatim anathematizat. Cum autem ex multis probationibus convincuntur, quod ſupervacue impie agunt qui Theodorum & impietatem ejus defendunt, ad aliam vanam occaſionem confugiunt, dicentes non oportere ipſum anathematizari, eo quod in communicatione Eccleſiarum mortuus eſt. Oportebat autem ſcire eos, quod illi moriuntur in communicatione Eccleſiarum, qui commune pietatis dogma, quod in univerſali Eccleſia prædicatur, uſque ad finem ſervaverunt. Iſte autem uſque ad mortem in ſua permanens impietate, ab omni Eccleſia ejectus eſt. Itaque & omnis plenitudo Mopſueſtenæ Eccleſiæ, in qua

Sap. 14.

Joan. 8.

1. Timoth. 3.

Epiſcopus dicitur fuiſſe, cum inveniſſet quod Paganis & Judæis & Sodomitis a Sanctis Patribus connumeratus eſt, deleverunt ipſi ex illo a ſacris Eccleſiæ diptychis ejus nomen, ſicut geſta in eadem civitate apud Concilium Epiſcoporum illius Provinciæ confecta oſtendunt. Miramur igitur Theodori ſequaces, qui eum & impietatem ejus tanquam ſuum defendunt, cum Eccleſia in qua fuit Epiſcopus, ut puta Hæreticum, ex multis temporibus eum ejecit. Quod autem ad condemnationem ſuam talem occaſionem proponunt defenſores Theodori, ſcire licet & ex ipſo adverſus Judam facto tremendo judicio. Ille enim cum putaſſet latere eum qui occulta hominum cognoſcit, Sacramentis communicavit cum Apoſtolis: ſed tamen nihil ei profuit, quod cum dolo communicavit. Sed licet poſt mortem ejus duodecim nominati ſunt Diſcipuli, ſicut Joannes Evangeliſta dicit, Thomas autem qui Didymus dicebatur, unus ex duodecim, non erat cum ipſis quando venerat Jeſus: tamen hoc non liberat Judam a condemnatione, aut connumerari facit Apoſtolis. Unde poſt Aſcenſionem Domini, Apoſtoli per ſuam ſententiam eundem Judam etiam poſt mortem condemnaverunt, & alium pro illo introduxerunt. Quod autem vanam occaſionem proponunt dicentes, non oportere Hæreticos mortuos anathematizari, ex ipſis Domini verbis oſtendemus: impios enim, & adhuc vivos, mortuos nominat, dicens: Dimitte mortuos ſuos ſepelire mortuos: ſicut juſtos etiam defunctos, vivos nominat. Dicit enim de Abraham & Iſaac & Jacob, quod Deus non eſt Deus mortuorum, ſed viventium. Si ergo ſecundum verba illorum non oportet Hæreticos mortuos anathematizari, nec vivi Hæretici anathematizabuntur, quos Dominus mortuos vocat, quia ſeparati ſunt ab ipſo, qui dixit: Ego ſum vita. Et ſecundum eos nec vivi nec mortui anathematizabuntur. Et ſine cauſa, ſecundum illos, Apoſtolica doctrina tradidit anathematizari eos qui tradunt præter quod accepimus; ſine cauſa ſanctæ Synodi Hæreticos condemnaverunt: ſine cauſa & alii Sancti Patres & Doctores Eccleſiæ Hæreticos anathematizaverunt. Inculpent autem & Hieremiam Prophetam dicentem: Execrandus, qui opera Domini negligenter facit: & David Prophetam dicentem: Execrandus, qui declinarit a mandatis tuis: & ut compendioſe dicamus, omnem Divinam Scripturam in diverſis locis tales condemnationes impiis inferentem. Sin autem illi qui opera Dei negligenter faciunt, & peccant in mandatis ejus, talibus condemnationibus ſubjiciuntur: quanto magis impius Theodorus, qui talia adverſus ipſum magnum Deum & Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum blaſphemavit, juſte condemnatus eſt & anathematizatus. Et hæc quidem ſufficiebant ſuper memoratas & aliis noſtris libris inſertas probationes, quas protulimus, oſtendentes quod oportet etiam poſt mortem Hæreticos condemnari, confundere eos qui Theodorum defendunt, & cumpeſcere a tali impietate. Quoniam autem contentioſe in ipſa permanent, etiam quod eſt amplius dicimus, quia qui-

Joan. 20. *Matth. 8.* *Matth. 22.* *Hierem. 48.* *Pſalm. 118.*

dam ex ipſis qui in Nicæna ſancta Synodo convenerunt, & expoſitæ ab ea fidei definitioni vel ſymbolo ſubſcripſerunt, quoniam poſtea contraria ſapientes apparuerunt, alii quidem vivi, alii mortui anathematizati ſunt a Damaſo ſanctæ memoriæ Papa antiquioris Romæ, & ab univerſali Sardicenſi Synodo, prout teſtatur Sanctus Athanaſius. Sed & Chalcedonenſis ſancta Synodus Domnum Antiochiæ factum Epiſcopum, poſt mortem condemnavit, quod auſus eſt ſcribere, Oportere ſolum taceri duodecim capitula Sancti Cyrilli. Quoniam autem Theodori defenſores Hæretici, omni propoſitione & conatu excidentes, præſumunt dicere ad deceptionem ignorantium, quod ſanctæ memoriæ Cyrillus in aliqua parte epiſtolæ illum collaudavit, ex multis oſtenditur quod non convenit eorum conamen dictis a Sancto Cyrillo in diverſis ejus libris contra impium Theodorum, in quibus magis impium omnibus aliis Hæreticis eum oſtendens, deinde non ſuſtinens plurimas & maximas ejus blaſphemias contra magnum Deum & Salvatorem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum dictas, exclamavit ita dicens : Expavit cælum ſuper hoc, & horruit amplius vehementer, dicit Dominus : O intolerabilem malignitatem, ô linguam loquentem iniquitatem contra Deum, & mentem in altitudinem cornu extollentem ! Et iterum : Impone homo tuæ linguæ oſtium & ſeram; ceſſa cornu in altitudinem extollens, & loquens iniquitatem adverſus Dominum. Quouſque inſultas patienti Chriſto? In mente habe ſcriptum a Divino Paulo: Sic autem peccantes in fratres, & percutientes eorum infirmam conſcientiam, in Chriſtum peccatis: & ut aliquid etiam ex Propheticis loquar Codicibus, Juſtificata ſunt Sodoma ex te : ſuperaſti Paganorum verboſitates, quas contra Chriſtum fecerunt, ſtultitiam exiſtimantes crucem : nihil eſſe oſtendiſti Judaïcæ ſuperbiæ crimina. His igitur ad condemnationem Theodori ſic a Sancto Cyrillo dictis, licet aliquis concedat, ſecundum illorum verba Sanctum Cyrillum aliquid pro Theodoro dixiſſe, neque hoc liberat illum a condemnatione. Invenimus enim quod multi Sanctorum Patrum quoſdam Hæreticos collaudaverunt, ſicut & Sanctus Damaſus & Athanaſius & Baſilius Apollinarium, & Sanctus Leo Eutychen: & tamen cognita eorum impietate, non propter hoc evaſerunt Hæretici condemnationem, & anathema quod poſtea contra eorum perſonam & impietatem factum eſt. Tantus eſt autem furor defendentium Theodorum, quia præſumunt adverſus Gregorium Theologum & Joannem Conſtantinopolitanum mentiri, dicentes epiſtolas ad eundem Theodorum plenas laudis eos direxiſſe, quod falſum eſt. Gregorius enim cum in Conſtantinopoli pro veritate laborans, converſis per eum ab Arriana inſania ad Catholicam fidem populis, ad ſuam patriam reverſus eſt, epiſtolas quas Hæretici doloſe proferunt, non ad Theodorum Mopſueſtenum ſcripſit, ſed ad Theodorum Epiſcopum Tyanum, quæ eſt ſecundæ Cappadociæ Metropolis. Ejuſdem autem Provinciæ ſunt & Nazianzus civitas, cujus fuerat

1. Cor. 8.

Ezech. 16.

1. Cor. 1.

Epiſcopus ſanctæ memoriæ Gregorius, & Arrianzus prædium unde ortus fuerat. Hoc enim & ipſæ epiſtolæ aperte ſignificant, memoriam facientes conſuetudinum & collectionum, & ejuſdem prædii Arrianzi, & aliorum prædiorum ejuſdem Provinciæ, & menſis lingua Cappadocum [a] nominati, & Boſporii Epiſcopi ſub eodem Theodoto conſtituti, qui tunc temporis Coloniæ civitatis ejuſdem Provinciæ Epiſcopus erat, & aliorum Epiſcoporum, & Chorepiſcoporum, & Monaſteriorum quæ ſub Theodori juriſdictione erant, quorum uſque nunc eadem nomina ſervantur. Qualis enim communio Cappadocibus ad ſecundam Ciliciam, vel tunc, vel modo, diviſa earum Provinciarum gubernatione? Et quos Epiſcopos ſub ſe habere poterat Mopſueſtenus Epiſcopus, cum ipſe ſub Metropolitano ſecundæ Ciliciæ conſtitutus eſſet? Joannes autem Conſtantinopolitanus, ſcripſit quandam epiſtolam ad Theodorum Mopſueſtenum: non tamen laudibus, ſed querimoniis & increpationibus plenam: ut puta illo a bona converſatione lapſo. Quoniam enim cum eo Monachicam vitam in uno eodemque Monaſterio exercuit, converſationis ibi factæ eum admonuit: & pro his teſtimonium præbent Sozomenus, Heſychius, & Socrates & Theodoretus, qui multas pro Theodoto laudes fecit. Si autem teſtimonia proferunt Joannis Antiocheni, & Orientalis Concilii ſub eo conſtituti, facta pro Theodoro & ejus impietate, neceſſe eſt eos & illa ſuſcipere, quæ quantum ad illos pertinet, ad condemnationem Sancti Cyrilli, & reprobationem rectæ fidei fecerunt, Joannes & qui cum illo erant: nec non etiam quæ ſcripſerunt, Neſtorium & ejus perfidiam diutius defendentes. Et hoc oſtenditur ex diverſis eorum libris & epiſtolis, quas ad Theodoſium piæ recordationis, & ad alios diverſos ſcripſerunt. Et hæc quidem ſic habent. Ut autem nihil ſubtilitatis prætermittamus, neceſſarium putavimus memorare etiam illa quæ ab Auguſtino ſanctæ memoriæ Africano Epiſcopo ſcripta ſunt. Quæſtione enim aliqua poſt mortem Cæciliani de eo mota, quod ab Eccleſiaſtica traditione declinaſſe dicebatur, & propter hoc quibuſdam a Catholica Eccleſia ſeparatis, ſcribit ad Bonifacium idem Sanctus Auguſtinus. Quod non oportet ideo aliquem ſeparare ſeſe a Catholica Eccleſia, ſi enim vera eſſent ea quæ Cæciliano inferebantur, & manifeſtatus eſſet contrarium aliquid Eccleſiaſtico ſtatui ſapuiſſe, etiam poſt mortem eum anathemati ſubjicerem [c]. Sed & regula ſanctæ Synodi Aphricanæ ſtatuit, Epiſcopos qui ſuas facultates in teſtamento, vel ex inteſtato Hæretico relinquunt, oportere & poſt mortem anathematizari. Super hæc autem omnia, quis ignorat ea quæ noſtris temporibus in Eccleſia antiquioris Romæ contra Dioſcorum acta ſunt? qui cum nihil in fidem peccaſſet, tamen propter ſolum Eccleſiaſticum ordinem poſt mortem ab eadem ſancta Eccleſia Romana anathematizatus eſt. Si igitur nihil in fidem peccantes Epiſcopi, propter ſolum Eccleſiaſticum ordinem, & propter cauſam pecuniariam anathemati & poſt mortem ſubjiciuntur: quanto magis

[a] Dathuſa, vol. 5. Synodi 5. 534.

Theodorus, qui in ipſum Deum peccavit? Quantum autem ad inſipientiam dicentium, non oportere anathematizari poſt mortem, eos qui in ſua impietate mortui ſunt: oportebat nec eos qui injuſte condemnati ſunt Patres, poſt mortem revocari, quale contigit in Joanne ſanctæ recordationis Epiſcopo Conſtantinopolitanæ Civitatis, ab univerſali Eccleſia poſt mortem revocato: & in Flaviano ſanctæ memoriæ & ipſo Epiſcopo Conſtantinopolitanæ Civitatis, injuſte quidem in vita condemnato: juſte autem poſt mortem revocato tam a ſanctæ memoriæ Papa Leone, quam a ſancta Chalcedonenſi Synodo. Ex hoc autem contigit ſecundum illorum verba, Hæreticos quidem Sanctis Patribus connumerari, ut puta liberatos debita eis condemnatione: Sanctos autem Patres injuſte condemnatos Hæreticis conjungi, utputa non ſoluta contra eos facta iniqua damnatione. Omnibus autem magis credendus eſt Doctor Dominus & Deus noſter *Joann. 3.*
Jeſus Chriſtus, de ſe dicens: Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium ſuum Unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam: non enim miſit Deus Filium ſuum, ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum: qui credit in eum, non judicabitur: qui autem non credit, jam judicatus eſt, quia non credit in nomine Unigeniti Filii Dei. Spiritus autem Sanctus per *Pſalm. 1.*
Prophetam David dicit, impios non reſurrecturos in judicio. Tali igitur Domini ſententia prolata adverſus omnem impium, & nihil diſcernente inter vivos & mortuos Hæreticos, quomodo auſi ſunt reſiſtere tali ſententiæ, & eos qui ſemel impie egerunt, & propter hoc jam a Domino condemnati ſunt, dicere non oportere poſt mortem condemnari? Et divinus autem Apoſtolus, qui Chriſtum in ſemetipſo habet loquentem, non ſolum adverſus homines, ſed etiam adverſus Angelos talem protulit ſententiam, dicens in epiſtola ad Galatas: Sed *Galat. 1.*
licet nos, aut Angelus de cælo evangelizaverit præter quod evangelizavimus vobis, anathema ſit, ſicut prædiximus; & nunc iterum dico, ſi quis vobis Evangelizaverit, præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Et quis ita impius eſt, ut præſumat dicere, quod Theodori impia ſcripta, vel pars eorum tradita eſt aliquando ſanctæ Dei Eccleſiæ, & non ſtatim qui auſus eſt aliquid tale loqui, anathemati ſubjectus eſt a Sanctis Patribus? Si quis igitur poſt ejuſmodi rectam confeſſionem, & Hæreticorum condemnationem, ſalvo manente pio intellectu, de nominibus vel ſyllabis vel dictionibus contendens, ſeparat ſe a Sancta Dei Eccleſia, tanquam non in rebus, ſed in nominibus ſolis & dictionibus poſita nobis pietate, talis, utputa diſſenſionibus gaudens, rationem pro ſemetipſo, & pro deceptis & pro decipiendis ab eo, reddet magno Deo & Salvatori noſtro Jeſu Chriſto in die judicii. Amen.

[a] *Edictum piiſſimi Imperatoris, &c.*] *Pith.* Hoc Edictum extat Græce editum in Chronico quod Alexandrinum vocant in Juſtiniano. Iſidorus de Vir. Illuſtrib. in Juſtiniano Imperatore. Juſtinianus Imperator quoſdam Libros de Incarnatione Domini edidit, quos etiam per diverſas Provincias miſit. Condidit

quoque & reſcriptum contra Illyricianam Synodum & adverſus Africanos Epiſcopos, in quo tria capitula damnare contendit, id eſt Theodoreri Mopſueſteni Epiſcopi dicta ſive reſcripta; Epiſtolam quæ dicitur Hibbi Theodureti Ediſſeni Epiſcopi; & Theodoteti Cyri Epiſcopi reſcriptum. Idem Iſidorus in Facundo. Facundus Harmanenſis Eccleſiæ Epiſcopus duodecim libros pro defenſione trium capitulorum ſcripſit, quorum ſtylo elicuit præfata tria capitula in proſcriptione Apoſtolicæ Fidei & Chalcedonenſis Synodi impugnatione fuiſſe damnata. Id eſt Epiſtolam Hibæ Ediſſeni Epiſcopi ad Marinum Preſbyterum directam, & Theodori Mopſueſteni Epiſcopi dictum, & Theodoreti Cyri Epiſcopi reſcriptum. Clatuit poſt Conſulatum Baſilii anno x. regnante Juſtiniano Imperatore. Hincmatus Remenſis Archiepiſcopus adverſus Hincmarum Laudunenſem. Cum Edicto Juſtiniani Imperatotis de rectæ fidei confeſſione & refutatione hæreſeon quæ adverſatur Catholicæ Eccleſiæ a Synodo quarta dictato & ab eodem Imperatore confirmato ſcriptum eſt, oportet inquit, &c.

b *Theodorum*] *Pith.* Iſidorus de Vir. Illuſtrib. in Theodoro. Theodorus Mopſueſtenæ Urbis Epiſcopus ita claræ, copioſæquæ ſcieotiæ doctrina refulſiſſe refertur ut prædicaretur ſi referre fas eſt voluminum ſummam in Græco conſcripſiſſe adverſus omnes ſtiliconis errores. Hunc accuſatores Epiſcopi in præjudicio Chalcedonenſis Concilii Juſtiniano Principe compellentes damnare poſt mortem cum Iba & Theodoreto Epiſcopis cenſuerunt, cum conſtet eum laudabilium virorum teſtimoniis clariſſimæ Eccleſiæ Doctorem fuiſſe. Vixit uſque ad Imperium ſeniotis Leonis. Cedrenus 313.

c *Etiam poſt mortem eum Anathemati ſubjicerem*] *Pith.* Iſidorus de Vit. Illuſtrib. in Ferrando. Ferrandus Chartaginenſis Eccleſiæ Diaconus multum in Sacris Scripturis floruiſſe aſſeritur, multaſque cum beato Fulgentio propoſitiooes alternis Epiſtolis habuiſſe narratur. Iſte ad Pelagium & Anatolium Romanos Diaconos conſulentes, utrum liceret quoque damnare poſt mortem, edidit reſcriptum, ubi ſic loquitur: Si diceres quid prodeſt dormientibus Eccleſiam perturbare, ſi quis adhuc in corpore mortis hujus accuſatus & damnatus antequam mereretur abſolvi de Eccleſia raptus eſt, abſolvi non poteſt ulterius humano judicio. Si quis accuſatus & abſolutus in pace Catholicæ Eccleſiæ tranſivit ad Deum, coodemnari non poteſt ulterius humano judicio. Si autem dies ſacri examinis repentina vocatione præventus eſt iotra ſinum matris Eccleſiæ conſtitutus, divino intelligeodus eſt judicio reſervari. De hoc oullus homo poteſt manifeſtam proferre ſententiam, cui ſi Deus indulgentiam dedit nihil oocet ooſtra ſeveritas. Sed ſi ſupplicium præparavit, nihil prodeſt noſtra benignitas. Eſt ejuſdem Juſtiniani Imperatoris Edictum ſeu dogmatica Epiſtola adverſus Acephalos ad Zoilum Patriarcham Alexandriæ. Litteras relegentes, &c. Mentio fit act. 4. & act. 10. Synod. Conſtantinop. Ejuſdem Imperatoris liber contra Neſtorianos & Acephalos, qui incipit Argumentum ſcrupuloſum. Ibid.

PRAGMATICA SANCTIO JUSTINIANI IMPERATORIS, COMPLECTENS VARIA CAPITULA.

IMP. JUSTINIANUS AUG. ****

Ut omnia firma ſint, quæ Amalaſiunta, vel Atalaricus, vel Theodatus conceſſerunt.

1. PRO petitione Vigilii venerabilis antiquioris Romæ Epiſcopi quædam diſponenda eſſe cenſuimus ad utilitatem omnium pertinentia, qui per Occidentales partes habitare noſcuntur. In primis itaque jubemus, ut omnia quæ Atalaricus, vel Amalaſiunta Regia mater ejus, vel etiam Theodatus, Romanis vel Senatu poſcente conceſſerunt, inviolabiliter conſerventur: ſed & ea quæ a nobis, vel a piæ memoriæ Theodora Auguſta quondam conjuge noſtra conlata ſunt, volumus illibata ſervari, nulla cuicumque danda licentia contra ea venire, quæ a prædictis perſonis pro quibuſcumque rebus vel titulis data vel conceſſa eſſe noſcuntur, excepta videlicet donatione a Theodato in Maximum pro rebus abita Marciani. Ex quibus dimidiam portionem Liberio viro glorioſiſſimo dediſſe meminimus, reliquam dimidiam Maximo viro magnifico relictam, quas apud utrumque firmiter manere cenſuimus.

Ut per Totilanem factæ donationes irritæ ſint.

2. Si quid a Totilane tyranno factum vel donatum eſſe invenitur cuicumque Romano, ſeu cuique alio: ſervare, vel in ſua firmitate manere nullo modo concedimus: ſed res ablatas ab hujuſmodi detentatoribus antiquis dominis reformari præcipimus. Quod enim per illum tyrannidis ejus tempore factum eſſe invenitur, hoc legitima noſtra notare tempora non concedimus.

Nemini noceat in captivitate gentium amiſſio inſtrumentorum.

3. Licet *enim* [a] generali lege proſpectum eſt, ne inſtrumentorum amiſſio dominis, pro quibus inſtrumenta conſcripta ſunt, quodcumque præjudicium rerum poſſit inferre: tamen ſpecialiter etiam per illa loca hoc renovare cenſuimus, cum ſciamus per diverſas calamitates & hoſtiles pervaſiones tam in ipſa civitate Romana, quam in aliis locis hominibus inſtrumenta periſſe. Nequaquam igitur ex hoc quicumque patiantur calumniam, aut aliquod ſuſtineant detrimentum, ſancimus, ut inſtrumentorum quidem amiſſionem vel corruptionem nullum præjudicium pro dominio vel poſſeſſione, pro credito, dominis rerum, vel poſſeſſoribus aut creditoribus, pro quibus inſtru-

[a] etiam

menta conſcripta fuiſſe inferre pragmatum. Sed & ſi quis res abſentis vel etiam capti forſitan greges per ſuam aut cujuſlibet auctoritatem invaſit, vel petendo eas tenuit, reverſo eo vel liberato ſine ulla dilatione jubemus reſtitui ipſi vel etiam heredibus ejus. Et ſi forte ille fatale munus ſubiit, etiam heredibus ejus reſtituatur, legis auctoritas ſuggerit.

Non præſumat quis alienum.

4. Quia autem [a] veriſimile putamus diverſos tyrannidis tempore res ſuas per metum alienaſſe hominibus vel officium quodcumque gerentibus, vel aliam a Totila commiſſam actionem, vel potentiam, vel gratiam apud eum habentibus, ſive venditione, ſive aliis quibuſcumque contracti titulis, modo vero quod factum eſt prius, reſcindi deſiderare, utpote per violentiam vel per metum tyrannici temporis factum: ſancimus omnibus eſſe licentiam ſui recipiendi ſive vindicandi, vel poſſeſſionis a Judice adipiſcendæ, pretiis tantummodo videlicet reſtitutis, quæ tamen (eo qui ſe dediſſe perhibet adprobante) veraciter conſtiterit ex ſoluta, nec aliquo poſtea modo vel fraude ſubtracta, vel ab eo recepta: cum non abſque ratione eſſe putamus, multa tunc tempore per metum vel violentiam facta eſſe, quæ noſtris temporibus reſcindi expoſcit juſtitia, pœna videlicet inſtrumentis inſerta propter prædictas ſanctiones modis omnibus quieſcente.

[a] *Quia autem, &c.*] *Pith.* Aurelius Victor lib. 2. African. perſecut. Ut nemo in ejus Palatio militaret, neque publicas ageret actiones, niſi ſe Arrianum feciſſet.

De tempore poſtliminii, id eſt, poſt captivitatem.

5. Cum autem Deo propitio noſtro Imperio ſint omnes reſtituti, ſancimus pro noſtrarum legum auctoritate triginta nec non & quadraginta annorum præſcriptionem, alias inſuper, legibus locum habere, & ſuam tenere per omnia firmitatem, his duntaxat temporibus, quæ ab adventu tyrannorum bellica confuſio comprehendit, nullatenus in præſcriptionum curriculis imputandis.

Ut inſtrumenta irrita revocentur.

6. Cognovimus, dum hoſtilis ferocitas Romanam civitatem vel alias obſideret, diverſos contractus eſſe factos inter Romanos qui obſidebantur, vel etiam inſtrumenta conſcripta: in præſenti vero quoſdam prædictos contractus reſcindere, vel etiam inſtrumenta irrita revocare: ſancimus etſi poſtea per hoſtilem incurſionem hujuſmodi documenta perierunt, nullam eſſe licentiam quæ facta ſunt infirmandi, ſed omnes contractus obſidionis tempore factos in ſua firmitate durare, inſtrumenti etiam competentem vim habituri, ſed nullum per eorum amiſſionem dominis præjudicium generandum. Quod enim rite perfectum eſt, per fortuitos belli caſus, verti ſubtilitatis non patitur ratio.

De rebus mobilibus vel immobilibus.

7. Res inſuper mobiles vel immobiles, ſeſeque moventes, quas a Theodorici Regis temporibus uſque ad nefandiſſimi Totilæ ſuperventum quocumque jure vel titulo Romani poſſediſſe noſcuntur per ſe vel uſufructuarias vel alias perſonas, per quas unumquemque præcepit poſſidere, in poſterum ſine aliqua concuſſione apud eos ſervamus, eo videlicet ordine, quo per prædicta tempora eaſdem res poſſediſſe noſcuntur.

Pro immunitate tributorum.

8. Ne autem tributorum exactionis intuitu habitatores patiantur moleſtias quarumcumque Provinciarum, ſancimus nullius majoris dignitatis officia pro exigendis functionibus dirigi, ſed per Provinciarum Judices & eorum officia quodcumque damnum collatores ſuſtinere pro tributorum videantur exactione: licentia non deneganda majoribus Judicibus & eorum Officiis, ſi minus inlatæ fuerint functiones, ipſos Judices & eorum Officia convenire, & quod minus eſt illatum exigere, & tam publicæ rationes, quam collatoris utilitas procuretur. DAT. ANNO, DIE, ET CONSS. SS.

De confirmatione abſolutionis tributorum.

9. Ipſarum enim functionum ſolutionem per conſueta loca vel tempora ſolemniter præcipimus fieri, nulla innovatione per hoſtilem adventum ſolutioni tributorum penitus inferenda, ſed pro ſua conſuetudine vel noſtrorum beneficiorum tenore, ſive ad arcam ſive in Provincia, unumquemque ſolutionem in poſterum etiam celebrare.

Ut leges Imp. per Provincias ipſorum dilatentur.

10. Jura inſuper vel leges Codicibus noſtris inſertas, quas jam ſub edictali programmate in Italiam dudum miſimus, obtinere ſancimus. Sed & eas, quas poſtea promulgavimus Conſtitutiones, jubemus ſub edictali propoſitione vulgati, & ex eo tempore quo ſub edictali programmate evulgatæ fuerint, etiam per partes Italiæ obtinere, ut una Deo volente facta Republica, legum etiam noſtratum ubique prolatetur auctoritas.

De ſuffragio collatorum.

11. Provinciarum etiam Judices ab Epiſcopis & Primatibus uniuſcujuſque regionis idoneos eligendos & ſufficientes ad locorum adminiſtrationem ex ipſis videlicet jubemus fieri Provinciis quas adminiſtraturi ſunt, ſine ſuffragio, litis etiam codicillis per competentem Judicem eis præſtandis, ita videlicet, ut ſi aliquam collatoribus læſionem intuliſſe inveniantur, aut ſupra ſtatuta tributa aliquid exegiſſe, vel in coëmptionibus, menſuris enormibus, aliiſque præjudiciis vel

gravaminibus, aut iniquis ſolidorum ponderibus poſſeſſores damnificaſſe, ex ſuis ſatisfaciant facultatibus. Quod etiam ſi quis de Adminiſtratoribus aut de Actionariis præteritorum nefandorum tyrannorum tempore feciſſe invenitur, ex ſuis facultatibus ei a quo abſtulit reſtituere jubemus: cum nos indemnitatem ſubjectorum undique volumus procurari.

Ut proprietas unicuique reſtituatur.

12. Cum autem cognovimus inimicis, Deo propitio, diverſis expulſis Provinciis, quoſdam greges invenientes ab illis relictas, & ſuo eas vindicare dominio, licet ad alios antea pertinebant: ſancimus cauſa diſcuſſa quantum quidem ad eos pertinet, eis præſtari. Si quid vero ab aliis agnoſcetur, dominum ſua recipere: quod vero excepto domino non cognoſcitur, inter illos diſtribui, qui per eandem Provinciam greges amiſiſſe inveniuntur, diviſione pro rata portione ſcilicet facienda.

De eo cui aliquid ablatum eſt, ut reſtituatur.

13. Si qui etiam Collatorum per occaſionem tributorum exactionis, vel cujuſlibet oneris prætextu, aut alio irrationabili modo a quibuſdam in auro vel in ſpeciebus læſi eſſe noſcuntur: hoc etiam competenter ei cui ablatum eſt, jubemus ſine ambiguitate reſtitui, ut undique Provinciarum habitatores legitime ſua recipiant, & noſtri temporis poſſint felicitatem ſentire.

De ſervis, qui tyrannorum tempore liberas duxerunt uxores.

14. Illud etiam præteritis capitulis inſerendum eſſe cenſuimus, ut ſi qui per Gothicæ ferocitatis nefandiſſima tempora ſervi conſtituti liberas uxores inveniantur duxiſſe, vel etiam liberis hominibus ancillæ conjunctæ, licentiam quidem liberæ perſonæ diſcedendi per præſentes noſtros mereantur *affectus* [a], ancilla videlicet vel ſervo in dominorum ſuorum jura remanentibus, nullo præjudicio dominis ſervorum vel ancillarum ex præterito tempore generando. Si vero in poſterum etiam conjugia tenenda eſſe putaverint, nullum præjudicium circa libertatem propriam patiantur: filii vero maternam conditionem ſequantur. Quod etiam in illis, qui ex tali conjugio nati ſunt, obtinere jubemus.

[a] affatus, *l.* 6. *C. de diverſ. reſcript.*

De ſervis & colonis ab alio detentis.

15. Servos etiam vel colonos, quos ab aliquo contigit detineri, ſuis reſtitui dominis una cum medii temporis prole jubemus.

De Deo dicatis Virginibus.

16. Cum autem tyrannicæ ferocitatis præſumptionem res etiam illicitas quaſi permiſſas egiſſe ſine dubio ſit: ſancimus, ut ſi qui mu-

lieres Deo ſacratas vel habitum Religioſum habentes ſibi conjunxiſſe inveniantur, nullam eis tenendi, vel dotes forte conſcriptas, iterum Monaſteriis vel Eccleſiis, aut ſancto propoſito cui dedicatæ ſunt, reſtituantur.

Ne pro comparatione ſpecierum Collatores graventur.

17. Ne vero per coëmptiones etiam quodcumque Collatores detrimentum ſuſtinere inveniatur, ſancimus per unamquamque Provinciam illarum fieri ſpecierum coëmptionem, quæ per eandem Provinciam abundare noſcuntur. Neque enim ejus quod ibi non abunde naſcitur, coëmptionem non fieri patimur: pretiis videlicet pro ſpecierum venalitate, quæ tunc temporis in foro rerum venalium obtinere noſcuntur, ſtatuendis: ipſis tamen pretiis ſpecierum unicuique Collatorum in tributorum imputandis exactionem: commerciis videlicet navium nullo modo prohibendis, ut & noſter feliciſſimus exercitus poſſit nutriri, & Collatores aurarias functiones ex abundantium ſpecierum commercio infundere valeant, diſtributione coëmptionis pro arbitrio tam locorum Antiſtitis, quam Primatum uniuſcujuſque celebranda, ne Collatores ex Officiorum avaritia per quemcumque modum opprimi videantur.

De menſuris & ponderibus.

18. Ut autem nulla fraudis vel læſionis Provinciarum naſcatur occaſio, jubemus in illis menſuris vel ponderibus ſpecies vel pecunias dari vel ſuſcipi quæ beatiſſimo Papæ vel ampliſſimo Senatui Noſtra Pietas in præſenti contradidit.

De mutatione ſolidorum, id eſt, monetæ.

19. Cum autem ſcimus veterum Romanorum Principum ſolidos per illa loca facile inveniri, comperimus autem negotiatores vel alios quoſdam propter *mutationem* [1] ſolidorum diſpendium aliquod Collatoribus noſtris inferre: ſancimus ſolidos Romanorum Principum forma ſignatos ſine permutationis diſpendio per omnes Provincias ambulare, & per eos celebrari contractus: eum, qui diſpendium aliquod permutationi ſolidorum inferre præſumpſerit, pro unoquoque ſolido alterum tantum ei cum quo contraxerit, inferat.

[1] mutatum, *Novell. Leon. & Majorian. de Curialib.*

Ut pretium ſatisfaciat & quod tulit quis.

20. Si quis etiam de rebus immobilibus ad alium pertinentibus aliquem ornatum vel materiam abſtuliſſe inveniatur, modis omnibus reſtituere: vel ſi jam alicui injuncti ſint ædificio, pretio ſatisfacere coartetur, ut undique noſtrarum legum conſervetur auctoritas. Inſtrumenta etiam quæ ad alios pertinentia forte ab aliis detinentur, prioribus dominis jubemus reſtitui, ut omnes undique noſtrarum legum adjutorio potiantur. Si vero inſtrumentum periſſe inveniatur,

cujus exemplar apud alterum invenitur, utpote duobus ſcriptis authenticis prout in contractis ſolitum eſt, ex eo quod apud partem alteram invenitur, aliud conſcribi jubemus, & parti dari, cujus jam inſtrumenta perierunt, ut competentem poſſit habere cautelam. Sed & ſi quis inſtrumentum alienum ſive ipſe tollendo, ſive quocumque caſu inveniendum, malignitate vel incendit, vel abſcondit, aut corrupit, aut quocumque modo habere deſierit: tunc quanti intereſt ejus, ad cujus jura inſtrumenta pertinebunt, is qui dolum fecit ſatisfacere compellitur. DAT. DIE, ANN. ET CONS. SS.

Ut annona miniſtretur Medicis & diverſis.

21. Annonam etiam quam & Theodoricus dare ſolitus erat, & nos etiam Romanis indulſimus, in poſterum etiam dari præcipimus, ſicut etiam annonas, quæ Grammaticis ac Oratoribus, vel etiam Medicis, vel Juriſperitis antea dari ſolitum erat, & in poſterum ſuam profeſſionem ſcilicet exercentibus erogari præcipimus, quatenus juvenes liberalibus ſtudiis eruditi per noſtram Rempublicam floreant.

Ut civiliter inter ſe cauſas audiant.

22. Lites etiam inter duos procedentes Romanos, vel ubi Romana perſona pulſatur, per civiles Judices exercere jubemus, cum talibus negotiis vel cauſis Judices militares immiſcere ſe ordo non patitur.

Ut mutationes in ſuo ſtatu ſtent.

23. Reipublicæ permutationes etiam vel comparationes ſive competitiones cum publico factas uſque ad adventum ſceleratæ memoriæ Totilæ in ſua firmitate firmamus, ſi tamen nulli aliquid alio poſſidente competit.

Ut fabricæ publicæ ſerventur.

24. Conſuetudines etiam [a] & privilegia Romanæ civitatis vel publicarum fabricarum reparationi, vel alveo Tiberino, vel foro aut portui Romano, ſive reparationi formarum conceſſa ſervari præcipimus: ita videlicet, ut ex hiſdem tantummodo titulis, ex quibus delegata fuerunt, præſtentur.

[a] *Conſuetudines etiam, &c.*] *Pith.* Vet. lap. inter Tib. & Rom. in Pont. ſup. Anienſ. Imperante D. N. piiſſimo ac triumphante ſemper Juſtiniano P. P. A. Anno XXXVIIII. NARSES vir glorioſiſſimus ex Præpoſito Sacri Palatii Conſul atque Patricius, poſt victoriam Gotthicam, ipſis coram Regibus, celeritate mirabili, conflictu publico ſuperatis atque proſtratis, libertate urbis Romæ atque Italiæ reſtituta, pontem viæ Salariæ uſque ad aquam a nefandiſſimo Totila tyranno deſtructum, purgato fluminis alveo, in meliorem ſtatum quam quondam fuerat renovavit.

Ut per negotiatores coëmptiones fiant.

25. Super hæc cognovimus Calabriæ vel Apuliæ Provinciæ poſſeſ-

ſoribus pro coëmptionibus non inferendis ſuperindicticium titulum impoſitum eſſe pro unaquaque millena [a], unde coëmptiones per negotiatores annis ſingulis exerceri, in præſenti vero negotiatores ſpecierum coëmptiones recuſare, temptantes tam ſuperindicticium titulum, quam coëmptionis onus Provinciæ poſſeſſoribus imminere: cum abunde mercatores ſint, per quos poſſit exerceri coëmptio, ſancimus magnitudinem tuam hæc examinantem, ſi poſſibile ſit, per negotiatores ſpecies comparatas inferri, Collatores Provinciæ nullatenus prægravari, cum ſuperindicticio titulo ſemel eis impoſito, coëmptionis etiam onus inferre ſit impoſſibile. DAT. DIE, ANNO, CONS. SS.

[a] *Millena*] *Pith.* Novell. Theodoſ. & Valent. de Pantapolis. Ab exſolvendis ſeptem ſolidis per millenas nuper indictis. Ceſpes Formonſis, Ætrienſis, Calcanus, & V Ѐturarius habeatur immunis. Novell. Leon. & majorian. de Curialib. ſed & binos per jugum ad millenas ſolidos.

Ut qui voluerit ad præſentiam Imp. navigare, non impediatur.

26. Viros etiam glorioſiſſimos ac magnificos Senatores ad noſtrum accedere comitatum volentibus ſine quocumque impedimento venire concedimus, nemine prohibendi eos habituro licentiam, ne Senatoribus noſtris vel Collatoribus debitus introitus quodammodo videatur excludi, ſed etiam ad Italiam Provinciam eundi eis, & ibi quantum voluerint tempus commorandi pro reparandis poſſeſſionibus aperimus licentiam: cum dominis abſentibus recreari poſſeſſiones aut competentem mereri culturam difficile ſit. Quæ igitur per hanc Divinam Pragmaticam Sanctionem Noſtra ſtatuit Æternitas, Magnitudo Tua modis omnibus effectui mancipare obſervareque procuret, pœna decem librarum auri imminente contra temeratores noſtrarum juſſionum. PRAGMATICA DATA IDIB. AUG. CONST. IMP. DOM. N. JUSTINIANO PP. AUG. ANNO XXVIII. P. C. BASILII. V. C. ANNO XIII. NARSI UR. ILL. PRÆPOSITO SACRI CUBICULI. ANTIOCHO UR. MAGNIFICO PRÆFECTO PER ITALIAM.

DE ADSCRIPTITIIS ET COLONIS.

IMPERATOR JUSTINIANUS AUG. DOMINICO PP. ILLYRICI.

DOCUERUNT Noſtram Serenitatem Ligdinenſium [a] habitatores, & hoc nos docuerunt, quia ante propoſuimus legem per quam juſſimus adſcripticios vel colonos commiſcentibus ſe liberis mulieribus procreare filios ad ſimilitudinem liberorum, & ex hoc detrimentari fundos & eorum functiones recedentibus agricolis, velut ex utero libero procedentes. Et hoc corrigentes ſancimus ſecundum veterem legem, de adſcripticiis & colonis conſtitutis agricolis quod naſcitur aſcripticium & colonum fieri. Sed ſi ſola fuerit mulier libera

conſtituta cum procreaverit filios, tunc ergo nullo modo patimur lædi ex hoc penitus liberum uterum, utque talis mulier tali viro ſociata fuerit, neque adſcripticio, neque colono in hoc tantummodo caſu obtinente lege. Sancimus ergo generalem legem, ut qui ex adſcripticio & colono natus eſt, patris naturam ſequatur. Sic ergo & indemnitas fiſco Collatoribus erit P C. In hoc ergo medentes, præſentem diſpoſitionem diſpoſuimus, quam obſervare Tuam Celſitudinem ſancimus in omnibus Illyricianis partibus, ut non exinde deminutio aliqua dominis inferatur. Tua igitur Gloria quæ nobis viſa ſunt per hanc legem divinam ſignificantem effectui mancipare feſtinet, multa imminente decem librarum auri qui eam violaverit, aut conceſſerit violandam. DAT. SUB. ID. APRILIS CONSTANTINOPOLI, IMP. DOM. N. JUSTINIANO AUG. ANNO XIIII. JUSTINO CONSULE.

[a] *Ligdinenſium*] *Pith.* Lundenſium, ut in Decret. 2. de cenſib. Crantzius lib. 1. Daniæ. Fuitque Metropolis. Videtur error in cap. ex litteris de conſuetud. ubi vulgo Lugdunenſis. Forte Lychnidenſium. Lycnidus Ptolomeo eſt in Macedonia, ſive in Illyrico & Livio a lacu Daſcante, qui & Lychnidus, non longe a Ptaureſio, quod poſtea Juſtinianæ primæ nomen tulit. Hodie Lochrida.

JUSSIO JUSTINIANI IMPERATORIS
pro privilegio Concilii Vizaceni [a].

IMPERATOR JUSTINIANUS, ALAMANNICUS GOTTHICUS, FRANCICUS, GERMANICUS, ANTHICUS, ALANICUS, VANDALICUS, AFRICANUS, FELIX, INCLITUS, VICTOR AC TRIUMPHATOR, SEMPER AUGUSTUS, DACIANO METROPOLITANO VIZATII, ET OMNI CONCILIO VIZACENO.

RESTITUTUS, & Heracleus Reverentiſſimi Viri, omnium *quod ad modo* [1] veſtri Concilii Sacerdotum non relationem tantum, ſed ſua viſi ſunt adtuliſſe præſentiam: relucebat namque in eis puritas veſtræ auctoritatis & vitæ. Nec ſolum Eccleſiaſticis cauſis, ſed totius Provinciæ utilitatibus profuerunt: dicentes quibus jam beneficiis gaudeatis, & quæ a noſtra ſunt manſuetudine conferenda. Unde precibus eorum ſumma cum benignitate ſuſceptis, ad univerſa reſpondimus: & quantum apud nos eorum legatio valuit, ipſa teſtatur exhibitio præſtitorum. Quæcumque igitur ad privilegia veſtra veſtrique Concilii pertinent, *juſta* [2] veterem firmamus diſciplinam. Orate igitur Divinam Miſericordiam, ut & nos Reipublicæ, & ipſam nobis ſervet incolumem: & quos a jugo ſubripuimus Vandalicorum, *ultro* [3] florem felicitatis antiquæ, ſicut volumus, erigamus. DAT. PRID. NON. OC-

[1] quodammodo
[2] juxta
[3] ultra

NON. OCTOBRIS CONSTANTINOPOLI IMPERII DOM. N. JUSTINIANI AUG. ANNO XV.

a *Concilii Vizaceni*] *Pith.* Concilium Byzacenorum. L. 3. Cod. Theodoſ. de inoff. teſtam. L. 1. de libert. in eod. Cod.

ALIA JUSSIO JUSTINIANI IMPERATORIS pro privilegio Concilii Vizaceni.

IMPERATOR FLAVIUS JUSTINIANUS ALAMANNICUS, GOTTHICUS, FRANCICUS, GERMANICUS, ALANICUS, WANDALICUS, AFFRICANUS, FELIX, INCLITUS, VICTOR AC TRIUMPHATOR, SEMPER AUGUSTUS, DACIANO METROPOLITANO VIZATII.

SEMPER Noſtræ Serenitati cura fuit ſervandæ vetuſtatis, maxime diſciplinæ quam nunquam contempſimus, niſi & in melius augeremus: præſertim quotiens de Eccleſiaſticis negotiis contingit quæſtio, quæ Patrum conſtat regulis definita, immo *abventu* [a] Superni Numinis inſpirata: quia conſtat eſſe celitus conſtituta, quicquid Apoſtolica decernit auctoritas. Hinc eſt quod in Africanis quoque Conciliis illa volumus reſervari, quæ antiquitas ſtatuit, & ſequentium obedientia cuſtodivit, atque in noſtrum uſque ſeculum intemerata perduxit. Nullus inter Primates illud ſibi privilegium vindicet, quod accepiſſe non legitur: nullus arripiat, quod habuiſſe jugiter non probatur: nec de reſcriptis ad unius ſuggeſtionem promeritis, aut de exemplis conſuetudinem violantibus *quibuſlibet* [a], ſibi blandiatur ambitio. Illud pro lege ſervandum eſt, quod Conciliis definitum ſervavit devota *proſperitas* [b]. Nam quæ quis in præjudicium ſtatutorum quibuſlibet rebus uſurpavit, corrigenda potius quam imitanda cenſemus. Si quid igitur Metropolitano Kartaginis, vel Primatibus Numidiæ, vel Vizatii Conciliorum auctoritas præſtirit, & inoffenſa conſuetudo ſervavit, hoc ſibi quiſque optet, ſibi vindicet, hoc noſtra ſperet ſanctione firmari. Nos tutores tantum ſumus vetuſtatis & vindices: nec deerit Eccleſiaſtica vindicta, vel noſtra, in eos qui aut ambitioſa ſuperbia, aut ſubreptitiis poſtulationibus antiquitatem temeraſſe docebuntur. Quoniam ad Divinitatis tendit injuriam, qui Sanctorum Patrum conſtituta contemnere ac violare non metuit, Sancte ac Religioſiſſime Pater. Beatitudo itaque Tua quæ per hanc divinam Pragmaticam Sanctionem Noſtra ſtatuit Æternitas, effectui mancipari, obſervateque procuret. Divinitas te ſervet per multos annos, Sancte ac Religioſiſſime Pater. DAT. IIII. KAL. NOVEMB. IMPERII. DOM. N. JUSTINIANI ANNO XVI.

[a] adventu'

[a] cujuſlibet

[b] poſteritas

RRrr

INCIPIT JUSTINI IMPERATORIS NOVELLA CONSTITUTIO

AD JULIANUM PRÆFECTUM URBIS DATA,

Quæ ex Græca Lingua in Latinum ſermonem tranſlata eſt.

UT POSSIT EX CONSENSU DISSOLVI MATRIMONIUM.

IMPERATOR CÆSAR FLAVIUS JUSTINUS ALAMANNICUS, GOTTHICUS, FRANCICUS, ALANICUS, WANDALICUS, AFFRICANUS, PIUS, FELIX, GLORIOSUS, VICTOR AC TRIUMPHATOR, SEMPER COLENDUS AUGUSTUS, JULIANO PRÆFECTO URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ.

Διάταξις ς. NUPTIIS decentius nihil eſt hominibus, ex quibus filii ceteræque nationum ſucceſſiones, fundorum quoque & civitatum habitacula, & Reipublicæ eximius ſtatus: propter quod nuptias felices eſſe eis qui eas ineunt, ſic optamus, ita ut numquam eas ſiniſtri ominis opus fieri, neque nuptiis copulatos ab invicem ſeperari, juſtam non habentes abſolutionis nuptiarum occaſionem. Sed quoniam difficile eſt in omnibus hominibus hoc ſervari, (in multitudine enim tanta non aliquas incidere inrationabiles ſimultates unum de impoſſibilibus exiſtit) oportere putavimus his reperire quandam medellam: magis vero illic, ubi puſillinimitas in tantum erigitur, ita ut implacabilis horror fiat conjugibus una manentibus. Antiquitus quidem licebat ſine periculo tales ab invicem ſeparari ſecundum communem voluntatem & conſenſum hoc agentes, ſic ut & plurimæ tunc leges extarent hoc dicentes, & BONA GRATIA ſic procedentem ſolutionem nuptiarum patria vocitantes voce. Poſtea vero divæ memoriæ Noſtro Patri pietate & temperantia omnes ubicumque aliquando imperantes excedenti viſum eſt, qui ad ſuam utilem & firmam reſpiciens voluntatem, non autem miſerias puſillanimitatis conjiciens, legem ſancire qua prohibuit conſenſu conjugia ſolvi: quod nos quoque volebamus nimis obtinere in hoc ipſo. Plurimi autem nos adjerunt inter ſe conjugium horrentes & abominantes, & prælia diſcordiaſque propter hoc domi contingere accuſantes, (hoc quod valde doloriferum & triſte conſiſtit) diſſolvere propter hoc precantes connubia, etſi occaſiones non habuerunt dicere, per quas ſine timore hoc lex dabat facere ipſis. Deſiderium vero & ſtudium eorum pro hac re in aliquanto diſtulimus tempore, aliquando quidem monentes, aliquando vero minantes quieſcere eos ab inrationabili circa invi-

cem horrore, & ad unanimitatem properare, & melioris fieri voluntatis. Agebamus vero plus nihil. Quoniam vero difficile eſt immutare ſemel detentos inrationabili paſſione & horrore: forſitan enim contingit iſtis & inſidias adgredi adinvicem, & venenis aliiſque ad mortem agentibus uti: ita ut nec filios eis factos valere ad unam ſimilemque tales voluntatem immiſcere: Hæc igitur aliena noſtris judicantes temporibus, in præſenti ſacram conſtituimus legem, per quam ſancimus licere, ut antiquitus, conſenſu conjugum ſolutiones nuptiarum fieri: non ultra vero obtinere conſtitutas pœnas conſtitutione Noſtri Patris adverſus eos, qui cum conſenſu conjugii faciunt ſolutionem. Si enim alterutrum adfectus nuptias ſolidat, merito contraria voluntas iſtas cum conſenſu diſſolvit, adſignificantibus rebus, quæ nuptias ſolvunt. Certum autem ſit omnia alia quantacumque legibus ac potiſſimum ſacris Conſtitutionibus Noſtri Patris dicta ſunt de nuptiis, & filiis, occaſionibuſque ex quibus præcipitur diſſolvi nuptias (ſi & ſine ratione non & cum communi conſenſu, ſecundum quod & præſens Noſtra conſtituit Divinitas, hoc agentibus & diſponentibus pœnis interpoſitis) obtinere, & ex præſenti noſtra lege per omnia habere virtutem propriam. Quæ ergo nobis viſa ſunt & per præſentem manifeſta legem, Tua Gloria per conſuetum ſibi modum omnibus fieri manifeſta præcipiat in hac Urbe Regia. DAT. XVIII. KAL. OCTOB. CALCEDONE IMP. DN. JUSTINO PP. AUG. ANNO PRIMO. INDICTIONE QUINTADECIMA.

SACRA JUSTINI IMPERATORIS pro privilegiis Concilii Vizaceni, & ut nullus Epiſcoporum audeat navigare ſine conſenſu Primatis.

IMPERATOR JUSTINUS AUGUSTUS, SPES IN DEUM, VIRO BEATO ARCHIEPISCOPO VIZACENÆ PROVINCIÆ.

CUM & privatis hominibus donata privilegia Pietas Noſtra obſervare curavit, hoc ipſum multo magis & in ſanctis Eccleſiis cuſtodiri neceſſarium eſſe putamus. Petivit igitur Tua Beatitudo per Evaſium Reverentiſſimum Diaconum, divinas regulas atque privilegia data ſancto Concilio tuo, vel Eccleſiæ tuæ inviolata cuſtodiri: ut ſi quando contra Clericos accuſatio proceſſerit, quæ *pertinent* ᵃ ad divinas regulas, non apud Judices civiles aut militares cauſæ examinatio procedat, ſed ad Tuam Beatitudinem, ſicut & Pater Noſter per divinos apices conſtituit. Quapropter ſancimus ſecundum divinarum regularum tenorem atque diſpoſitionem Patris Noſtri, Epiſcopos, ſive omnes Clericos ſubjectos Tuæ Beatitudini, ſi accuſantur ab aliquo, ſub tua Audientia ſatisfacere, in his quæ ad regularem ordinem pertinent: quia Noſtra Pietas hæc ipſa atque privilegia data ſancto Con-

ᵃ pertineat

cilio tuo prævidit confirmare. Super hæc petiſti, ut quando opus fuerit ad Noſtram Pietatem tuos Reſponſales dirigere, nullus eos prohibeat navigare: quod & nobis placuit, ut nihil neceſſariorum lateat noſtras aures. Unde licentiam Tuæ Beatitudini damus, ut quando opus fuerit aut Eccleſiæ tuæ, aut communi Provinciæ, ad Serenitatem Noſtram aliquem tranſmittere doctum cauſas neceſſarias, ſine aliquo impedimento dirigere eum, ut veritatem audientes, quicquid oportet fieri ſtatuamus. Alios vero Epiſcopos illius Provinciæ, ſi neceſſariæ cauſæ emerſerint ad nos dirigere, aut ad Noſtram venire Pietatem: cum voluntate Primatis hoc faciant. Hæc ergo Tua Beatitudo effectui tradere obſervareque procuret. *Legi.* DAT. KAL. MAIAS CONSTANTINOP. IMPERII DOMNINI JUSTINI PP. AUG. ANN. III. CONS. EJUSDEM II.

CONSTITUTIO JUSTINI IMPERATORIS de filiis liberarum, in Africam directa.

IMPERATOR CÆSAR FLAVIUS JUSTINUS FIDELIS IN CHRISTO, MANSUETUS, MAXIMUS BENEFACTOR, ALAMANNICUS, GOTTHICUS, FRANCICUS, GERMANICUS, ANTICUS, WANDALICUS, AFRICANUS, PIUS, FELIX, INCLITUS, VICTOR AC TRIUMPHATOR, SEMPER AUGUSTUS, THEODORO.

DIE noctuque pro utilitate Reipublicæ ſubtiliter cogitantes, illa properamus renovare quanta in locis opportunis ſunt neceſſaria, & maxime pro tributis atque reditibus ſine quibus impoſſibile eſt aliquid agere proſperum. Suggeſſit autem Tua Magnitudo maximam partem poſſeſſorum Africanæ Provinciæ precibus ſuis intimare, deſolatos agros remanſiſſe, cum divina lex promulgata fuiſſet conſtituens creatos ex libera matre & adſcripticio marito liberos eſſe. Quod contrarium eſt legibus antiquis: cum illæ manifeſte decreverunt talem ſubolem adſcripticiam eſſe. Ex hac enim licentia filii adſcripticiorum prædia in quibus nati ſunt dimittentes, & in aliis habitantes locis, tam fiſcum quam dominos prædiorum minuere: & hæc dicentes ſupplicaverunt corrigere hoc capitulum apud illam Provinciam, ſicut & Pater Noſter prædictæ legis lator in Illyricianam Provinciam fecit, conſtituens filios qui naſcuntur ex libera matre atque adſcripticio patre, liberos eſſe cum ſuis rebus, ſed tamen colonos: ut non liceat terrulas ubi nati ſunt relinquere, & alienas colere. His igitur Noſtræ Serenitati ſuggeſtione tua relatis, neceſſarium eſſe perſpeximus, poſſeſſores ſubjectos noſtros atque functiones publicas adjuvare. Unde ſancimus, in Africana Provincia filios ex libera matre &

adſcripticio patre productos, liberos quidem eſſe, & res proprias habere, in ordine tamen colonorum eſſe, & non poſſe eos dimittere prædia, in quibus nati ſunt, & excolere aliena : ſed vicos ipſos in quibus orti ſunt, cum libertate colere. Sic etenim nec fiſcus, nec poſſeſſor læditur, neque prædicti minuuntur, terras ubi nati ſunt excolentes, Theodore Parens Cariſſime atque Amantiſſime. Quæ igitur per hanc divinam Pragmaticam Sanctionem Noſtra ſanxit Æternitas, tam Tua Magnitudo, quam qui poſt te eandem adminiſtrationem adepti fuerint, una cum Officio ſuo effectui mancipare obſervareque procurent. DAT. KAL. MART. CONSTP. IMP. DOM. N. PP. AUG. JUSTINI ANNO V. INDICTIONE TERTIA. Et ſubſcriptio Imperialis. VALE THEODORE PARENS CARISSIME ATQUE AMANTISSIME.. Et, *Quæſtor legi.* DAT. KALEND. MAR. CP. IMP. DOM. NOSTRO JUSTINO PP. AUG. ANNO V. POST CONS. EJUSDEM, DOMINI NOSTRI ANNO SECUNDO.

SACRUM PRAGMATICUM TIBERII AUGUSTI,

DE CONFIRMATIONE CONSTITUTIONUM JUSTINI IMPERATORIS,

de filiis Colonorum & Liberarum.

IN NOMINE DOMINI JESU CHRISTI IMPERATOR CÆSAR FLAVIUS TIBERIUS CONSTANTINUS IN CHRISTO MANSUETUS, MAXIMUS BENEFACTOR, ET FLAVIUS NOBILIS, TIBERIUS MAURITIUS FELICISSIMUS CÆSAR, ALAMANNICUS, GOTTHICUS, FRANCICUS, GERMANICUS, ANTICUS, ALANICUS, WANDALICUS, AFRICANUS, PIUS, FELIX, INCLYTUS, VICTOR AC TRIUMPHATOR SEMPER AUGUSTUS, THEODORO.

CONSUETUM & peculiare noſtræ manſuetudinis remedium neceſſitatibus ſubjectorum noſtrorum imponere cupientes, ſuggeſtionem Viri Beatiſſimi Publiani Antiſtitis Karthaginienſium civitatis, & poſſeſſorum ejuſdem Africanæ Proconſularis Provinciæ, libenter ſuſcepimus, per quam, Pragmaticam Sanctionem Juſtini Divæ Memoriæ Patris noſtri pro condicione ſubolis ab adſcripticio patre & in-

genua matre, ad Theodorum tunc Præfecturam tuam agentem ante tempus emiſſam, firmam inlibatamque noſtris etiam adfatibus conſtitui ſupplicaverunt: ut cultura terrarum permaneat nulla lege vel machinatione, & ab ea ſeparari valitura. Conſulentes itaque Conlatoribus Africani tractus, ſancimus eandem Pragmaticam Sanctionem, & ejus diſpoſitionem, omnibus modis ex quo data eſt, ſuas vires habere, & incertam ei auctoritatem univerſis dominis terrarum opitulari, ut liberi procreati a matre ingenua & patre adſcripticio vel colono, ruſticitatem paternam cognoſcant, & operibus ſuis conſuetos reditus his quibus ſuppoſiti ſunt, ſubminiſtrent: deterioris quidem condicionis alieni, ipſius autem ceſpitis ubi nati ſunt, recedere, & in aliis quibuſcumque locis degere non permiſſuri, Theodore Parens Cariſſime atque Amantiſſime. Illuſtris igitur & magnifica auctoritas tua hanc Pragmaticam Sanctionem in æternum valituram Edictis propoſitis omnibus habitatoribus Affricanarum partium innoteſcat, ut omnibus pateat, qualem pro utilitate eorum providentiam gerimus,

Et ſubſcriptio Imperialis.

DIVINITAS TE SERVET PER MULTOS ANNOS, PARENS CARISSIME ATQUE AMANTISSIME. *Et Quæſtor legi.* DATA III. ID. AUG. CPL. IMP. DOMINI NOSTRI TIBERII CONSTANTINI PP. AUG. ANNO OCTAVO, ET POST CONS. EJUS ANNO TERTIO. ET NOB. FL. TIBERII MAUR. FELICISS. CÆSAR. ANNO PRIMO,

a *Sacrum pragmaticum*] *Pith.* In Vetuſtiſſimo exemplari Conſtitutionum Novellarum Juſtiniani quod fuit Ranconeti, & nunc eſt Regiæ Bibliothecæ, præpoſitum eſt hoc pragmaticum quaſi præfationis loco,

IMPERATORIS JUSTINIANI NOVELLÆ CONSTITUTIONES TRES,

quæ in omnibus editionibus deſiderantur.

DE ADJUTORIBUS QUESTORIS.

IMPERATOR JUSTINIANUS A. TRIBUNIANO QUESTORI.

INTER Viros devotos Memoriales tam ſacri noſtri ſcrinii memoriæ, quam Epiſtolares, nec non Libellenſes, & Adjutores Viri excelſi pro tempore Queſtoris, multas dubitationes ſcimus eſſe emerſas, temporibus Thomæ glorioſiſſimæ recordationis, cum is *Queſtor jam gubernatam* [1] ſacri ſcrinii memoriæ quam epiſtolarum *gubernat* cenſuram. Adjutoribus quidem aſſerentibus, in ſcrinio quidem memo-

[1] Quæſtoriam gubernabat tam

riæ XII. eſſe antiquitus Adjutores, in aliis autem duobus ſcriniis, id eſt ſacrarum epiſtolarum & ſacrorum libellorum, in unoquoque ſeptenos numero: ſed poſtea ſic effuſam eſſe licentiam, ut innumerabiles pene Adjutores extarent temporibus Joannis viri magnifici Queſtoris, cum per prolixum tempus tale geſſiſſet officium. Et Proculum excelſæ memoriæ de confuſione Adjutorum Imperiali culmini ſuggeſſiſſe, & ſacram Conſtitutionem eſſe promulgatam, qua cavetur antiquo, id eſt XXVI. numero tantummodo Queſtoris Adjutores concludi, nec tamen licere alium ſubrogari, donec in prædictum numerum agmen Adjutorum redigatur, omnibus ſuperfluis paulatim deminutis: licentia Primatibus tantummodo Adjutoribus data in ſua loca alios ſubrogandi, id eſt in ſcrinio quidem memoriæ, tertium primum locum obtinenti & Laterculenſis nomen ineunti, in aliis autem duobus ſcriniis, id eſt epiſtolarum, & libellorum, in ſecundum gradum venientibus & mello proximatum ingredientibus, ut hi tantummodo licentiam ſibi haberent alium ſubrogare. Poſteaque eumdem prudentiſſimæ memoriæ virum bene exiſtimaſſe, multos inveniri qui non poſſint propter varias difficultates, quæ humano generi poſitæ ſunt, per ſe divina miniſteria peragere: & iterum verbo ad Imperiale faſtigium ſuggeſſiſſe, & Pragmaticam ſubſecutam eſſe Sanctionem, quatinus liceret & eis alium in ſuum locum ſubrogare hominem idoneum ad tale miniſterium peragendum, & condignum *queſtioni, electione* [2] a pro tempore Queſtore eandem licentiam accipientem. Et hæc quidem eſſe ſubſequuta temporibus Proculi magnificæ memoriæ. Verum opus queſtionum tranſivit tunc altercationibus quorundam memoralium eandem licentiam per aliam Conſtitutionem eſſe ſublatam, ut nemini liceat in ſuum locum alium ſubrogare, ne quaſi venalitas & ſordidum mercimonium verſari videretur, qui ſacræ vocis noſtræ miniſtri eſſe noſcuntur, tribus tantummodo exceptis quibus ſupradicta Conſtitutio hujuſmodi præſtitit licentiam. Cum igitur in præſenti comperimus eos qui confectioni legum a nobis elimatarum, & in ordinem per Tuam Excellentiam digeſtarum, ſuum miniſterium præbuerunt, dignos eſſe fungi Adjutoris officio, quamvis cordi nobis eſt prædictum *adjutorium meum* [3] in ſua ſtabilitate decurrere, tamen eos idoneos Conſtitutis hujuſmodi defraudari nullo modo juſtum eſſe exiſtimavimus. Pragmaticam itaque Sanctionem quæ a Proculo quidem excelſæ memoriæ rite eſt inventa, & ad Imperiale culmen relata eſt, & ex hoc promulgata, poſtea autem per quorumdam contentioſam inſtantiam ſublatam renovamus: & licentiam damus omnibus XXVI. Adjutoribus in ſua loca alios ſubrogare, idoneos tamen & quos pro tempore Queſtor Sacroſanctis Evangeliis propoſitis elegerit, & mandata eis in ſcriptis præſtiterit: ut centenis ſolidis tantummodo datis, habeant licentiam homines prædicto opere digni judicati, in deficientium vel alio modo deſiſtentium loca pervenire, & Adjutoris officium peragere. His qui in tribus gradibus,

[2] Quæſtoria electione

[3] directorum numerum

id eſt, in ſcrinio quidem memoriæ Laterculenſis, in aliis autem duobus, Melloproximi aſcenderint, etſi inter xx. & ſex Adjutores taxati non fuerint, licentiam habentibus in ſua loca Adjutores inferre. Ita tamen ut tam Laterculenſis quam Melloproximi licentiam habeant quanti potuerint, tanti loca ſua vendere: cum iniquum eſt his quibus nihil a nobis additum eſt, aliquid derogare. Nam & ante hanc legem permiſſum erat eis ſuum officium in aliis transferre. Itaque & venditionis jus habeant, & quanti potuerint paciſci, tanti & vendant. Aliis autem quibus jus venditionis præſtitimus, non ultra c. ſolidorum ſummam hoc facere liceat. Sive autem Laterculenſes, ſive Melloproximi, ſive alii quibus ex hac lege conceſſum eſt, ſuum officium in alios tranſponere maluerint: is qui ſubrogatur talis ordinandus ſit qualem Queſtoria cenſura elegerit: ne ex hujuſmodi licentia in homines minus idoneos pro tempore glorioſiſſimi Queſtoris amminiſtratio cadat. Sic enim dignas ſua induſtria mercedes, homines quos jam enumeravimus accipient, & numerus Adjutorum ſine ulla confuſione permanebit. Sed quia volumus ante alios in deficientia quocumque modo loca eos taxari, qui in legum confectione Tuæ Sublimitati ſuum miniſterium præbuerunt, id eſt Theodoſium, & Epictetum, & Quirillum, & Sabacium, & Perignin, hoc eis donamus: ut offerentes centenos ſolidos, ante alios omnes loca Adjutorum qui ſua ſponte recedere maluerint, ſubeant: ſcilicet unuſquiſque ex v. memorialibus in ſcrinium ſuum officium Adjutoris impleturus. Illo etiam obſervando, ut & ſi quis ex xxvi. Adjutoribus ab hac luce ſubtractus fuerit, in ſuos heredes vel liberos, licet heredes non ſint, hujuſmodi beneficium tranſmittat, ut in locum ejus Adjutor ſubrogetur, centenis quidem ſolidis ab eo offerendis: pro tempore autem ſublimiſſimo Queſtore electionem ejus qui ſubrogatur, ſecundum quod ſuperius dictum eſt faciente. Prerogativam autem quam v. memorialibus ſpeciali dedimus beneficio, ita eis donamus, ſi ille qui deficiat non habuit filium jam utilem, jam idoneum ad peragendum Adjutoris officium, & a pro tempore glorioſiſſimo Queſtore aptiſſimum eſſe ſecundum prædictam obſervationem judicatum. Talem enim filium ſperni, & ad alium *adveniam* * pervenire ſatis durum atque inhumanum eſt. Aliis videlicet omnibus, ſi quæ in prædictis Conſtitutionibus continentur, in ſuo robore durantibus. Quæ igitur Noſtra ſanxit Æternitas, ſinceritas tua ſcriniis quorum intereſt manifeſtare feſtinet, quatenus ſciant & quæ a Noſtra Majeſtate diſpoſita ſunt, & quantum eis acceſſit ex tua ſuggeſtione, noſtraque liberalitate. DAT. V. KAL. JUN. CP. BILISAR. V. C. CONS.

* advenam

UT HI

UT HI QUI IN AFFRICA *ſunt intra quinquennium competentes ſibi res uſque ad tertium gradum debeant vindicare.*

IDEM A. SALOMONI PP. AFFRICÆ.

OMNE infinitum & perperam effuſum merito & incivile & incompoſitum eſſe credentes, certis finibus noſtras actiones militare cenſemus. Nuper itaque in Affrica noſtra quam divæ memoriæ ditioni noſtris vigiliis ſubjugavit, noſtram Pragmaticam Sanctionem promulgavimus, ut omnes quæ jam Vandalicis temporibus amiſerunt, ea poſſint a detentatoribus injuſtis tam abſtrahere, quam ſibimet vendicare: & quinquennale ſpatium ſtatuimus intra quod liceat hoc facere. Quam Sanctionem in ſuo quidem robore manere volumus; ſed cum certo moderamine, certaque definitione, ut non liceat Afris tam prolixa annoſitate elapſa, & antiquis generibus pœne deletis, calumnias veteres reſuſcitare, & invicem ſibi moleſtias ingerere, & in tanta pace bella gerere inteſtina. Per hanc itaque legem ſancimus, ſi quis prætendat res vel ad ſe, vel ad patrem ſuum, vel avunculum pertinere, & inquiat contra leges ab aliis detineri, poſſe eas recuperare, ſcilicet antea legi cognitis probationibus præſtitis, vel ab inſtrumentis legitimis recitandis, vel a teſtibus idoneis educendis, & quorum gravitas Judicibus acceptabilis ſit, videlicet *cognationali* * certamine agitato: & extendi hanc noſtram Conſtitutionem tantummodo ad patres, & avos, non autem ad alium gradum ſuperiorem: & hoc in utrumque videlicet ſexum ſancimus: ut qui ſuum, vel ad patrem, vel ad matrem, vel avum, vel aviam, omneſque ejus maſculos, ſive feminas pertinuiſſe oſtenderit, hoc ab injuſtis detentatoribus abſtrahat, *ultimiore* * requiſitione penitus quieſcente: ne quis proavum ſuum, vel abavum, vel attavum, vel proaviam, vel abaviam, vel attaviam, inducens miſcere pietati, calumpniæ cumulum ingerat. Hocque & tranſverſa linea obſervari præcipimus, ut uſque ad tertium gradum tantummodo ſtet, id eſt, ad fratres & germanos, ad patruos & amitas, & avunculos & materteras, non autem ad alios ſuperiores agnationis, ſeu cognationis gradus. Et ſi quis hujuſmodi quæſtionem defferre ſit paratus, non alibi, ſed ad judicium Sublimitatis tuæ, vel Præſidum Provinciarum & Inſularum, ſtricto judicio celebrato, hujuſmodi præbeat probationes: & non ex una parte, neque in aliis Provinciis, vel in hac florentiſſima civitate, ſed tantummodo in Africa Dioceſi, præſentibus adverſariis ſuis: & tunc mereat Noſtri Numinis Noſtræque Conſtitutionis auxilium. De fide enim generis, probationes ex una parte præſtari nullo concedimus modo: & ſi quis hujuſmodi acta oſtenderit quaſi in hac florentiſſima civitate confecta, vel in alio loco, ea non eſſe audienda cenſe-

* cognitionali

* ulteriore

mus, licet antea hoc fuerit permiſſum. Invenra enim circa tales requiſitiones ſumma callidirate, reſpuendas eſſe hujuſmodi concinnirates ſançimus; ne dum ſua reddere cuidam cupimus, & alienas ei ſubjectas doloſe accipere concedamus. Rerum autem requiſirionem ſecundum antefatum modum apud Sublimiratem Tuam, vel Præſides Provinciarum intra definitum tempus noſtræ Sanctionis fieri volumus in quinquennium: annum qui jam rranſactus eſt ex prioris Pragmaticæ Sanctionis editione, in quinquennium computando: ut actor reliquum habeat quadriennium ad hujuſmodi inquiſitionem, ſcilicet ſi temporis computatio legitimas exceptiones excedat. Hujuſmodi enim quadriennii ætas præterire nullo patitur modo, ne immortalis fiat judiciorum completus. Quæ igitur pro ſecuritate Affricæ Mea ſanxit Æterniras, hæc Sublimitas Tua per Edicta ſua in omnem Affricanum tractum proponenda, manifeſtare cunctis civibus Affricanis deproperet: ut omnes quid in tranſactis annis obſervare oportreat ſcientes, hoc obſervare feſtinent. De cætero enim ſi quis caſus talis emerſerit, ſucceſſiones omnes & temporis curſus ſic procedere diſponimus, quemadmodum in omnibus terris noſtro orbe incluſis Sacrariſſima Jura diſponi: ut & ſint & deſcendenrium, & ab utroque larere venienrium gradus omnes, & temporales curſus intacti, quemadmodum generales Noſtri Numinis leges eos tradiderunt omnibus. DAT. KAL. JANUAR. BILISAR. V. C. CONS.

[a] *Idem A. Salomoni P. P. Africa*] *Pith.* Procopius lib. 1. de bell. Wandal. 188. Λίβυας δὲ τοὺς ἄλλους ἀφείλετο μὲν τοὺς ἀγρούς, οἳ πλεῖστοί τε ἦσαν καὶ ἄριστοι· ἐς δὲ τὸ τῶν Βανδίλων διένειμεν ἔθνος· καὶ ἀπ' αὐτοῦ κλῆροι Βανδίλων οἱ ἀγροὶ οὗτοι, ἐς τόδε καλοῦνται τοῦ χρόνου· τοῖς δὲ δὴ πάλαι κεκτημένοις τὰ χωρία ταῦτα, πενιᾳθαί τε ὡς μάλιστα καὶ ἐλευθέροις εἶναι ξυνέβαινεν ἦν. ἦν δὲ αὐτοῖς ἐν ἐξουσίᾳ καὶ ὅπῃ βούλοιντο ἀπαλλάσσεσθαι, &c. Idem lib. 2. de bell. Wandal. Χρόνος δὲ ἦν, ὅτι δέκατον, ἔτος Ἰουστινιανὸς τὴν βασιλείαν εἶχεν· ἅμα δὲ ἦρι ἀρχομένῳ ὅτε οἱ Χριστιανοὶ ἑορτὴν ἦγον, ἣν δὴ Πασχαλίαν καλοῦσι, στρατιωτῶν στάσις ἐν Λιβύῃ ἐνέπεσεν· ἣ ὅπως τε ἔφυ καὶ εἰς ὅ τι ἐτελεύτησεν ἐρῶν ἔρχομαι. ἐπειδὴ Βανδίλοι ἡσσήθησαν τῇ μάχῃ, ὥσπερ μοι ἔμπροσθεν εἴρηται, οἱ Ῥωμαίων στρατιῶται τὰς αὐτῶν παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἐν γαμετῶν ἐποιήσαντο λόγῳ· ἡ δὲ αὐτῶν ἑκάστη ἄνδρα ἐνῆγε τῶν χωρίων τῆς κτήσεως μεταποιεῖσθαι, ὧν αὐτὴ πρότερον κυρία ἐτύγχανεν οὖσα. οὐχ ὅσιον λέγουσα εἶναι εἰ Βανδίλοις μὲν ξυνοικοῦσαι τούτων ἀπώναντο, τοῖς δὲ αὐτὰς νενικηκόσιν ἐς γάμον ἐλθοῦσαι, οὕτω δὴ τῶν σφίσιν ὑπαρχόντων στερήσονται. ταῦτα δὲ οἱ στρατιῶται ἐν νῷ ἔχοντες, Σολόμωνι εἴκειν οὐκ ᾤοντο χρῆναι τὰ Βανδίλων χωρία ἔς τε τὸ δημόσιον καὶ ἐς τὸν βασιλέως οἶκον ἐθέλοντι ἀναγράψασθαι· φάσκοντί τε, ὡς τὰ μὲν ἀνδράποδα καὶ τὰ ἄλλα πάντα χρήματα τοῖς στρατιώταις ἐς λάφυρα ἰέναι, οὐκ ἀπεικὸς εἶναι, γῆν μέντοι αὐτὴν βασιλεῖ τε καὶ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ προσήκειν, ἥπερ αὐτοὺς ἐξέθρεψέ τε καὶ στρατιώτας καλεῖσθαί τε καὶ εἶναι πεποίηκεν. οὐκ ἐφ' ᾧ σφίσιν αὐτοῖς τὰ χωρία κεκτήσονται, ὅσα ἂν βαρβάρους ἐπιβατεύοντας τῆς Ῥωμαίων βασιλείας ἀφέλοιντο. ἀλλ' ἐφ' ᾧ ἐς τὸ δημόσιον ταῦτα ἰέναι, ὅθεν σφίσι τε ξυμβαίνῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὰς σιτήσεις κομίζεσθαι. αὕτη μὲν τῆς στάσεως αἰτία ξυνέπεσε. καὶ ἑτέραν δέ τινα ξυνηνέχθη γίνεσθαι τοιάνδε. ἣ οὐδέν τι ἧσσον εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἅπαντα ξυνταράξασθαι τὰ ἐν Λιβύῃ πράγματα ἴσχυσεν. ἐν τῷ Ῥωμαίων στρατοπέδῳ τῆς Ἀρείου δόξης οὐχ ἧσσον ἢ χιλίους στρατιώτας εἶναι ξυνέπεσεν, ὧν δὴ οἱ πολλοὶ βάρβαροι ἦσαν, καὶ αὐτῶν τινὲς ἐκ τῶν Ἐρούλων ἔθνους· τούτους δὲ οἱ τῶν Βανδίλων ἱερεῖς ἐς τὴν στάσιν τὰ μάλιστα ὥρμων. οὐ γὰρ σφίσιν ἦν δυνατὰ τῷ θεῷ ἐξοσιοῦσθαι τὰ εἰωθότα, ἀλλὰ ἀπεκέκλειντο καὶ μυστηρίων καὶ ἱερῶν ἁπάντων. οὐ γὰρ εἴα βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἄνδρα Χριστιανὸν οὐ μεταλαχόντα δόξης ὀρθῆς ἢ βαπτίσματι ἢ ἄλλῳ τῳ

μυστηρίων χρῆσθαι. μάλιστα δὲ αὐτοὺς ἡ πασχαλία ἑορτὴ ξυνετάραξε καθ᾽ ἣν οὐχ οἷοί τε ἐγίνοντο τὰ σφίσιν αὐτῶν παιδία τῷ θείῳ βαπτίζειν λουτρῷ ἢ ἄλλο τι ἐργάζεσθαι ἐς ταύτην δὴ τὴν ἑορτὴν ἄγον· ἅπερ δὲ οὐχ ἱκανὰ ταῦτα τῷ δαιμονίῳ διαφθεῖραι τὰ Ῥωμαίων πράγματα ἐν σπουδῇ ἔχοντι, ξυνέπεσέ τι καὶ ἄλλο τοῖς τὴν στάσιν μελετῶσιν ἐφόδιον, &c. ἐπειδή τε τὴν ἑορτὴν ἄγειν ἔμελλον, ἀχθόμενοι τῇ κωλύμῃ τῶν ἱερῶν οἱ Ἀρειανοὶ σφόδρα ἐνέκειντο· ἔδοξέ τε αὐτοῖς τοῖς κορυφαίοις ἐν τῷ ἱερῷ τῇ ἑορτῇ τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ ἣν μεγάλην καλοῦσι Σολόμωνα κτεῖναι, &c.

DE AFFRICANA ECCLESIA.

IDEM A. SALOMONI PP. AFFRICÆ.

VENERABILEM Eccleſiam noſtræ Carthaginis Juſtinianæ, cæteraſque omnes Affricæ Dioceſeos Sacroſanctas Eccleſias, Imperialibus beneficiis relevare noctu dieque feſtinamus, poſtquam noſtræ Reipublicæ per Dei præſidium a tyrannis direptæ ſocietates ſunt, noſtras etiam ſentiant liberalitates. Cum igitur *Separatus* [1], ut ſanctiſſimus Sacerdos, ejuſdem noſtræ Carthaginis Juſtinianæ, qui venerando Concilio totius Affricæ ſanctiſſimarum Eccleſiarum præeſſe dignoſcitur, una cum cæteris ejuſdem Provinciæ Reverendiſſimis Epiſcopis, propriis per Theodorum virum Religioſum, Diaconum, & Reſponſalem ejuſdem venerabilis Eccleſiæ Carthaginis civitatis Juſtinianæ, deſtinatis, Noſtram deprecari ſunt Majeſtatem, poſſeſſiones Eccleſiarum totius Affricani tractus, tyrannico quidem tempore ablatas eis, poſt victorias autem cœleſti præſidio nobis contra Vandalos præſtitas, per noſtram piam diſpoſitionem eis redditas, ſalva in quocumque loco conſtitutas videlicet tributorum ſolutione, firmiter poſſidere, ſecundum legis tenorem quæ jam ſuper hac cauſa promulgata eſt, petitionibus eorum prono libentique animo duximus annuendum. Ideoque jubemus, Sublimitatem Tuam, ſuis diſponere Præceptionibus, ut prædictas poſſeſſiones, ſalva, prout dictum eſt, tributorum ratione, venerabiles Eccleſiæ cum noſtræ Carthaginis Juſtinianæ, quam omnium civitatum Affricanæ Dioceſeos, firmiter poſſideant, & ſine ulla concuſſione, a nullo penitus abſtrahendas. Si quis autem alias poſſeſſiones, ſive domus, ſive Eccleſiarum ornamenta, apud Afros, vel Arrianos, vel Paganos, vel alias quaſlibet perſonas, detineri probatum fuerit, ea quoque omnimodo ſine aliqua dilatione & Sacroſanctis Eccleſiis Orthodoxæ fidei aſſignari, nulla prolixitate temporis his qui eaſdem res inique detinent uti concedendis: ſed earum reſtitutionem omni exploſa machinatione facere compellendis; quia non patimur ſacratiſſima vaſa, vel ornamenta venerabilium Eccleſiarum, aut alias poſſeſſiones, apud Paganos, vel alias perſonas detineri, & lex, quæ nobis antea prolata eſt, ſit, abundeque hujuſmodi capitulo conſultum fecerit. Alterius etiam noſtræ Conſtitutionis prærogativa, quam pro Eccleſiaſticis fecimus rebus & poſſeſſionibus, Affricæ quoque venerabiles Eccleſias perpotiri cenſemus, & ſecundum ejus tenorem licentiam eis damus, res proprias & poſſeſſiones, quic-

[1] Reparatus, *Procop. 241. de Bell. Vandall.* ἱερεὺς ὁ ῥεπάρατος.

quid ad eas pertinens ablatum eſt, vel fuerit, ab antiquis detentatoribus vendicare. Curæ autem erit Tuæ Sublimitati, quatinus neque Arrianis, neque Donatiſtis, nec Judæis, nec aliis qui Orthodoxam religionem minime colere noſcuntur, alia detur omnino communio penitus ad Eccleſiaſticos ritus, ſed omnimodo excludantur a ſacris & templis nefandi, & nulla eis licentia concedatur penitus ordinare Epiſcopos, vel Clericos, aut baptizare quaſcumque perſonas, & ad ſuum furorem trahere; quia hujuſmodi ſectæ non ſolum a nobis ſed etiam ab anterioribus legibus condemnatæ ſunt, & a ſceleratiſſimis, nec non inquinatis coluntur hominibus. Omnes autem Hæreticos, ſecundum leges noſtras quas impoſuimus, publicis actibus amoveri, & nihil penitus publicum gerere concedantur Hæretici conſtituti, & Orthodoxis imperare, cum ſufficiat eis vivere, non etiam ſibi aliquam auctoritatem vindicare, & ex hoc Orthodoxos homines, & Dei omnipotentis rectiſſimos cultores quibuſdam afficere detrimentis. *Rebaptizatos* [a] autem militiam quidem habere nullo modo concedimus; penitentiam autem eorum, ſi ad Orthodoxam fidem mente puriſſima venire maluerint, non reſpuimus: ſed damus eis licentiam hoc faciendi, quia & Deo Omnipotenti nihil ita eſt acceptabile ut peccantium penitentia. Judæis inſuper denegamus ſervos habere Chriſtianos, quod & legibus anterioribus cavetur, & nobis cordi eſt illibatum cuſtodire: ut neque ſervos Orthodoxæ religionis habeant, neque ſi forte Cathecumenos accipiebant, eos circumcidere: ſed neque Synagogas eorum ſtare concedimus, ſed ad Eccleſiarum figuram eos volumus reformari. Neque enim Judæos, neque Paganos, neque Donatiſtas, neque Arrianos, neque alios quoſcumque Hæreticos, & ſpeluncas habere, vel quædam quaſi ritu Eccleſiaſtico facere patimur; cum hominibus impiis ſacra peragendi permittere ſatis abſurdum eſt. Inſuper Sacroſanctæ Eccleſiæ Carthaginis Juſtinianæ omnia condonamus, quæ Metropolitanæ civitates, & eorum Antiſtites habere noſcuntur: quæ Codici noſtro in primo ejus libro ſegregata, Sacroſanctis Eccleſiis ſuum honorem præſtare noſcuntur; ut civitas, quam Noſtri Numinis cognomine decorandam eſſe perſpeximus, Imperialibus etiam privilegiis exornata floreſcat. Confugas etiam qui ad venerabiles Eccleſias & earum fines convolare feſtinant, & ſuæ voluntati proficere, nulli penitus licere ſacrilegis manibus ab his abſtrahere: ſed eos venerabilibus locis debita reverentia perpotiri, niſi tamen homicidæ ſint, vel virginum raptores, aut Chriſtianæ fidei violatores. Illos etenim qui talia facinora committunt, nullis eſſe dignos privilegiis quis non confiteatur? cum non poſſint Sacroſanctæ Eccleſiæ & homines iniquos adjuvare, & hominibus læſis ſuum adjutorium præſtare. Si quid præterea, Sacroſanctæ Eccleſiæ ſæpedictæ noſtræ Carthaginis Juſtinianæ, vel aliis venerabilibus Eccleſiis Africanæ Dioceſeos, a quacumque perſona pro ſuæ ſalute animæ oblatum eſt, vel fuerit quocumque modo legitimo, ſeu in poſſeſſionibus, ſeu in aliis

[a] Donatiſtas

quibuſlibet ſpeciebus, & hoc apud venerabiles Eccleſias manere firme, nullius unquam manibus abſtrahendum; cum homines qui tam laudabiles, tamque Deo acceptabiles actus, & pias facere oblationes deproperant, ſatis & nos laudamus, & Dei cœleſtis remunerat clementia. Hæc igitur omnia quæ ad honorem Sacroſanctarum dedimus Eccleſiarum totius Africanæ Dioceſeos, per præſentem piiſſimam & in perpetuum valituram legem, quam Omnipotenti Deo dedicandam eſſe perſpeximus, Sublimitas Tua cognoſcens, firma illibataque cuſtodire feſtinet, & omnibus prout ſolitum eſt manifeſtare, Edictis ubique proponendis: ut noſtra juſſa ſummæ pietatis habentia, ex omni parte inmutilata ſerventur. *Demetatoribus* [1] eorum pena x. librarum [1] temeratoribus auri ſubdendis, aliqua gravi Noſtri Numinis indignatione plectendis omnibus, qui noſtram diſpoſitionem quocumque modo vel tempore violare conceſſerint. DAT. KAL. AUG. CP. BILISAR. V. C. CONS.

EX VETUSTISSIMO CODICE CANONUM ECCLESIÆ BELVACENSIS POST GREGORII II. DECRETA,

duas Novellas ſequentes litteris Angloſaxonicis ad finem adjectas

Exſcripſit PETRUS PITHOEUS J. C.

IMPERATOR Juſtinianus Auguſtus Petro. De diſpoſitione & Privilegiis, & aliis diverſis Capitulis ad Sanctas Eccleſias, & ad alias Venerabiles Domus pertinentibus jam quidem diſpoſuimus. In præſentia autem de ſanctiſſimis Epiſcopis & Clericis & Monachis prius in diverſis Conſtitutionibus ſancita cum competenti emendatione hac comprehendere lege perſpicimus. Nov. CXXIII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus, Epiphanio ſanctiſſimo Archiepiſcopo Regiæ hujus civitatis, & univerſali Patriarchæ. Vita ſingularis hæc eſt, honeſta hæc conciliare novit quod homines ad hoc ipſud venientes, ut hominem humanam maculam ab his abluat, & mundos conſtituat, & aptus naturales rationi eorumque capaces quæ humanas curas exuperant. Quiſquis ergo deſiderat vere eſſe Monachus, debet & Divinæ Scripturæ doctrinam non ignorare, & continentiam diligere, ut dignum ſe tali faciat converſatione. Neceſſarium ergo duximus & nos exponere quid agere debeant, & eos veriſſimos luctatores ejus viæ quæ ad Divinitatem perducit conſtituere: & hoc eſt intentio præſentis legis, ut conſtitutis his quæ ad Venerabiles Epiſcopos vel ad Reverentiſſimos Clericos pertinebant, ad Monachos pro- Novella v.

viſionem noſtram convertere. Illud igitur inprimis dicendum eſt, ut omni tempore & in omni terra, quæ noſtro Imperio gubernatur, ſi quis Monaſterium fabricare voluerit, non ante & eſſe licentiam hoc faciendi, quam Venerabilem ejuſdem loci Epiſcopum advocaverit: & is manum in cœlum extenderit, & orationibus eundem locum conſecraverit, quod figens ſcilicet in eo noſtræ ſalutis ſignum: dicimus autem adorabilem honorabilemque Crucem. Ita demum incipiat fabricare, poſita, ut dixi, Cruce pro fortiſſimo fundamento. Hoc ſit ergo principium piæ Monaſteriorum conſtitutionis. Hinc nobis ſingulorum Monachorum cura ſubeunda eſt: quomodo eos fieri oporteat; Utrumne liberos tantum, an & ſervos? propter quod omnes ſimiliter indiſcrete Divina gratia ſuſcepit, aperte prædicans: quia in Dei cultura non eſt maſculus neque femina, non liber neque ſervus. Omnes enim in Chriſto unum Patri. Sancimus igitur, ſecundum Divinas regulas, eos qui ſingularem vitam affectant non temere, continuo a Reverentiſſimis Abbatibus ſanctorum Monaſteriorum habitum accipere Monachorum: ſed triennio toto, ſive liberi, ſive ſervi fuerint ſuſtinere: nec dum eodem habitu dignos habitos. Sed & tonſuram & veſtem habeant eorum qui Chriſto Laïci appellantur, & doceantur ea quæ Dei ſunt; & Venerabiles Abbates requirere ab his, utrum liberi an ſervi ſint: & unde eos vitæ ſingularis amor ingreſſus eſt. Et cum didicerint ab his quod non maligna occaſione ad hoc venerunt, habeant eos inter illos qui adhuc docentur, & in conſolatione ſint conſtituti, & experimentum capiant tolerantiæ probitatiſque eorum. Neque enim facilis eſt vitæ converſio quæ fit ſine animi fortitudine. Et ſi quidem totum triennium permanſerint, optimos ſe ipſos & tolerantes aliis Monachis vel Abbatibus oſtendentes, tunc demum digni habeantur tonſuram ſimul & veſtem Monachis congruam; & ſive liberi ſint nullum habeant timorem, ſive ſervi nullam patiantur inquietudinem, tranſeuntes ad communem omnium Dominum, & capiant in libertatem. Nam ſi multis caſibus & lex hoc facere conſuevit, & libertatem pulcherrimis dare, qualiter non valeat Divina gratia a vinculis eos ſervitutis abſolvere? Quod ſi intra triennii metas aliquis veniat, & quoſdam eorum qui ſingularem vitam affectant in ſervitutem trahere cupiat, aſſerens eum dominio (quod nuper nobis ex lycia nunciavit Reverentiſſimus Zoſimus Vir opinatiſſimus incontinentium & gerens centeſimum vicenſimum prope annum ætatis, virens tamen & animi virtutibus & Epiſcopali miniſterio tanta eſt in eo divina gratia) ſi quis ergo, ſicuti diximus, intra triennium venerit, dicens ad ſe pertinere quemquam illorum qui Monachorum ſe congregationi ſociare deſiderat, & in Monaſterio poſitorum, adfirmans ſibi aliquid ab eo ſubtractum, & ob hoc ad Monaſterium confugiſſe, vel pro furto aliquo, malave conſcientia & culpa ſeviſſima Monaſterium adpetivit. Quibus probatis, continuo eum recipiat, licet forte biennium concurrerit ex quo Monaſterium

non amore conſcientiæ, ſed vitiis trahentibus introivit. Reſtituatur autem cum his quæ ſubtraxerat, ſi hæc in Monaſterio reperiantur. Is autem qui ſe Dominum probavit, juret nullum ſe dolorem aut perniciem in eum qui reſtituitur exhibiturum: & ſic eum in domum ſuam ſecum reducat. Sin autem qui ſe Dominum dicit nihil tale probaverit, ut appareat.

Pith. Videntur hæ duæ Novellæ etiam Latina lingua ſcriptæ, quandoquidem hæc interpretatio a Juliano omiſſa eſt, & longe antiquior vulgata.

DE ALIENATIONE RERUM ECCLESIÆ MISIÆ RELICTARUM PRO CAPTIVORUM REDEMPTIONE ET ALIMENTIS PAUPERUM.

SCIMUS antea legem promulgaſſe per quam omnes alienationes Eccleſiaſticas inhibuimus. Sed poſtea alia lege proſpeximus quatinus liceat pro ſolutione Eccleſias vel alias quæ piis domibus deputatæ ſunt, perſolvere. Sed & hoc in noſtra venit memoria quod Martino viro ſanctiſſimo Epiſcopo Clinatæ civitatis, formam & ante legem noſtram dedimus prohibentem eum Eccleſiaſticas res vendere, ne qui ex potentioribus neceſſitatem ei inponant ſecundum ſuum propoſitum res Eccleſiaſticas alienare. Sed & in noſtra venit memoria alia res quam pro divinis fecimus vaſis, pro quibus omnibus abdicavimus ne cui liceat ſacroſancta vaſa vel venundare, vel obligare, niſi rantummodo in redemptionem Captivorum: quia animæ redemptio aliis omnibus rebus precioſior eſt. Sed hæc quidem antea. Subſecuta ſunt quænam ratione neceſſaria nobis fuit ad preſentis legis memoriam. Venit etenim in preſenti memoratus ſanctiſſimus vir in hanc ſanctiſſimam civitatem, & edocuit nos multos, terras ſine reditu, vel domunculas, vel vineas relinquere ad redemptionem Captivorum, vel pauperum alimonias, & alienatione prohibita memoratos actus, licet piiſſimi ſint, attamen inhiberi, competens ſibi permitti per legem hoc facere. Sancimus itaque ſi quis reliquerit ad redemptionem Captivorum, vel pauperum alimonias, res immobiles, ſi quidem certus reditus eſt ex relictis rebus colligendus, manere legatum, vel hereditatem, vel donationem, nulla alienatione mutilanda, cum poſſit ex reditibus redemptio vel ſuſtentatio fieri. Si autem vel certus reditus non eſt, vel domus pene diruta & longe ab Eccleſia poſita; vel vineæ quarum fructus non ſemper ſimiles, ſed varii colliguntur, & incurſionibus forſitan Barbaricis dediti: in his tantummodo ſpeciebus permittimus venditionem hac ſpeciali lege in memorata Provincia fieri, ſi tamen domus intra fines Eccleſiæ vel vineæ juxta muros civi-

tatis minime poſitæ ſint: ita ut in venditionis inſtrumento ipſa verba teſtatoris exprimantur, ut ei placuit venditionem fieri, & redemptionem ex his captivorum vel alimonias pauperum celebrari. Et ſi hoc ita ſubſecutum fuerit, habeat venditio firmitatem, liceat ſine metu alterius legis, & Oeconomis Eccleſiaſticis, & viro ſanctiſſimo Epiſcopo vendere, & emptoribus habere eaſdem res firmo jure. Habebunt autem Dei omnipotentis crimen Oeconomi Eccleſiæ, ſi pretia quæ acceperint in aliam cauſam conſumpſerint, licet piiſſima ſit, & non in prædictas duas tantummodo cauſas, ad imitationem legis quæ ſuper ſacroſanctis vaſis alienandis lata eſt. Sic etenim venditio neceſſaria procedat, nc actus piiſſimi exinde fraudentur, & animæ hominum inde pereant: cum & terrarum poſſeſſio & rerum immobilium non talem habeat curam, nec ita ſit neceſſaria, ut captivorum redemptio & vita egentium, quæ & animas ſalvant, & Deo omnipotenti placabiles ſunt. Gravitas itaque Tua quæ per hanc ſpecialem legem Noſtra decrevit Æternitas, tam effectu mancipare, quam obſervare procuret.

a *De alienatione rerum Eccleſiæ Miſſa*] *Pith.* Eſt hæc Novella Conſtitutio 65. quæ ab Irnerio & Bulgaro, cæteriſque mediæ ætatis Juſtinianæi Juris Interpretibus in VIIII. ut vocarunt, collationem rejecta fuerat, ut cæteræ fere omnes, quarum eis uſus aut nullus, aut non uſque adeo neceſſarius videbatur: ſive quod abrogatæ, ſive quod chronicæ, aut locales eſſent. Nobis vero nihil ſupereſt veterum quod non uſui eſſe poſſit. Cæterum in eo Novellarum ſeu Authenticorum Conſtititutionum exemplari, unde iſtam exſcripſimus, ſequebatur proxime Novella XXI. ne hujus aliud caput, ne illud quidem ab Haloandro additum, quod ex Theodori interpretationibus irrepſiſſe Doctor meus admonuit.

IMPERATORUM

IMPERATORUM

THEODOSII,

VALENTINIANI,

MAJORIANI,

ANTHEMII

NOVELLÆ CONSTITUTIONES XLII.

PETRUS PITHŒUS JACOBO CUJACIO J. C. S.

ECCE tibi Novellas ipſas, quarum ob ſolum Indicem, quem ex meo libro cum quibuſdam aliis Imperatorum legibus acceperas, profuſiſſime pro tua gratia me honoraſti. Unde vero, inquies? Ex eodem ipſo Copiæ cornu ex quo & Index prodierat, id eſt ex Bibliotheca patris mei, quem quoties poſt tot infœlicium Doctorum devoratas, &, quod non cujuſvis ſtomachi eſt, bene concoctas ineptias, inter tantas tamque ſerias occupationes, eo ſæculo, ea ætate, in ea urbe, ad hæc demum ſtudia animum revocaſſe cogito; toties intelligo, quæ Dei ſumma benignitas eſt, nullo unquam ſæculo defuiſſe qui in tenebris ſolem, ut dicitur, id eſt, quæ recta eſſent perſpicerent, inveſtigarent, colerent, amplecterentur. Hoc ego tanto patre ſi non indignus filius videor, ſatis me magnum hactenus ſtudiorum meorum fructum conſequutum arbitror. Sed ut ad Novellas, eas pater cum per otium, quod vix fere illi ullum fuit, ipſe non poſſet, ab amanuenſi ſuo ex veteri quodam exemplari deſcribendas curaverat. Qua in re vir alioqui Reipublicæ juvandæ natus ejuſque amantiſſimus ſibi tantum fortaſſe laboraſſet, ni poſt ejus luctuoſiſſimum obitum Joannes & Nicolaus filii illi gemini, mihi conſanguinei fratres (de quorum ingenuis virtutibus plura dicere cum meus pudor, tum ipſorum verecundia prohibet) in magno librorum chartarumque cumulo, me tum quidem vix pubere & ſtudiorum cauſa abſente, has quaſi e naufragio tabulas excepiſſent, & inter Gallicos iſtos tumultus & tam crebras convaſationes diligentiſſime adſervaſſent. Nuper autem cum de tuo Codice Theodoſiano mentio incidiſſet, & a me harum Novellarum, ut tum quidem putabam, amiſſio bona fortuna deploraretur, dixerunt illi habere ſe care repoſitas, atque etiam ultro obtulerunt. Eas ego tandem a fratribus acceptas, vix graviſſimo morbo recreatus, & avidiſſime perlegi, & quæ in eis vel antiqui ſcriptoris, vel amanuenſis paterni negligentia aut imperitia errata erant, religioſe, ut par eſt, & quaſi ſuſpenſa manu, emendavi. Statim autem ad te miſi, qui jure quodam tuo hæc tibi vindicare potes, ut reliqua, ſi qua ſunt, a me depoſita perſanares, & hoc jam Theodoſiani potius quam Theodericiani corporis membrum reliquo, ſi tibi ita videretur, aliquando adjungeres. Prodibunt igitur hæ Novellæ multis nominibus obæratæ, patri, quod e tenebris erutæ, fratribus, quod adſervatæ, tibi vero quod multis vulneribus ſanatæ tandem communi omnibus ſole fruentur. Mihi ſane nihil adrogo, ſatiſque erit ſi & ſtudiis noſtris aliquantulum profuero, & tibi hac in parte ſatisfecero. Vale. Lutet. Pariſior. Kal. Aug. CIↃ. IↃ. LXXI.

L E C T O R I.

QUASDAM conjectuꝛas addere viſum eſt, quibus noſtra ſaltem religio probaretur: quam vereor ne ſuperſtitionem plerique interpretentur.

THEODOSII
ET
VALENTINIANI IMPERATORUM
NOVELLÆ CONSTITUTIONES.

DE PATRIMONIALIBUS REI DOMINICÆ, & limitrophis fundis ad Orientem poſitis. Tit. XII.

I. Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS A A. Marcellino Comiti Pf. [a]

PROPE eſt ut beneficium accepiſſe credamus quotiens offertur nobis cauſa præſtandi, & diem periiſſe proculdubio ſuſpicemur quem Noſtri Nominis munificentia non illuſtrat. Fruimur quippe conſcientia largitatis, & benefaciendi provincia, quæ cum Deo meritum hominis adplicitum inter Imperatorias primaſque virtutes obtinet principatum. Valuerit igitur in fundis Patrimonialibus ſitis per Aſianam Diœceſim, ſitis per Ponticam, in diem præſentem & Conſulatum XVI. Noſtræ Clementiæ lex divæ memoriæ Conſtantini, quæ ad ædes per Conſtantinopolitanam urbem ſacratiſſimam *dominus* [b] exigebat. Sed nequaquam ulterius fœlicitas patitur civitatis, non ſuis meritis, verum porro quæſitis compendiis æſtimari : nequaquam utriuſque obſequiis elementi contenta, ſuæ fortunæ deſiderat incrementa ſubſidio prædiorum, quæ in cœlum uſque provecta gloria nominis ſui, in ſocietatem admittere dedignatur aliena fata terrarum. Quare cum divinum conſilium Principis memorati, progreſſus temporis ſubjecerit, & legis propoſito in augenda urbe, pace Superi Numinis, ſit ſatisfactum, reddet Noſtra Majeſtas gratam poſſeſſoribus novitatem, ut *petitioni ſuæ ante formidinem* [c], cui Romæ deſunt Penates, ſecurus vomerem, ſecutus falcem poſſeſſor exerceat, quod paravit relicturus hæredi. Pertinet hoc quoque profecto ad pretium civitatis, ad famam tanti ſplendoris, amantium ambitu frequentari, ceſſante legis imperio. Quapropter ſuggeſtione Magnitudinis Tuæ, victura in omne ævum lege ſancimus [d], ut quiſquis patrimoniales poſſidet fundos, ſeu prædia per Diœceſes memoratas, donationis, aliove titulo, firmiter in æternum veluti privato & inconcuſſo jure poſſideat, etiam ſi domicilium in Conſtantinopolitana urbe non habeat, ad hæredum ſuorum, vel emptorum legitimorum, quinetiam retentatorum, ſi dominus quoque pacto abalienaverit, ejus commodis migraturis, omni petitionis excluſa moleſtia, inſtructionis quinetiam officio cujus intereſt, moleſtia denegata. Quam ſi quis Tractator temerario ſpiritu contra Juſſa Diva-

[a] *Puto reponendum* C. S. L.

[b] *Sic vetus Codex. Quid ſi legamus* decimas?

[c] *forte,* petitionis, *aut potius,* petitionis ceſſante formidine,

[d] *hinc ſumpta eſt lex 12. C. de fund. patrimon.*

lia, quod non opinamur, offerre temptaverit, quinquaginta librarum auri, cum amiſſione militiæ, diſpendio fetietur: quatenus cuncti cognoſcant firmius nos poſſeſſoribus præſenti lege donaſſe, quæ exceptionibus & cæteris formulis vacillabant., Marcelline frater amantiſſime. In luſtris igitur Auctoritas Tua, Statuta Noſtræ Clementiæ pro devotione ſincera, ſolemniter Edictis propoſitis ad omnium notitiam faciat pervenire. Dat. VI. Id. Maj. Conſtantinopoli Theodoſio A. XVI. Coss.

II. Idem AA. FLORENTIO Pf. Po.

SUGGESTIONEM Tui Culminis ſalutarem debita cum laude divinus amplectitur Noſtræ Serenitatis adſenſus, per quam ſuggeritur providendum ne redituum præſtatio minor videatur expenſis, neve erogatio conlationis functionem excedat. Quod evenire monſtratur patrimonialibus fundis ac limitrophis, nec non etiam ſaltuenſibus, pro libidine petitorum ad jus privatum ſecuritatemque tranſlatis. Cui rei, ne ulterius adtemptetur, hac lege perpetuo valitura remedium credidimus offerendum, omnes ejuſmodi poſt hanc legem petitionum materias inhibentes. Præcipimus itaque nulli jam in poſterum licere patrimoniales, ſeu limitrophos vel ſaltuenſes fundos, qui per tractum Orientis poſiti ſunt, ad jus transferre privatum, ſive dempto, ſive ſalvo canone, juris immutatio poſtuletur: legis temeratores quinquaginta librarum auri pœna cohercentes, tam videlicet petitorem, quam Officium quod petitionem concedit admitti, licet Adnotatio Noſtra, licet Divina Pragmatica contra veritum proferatur. Florenti P. K. AA. Itaque magnifica auctoritas tua Edictis propoſitis, quæ ſanximus ad omnium notitiam perferri præcipiat. Data VI. Id. Jun. Conſtantinopoli Theodoſio A. XVII. & Feſto Coss.

III. Idem AA. CYRO Pf. Po.

IN omnibus quidem rebus publicam convenit utilitatem privatis commodis anteponi, ſed tum præcipue cum ſaluri pariter Provincialium, ac Imperii noſtri felicitati conſuletur: unde ſingulorum quoque fortunis ac ſecuritatibus proſpici non habetur incertum. Quoniam igitur per conſultiſſimam Tuæ Sublimitatis ſuggeſtionem comperimus Armeniæ tractum in ipſo pene limitis aditu Perſarum conſtitutum, pridem regalium fundorum copiis ac præſidiis munitum, in præſenti Perſicis eruptionibus expoſitum fuiſſe, eo quod eoſdem fundos & maxime Theodoſiopolitanæ & Satalenæ civitati contiguos vel propinquantes, quorumdam petitio diverſis retro temporibus in propria jura, mutato priſtino nomine tranſtulerit: hac in perpetuum victura lege cenſuimus ſtatuendum; ut univerſi qui noſtram in his munificentiam meruerunt, ſub ea conditione poſſeſſiones habere donatas concedantur, *ſi cunctatus* [a], & *paſtacas* [b], & paraveredos, & ſpecies, nec non & coemptiones ſecundum priſtinam conſuetudinem

[a] *Cujacius putat legi poſſe comitatus,*
[b] *ego baſtacas,*

diſpoſitione Tuæ Magnificæ Sedis injungendas, & alia univerſa fiſci calculis ſolemniter ſine mora dependant & agnoſcant, aut reſiſtente cura *utilitate* [c] communi publicæ poſſeſſioni cuncti prædia refundant, ſub ea ſcilicet obſervatione, cum nulli deinceps eoſdem fundos liceat inſidioſis & derogantibus Reipublicæ precibus emereri, aut ad ſua compendia deſpectis Reipublicæ utilitatibus, transferre : centum pondo auri pœnæ nomine, tam his qui preces offerre temptaverint, quam Criniariis, vel aliis quorum intereſt, ſi ſupplicationes oblatæ, aut ſi fuerint inſtructæ, feriendis. Cyre P. K. A A. Sublimis igitur & Magnifica Auctoritas Tua hanc ſaluberrimam legem Edictis ex more propoſitis in omnium noticiam faciat pervenire. Data VI. Kal. Jul. Conſtantinopoli C.

[c] *au* utilitati. *Hoc facile eſt ſupplere ex Faſtu.*

DE BONIS FABRICENSIUM.

Tit. XIII.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Aureliano Conſ. Pb. [a]

FABRICENSIUM corpus ſubvenit neceſſitas cura bellorum, quo immortalitatis genere Principum ſcita cuſtodit, ne deficiente principio ſucceſſus *generes* [b] haberentur. Hoc enim armat, hoc noſtrum ornat exercitum. Hinc jure proviſum eſt [c] artibus eos propriis inſervire, ut exhauſti laboribus immoriantur cum ſubole profeſſioni cui nati ſunt. Denique quod ab uno committitur totius delinquitur periculo numeri ut conſtricti nominationibus ſuis ſociorum actibus quandam ſpeculam gerant, & unius damnum ad omnium tranſeat diſpendium. Univerſi itaque velut in corpore *uniformi viſus* [d] decoctionis, ſi ita res tulerit, reſpondere coguntur, ut viri illuſtris atque magnifici Magiſtri Officiorum ſuggeſtio Noſtræ Clementiæ patefecit. Quæ cum ita ſint, præſenti Sanctione perpetuo valitura ergo ſi timore decernimus, ut quiſquis Fabricenſium [e] ſine liberis, vel legitimo hærede deceſſerit non condito teſtamento, ejus bona cujuſcunque ſummæ ſint, ad eos nutu Noſtræ Manſuetudinis pertinere, qui velut creatores decedentium adtinentur, qui fiſco pro intercepto reſpondere coguntur. Hoc enim pacto contigit, ut & Reipublicæ ratio ſalva permaneat, & Fabricenſes collegarum ſuorum ſolaciis perfruantur, qui damnis ac detrimentis tenentur obnoxii, omni in poſterum ab eorum facultatibus, ab eorum patrimoniis petitione ceſſante. Aureliane P. K. A. Inluſtris igitur Auctoritas Tua, poſt hanc legem, nullius petitionem admittat, vel inſtructionem fieri patiatur ſuper bonis Fabricenſis defuncti. Quod ſi ulla *proceſſit* [f] inſtructio, non Sacra Adnotatio, non Divina Pragmatica habeat locum contra generalem Noſtri *Nominu* [g] Sanctionem. Quinquaginta etenim auri librarum Officium Palatinum fiſci viribus inferre cogetur, ſi poſtquam ſuſceperit hujuſmodi divinum oraculum vel inſtructionem dare tempta-

[a] *Puto repetendam C. R. P.*

[b] *forte,* degeneres

[c] *Ex hac Novella ſumpta eſt l 5. C. de Fabricenſ. lib. 11.*

[d] *in Cod. Juſt.* unius formæ, unius decoctionis,

[e] *Hinc eſt ſumpta lex 5. C. de Hæredib. Decur. in qua mendoſe ſcriptum eſt* creditores.

[f] *malim* proceſſerit

[g] *Sic vet. Cod. quod & alibi retinuimus, licet non dubitaremus futuros pleroſque*

qui numinis malent.

verit. Dat. Prid. Non. Novemb. Conſtantinopoli ipſo A. XVI. & Fauſto V.C. Conſſ.

DE AMOTA MILITANTIBUS *fori præſcriptione.* Tit. XIIII.

I. Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS Florentio Pf. Pon.

JURATUR in militiæ ſacramenta ut neceſſitates publicæ procurentur: ſed ſuggeſtione culminis tui comperimus quoſdam ideo tantum ſortiri militiam, ut alienorum prædiorum idonei poſſint fieri conductores. Quod niſi Nominis Noſtri fuerit auctoritate correctum, in contumeliam Aulæ Divinæ proficiet, ſi hiſdem privilegiis muniantur qui in privatis negotiis occupantur, quibus jure militiæ ſervientes obſequiorum premiis gloriantur. Quare præſenti lege [a] ſancimus omnes omnino Domeſticos Agentes in rebus, & quæcunque alia prætenditur militiæ dignitas ſub Moderatoribus Provinciarum functionibus publicis reſpondere, nulla fori præſcriptione valitura, ſi hac qui exiguntur debita publica uti temptaverint. Immo & in aliis privatis actionibus occupatos malumus reſpondere qui *per Provincias ſociantur* [b], vel conductorum vocabulis defenduntur, ſive domorum divinarum, ſive virorum potentium, ſeu cujuſlibet conditionis ſint conductores: niſi forte commeatum ad rem propriam componendam unius anni inducias oſtenderint accepiſſe. Florenti P. K. A. Illuſtris igitur & Magnifica Auctoritas Tua, quæ proviſionum titulis & commodis publicis illuſtratur, noverit præſenti lege Noſtram Clementiam ſtatuiſſe, omnes conductores, omnes qui per Provincias ſociantur, vel ſuis vacant compendiis, ſine beneficio (ut dictum eſt) commeatus, ſuis adverſariis agentibus reſpondere, ne ſub prætextu militiæ privatum ſeu publicum debitum deſeratur: eadem forma ſervata in his etiam *qui mercandum, & militandi* [c] divalia beneficia meruerunt. Scita ſane noſtræ perennitatis, Edictis ex more propoſitis, ad omnium notitiam Tua Magnificentia faciat pervenire. Dat. XIIII. Kal. Maj. Conſtantinopoli, Theodoſio A. XVIII. Conſ.

[a] *Hinc ſumpta eſt lex 1. C. in quib. cauſ. milit. for. præſcript.*

[b] *Vet. Cod.* per Provincias ociantur. *In quibuſdam exemplaribus C. Juſt. ſcriptum eſt* negotiantur,

[c] *Hoc vult* qui & mercandi & militandi ſimul *quomodo etiam in Juſtin. Codice legendum eſt.* Negotiatores nonniſi ex beneficio Principis militare poſſunt: ſed nec milites negotiari. *Quod genus beneficii etiam apud nos uſurpatum meminit.*

II. Idem AA. CYRO Pf. Pon.

OMNES odioſæ ſunt fraudes, & hæ maxime quæ legibus fiunt, quæ contra commoditatem publicam exquiruntur. His itaque legum convenit auctoritatem opponi. Fori præſcriptiones noxia quidam interpretatione ſuis aſſertionibus aptare feſtinant, qui ſinguli prærogativa judiciarias excludere poſſe cognitiones exiſtimant, neſcientes veteres quoque leges ſpecialiter ejuſmodi præſcriptionibus, & contractus, & negotia geſta, & delicta ſubtrahere, nec pari aliquem qui quid in qualibet Provincia criminoſe commiſerit, vel qui alicubi contraxerit, vel qui in quodam loco negotia geſſerit aliena, memorata ſe poſſe

ſe poſſe præſcriptione defendere. Sed Tua Celſitudo per ſuggeſtionem edocuit quoſdam eorum etiam qui ad curiam vocantur, quive cohortalibus deberi dicuntur officiis, vel qui debitis publicis obligantur, quive ſuper exactionum vel concuſſionum criminibus involvuntur, in tantum audaciæ proceſſiſſe, ut ſub ſpecie militiæ, Excelſæ Tuæ quoque Sedis judicio præſcriberent. Ideo divinis ſenſibus callida memoratorum reſecantes incœpta, hac perpetua lege [a] ſancimus, Excelſæ quidem Tuæ Sedis neminem, ſub ſpecie fori præſcriptionis, in quolibet negotio declinare poſſe ſententias: ſed ne Provincialibus quoque judiciis poſſe fori præſcriptionem opponere eos qui ad curiam vocantur, vel cohortalibus deberi dicuntur officiis; vel eos qui debitis publicis obligantur, eoſve qui ſuper exactiones, vel concuſſiones perpetraſſe firmantur, quive criminoſe quid arguuntur in Provincia commiſiſſe, quive contraxiſſe, vel alienum dicuntur geſſiſſe negotium in ea Provincia in qua conveniuntur, hac ſaluberrima lege decernimus: licet talis officii videatur Apparitor, quod ſpecialiter apud ſuos tantum Judices reſpondere de Noſtri Nominis impetravit Clementia. Quod ſi quis contra tam ſaluberrimam legem pertinaciter voluerit, impetratis ſibimet vel ſuo corpori ſcitis uti cœleſtibus, ſciat tam Tua Sublimitas, quam Moderatores Provinciarum adverſus eum tanquam in contumacem ſententiam proferendam. Cyre P. K. A. Inluſtris itaque & Magnifica Auctoritas Tua legem hanc Edictis ex more propoſitis, ad omnium notitiam perferri præcipiat. Dat. XI. Kal. Octob. Conſtantinopoli, Valentiniano A. V. & Anatolio *A*. [b] Conſ.

[a] *l. 1. C. ubi quis de Curialib. vel Cohortalib.*

[b] *Immo* V. C.

III. Idem AA. CYRO Pf. Po.

NOs quidem cum majeſtate Conſulum, qua res Romana paulatim & totus urbana hiſdem ſcimus etiam adquiſita ſervari. Quis dubitat ſuis commodis veteres Reipublicæ commoda præferentes, mundi finibus fines impoſuiſſe Romanos? Sic nos in legibus maxime promulgandis non quid forte quibuſdam ſeparatim, ſed quid univerſis in commune prodeſt, divinis ſenſibus ponderamus. Sed nonnunquam ea quæ ſalubertime promulgantur, interpellatione quidam non recta deformare contendunt. Nuper Turiis Civitatibus, ipſis etiam Provinciis conſulentes, cavimus lege perpetua, non debere paſſim cinguli prærogativa, vel inluſtriſſimæ Præfecturæ, vel Rectorum Provinciarum declinari ſententias: hanc etiam legem de noſtris militibus quoſdam comperimus dicere promulgatam. Ne itaque male interpretandi ſcita noſtra quibuſdam detur occaſio, ſciat Sublimitas Tua de *ſcholaribus* [a] noſtris, Comitibus etiam ac Tribunis militaribus conſuetudinem obſervari velle nos hactenus obſervatam: de cæteris vero militibus armatis, vel de Tribunis qui numeros agunt, prorſus legem nuper promulgatam non loqui certiſſimum eſt. Cyre. P. K. Inluſtris igitur & Magnifica Auctoritas Tua, legem perpetuo valituram

[a] ſolaribus, *vet. Cod. ſic & apud Sulpitium Severum de Martino* inter ſæculares, *legendum* inter ſcolares. *Et apud Suetonium*

edictis propoſitis, ad omnium notitiam perferri præcipiat. Dat. IIII. Kal. Jan. Conſtantinopoli, Valentiniano & Anatolio Conſſ.

in Claudio cap. 10. ubi vulgati habent ſolarium. Vet. Cod. ſcolarium.

IIII. Idem A A. ARIOVINDO Magiſtro militum.

QUÆ de fori præſcriptione nuper ſaluberrima lege decrevimus, ipſius legis definitionibus demonſtratur. Sed ſuggeſtione Tuæ Sublimitatis ammoniti, quoſdam etiam de Apparitionibus Magiſteriæ Poteſtatis excipi poſtulante, ad eam quoque partem ordinandam divina moderatione pervenimus. Itaque *neque pulſantes* [a] ab adverſariis ſuis, vel in Ampliſſimæ Præfecturæ judicio, vel Provinciis, ad præſcribendum ſufficiat Apparitorem ſe dicere Magiſteriæ Poteſtatis, exceptis quos obſequiis Magiſtri militum deputatos, ad alia judicia, inconſulto ſuo Judice, trahi non liceat. Per ſingula officia virorum, Inluſtrium Magiſtrorum militum trecentos excipi lege pridem promulgata decrevimus, quos nec in Provincialibus, nec in Prætorianæ, vel Urbicanæ Præfecturæ judicio, ſine permiſſu Viri Magnifici Magiſtri militum, litigare conveniet: cæteros omnes qui ſuper prædictum ſunt numerum, quaſi nec militantes, & apud Inluſtriſſimas Præfecturas, *& apud Vicariis Rectores* [b] Provinciarum, de quolibet negocio pulſari, & conveniri, & reſpondere, ſine cinguli præſcriptione decernimus. Probari autem *Apparitores* [c] Magiſteriæ Poteſtatis, neque Curiales, neque Cohortales, neque cenſibus volumus adſcriptos. Quo autem ſit certum qui trecentorum numero continentur, in ſententiis vel præceptis quæ Apparitoribus Magiſteriæ Poteſtatis exequenda mandantur, vel in commeatibus, ſi forte quis eorum ad ſua reverti voluerit, commeatui Virum Magnificum Magiſtrum militum ſubnotare ſancimus, de numero trecentorum eum eſſe cui præcepta vel ſententiæ mandatæ ſunt exequendæ, vel cui ad ſua per commeatum reverti conceſſum eſt. Si quis igitur conventus ex ſententia Tuæ Excelſæ Sedis, vel Urbicariæ Præfecturæ, vel Moderatoris Provinciæ, Apparitorem ſe Magiſteriæ Poteſtatis dicat, nec Magiſtri militum talem ſubſcriptionem protulerit, fori ejuſmodi præſcriptionem in ejus perſonam ceſſare decernimus. Quod ſi qualem diximus Magiſtri militum ſubſcriptionem protulerit, ſiquidem ille eſt cui neque a curia, neque a cohortali officio de ſtatu moveatur controverſia, nec tributa, nec functiones debere firmatur, ſtatim dimittendus eſt, ut pote fori alterius litigator. Quod ſi ab eo proferatur ſæpedicta ſubſcriptio qui a curia, vel officio cohortali de ſtatu patitur controverſiam, vel ab eo qui ut tributa, vel functiones debens in Provincia detinetur, de ejus perſona & ad Virum Magnificum Magiſtrum militum, cujus ſe Apparitorem dicet, & Inluſtriſſimam Præfecturam referri decernimus, ut ſi intra quatuor menſes non fuerit a Magiſtro militum cauſa Rectori Provinciæ delegata, tunc ex ſententia Culminis Tui negotium vel in tuo judicio, vel apud Rectorem Provinciæ peroretur. Quod ſi apud Inluſtrem atque Magnificam Sedem tuam poſtulatio contra talem fuerit depoſita, ab ea

[a] *deeſſe videtur.* neque pulſatos

[b] *fortaſſe,* & apud Vicarios & Rectores, *aut potius* apud Viros Clariſſimos Rectores. *Nam ſane qui apud Præfecturam litigare cogitur, vix eſt ut apud Vicarios conveniri non poſſit, cum ſint Præfecturæ Prætorianæ Vicarii.*

[c] *Hinc ſumpta eſt lex tertia C. de Apparit. Magiſt. milit.*

quoque ſede ad Virum Magnificum Magiſtrum militum judicantem, cauſam ordine legum determinari cenſemus. Sed & eo caſu quo Apparitor Magiſteriæ Poteſtatis de ſtatu ſupradicto in Provincia patitur controverſiam, ſi ſententia vel interlocutio Rectoris Provinciæ fuerit appellatione ſuſpenſa, ſimiliter utroque Ampliſſimo Judice cognoſcente, cauſæ jubemus merita ponderari, licet Magiſter militum Rectori Provinciæ cauſam delegaverit perorandam. In cognitionibus cum autem futuris, omnes ex jure venientes aſſertiones patribus inlibatas ſervari ſancimus. Ariovinde Par. K. A. Inluſtris igitur & Magnifica Auctoritas Tua legem hanc Edictis propoſitis ad omnium notitiam perferri præcipiat. Dat. Prid. Non. Marc. Conſtantinopoli, Cyro. V. C. Conſ.

Eodem exemplo Aſpari Viro Inluſtri Comiti Exmagiſtro militum & Exconſuli bis ordinario.

DE NAVIBUS ULTRA DUORUM MILLIUM modiorum capacitatem non excuſandis. Tit. XV.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Florentio Pf. Po.

SEMINA ferendis legibus fragilitas humani generis ſubminiſtrat: repetitio vero legum noſtræ eſt humanitatis indicium. Siquidem cum priorum aculei adverſus temeratores earum ſufficerent corrigendos, ammoneri tamen per legis repetitionem delinquentes volumus, quam pœnam exigi delictorum. Ideo calcatam legem quæ de navigiis non excuſandis olim fuerat promulgata, ſuggeſtione Tuæ Sublimitatis edocti, humanis ſenſibus ſaluberrima repetere ſcita compellimur, ac jubemus nullam navem ultra duorum millium modiorum capacitatem ante fœlicem *embolam* [a], vel publicarum ſpeciérum tranſvectionem, aut privilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogativa perſonæ, publicis utilitaribus excuſari poſſe ſubtractam: nec ſi cœleſte contra proferatur oraculum, ſive adnotatio, ſive ſit Divina Pragmatica, providentiſſimæ legis regulas oppugnare debet. Quod etiam in omnibus cauſis cupimus obſervari, ut generaliter ſi quid hujuſmodi contra jus, contrave utilitatem publicam quolibet negotio proferatur, non valeat, cum haud dubie ſubreptionem arguat precatoris. Sed ne præſentis juris videatur impunita *contentio* [b], quicquid in fraudem iſtius legis quolibet modo fuerit adtemptatum, in navigii quod excuſatur publicatione corrigimus. Florenti P. K. A. Inluſtris igitur & Magnifica Auctoritas Tua, legem perpetuo valituram ad omnium notitiam, propoſitis Edictis, perferri præcipiat. Dat. VII. Idus April. Conſtantinopoli, Theodoſio A. XVII. Conſ.

[a] *Sic nos ex Cod. J. ſ. L. 10. de Sacroſanct. Eccleſ. & L. ult. de navib. non excuſand. cum in vet. Cod. ſcriptum eſſet* immolat.

[b] contemptio,

DE POSTULANDO ET PERPETUANDA advocatione. Tit. XVI.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Florentio P. Pon. Orientis.

PROVIDENTISSIME ſuggeſtis lege ſaluberrima ſubvenimus. Enervaſſe curias vel Provinciarum officia effuſam Ampliſſimæ Præfecturæ judicio poſtulandi cupiditatem inlecebris immunitatis accenſam, Tui Culminis ſuggeſtione comperimus. Diſpoſitiones quoque Sublimitatis Tuæ in hoc quoque ſecuti negotio, perpetuo lege valitura decernimus, Curiales qui poſt ſexaginta quatuor priores Advocatos contra licitum in ampliſſimo foro poſtulandi ſibimet uſurpavere licentiam per ſubſtitutum munia ſuæ civitatis agnoſcere, nulloque Sacrarum Conſtitutionum quæ de Advocatis latæ ſunt, beneficio frui, niſi ad fiſci noſtri pervenerint patronatum. Cum vero advocationem fiſci ſuſceperint, omnibus aliis perſeverantur ſubſtituto curiam non fraudantis ulterius neque curiali neque cohortali Advocatorum Præfecturæ conſortio ſociamus. Sed quo numerus, ut ſuggeritur, infinitus eorum, qui poſt centum quoque & quinquaginta paſſim matriculis continentur, quadam valeat proviſione deminui, nullam ad Advocationem fori Culminis Tui, poſt hos qui jam matriculis continentur, jubemus accedere, niſi ad centum numerus Advocatorum pervenerit. Hunc etenim numerum, utpote ſufficientem litibus ampliſſimæ Præfecturæ, nec minui volumus, nec augeri concedimus. Sed ne dura illis qui ſupra numerum veniunt conſtitutum longi temporis expectatio videatur, liberam eis ad alia, ſi voluerint, fora migrandi tribuimus facultatem, nulla a minoribus judiciis præſcriptione pellendis. Supereſt non ſolum fugiendi Provincias Advocatis neceſſitatem extinguere, ſed etiam amplectendi eas atque in vocationis earum officio perſeverandi miniſtrare materiam: quod ita credimus eventurum ſi ipſis quoque Advocationis præmium ſecuritas proponatur, ſi factiones eorum non timeant contra quos clientibus ſuis fideliter adfuerunt, ſi officio ampliſſimatum poteſtatum ſuas non viderint ſubjacere fortunas. Quamobrem *nihil Advocatis* [a] Provinciarum vel ſpectabilium Judicum quis exiſtimet injungendum, nulla eis inſpectio, nulla ingeratur peræquatio, nulla operis extructio, nulla diſcuſſio, nullum ratiocinium imponatur: nihil denique aliud eis mandetur illud præter arbitrium in ea duntaxat Provincia ubi Advocationis exercetur officium: quinquaginta librarum auri pœna Officio feriendo quod legis iſtius regulas temerate temptaverit. Florenti P. K. A. Inluſtris itaque & Magnifica Auctoritas Tua ſaluberrimam legem Edictis propoſitis ad omnium notitiam pervenire præcipiat, quo præter Advocatos virorum Inluſtrium Præfectorum, quos ad finem Advocationis ſpecialium privilegiorum fructus propoſita etiam palma dignitatis hortatur, ſciant

[a] *L. 6. C. de Advocat. diverſ. Judic.*

alii lege priore ſublata poſtulandi ſibi licentiam datam nullo tempore præſcribendum. Dat. XIII. Kal. Maj. Conſtantinopoli, Conſ. ſupraſcript.

DE LENONIBUS.

Tit. XVII.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Cyro & Alyppio Pf. Pon. Pm.

FIDEM de exemplis præſentibus mereantur hiſtoriæ, & omni de ambiguitate liberetur antiquitas, quæ nobis ſummos viros prætuliſſe Rempublicam facultatibus indicavit. Virum Inluſtrem Florentium Præfecturæ Prætorianæ adminiſtratione ſubfultum cernamus, non jam cum majorum laudibus, ſed cum ſuis magnis in Rempublicam meritis præclari animi æmula virtute certantem, exiſtimationem Reipublicæ non ſolum conſilio ſuo ac providentia, ſed etiam devotione ac munificentia pudendæ turpitudinis labe atque ignominia liberaſſe. Nam cum Lenonum calliditate damnabili circumventam veterum videret incuriam, ut ſub cujuſdam luſtralis præſtationis obtentu corrumpendi pudoris liceret exercere commercium, & injuriam ſui ipſam quodammodo ignaram *cohibere* [a] Rempublicam, pio circa omnium verecundiam propoſito Manſuetudinis Noſtræ *more* [b] pudicitiæque ſuggeſſit ad injuriam noſtrorum temporum pertinere, ſi aut Lenones in hac liceret urbe verſari, aut eorum turpiſſimo quæſtu ærarium videretur augeri. Ac licet nos illud adverteret execrari etiam ceſſante vicaria oblatione vectigalis, tamen ne ullum ad ærarium incommodum perveniret propriam poſſeſſionem obtulit, ex cujus reditibus poſſit accidere quod prædictum peſſimum genus conſueverat penſitare. Unde providentiam & munificentiam ejus libenter amplexi, hac manſura in ævum lege ſancimus, ut ſi quis poſthac mancipia tam aliena quam propria, aut ingenua corpora, qualibet taxatione conducta proſtituere ſacrilegii temeritate temptaverit, in libertatem prius miſerrimis mancipiis vindicatis, vel ingenuis perſonis conductione impia liberatis, graviſſime verberatus, hujus urbis finibus in qua vetitum nefas crediderit exercendum, ad exemplum omnium emendationemque pellatur. Cyre P. K. A. Inluſtris igitur Auctoritas Tua, ea quæ tuendæ honeſtatis decrevimus gratia, veneratione debita jubeat cuſtodiri, Officio Amplitudinis Tuæ viginti librarum auri pœnam, ſi præcepta noſtra neglexerit, luituro. Dat. VIII. Id. Decemb. Conſtantinopoli, Theodoſio A. XVII. & Feſto V. C. Conſſ.

[a] connivere, ut alia ſæpe in Cod. Theodoſ.

[b] *De hoc vocabulo ſcio me aliquid dictum in notis ad Veterum Juriſconſultorum fragmenta. Nunc hic me potius rei indignitas exclamare cogit. O Imperatorem ſordium ſuarum & fœdiſſima avaritia lenonem! Meliore omnino more Anaſtaſius Chryſargyrum ſuſtulit, laudantibus Græcis Hiſtoricis, & bonum factum adſcribentibus; cujus etiam eſſe arbitror illam de lenonibus Conſtitutionem quæ libro LX. Baſilicon extat, quamque Juſtinianus noſter æmulatus eſt; cujus rei & Procopius meminit.*

DE INVASORIBUS.

Tit. XVIII.

I. Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Pierio Præfecto Urbis.

SI Divalium Sanctionum nulla pervaſorem pœna percelleret, noſtris proculdubio remediis eſſet temeritas perſequenda, ne alieni juris uſurpator præſumptionis ſuæ fructu impune potiatur; cum ea quæ diſceptationis examinatione decurſa poſſet recuperare, legibus poſcenti feſtino cupiditatis ardore pervaſerit. Movet ſiquidem Serenitatem Noſtram Viri Inluſtris Auxiliaris tam juxta quam vindicanda conqueſtio, cujus querelis & ſubjectorum ſeries fidem tribuit, & magna aſſertio virtutis multis Perennitati Noſtræ adminiſtrationibus comprobata, qui ſe domus ſuæ poſſeſſione intra urbem venerabilem poſitæ nullius litis actione pulſatum per Inluſtrem Virum Apollodorum patefecit eſſe depulſum: abſentiæ videlicet ſuæ occaſione captata, dum ſi qua *precatio* [a] fuiſſet in cauſa non parvis temporibus Romæ in eadem domo conſiſtens a memorato inluſtre viro actione propoſita poterit conveniri: quando hoc quod in prædicto viro inluſtri non perſpicimus obſervatum, poſſeſſorum prætermiſſa conventio eſt, *quando domini ſunt* [b] denunciata litigia, & de cognito potius negotio expectata ſententia: *ut* [c] quæ patrimoniorum poteſt eſſe ſecuritas ſi totiens inſidietur invaſor, quotiens poſſeſſores eſſe contingit abſentes? Verum quia inlicitis auſibus videmus quæ ſunt pro poſſeſſorum quiete ſalubriter conſtituta calcari, & frequenter pro multorum negociis ſpecialis querella commovit omnibus profutura decerni, merito præcedentia Inclitorum Principum Patentumque Noſtrorum Statuta renovamus. Idcirco manſura in ævum lege ſancimus, ut quiſquis inconvento domino non expectata vel adverſus præſentem vel in contumacem definitiva ſententia, poſſeſſorem de prædio ruſtico urbanoque depulerit, poſſeſſione protinus reſtituta, cauſæ totius, ſicut dudum conſtitutum eſt, amiſſione multatus, æſtimationem rei occupatæ mox cogatur inferre: hoc etiam conjuncto ut ſi Judex in hujuſmodi negotiis hanc putaverit Sanctionis Noſtræ diſſimulandam ac non in executionem mittendam eſſe ſententiam, quæ de inferenda æſtimatione prolata eſt, juſtitia ſtatutam taxationem, cum fuerit, accepto ſucceſſore, privatus exſolvat. In præſenti vero cauſa Viro Inluſtri Auxiliari domum reſtitui jubemus invaſam, omni, ſi qua Viro Inluſtri Apollodoro competere potuerat, actione conſumpta, qui quod legibus debuerat poſtulari, inconvento poſſeſſore pervaſit: quem ulterius proſequi lites cauſaſque non patimur earum rerum quas aliis poſſidentibus non debuit comparare. Quique debet in acceptum referre quod ei æſtimationem rei de qua agitur Noſtræ Pietatis humanitate concedimus, quæ potuit multiplicium legum *ſecuritate* [d] depoſci. Eas vero

[a] *id eſt fortaſſe*, precarium

[b] *an* domino ſunt, *an potius* domino non ſunt. *In plerſque cauſis denunciatio vel ad domum miſſa ſufficit. id eſt ad domum facta. In l. 30 §. nupta ff. ad leg. Jul. de adulter.*

[c] &

[d] ſeveritate, *Vetus tamen lectio*

mulieres quas aut vendendo litigium, aut invaſioni participando temeritatem conſtat negotium non habere, ne qua inſtaurandi litigii quæratur occaſio, omni actione privamus: non præjudicantibus contractibus, ſi quos occupatores fortaſſe cum quibuſcunque perſonis de eadem domo in præjudicium domini inire voluerunt, quoniam res pervaſa in alium transferri jure non potuit. Reſtituturum quoque ſancimus quæcunque de rebus ejus illo expulſionis tempore a quocunque pervaſa ſunt. Neque enim ita remittimus ultionem, ut diripi aut occultari aliena patiamur. Pieri. P. K. A. Quare Inluſtris Magnificentia Tua in traditionem ædium pervaſarum Marcianum agentem in rebus, vel Officium ſuum jubebit parere decretis nec ullam ſaluberrimis præceptionibus noſtris tarditatem ſub impedimento cujuſcunque perſonæ patiatur afferri. Ut vero ea quæ pro poſſeſſorum omnium quiete ſancimus in omnium poſſint notitiam pervenire, hanc legem noſtram Amplitudo Tua propoſitis vulgavit Edictis. Dat. v. Id. Jan. Ravennæ, Valentiniano A. & Anatolio V. C. Conſ.

temporis præſcriptione ſecuta eſt.

II. Idem AA. AUXENTIO P. V.

HABET hoc inſitum ſollicita æquitatis examinatio, habet ſecundarum cogitationum ſubtilior exactiorque cura, ut ſi quid in legibus ferendis poſt impetum primum deliberatio properata deliquerit, hoc conſilio propenſiore revocetur. Permittit enim conſuetudo ipſa rerum, adſtipulantur innumera vetuſtatis exempla multas leges a ſuis latoribus adempta aut addita parte poſſe corrigi, multas tractatu maturiore penitus abrogari. Quod nunc de abolenda conſtitutione decernimus, quam non ante multos menſes ad preces Inluſtris Viri Auxiliaris promulgaveramus moti ingeſta nobis pervaſionis invidia. Sed quia obſecratio Viri Inluſtris Apollodori nuper attentiores ad æſtimandam juſtitiam fecit, ob hoc tractatis omnibus & plena æſtimatione diſcuſſis, propter illa præcipue quæ negotii modum de quo tunc actum eſt, ſupergreſſa fuerant, & immerito perſonas mulierum pariter *inligaverat* [a], ſupra memoratam legem præſentis Edicti auctoritate removemus. Auxenti Parens Kariſſime. A. Unde Inluſtris Magnificentia Tua hanc, qua præcepti ſuperioris vacuatur incautior definitio, programmatis lectione evulgabit, ut agnoſci ab omnibus poſſit, his quæ in illa diſplicent, abolitis, id quod ſolum de vetuſtate repetitum probabile videtur, priſcarum tantum legum definitione ſervandum. Dat. VI. Kal. Feb. Raven. poſt Conſulatum Valentiniani. A.

[a] inligaverant, *qui μονομερῶς pronunciat, ſæpe hic pronunciare cogitur.*

DE REDDITO JURE ARMORUM.

Tit. XIX.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. ad Populum.

QUOTIENS publica poſcit utilitas univerſitatis ſollicitudinem ducimus advocandam, ut omnibus profutura impleantur ab omnibus: nec moleſtum eſſe id Provincialibus noſtris credimus quod pro ipſorum ſalute diſponitur, ut reſiſtendi prædonibus cura ſubeatur. Genſericus hoſtis Imperii Noſtri haud parvam claſſem de Karthaginenſi portu nunciatus eſt eduxiſſe, cujus repentinus excurſus & fortuita deprædatio cunctis eſt litoribus formidanda. Et quamvis Clementiæ Noſtræ ſolicitudo per diverſa loca præſidia diſponat, atque Invictiſſimi Principis Theodoſii Patris noſtri jam propinquet exercitus, & Excellentiſſimum Virum Patricium noſtrum Aëtium cum magna manu adfore mox credamus, cumque Vir Inluſtriſſimus Magiſter militum *Sigiſundus* [a] tam militum atque fœderatorum tuitionem urbibus ac litoribus non deſinat ordinare, tamen quia ſub æſtiva navigandi opportunitate ſatis incertum eſt ad quam oram terræ poſſint naves hoſtium pervenire, ſingulos univerſoſque noſtros monemus Edicto, ut Romani roboris confidentia ex animo quo debent propria defenſare, cum ſuis adverſus hoſtes, ſi vis exegerit, ſalva diſciplina publica, ſervataque ingenuitatis modeſtia, quibus potuerint utantur armis, noſtraſque Provincias ac fortunas proprias fideli conſpiratione & juncto umbone tueantur: hac videlicet ſpe laboris propoſita, ut ſuum fore non ambigat quicquid hoſti victor abſtulerit. Et Manu Divina, Proponantur amantiſſimo noſtro populo Romano. Et ad latus, Dat. VIII. Kl. Jul. Romæ, Valentiniano, & Anatolio V. C. Coſſ.

[a] *In Novell. de tyronib.* Sigiſvaldus, *ſcribitur &* Sigiſvultus, *ut in Proſperi Chronico, alias* & Sigiſbaldus. *Nomen etiam fortiſſimi viri conſervari Reipublicæ intereſt.*

NEQUE DOMUM DIVINAM NEQUE ECCLESIAM *aut aliquam perſonam quolibet publico munere excuſandam.* Tit. XX.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Maximo. II. Pf. Po.

CUM publice privatimque in omnibus rebus ac negotiis juſtitiam conſervari oportet, tum præcipue in his tenenda eſt, quæ vectigalium nervos ſubſtinent, quæ adtenuatis devotorum viribus *uti equitatum* [a] ſuccurrunt. Quod plurimi reſpuunt, qui domeſticis tantum compendiis obſequentes, bonum commune deſtituunt, quo vera ac ſolida utilitas continetur, melius plane ad ſingulos perveniens cum proficeret univerſis, maxime exigente *hac* [b] tributorum neceſſitate, ſive quibus nihil in pace aut bello curari poteſt. Neque ultra valebit perpetuitas eorum manere, paucis atque defeſſis impoſita ſarcina quam potior detrectat, locupletior recuſat, & validiore *rei cedente* [c] ſolus agnoſcit

[a] *forte.* uti æquum

[b] hæc

[c] recedente

agnoſcit infirmior. Hanc itaque iniquitatem corrigentes primo capite hujus Sanctionis decernimus, ut omnes quicunque ex Jure Domus Regiæ, vel Pietate Mea, vel a qualibet perſona Sacrarum Neceſſitudinum Mearum prædia adepti ſunt, ſive fructaria largitate, ſeu donatione directa, ſeu commutationis, vel emptionis ratione quæſita, parem cum cæteris poſſeſſoribus ſubeant functionem: in hac ſorte numerandis his quoque qui retento ſibi uſufructu proprietatem juris ſui Venerabilium Pignorum Meorum, vel Pietatis Meæ Domui contulerunt: quos omnes ea conditione tributa volumus agnoſcere, ut nihil ſibi ex aurariis vel ſuper indictitiis titulis vindicent, quos ad ſimilitudinem Domus Noſtræ qualibet Sacri Præcepti impetraverunt Sanctione. Secundo gradu hujus legis cavemus, ut quicunque cenſus inluſtrium dignitatum, ſive Eccleſiaſticus, vel in Urbe Sanctiſſima, vel in quibuſlibet Provinciis ad exemplum Domus Noſtræ quocunque præcepto diverſam ſibi ab aliis ipſius cenſus quem ſolvere videbatur, conditionem fecerat, privilegii exceptione ſuſtineant: nec in arcalibus tantum titulis, ſed & his quos ſacri vel privati ærarii partibus deputavit vetuſtas, ita demum difficultati expenſarum exactionique inopum Divinam Moderationem ſecuti, gemina ſalutaris conſtituti remedia porrigamus. Nunc jam non diſſimile ſuperioribus, immo cujus utilitas pene latius patet, hac edictali lege complectimur ſine ulla honorum, perſonarum, privilegiorum diſtinctione generaliter ſancientes, ut itinerum reparatio aliaque munia hujuſmodi certante ſtudio, quo cum facilius tum firmius impleantur. Hæc enim ſuperioris ætatis Principes & Divorum Parentum Noſtrorum liberalitas inluſtribus titulis redundantes opulentiæ ſeculi, minore aliorum poſſeſſorum pernicie conferebant. Quod quamvis & tunc injuſtum, tamen inter initia levius videbatur. Sub difficultate autem præſentis temporis non modo rei ipſius natura iniquum, ſed impoſſibile paucis ac tenuioribus conſtat, qui multiplicato ſuæ alienoque functionis onere depreſſi procumbent penitus, niſi aliquando idoneorum ſocietate reſpirent. An forte contumelioſum putandum eſt inventum contra rationem nomen munerum ſordidorum, quo inſtauratio *militarium virorum* [d], quo armorum fabricatio, quo murorum refectio, quo apparatus annonæ, quo reliqua opera per quæ ad ſplendorem diſtinctionis publicæ pervenitur, prava appellatione cenſentur: ſine quibus nullus maximarum rerum procedit eventus, quorum amminiculo ſtatum pariter & decus tuemur Imperii, ac, ne ſingula proſequamur, ſine quibus nihil neceſſarii operis effici poteſt? Quare repetita Clementiæ Noſtræ præceptione ſancimus, ut antiquatis omnibus privilegiis quæ vel dignitatibus delata fuerunt, vel diverſæ militiæ collegia meruerunt, aut nomine Venerandæ Religionis obtentum eſt, omnis ubique cenſus qui non perſonarum eſt, ſed agrorum, ad univerſa munia a nona duntaxat indictione, ut ſupra deffinivimus, abſque ulla diſcretione cogatur. *In quarta parte* [e] quo quiſque honoratior aut opulentior eſt, eo alacriorem pu-

[d] militarium viarum. *Utrumque tamen ferri poſſe non ambigo.*

[e] In qua parte

blicis neceſſitatibus animum debet, quarum ſibi procurationem magis intelligit profuturam. Maxime P. K. A. Inluſtris igitur & Præcelſa Magnitudo Tua hanc legem conſuetæ ſibi proviſionis vigore in omnium Provinciarum populorumque notitiam perferre, & celeriter univerſos diu expectati remedii ſalubritate jubebit potiri, ut ſero ſaltim difficultati rerum devotio locupletum pariter ac pauperum juſtis æquata partibus libentius obſecundet. Dat. x. Kal. Marc. Ravennæ. Accepta Prid. Idus. Marc. Ubi ſup. poſt Conſulatum. Valentiniano. A. V. & Anatolio Conſ.

DE PECUNIA AFRIS CREDITA & de fidejuſſoribus eorum. Tit. XXI.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Albino. II. Pf. Pon.

SI adflictis Afrorum fortunis, qui omnes facultates ſuas ſuper acerbiſſima ſupplicia amittere ſunt coacti, decet miſerationem publicam quocunque poteſt humanitatis genere vel ſingulis vel in commune conſulere, quanto dignius eſt infortunia eorum contra moleſtias improbas creditorum Clementiæ Noſtræ remediis ſublevari? Quos enim conſtat pericula famis aliter non poſſe depellere, niſi ope aliena auxilioque recreentur, quam magnæ acerbitatis putandum eſt hos ipſos inopes omnium rerum, & precario victu egentes, compelli ad injuriam reſtituere ea quæ improviſo cladis impetu vis major abſtraxit, ubique inter omnium ſpolia vindicabit? Et certe ſolet etiam ſalva re prodeſſe debitoribus, ſi quid his calamitatis acciderit. Hic vero ubi omnium fortunarum diluvium, ubi etiam, quod per ignorantiam dominorum latere potuit, intollerabilis inquiſitionum cruciatus extorſit, quiſquam dubitare poterit quin inhumanitatem ſuperet hoſtilem, ſi quis quod integris & florentibus dederat, nunc ab ſpoliatis, egentibus & extorribus patriæ recuperare conetur: nec eos vereatur exigere quos erubeſcendum eſt non juvare. Albine P. K. A. Ob hoc Inluſtris & Præcelſa Magnificentia Tua Pragmatici Noſtri ſecura præceptum, ſciat miſeriarum circa Afros intuitu Clementiam Noſtram ſtatuiſſe, ut nulli nomine cyrograforum creditæ pecuniæ, ſive fidejuſſorum uſque ad recuperationem rerum ſuarum quolibet pulſante teneantur: pro quibus neque fidejuſſores neque mandatores eorum quolibet genere obligatos inquietari volumus, qui plerunque a creditoribus nomine debitorum conveniri pro arbitrii ſui interpretatione conſueverunt. Quæ forma circa eos debitores ſervabitur quos cum patria omnia ſua amiſiſſe conſtiterit, hoc eſt, exceptis qui alibi locupletes atque idonei non debent uti excuſatione miſerorum. De his quoque quæ intra Provinciam geſta ſunt, in qua liberum modo non eſt ſub quolibet cauſarum vel litium titulo ſolitum jus a quoquam conventionis exigere, amiſſis aut relictis ibidem neceſſariis inſtructio-

nibus nemo pulſabitur: niſi forte alia evidenter adprobatione doceatur. Quod obſervari volumus, ſicut dictum eſt, uſque ad illud tempus quo qualibet ratione atque eventu patriæ vel propriorum recuperatio optata contigerit. Illud etiam pari juſtitiæ ratione ſervandum eſt, ne creditæ pecuniæ cujuſlibet temporis a perſonis, quarum ſupra infortunia expreſſa ſunt, uſuræ penitus poſtulentur, cum abundare debeat creditoribus, ſi *poſtremum integrationem* [a] ad ſortem potuerint pervenire. Quæ ut inviolata ſerventur multa decem librarum auri diſpendio ferietur quiſquis contra ſtatuta Nominis Noſtri quæ circa Afros moti ærumnis protulimus, venire temptaverit. Quam tem & his ipſis rationabilem videri poſſe credimus æquitatis tramitem ſtimulis cupiditatis animum depravantibus vel nolunt tenere vel neſciunt. Data XIIII. Kal. Novemb. Maximo II. & Paterio V.C. Conſſ.

[a] poſt rerum integrationem, vel poſt demum redintegrationem

DE TRIBUTIS FISCALIBUS, & de Sacro Auditorio, & de cæteris negotiis. Tit. XXII.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Albino Pf. Pon.

NUMIDARUM & Maurorum Sitifenſium nuper acta legatio, quam Palladius V. C. Comes & Tribunus & Maximianus vir laudabilis probabiliter exſecuti ſunt, hujus legis præceptum de Noſtra Perennitate promeruit. Proinde quia æquum eſt ægris Provincialibus & publica clade vexatis Humanitatis Noſtræ beneficiis ſubveniri, hunc tributi modum ab his Magnitudo Tua ſperandum eſſe cognoſcat, ut retractis ſeptem partibus, octavam tam privatæ quam emphiteuticæ glebæ poſſeſſor agnoſcat. Pro qua octava omnibus titulis ad unum redactis quos poſſeſſor vel civis quolibet nomine præſtare conſueverant, quatuor millia ducentos tantum ſolidos & mille ducentas militares annonas, & ducentum capitum Numidia Provincialis exſolvat, aut prædia Domus Divinæ quæ a perpetuariis detinentur ſimili modo octavam partem inferant etiam argentariæ functionis. De colone vero ſtatuimus, ut quinque centiſſimis due ruſi canienſes & coluane civitatibus tres ſacris largitionabilibus inferantur, de ſalinis, alumine, caractere, herba rubea, lini maceratura, & clavi vitrei tantum titul a ſacris largitionalibus pro numero hominum & poſſibilitate poſcantur, *ob hoc actu* [a] vel cura curialibus penitus remotis, quintam omnibus quæ jugiis etiam domus Pietatis Noſtræ vel Neceſſitudinum Noſtrarum tecedit ſuperfunditur cunctis poſſeſſoribus ſit promiſſa ſumma quæ ad arcam defendentes impleatur. Quæ omnis exactio per Provinciale procuretur Officium, a Curialibus ſubmota moleſtia. Has autem militares annonas cum Provinciales pro longinqua difficultate itineris in adæratione perſolverint, unius annonæ adæratio quatuor per annum ſolidis æſtimetur. Ne vero neceſſitatis occaſione in expeditione milite conſtituto carioris cuiquam vendere liceat pretia ne-

[a] ab hoc actu. *Sed quemadmodum ſuperiora & inferiora reſtituenda ſint non ſatis video, & hæc quoque ſtipulas ad ſpicilegium aut potius ſentes atque herbas ad runcationem lubens relinquo.*

ceſſariarum rerum, ſub hoc modo quo annonam adæramus, jubemus *ferri* [b], id eſt tritici ad ſingulos ſolidos Italicos modia quadraginta, & carnes pondus CCLXX. vini ſextaria Italicos ducentos. Mauri vero Sitifenſes ſervatis omnibus privilegiis dudum ſibi a retro Principibus indultis pro omnibus titulis totius annonæ nomine quinque millia ſolidorum & quinquaginta capitum in annonis Ducis conſueto tempore annua functione dependant, pro octava portione ſoluturi quod tributum erit, exceptis prædiis Divinæ Domus, quæ tamen exemplo Numidiæ Provinciæ conlatura ſunt poſſeſſiones. Deſideriis vero quæ probabiliter inſinuata ſunt auribus noſtris ſingillarim reſponſa præſtamus, ne cuiquam paſſim titulos in prædiis propriis vel alienis, vel Pietatis Noſtræ nomine, vel Sacrarum Neceſſitudinum Noſtrarum, vel cujuſlibet alterius fas ſit adfigere. Itaque & ſi qui poſt recuperationem Provinciarum impoſiti reperiantur, illico a poſſeſſore prædii deponantur: eoſque hæc pœna teneat, ut ſi quis ſuo fundo adpoſuerit titulos, quinque libras auri fiſco noſtro cogatur inferre: ſi alieno amiſſo ſecundum petitionem quæcumque ei competit, decem libras auri qui fuerit titulos adpoſuiſſe convictus, exſolvat. Intereſt etiam publicæ commoditatis ne vexatæ Provinciæ ambitione extraordinaria ſubruantur. Ad has itaque Provincias præter Ducem vel Conſularem & Præſidem (qui vetuſtatis privilegio Ordinariorum Judicum nomen obtinent) nec curioſos litorum nec quemquam ſub alicujus actionis occaſione illuc dirigi ſublimitas tua aſpirare patiatur. Ne quis vero de hac ipſa veritate colonorum *Clericus* [c] vel militiæ privilegio ſe exiſtimet excuſandum, ſuperioris legis quæ hoc inhibet formam præcipies cuſtodiri. Præterea Conſtantinienſis Civitatis plebi vel Curialibus conceſſa dudum privilegia debere ſervari, ita ut aquam civitatibus deputatam ad privatos uſus non liceat uſurpari. Loca quoque publica ſi ſine legitimo præcepto ab aliquo tenentur, priſtino juri oportere reſtitui. Advocatis vero intra Africam manentibus non debere imputari ad annorum numerum tempora incurſibus interrupta Barbaricis: quæ tamen cum expleverint, Clariſſimatus honore potiantur. Illud etiam permoti juſtis allegationibus libenter adnuimus, ut quia publico infortunio ad paucos redactus eſt ordinum numerus, in municipalium confectione geſtorum ſit firmitas, ſi apud tres Curiales publico fuerint Exceptore præſcripta. Cautiones quæ expenſarum nomine *viri* [d] Octaviano emiſſæ ſunt cognitis *procęs* [e] noſtros cauſis earum, juſta ratione vacuamus. Quicunque etiam intra Provincias Africanas ad jus noſtrum pertinentes, a cujuſlibet Judicis ſententia provocaverint (quoniam decreti antiquitus Cognitoris ceſſat Officium) Inluſtri Urbis Præfecti examine ex appellatione ſe noverint jurgaturos. Sed quia Transmarinæ regionis ſunt, inducias temporis annum debere præſtari. Illud etiam juſtitiam petitionis ſecuti ſalubriter ordinamus, ut quoniam politaris opera tunc maxime neceſſaria eſt ſi in limite conſtituta Barbarorum diſcurſibus opportune ſemper occurrat evagandi ex do-

[b] *lege*, farris, id *eſt* tritici. *Ad id quod ſequitur pertinet nonnihil Novella conſtitutio de ſuariis.*

[c] Clericatus

[d] juris

[e] per Proceres

mini locis licentia denegetur: ne tamen hi quibus in Mediterraneo familia eſt atque poſſeſſio a domiciliis propriis penitus excludantur, per annum hujuſmodi limitibus unius menſis inducias debere concedi. Erit etiam ſolicitudinis Ducis Provinciæ, ne cuiquam ad occaſionem vexandarum Provinciarum armatos habere liceat, niſi forte his qui ſub periculo proprio laudabili animoſitate contra hoſtem manus ſuas vireſque promiſerint pro utilitate communi, quorum animoſitatem *mite regendam* [f] eſſe cenſuimus, ut quicquid de præda hoſtium conquiſierint ſibi habeant: exceptis hominibus quos ſe Provinciales docuerint perdidiſſe. Judicibus vero adminiſtratione perfunctis ante exactos tres menſes diſcedendi de Provincia licentia denegetur: ita ut coram poſitus bene actæ rei fruatur laudibus, aut certe, ſi direptionis alicujus docebitur conſcius, diſceſſus celeritate ſe non ſubtrahat. Albine P. K. A. Inluſtris & Præcelſa Magnificentia Tua ad utriuſque Provinciæ legationem beneficia præſentis legis propoſitis vulgabit Edictis, ut relevari conceſſa cognoſcant, Judices ſtatuta cuſtodiant, prohibiti interdicta non ambiant. Emiſſa. Dat. XI. Kal. Jul. Romæ. Valentiniano. A. VI. & Numo. V. C. Conſulibus.

[f] *forte* integrandam

DE PRETIO SOLIDI, ET NE QUIS SOLIDUM integrum recuſet. Tit. XXIII.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Edictum ad populum Urbis Romæ.

FREQUENS ad nos, Quirites, temerarii auſus querella pervenit, ut in Patentum Noſtrorum contumeliam, inſigniti Solidi eorum nominibus, ab omni emptore recuſentur: quod diu impunitum eſſe non patimur. Hoc ergo Edicto agnoſcat Univerſitas, capitale manere ſupplicium, ſi quiſquam vel Domini Patris Mei Theodoſii, vel Sacrarum Neceſſitudinum Noſtrarum, vel ſuperiorum Principum Solidum aureum integri ponderis refutandum eſſe crediderit, vel pretio minori taxaverit. Vir autem Inluſter Præfectus Urbis ejuſque Officium decem librarum auri diſpendio ſubjacebit, ſi quemquam contra hoc Statutum veniſſe fuerit adprobatum. Quo præcepto etiam illud in perpetuum volumus contineri, ne unquam intra ſeptem millia nummorum Solidus diſtrahatur emptus a Collectario ſeptem millibus ducentis. Æquabilitas enim pretii & commodum venditoris & omnium rerum venalium ſtatuta cuſtodiet. De ponderibus quoque ut fraus penitus amputetur a nobis aguntur exagia quæ ſub interminatione ſuperius comprehenſa ſine fraude debeant cuſtodiri. Et Manu Divina, Proponatur amantiſſimo Noſtri populo Romano. Et ad latus, Data XV. Kal. Febr. Romæ, Valentiniano V. A. Coſ.

DE CORPORATIS URBIS ROMÆ qui ad Militiam vel ad Clericatum tranſeunt, revocandis.

Tit. XXIIII.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Auxentio. II. Pf. Urbis.

QUÆCUNQUE utilitatem Sacratiſſimæ Urbis reſpiciunt oportet Clementiam Noſtram ſalubriter ordinare. Providentiam itaque Amplitudinis Tuæ & *geminis faſcibus* [a] comprobatam ſuggeſtionem ſecuti, *Auxenti P. K. A.* [b] Inluſtris Magnificentia Tua Pragmatici Noſtri tenore comperto ſciat Corporatum Urbis Romæ qui non expleto ordine cœpti officii priuſquam ad primum *iter favos* [c] locum emeritus pervenerit, ad militiæ cujuſlibet cingulum ſe crediderit transferendum, corporibus cui nomen ſuum ante dicaverat, oportere revocari: ſive etiam in Clericorum numero reperitur uſque ad Diaconis locum ſimilis præcepti conditio teneatur, quatenus neceſſitatibus Urbis Venerabilis hoc ſalubri conſtituto teſtitutis miniſteriis conſulatur. Dat. XVIII. Kal. Maj. Romæ. Valentiniano A. VI. & Numo V.C. Coſſ.

[a] *Sic nos, cum in veteri eſſet farcibus*

[b] *In antiqua epigraphe* Auxentius II. P. V. *inſcribitur.*

[c] inter ſuos

DE NEGOCIATORIBUS.

Tit. XXV.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. *Floriano* [a].

INTER cætera queis Perennitatis Noſtræ manſurum ſæculis ordinamus Imperium, hoc quoque & ætarii noſtri commoda tueri poſſe ſalubri ſuggeſtione probamus, quod Majeſtatis Noſtræ ſancimus Oraculo, ne ulterius furtiva negotiatio & claris urbibus rarum faciat mercatorem, & obſcutis ac reconditis locis in damnum publicæ functionis lateat turba mercantum. Floriane P. A. Idcirco Inluſtris Auctoritas Tua Pragmatici noſtri tenore comperto ſciat juxta ſuggeſtionem ſuam, omnes qui declinatis urbibus per vicos portuſque quamplures poſſeſſioneſque diverſas exercent negotiationis officium, pro ætarii noſtri commoditate retinendos, ſecundum modum quem Juſtitia ſuaſerit auratiam functionem cogantur agnoſcere: gravis multæ condemnatione propoſita his qui hujuſmodi negotiatores in fiſcale diſpendium putaverint contuendos. Æquum enim eſt eum qui Præceptis Noſtris crediderit obviandum facultatum ſuarum ſubire diſcrimen. Data VII. Kal. Maj. Romæ Calipio V.C. Conſ.

[a] *An* Florentio P. P. *ut in Novell. de Palatin. 3.*

DE RESCINDENDIS VENDITIONIBUS *rei Dominicæ*. Tit. XXVI.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Eudoxio. C. R. P.

AMOREM circa Rempublicam Sublimitatis Tuæ ſuggeſtio nuper oblata teſtatur. Quippe ſi obſervatione diligenti fuerit cuſtodita, reditus noſtros inhibet a diminutione perpetua. Occupationibus etenim noſtris, quibus pro mundi commoditatibus occupamur, abuti quorumdam noxia cupiditas non finit: qui paulatim canonem poſſeſſionum ad Divinam Noſtri Nominis Domum pertinentium comparantes, ſub ſpecie contractus furtiva ſubreptione Patrimonium Noſtrum exhauriunt. *Hac itaque perpetuo lege* [a] valitura ſancimus, nullum adempto canone ad comparationem dominicæ poſſeſſionis accedere. Quod ſi quis poſt hanc legem ad interdictum contractum acceſſerit, cum volumus *præperdere* [b], fundos reddere, fructus redhibere perpetuos, nec expenſarum vel melioratæ rei fructuum exactioni compenſationem opponere, nec temporis ſibimet contra *commoda præſcriptione* [c] blandiri. Palatinum etiam Officium ſi quo modo contractus ejuſmodi fuerit celebratus, vel ſi talem petitionem inſtruxerit, quinquaginta pondo auri pœnæ nomine inferre privato Noſtræ Majeſtatis ærario, nulla liberalitate Noſtræ Clementiæ, nulla ſanctione contra tanta privatæ rei commoda valitura, licet adnotatio vel Divina Pragmatica ſit, quæ contra vetita canonem vendi concedet, vel pœnam Palatino remittet Officio. Eudoxi P. K. A. Inluſtris itaque Auctoritas Tua legem hanc Edictis propoſitis ad omnium notitiam perferri præcipiat. Dat. XIII. Kal. Jun. Conſtantinopoli, Anatholio V. C. Conſ.

[a] *Hinc. L. 9. C. de fundis rei priv.*

[b] pretia perdere,

[c] *Tribonianus adjecit excepto vetuſtatis privilegio ex Anaſtaſii conſtitutione quæ extat in L. ult. C. de fund. patrimon.*

DE SCOLARIBUS, COMITIBUS SCOLARUM *& de domeſticis eorum*. Tit. XXVII.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Florent. Magiſtro Officior.

SCOLARIUM noſtrorum devotio probata Noſtris Parentibus, circa Noſtræ maxime Serenitatis affectionem innituit. Inde quicquid ad fovenda ſervandave eorum Privilegia poſtulatur, ſtatim credimus admittendum. *Inde ſuggeſtionem* [a] Tui Culminis adprobantes. V. V. S. S. Comitibus ſcolarum verberandi regradandive Senatores ac Ducenarios licentiam denegamus. Ea namque quæ tali commotione digna ſunt, ad Tuæ Sublimitatis volumus deferri notitiam. Domeſticos etiam eorum a gradibus lege præterita deſignatis, fieri non Senatores vel Ducenarios Centenarioſve decernimus. Quam ſuper his obſervandis pœnam circa temeratores Statutorum præmiſſa Tua ſtatuit Celſitudo, ut quinque librarum auri qui de gradibus ſupradictis ad in-

[a] *L. 1. C. de privileg. Schol. ex cujus emendata ſubſcriptione, hæc quoque ita ſupplenda eſt* Coro V. C. Coſ.

debitum Domeſticatus accedit Officium, decem librarum auri ſcrinium Barbarorum, ſi tale quid vel adremptari paſſum fuerit vel adtemptatum contra legem non ſuggeſſerit: quinque etiam librarum auri V. S. Com. ſcolæ ſi quid adverſum hanc legem vel commiſerit, vel committi conceſſerit, percellatur, firmam per iſtius quoque legis auctoritatem eſſe præcipimus: eum, qui contra vetitum ad Domeſticatum quoquomodo temptaverit adſpirare, poſt quinque librarum auri condemnationem, militia quoque pelli non immerito decernentes. Illud etiam obſervari non ſine ratione conveniet, ne quis cui Domeſtici Officium per militiæ gradum quinquennii tempus interdici cenſuimus, familiaritate Comitis ſimulata, rem prohibitam alieno nomine valeat uſurpare. Florenti P. K. Inluſtris itaque Auctoritas Tua legem hanc perpetuo valituram ad devotiſſimorum ſcolarium notitiam perferri præcipiat. Dat. XV. Kl. Maj. Conſtantinopoli V. C. Conſ.

DE LOCIS REIPUBLICÆ QUOQUOMODO POSSESSIS, Civitatibus reſtituendis. Tit. XXVIII.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Apollonio Pf. Po.

CUM ſummo ſtudio totiſque viribus nitamur civitates Ditioni Noſtræ ſubjectas in perpetua fœlicitate verſari, nihil tam iniquum eſſe neque a noſtris temporibus diſſentiens arbitramur, quam ſi eas adventiciis quidem ſubſidiis adjuvari vellemus, propriis vero facultatibus nudari ſpoliarique patiamur. Quapropter *cum vocati cauſa* [a] *per Heracletantem* [b] civitatem tranſitum faceremus, petitionibus civium ejuſdem maxima ſumus *cum miſeratione, commoniti* [c] qui tam murorum ſuorum, quam aquæductus, nec non etiam aliorum operum publicorum, utpote longo tempore neglectorum, curam fieri oportere noſtris proviſionibus flagitarunt. Et quoniam ſæpe ab una civitate vel homine poſtulatum remedium, generalem ſolet formam correctionis adferre, horum deſideriis annuentes, liberalitatem noſtram ad omnes Provincias ducimus propagandam. Tunc enim maxime vota proficiunt cum ſtatui Reipublicæ, quæ cauſa votorum eſt, conſulatur. Omnibus itaque conſiliis diu noſtro animo voluntatis, nullam ſalubriorem cauſam revocandæ priſtinæ beatitudinis invenimus, quam ſi prædia tam urbana quam ruſtica, nec non etiam tabernæ quæ ad jus civile pertinent, & a quibuſdam quolibet modo intra triginta annos abhinc vero numerandos, detentæ ſunt, univerſis civitatibus adſignentur: exceptis videlicet tantum his quæ vel a procuratore Divinæ Domus, vel a Viro Inluſtri Comite *reperta* [d] juſſu Noſtræ Clementiæ, vel communi conſenſu civitatum cum ſcripturæ interpoſitione diſtractæ ſunt. Nemo igitur quodcunque memorati juris, præter civitates quas ſui juris volumus opibus frui, ſibi deinceps exiſtimet poſſidendum,

[a] *Doctor meus emendat* cum voti cauſa

[b] per Heracleonem *quod perſpicue verum eſt.*

[c] commiſeratione commoti

[d] *quia non ferat emendantem* R. P. *id eſt* rerum privatarum.

dendum, ne propoſitum Noſtræ Pietatis offendat, quod divinitus nobis in mentem veniſſe confidimus, & credimus quidem noſtris præceptionibus devulgatis neminem tam incautum eſſe, ut diſpoſitionibus noſtris obviam ducat eſſe veniendum. Verum quaſi nulla pene res adeo tuta atque inviolata eſt contra quam hominum naturalis aviditas *nonunquam* [e] aliquid exiſtimet moliendum totius rei perfectionem Amplitudini Tuæ, cujus proviſionem amoremque circa Reipublicæ commoda ipſis rerum documentis ſæpe ſumus experti, una cum Viro Inluſtri Magiſtro Officiorum, cujus adminiſtratio probatiſſima nobis eſt, delegamus. Appoloni P. K. A. Inluſtris itaque Auctoritas Tua certo ſcitura quod tam nobis hæc cauſa hujuſque rei efficacitas cordi eſt, ut omnibus eam pene aliis præponamus, quæ per hanc Divinam Legem ſancimus, ad omnium Provinciarum notitiam Edictorum propoſitione pervenire conſtituat, quatenus ſumma cum celeritate modiſque omnibus *impletur* [f]. Data XI. Kal. Jul. Frodoſiadæ Maximo II. & Paterio *VV.* CC [g]. Conſulibus.

[e] non unquam.

[f] impleatur.

[g] *Vet.* Vecariis, *ut & alibi pro* viris clariſſimis, *errore ex notis orto.*

DE AMBITV ET LOCIS LIMITANEIS inibi redhibendis. Tit. XXIX.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Numo Magiſtro Officiorum.

CUM nulla pene res adeo parva ſit, quæ non plurimum proviſionis de Noſtra Clementia conſequatur, præcipuam militibus curam impertiendam eſſe cenſemus, quibus maxime communitur univerſa Reſpublica. Hæc enim una res diligentiſſime procurata multarum nos rerum ſollicitudine relaxabit, nec ſingulis cogemur adhibere medicinam, ſi generali remedio cuncta ſanemus. In primis itaque Duces limitum, & precipue quibus gentes, quæ maxime cavendæ ſunt, adpropinquant, judicio Noſtræ Clementiæ provehi volumus, quorum integritatem, fortitudinem, vigilantiam, prolata rerum documenta commendant, capitali pœna videlicet ambitus libidine reſtinguenda. Eos igitur quos noſtra æſtimatio ſicut jam dictum eſt promovendos eſſe cenſuerit in ipſis plerunque limitibus commorari, & milites ad antiquum redigere numerum, imminentibus Magiſteriis Poteſtatibus diuturniſque eorum exercitationibus inhærere præcipimus: caſtrorum, quineriam ipſis *luxuriarumque* [a] pro antiqua diſpoſitione curam refectionemque mandari, quibus cum Principe caſtrorumque Præpoſitis pro laborum viciſſitudine limitanei tantum militis duodecimam annonarum partem, diſtribuendam videlicet inter eos Magiſteriæ Poteſtatis arbitrio deputamus. De Saracenorum vero fœderatorum aliarumque gentium annonariis alimentis nullam penitus eos decerpendi aliquid vel auferendi licentiam habere concedimus. Sciant plane, quod ſi quid amplius quam eis ex Noſtra Auctoritate ſtatutum eſt, audeant uſurpare, ut pote ſuper exactæ pecuniæ viola-

[a] *Mirum quam conſtans fere ſit hujuſmodi ſcriptura in vetuſtis exemplaribus. Cluſura etiam apiuo veteribus dicta eſt ut in lib. Judith. cap. 4. Unde Serra nomen pleriſque Galliæ noſtra cluſuræ. Ex hac vero Novella ſunt L. 4. de Offic. Magiſt.*

Offic. & L. 3. de Offic. Milit. Iudic. L. 1. C. Juſtin.

[b] *extiterint,*

tores & ipſi facultatibus ſuis & Tui Culminis diſpoſitione limitibus adſignandis pœnam gladii ſuſtinebunt; & qui tanti flagitii, vel potius proditionis publicæ miniſtros participeſve *ediderint* [b], pari ſupplicio ſubjacebunt, nullum effugium nec Sacra Adnotatione, nec Lege Pragmatica Diviniſve Mandatis, nullam ſpem ſalutis habituri. Viros autem Inluſtres Magiſtros militum priorem integritatem ſuæ Adminiſtrationis imitaturos, in poſterum quoque ab omni limitaneorum militum ac fœderatarum gentium concuſſione temperaturos, ſuaque officia prohibituros eſſe confidimus. Quod ſi quid hujuſmodi fuerit perpetratum, Apparitiones, quæ his obſequuntur quadrupli ſolutionem agnoſcere hiſdem limitibus imperamus. Idem ipſis quoque Viris Eminentiſſimis Magiſtris militum amicum eſſe non dubium eſt, qui ſemper omnia ſua compendia pro ſalute Reipublicæ contempſerunt. Quis enim dubitat eos communem ſtatum ſuis opibus prælaturos, qui defenſione ſtrenua belliciſque conflictibus Imperium noſtrum ſuo ſæpe ſanguini prætulerunt: univerſis videlicet, qui hoc nefandum atque inlicitum facinus perpetrare temptaverint; adeo tam Sacræ Adnotationis quam Legis Pragmaticæ, Mandatorumque Noſtrorum ſubſidio, etſi aliqua forſitan obreptione meruerint excludendis: ut neque intimatio licet admiſſa fuerit, penitus proſit, & Duces ſeu Magiſtros militum, vel cujuſlibet Judicis, qui inſinuationi annuerit officium, cum centenarum librarum auri damnatione ulterius quam ſummam ad eorumdem limitum refectionem volumus proficiſci. Agros etiam limitaneos univerſos cum paludibus, omnique jure, quos ex priſca diſpoſitione limitanei milites ab omni munere vacuos ipſi curare pro ſuo compendio atque arare conſueverant: & ſi in præſenti coluntur, ab his firmiter ac ſine ullo concuſſionis gravamine detineri: & ſi ab aliis poſſidentur, cujuſlibet ſpatii temporis præſcriptione ceſſante ab univerſis detentatoribus vindicatos, hiſdem militibus ſine ullo prorſus, ſicut antiquitus ſtatutum eſt, collationis onere volumus adſignari. In his etiam contra eos qui Præceptionibus Noſtris obviam venire temptaverint, eadem pœnarum acerbitate, quæ adverſus Ducum aviditatem prolata eſt, valitura. Nam ſi quis forte, quod minime audere debuerat, emptionis titulo memorati juris poſſidet prædia, competens ei actio adverſus venditorem intacta ſervabitur. Id autem curæ perpetuæ Tui Culminis credidimus injungendum, ut tam Trachi quam Illyrici nec non etiam Orientalis ac Pontici limitis, Ægyptiaci inſuper, Thebaïci, Lybici quemadmodum ſe militum numerus habet, caſtrorumque ac luſuriarum cura procedat quodannis menſe Januario in Sacro Conſiſtorio ſignificare nobis propria ſuggeſtione procures, ut uniuſcujuſque tam induſtria quam deſidia noſtris auribus intimata, & ſtrenui digna præmia conſequantur, & in diſſimulatores competens indignatio proferatur. Credimus namque quod re militari ad eum modum quem diſpoſuimus obſervata, quocumque terrarum ſe hoſtis movere temptaverit, victoria nobis propicia ſecundi numinis volun-

tate nuntiabitur, ante quam prælium, *Nume* [c] frater A. Inluſtris igitur Auctoriras Tua, cujus integram fidem rebus ipſis experta eſt Noſtra Perennitas, hanc generalem ſaluberrimamque Noſtræ Clementiæ Sanctionem obſervationi perpetuæ, effectuique mancipari præcipiat, & Edictis ubique propoſitis ad omnium notitiam venire perficiat. Dat. Prid. Id. Sept. Conſtp. Maximo II. & Paterio Coſſ.

[c] *Hic & Nonius, & Nomius alii ſcribunt.*

DE METATIS. Tit. xxx.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Numo Magiſtro Officiorum.

CUM inter multa privilegia quæ militaribus detulit viris antiqua proviſio, habitaculis etiam eorum certæ portionis domorum ſorte proſpexit: Nos a quibus familiare eſt univerſa negotia competendi temperatione diſponi, ſuggeſtione Tuæ Magnitudinis moniti ita hoſpitiis militantium volumus eſſe conſultum, ut tamen honore prædiris in exactionibus ædium debita dignitati reverentia conſervetur. Meminimus quippe nos Divina Promulgatione tam Conſularium virorum quam Præfecturæ infulis ornarorum cæterorumque inluſtrium, nec non etiam Silentiariorum certas domos in hac Sacratiſſima Urbe ſitas Metatorum præbendorum onere liberaſſe: cui nunc addi opportere cenſemus, ut his Conſularibus *qui hoſpitiis etiam Patriatus* [a] exultant, *terrenarum* [b] domorum excuſationis licentia concedatur. In hæredibus eriam eorum quibus excuſationis jus datum eſt, immunitatis ædium privilegio pro tenore Sacratiſſimæ Conſtitutionis quæ ſuper hac re loquitur, firmirer valituro. Sed ne liberalitate noſtra latius quam oporteat propagata, vel hoſpitalis commoditas militantibus abnegetur, vel nihil emolumenti referatur in publicum, id in primis ſtatuendum eſſe cenſemus, ut ſi quis vel jus excuſandarum ædium non habens, vel licet, in pluribus tamen domibus quam ex Sacratiſſima Conſtitutione conceſſum eſt beneficium excuſationis ratione res ſit immunis, ſeu Sacro Oraculo, ſeu quocumque modo vel jam conſecutus eſt, vel conſequetur in poſterum, tertiæ partis domus, ſuper quem oportuit numerum, excuſatæ penſionem arbitrio Tui Culminis in rationes publicas conferre cogetur, ut aurum ex hujuſmodi titulo profligatum pro juſſu Noſtri Numinis cura Tuæ Sublimitatis, quo viſum nobis fuerit, erogerur. Idque in omnibus hujus almæ urbis domibus cuſtodiri decernimus: cæteris videlicet omnibus, qui Merata in ſuis domibus præſtant, ſive hoſpitia præbuerinr Metaroribus, ſeu quolibet pacto ſatis eis fecerinr, nullam vel penſionis vel diſcuſſionis domus gratia moleſtiam ſuſtinere cogendis. Deinde neminem volumus cujuſlibet loci vel ordinis in hac florentiſſima urbe domum propriam excuſanrem, Metatum ſibi in alienis domibus privilegio militiæ vindicare. Et his quidem quibus jam præbendi Metati immuniratem inluſtris favor dignitatis indulſit, licet vacantis militiæ cingulo uſi ſint

[a] *puto legendum qui auſpiciis Patriciatus*

[b] *ternarum*

vel utantur, vel honorariæ prærogativæ potiantur inſignibus, inviolata, ut cautum eſt, excuſationis jura largimur. In poſterum vero hi quidem quibus inluſtrem dignitatem jus actæ adminiſtrationis adtribuit, domos ſuas pro modo quem Sacratiſſima Conſtitutio præfiniendum cenſuit, excuſabunt: cæteris vero quibus inluſtris dignitas cum cingulo vel citra cingulum pro ſolo honore delata eſt, excuſandarum ædium licentiam penitus denegamus. Hoc juris in his etiam præcipimus obſervari, quos ipſa quidem adminiſtrationis conditio ſpectabiles novit, honor tamen additus a noſtra liberalitate reddit Inluſtres: excepto videlicet Viro Spectabili Primicerio Notariorum, cui volumus in excuſandis ædibus Inluſtrium Magiſtratuum privilegium convenire. Sed & ſi quis jam inluſtrem dignitatem inter vacantes vel honorarios conſecutus, domum poſtea in hac Sacratiſſima Civitate poſſederit, hunc quoque jubemus eſſe privilegiorum excuſatione alienum: ſcituris omnibus, quod ſi quis cum cingulo perfruatur, & excuſationem ita propriæ domus impetraverit, ut a penſione etiam portionis tertiæ ſit immunis, & militiæ cauſa Metatum in alienis domibus ſibi crediderit vindicandum, ſiquidem honore præditus excuſationis jus habeat, carebit legum privilegiis, quas fraudare conatus eſt. Si vero inter eos, quibus nulla ſuffragatur dignitas, numeretur, centenarum librarum auri Sacratiſſimis Largitionibus pendendarum inlatione multabitur, Nume Fr. A. Inluſtris itaque Auctoritas Tua quæ per hanc divinam legem duximus ſancienda, ſolemniter ad omnium notitiam pervenire conſtituat. Dat. XVII. Kalend. Febr. Conſtp. Theod. A. Coſ.

DE RELEVATIS, ADÆRATIS vel donatis poſſeſſionibus. Tit. XXXI.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Hermocrati PP.

PERFECTA eſt ac plena liberalitas, quam præſens munificentia communit: tuncque maxime unuſquiſque tuto ſe confidit habere quod meruit, ſi quod ſingulis ſpecialiter indultum eſt, generali proviſione firmetur. Cum itaque multorum poſſeſſiones meminerimus noſtro beneficio aliquatenus tributorum munere ſublevatas, eiſque poſtea certam conceſſæ quantitatis partem, quia id neceſſitas flagitabat, indictam, ut quod liberalitati noſtræ derogatum eſt non pœnitentiæ potius videatur fuiſſe quam temporis ſumma quæ jam ex deſcriptione inlata eſt profligatione contentionis in poſterum ab hujuſmodi exactionis inquietudine liberamus: ut & præteriti temporis pro ſublevatis prædiis reliquorum exactio concedatur: & in poſterum nulla talis deſcriptio formidetur. Hoc enim neceſſario nobis hac generali ſanctione fuerat promulgandum, cum multo ſit oneroſius ſimul & in aggere coacervatam ſolvere quantitatem quam particulatim

reddere quod debetur. Hæc tamen Liberalitas Noſtra nihil diſpoſitionis ampliſſimæ recordationis Antiochi, quæ certam quantitatem ante ſe relevatis poſſeſſionibus nomine canonis indixit, imminuit. Id enim quod jam in canonem cecidit, & anniverſaria debet penſitatione perſolvi, nec in præteritum, nec in poſterum patimur eſſe conceſſum: nullique deinceps copia relinquitur inſpectores ſibi ſpecialiter expetendi, niſi ſecundum Sanctionem Noſtram quæ ad Viri Illuſtris & Conſularis Florenti ſuggeſtionem emiſſa eſt, ex communi Civitatis aut Provinciæ deſiderio poſtuletur. Indulgentiam vero memoratæ deſcriptionis & in anteactum & in poſterum tempus, non ſolum in relevatis, verum etiam in donatis, adæratis tranſlatiſque ſeu quodlibet aliud nomen novæ deſcriptionis excogitatum eſt, volumus obſervari, nullamque ſuper his unquam exactionis moleſtiam formidari, quibus non tantum reliqua præteriti temporis relaxamus, ſed nec in poſterum quicquam innovationis aut oneris addendum eſſe cenſemus. Quod & ſi qua innovatio poſt Adminiſtrationem inluſtris memoriæ Antiochi facta eſt, aut aliquid eis inductum eſſe monſtratur, hoc inritum fieri, omnemque innovationem aut indictionem viribus carere decernimus. Sufficere etenim novimus illud quod inluſtris memoriæ Antiochus ante ſe relevatis, vel adæratis, vel donatis, vel tranſlatis poſſeſſionibus nomine canonicæ ſolutionis indixit: quod ſuam firmitatem convenit obtinere in poſſeſſionibus tantum videlicet quæ ante ejus adminiſtrationem hujuſmodi beneficium meruiſſe noſcuntur: poſt ejus vero adminiſtrationem, nec innovationem quandam, nec adjectionem, nec excogitationem contra eos, nec aliquam diſpoſitionem prolatam firmam eſſe concedimus. Verum & ſi quis ex auctoritate Noſtri Numinis vel præceptis Ampliſſimæ Præfecturæ de fundis patrimonialibus ſteriles ſub certi canonis pollicitatione ſuſceperit, firmiter eum volumus poſſidere, ſub ejuſdem tamen canonis ſolutione, quem Noſtræ Majeſtatis auctoritas, aut præceptum Magnificæ Tuæ Sedis per annos ſingulos ſolvendum eſſe præſcripſit, nullamque eos deſcriptionem, aut adjectionem, aut innovationem in poſterum ſuſtinere: quoniam nimis abſurdum eſt eos, qui Nobis hortantibus aut Magnifica Præfectura, fundos inopes atque jejunos magno labore impenſo, aut exhauſto patrimonio vix forte meliorare potuerint, utpote deceptos inopinatum onus ſuſcipere: illud quoque velut quadam circunventione depoſci, quod ſi ſe daturos præſciſſent, fundos minime ſuſcipere aut etiam colere paterentur. Sed ut his qui ante legem datam ex ſuggeſtione Viri Inluſtris Florenti poſſeſſiones ſuas relevarunt, magnam libertatem proſpeximus omni timore in perpetuum, ſicut convenit, abſolutis: ita eos, qui poſt memoratæ conſtitutionis tenorem ſuas poſſeſſiones relevare conati ſunt, nihil commodi capere volumus. Quapropter ſciant omnes qui tale beneficium poſt hujuſmodi conſtitutionem meruerint, infructuoſum ſibi hoc eſſe nulliſque licere deinceps contra Divalia Statuta, aut relevare ſuas poſſeſſiones,

aut adærationem, tranſlationemque depoſcere; quod & ſi ſubreptitius precibus fuerit impetratum, nihil valere beneficium tale ſancimus. Noverit Ampliſſimæ Tuæ Sedis Officium, quod ſi aliquando nobis vel ſuggeſtio huic Noſtræ Sanctioni contraria porrigatur, vel ſi Legi Sacriſve Mandatis (ſi qua forte citra ſuggeſtionem his ipſis diſpoſitionibus adverſa manaverint) obſequatur, & aliquos tanquam debitores ex hujuſmodi titulo crediderit exponendos, ducentarum librarum auri ſe condemnatione multandum. Omnibus enim circa res proprias amputanda triſtitia eſt quibus ex Salute Noſtra vera ſenſimus gaudia contigiſſe, ut non minus commoditatibus domeſticis, quam ſoſpitate lætentur. Hermocrates Parens Kariſſime. Inluſtris igitur & Magnifica Auctoritas Tua quæ per hac ſaluberrimam legem pro multorum commoditate ſtatuimus, ſolemniter Edictis ubique propoſitis ad omnium notitiam venire perficiat. Dat. III. Id. Decemb. Conſtp. Theod. A. & Albino Vito Clariſſimo Conſſ.

DE POSTULANDO.

Tit. XXXII.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Fauſto PP.

GAUDEMUS admodum hæc nobis Amplitudinis Tuæ inſinuatione ſuggeſta, quæ noſtris concordare judiciis privilegia dudum Cauſidicis delata teſtantur: quorum ut merita major beneficiorum noſtrorum cumulus augeret, etiam novis inſuper amplificamus indulgentiis. Quo enim impares honore credamus eos quorum vitam, eloquentiam, per tot Officii hujuſce annos, non ſolum privatorum, verum etiam publicorum judiciorum explorat auctoritas? Fauſte P.K. Inluſtris & Præcelſa Magnificentia Tua laudabilium ſuggeſtionum ſuarum contemplatione hoc a nobis in admittendis *retinentur* [a] honorandiſque Cauſidicis edictali lege noverit conſtitutum, ut in eo qui ſe Cauſidicorum numero optat adjungi, in primis ſtudia, mores, natales, vel ſi perfunctus eſt muneribus quibus patriæ ſuæ naſcendi generoſitas debet eſſe munifica, neque per calumniam neque perfunctoria examinatione quærantur. Etenim oportet eos quos ſemel adſciveris in ſeminarium dignitatum, *omnino ita* [b] ad omnia eſſe edificatos, ut idcirco digni univerſis honoribus habeantur quod Advocati eſſe meruerunt: quibus ad agendum viginti annos (non ut ad propinquare vicenſimum ſed ut explere fas ſit) legis hujus auctoritate decernimus. In Provincialibus vero Foris ſedecim aut eo amplius numero Advocati ſunt, & unum ex his qui in agendo annorum numero præſtat, ad Prætorianum Forum, ſi hoc Præfectura jubeat, avocari: atque omnes ſive utriuſque Prætorianæ, ſive Urbanæ Præfecturæ Cauſidicos expleto vicenſimo, vel ad alium vitæ curſum maturius tranſeuntes, quinto decimo Advocationis anno Vicariæ dignitatis jus poteſtatem-

[a] *fortaſſe*, revertentes

[b] *Sic nos, cum in veteri ſcriptum eſſet* non ita

que obtinere, ita ut in ſalutationibus noſtris, in Conventibus publicis, omnibus qui poſt ſe Vicariæ poteſtatem adepti erunt, merito præponantur. Neque enim perpetuandam putamus hujuſmodi dignitatem in his qui advocatione functi ſunt imaginaria aut vacantiva *videri* [c], cum eam non gratiæ ſingulorum, ſed ipſi ordini & profeſſioni Judicia Noſtra reſtituant, quamvis tam magno, tam neceſſario & tam ſancto Officio, ſi ſervetur reverentia litterarum, etiam hoc pervium eſſe videatur, niſi illis ſalvum eſſet ſperare cum omnibus, quod optimus quiſque ac ſibi bene conſcius de Noſtris Judiciis non fruſtra debet optare. Neque enim tali fine meritum proffeſſionis artamus, aut futuræ ſpei intercludimus viam: quin præterita interim remuneratione ut nullus civilium Officiorum oneribus, aut exactionibus, aut operibus publicis, ad ſuggeſtiones Numerariorum vel ad præceptum Sacræ Noſtræ, hujuſmodi hominum meritum, quod ſupra memoratos annos in quolibet Prætoriano ſive Urbano Foro ſtudium probatæ defenſionis impendit, poſt diutinum laborem ſolicitetur quies, providebit Ampliſſimæ Præfecturæ debita & juſta commotio, quæ triginta librarum auri *condemnatione* [d] ab Officiis Provincialibus vel ſuo ilico jubebit expoſci, ſi quemquam ex his qui prædicta obſervatione cauſis patrocinia præſtiterunt, ad hujuſmodi injuriam ſuggerendum eſſe crediderint. *His hoc etiam* [e] litteratæ militiæ contemplatione præſtamus, ut ſi in familia fuerint conſtituti, quicquid quolibet titulo poſiti in Advocatione quæſiverint, tanquam peculium caſtrenſe defendant, ne præmium laboris alieni aut in alios transferat aut ſibi vindicet Patrum poteſtas. Hanc autem legem Edictis Amplitudinis Tuæ omnibus Judicibus ac Provinciis facias innoteſcere. Propoſita Id. Auguſt. Romæ in foro Trajani, Dioſcoro Romæ V.C. Conſ.

[c] an videlicet,

[d] condemnationem

[e] *Fortaſſe ex hac Novella addita ſunt ad L. 8. C. de Advocat. diverſ. judic. illa verba.* His omnibus etiam, &c.

DE LAMPADARIIS.

Tit. XXXIII.

Imp. VALENTINIANUS A. Opilioni Mag. Offic.

MERITO Amplitudinem Tuam de ſtatutis præceſſorum tuorum contrariis inter Primicerium Lampadariorum & ſequentes ejus habitis videmus retuliſſe, ut quod pro verecunda moderatione ipſe non poteras, noſtra ſervaret decretio. Opilio FR. A. Inluſtris itaque Auctoritas Tua juxta rationabilem ſuggeſtionem tuam perpendentes & brevia nimis & longiora tempora, hac Edictali lege nos ſtatuiſſe cognoſcat, ut Primicerius Lampadariorum tres annos in *privatos* [a] adminiſtratione conſiſtat, quatenus hoc labore perfunctos, ſequentibus ad proceſſum copia tribuatur, ut neque ille diuturnitate poſterioribus oneroſus exiſtat, neque ſequentes nimia expectatione langueſcant. De abſentibus quæ Amplitudinis Tuæ ſuggeſtio patefecit, Serenitas Noſtra confirmat, hoc eſt ut ſi biennium ſuis abfuerit unum ei, triennio duo, quatriennio tres merito *propiet anteponi* [b]: ſi

[a] *An Primatus. Quod Cujacio videtur.*

[b] properet anteponi:

[c] puto legendum desides

vero quinquennio, matriculis eximatur, ut *de ſua pœna* [c] percellat & ſedulis obſervationis ſuæ compendia præmio concedantur. Dat. v. Non. Octob. Romæ, Valentiniano A. vi. & Albino.

DE PRINCIPIBUS AGENTIUM in rebus. Tit. XXXIIII.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Opilioni Magiſtro Officiorum

LIBENTER accipimus quotiens neceſſaria ſubgeruntur. Tantum enim laudis eſt veterum ſtatuta ſervare, quantum neceſſaria provida mente ſanxiſſe: eadem ratio eſt præſtare beneficia & præſtita cuſtodire. Igitur Sublimitatis Tuæ, quæ magnanimitate ſui noſtris temporibus proficere judicat quicquid rationabili ſollicitudine provideatur ſuggeſtionem ſequentes, Agentium in rebus ſcholæ, quorum labores, ſollicitudines, vigiliæ tantæ, ut ſoli quicquid oneris eſt & profiteri & efficere videantur, hac Edictali lege conſulimus, ut quæ vetuſtas pro remuneratione ſui præſtitit, & intercepta jam diu fuerant, conſequantur, ſcilicet ut inconſulto Principe qui ex eadem Schola ad obſequia Præfecturæ Prætorianæ poſt infinita diſcrimina & conſumpta ætatis parte meliore pervenit, Primores deſignati Officii nihil uſurpent, neque Præfectianus aliquis *ſumma ſumat* [a] militiæ ſacramenta, neque matriculis eximatur, præter ejus conſcientiam atque conſenſum: ita ut eadem matricula Officii Prætoriani in Principis poteſtate conſiſtat, & annonis atque emolumentis, Principibus nihil per Judicum avaritiam ſubtrahatur. Debent enim plurimis remediis adjuvari, quos novimus, ut ad hoc veniant, plurima pericula ſuſtinere, Opilio Frat. A. Inluſtris itaque Auctoritas Tua, hæc quæ merito conſtituta ſunt, præcipiet pro ſua æquitate ſervari, ut ſpe certa recuperandi præmii antiquitus deputati, in neceſſitatibus publicis fidelius elaborent; quoniam ubi certus fructus eſt, illic ſtudioſius laborare *delectant* [b]. Multa decem librarum auri ſtatuta, ſi quis legis hujus obviaverit Conſtitutis. Dat. iii. Id. Sept. Raum. Aſturio & Protogene VV. CC. Conſſ.

[a] ſuæ præſumat

[b] delectat:

DE NAVICULARIIS AMNICIS. Tit. XXXV.

Impp. VALENTINIANUS EPITINCANO Pf. Urbis.

PUBLICIS commodis & Sacratiſſimæ Urbis utilitatibus amica ſuggeſtio Magnitudinis Tuæ, Clementiam Noſtram more ſolito proviſionis admonuit, ut Naviculariorum corpori per tot detrimenta laſſato, remedia præſtaremus: quorum privilegiis ſufficere conſtituta vetera potuerunt, niſi hæc temeritas inlicitæ uſurpationis infringeret. Epitincane P. K. A. Unde Inluſtris Magnitudo Tua hac Noſtri Pragmatici

gmatici *actione* [a] cognoſcat, juxta ſuggeſtionem ſuam Navicularios qui munus proprium diffugerunt, ad corpus ſuum cum agnatione & peculiis reducendos, omni vel conjunctionis, vel obnoxietatis, vel cujuſlibet perſonæ privilegio & defenſione ſubmota: eorum qui ſine hæredibus obierunt ſubſtantiam quolibet alienatam titulo ab his vindicari qui memoratæ ſerviunt functioni. Navem nec facere novam nec inſtaurare intra capacitatem quadraginta cuparum liceat, quo hoc munus videtur eſſe ſuſceptum: privatorum naves legitimæ capacitatis neceſſitatem hujus functionis ſingulis curſibus, minores vero *binis ſolidis* [b] adjuvabunt: ut neceſſarium corpus ſaluberrimæ proviſionis auxilio ſublevatum, devotionem ſolitam redintegratis urbibus poſſit agnoſcere. Dat. VIII. Kal. Ma. Rom. Valentiniano A. & Avieno V. C. Conſ.

[a] *An potius ſunctione*

[b] *Vet.* bonis urbibus. *malim.* viribus

DE SUARIIS, BOARIIS, ET PECUARIIS [a].

[a] *PECORARIIS.*

Tit. XXXVI.

Impp. VALENT. & MARC. [b] AA. FIRMINO. PP. & Patricio.

[b] MARCIANUS.

NON miramur inter bellicas curas & obſtrepentes lituos ordinatione Viri Magnifici Patentis Patriciique noſtri Aëtii formam publicæ diſpoſitionis in meliorem ſtatum fuiſſe mutatam: cujus ſollicitudini facilimum effectum præſtitit Amplitudinis Veſtræ in æternum conſulens laudanda proviſio, quæ Sacræ Urbis privilegiis, & adminiſtrantis providentia, & optimi civis adfectione ſubvenit, & jamjamque occidui corporis functionem ita ſalubri diſpoſitione conſtituit, ut remotis diſpendiis nunquam defectum virium devotio ſervientis incurrat: quippe cui per mutationem Provinciarum, exactionis qualitate & pretii moderata adæratione proſpexit. Firmine P. K. A. Inluſtris & Præcelſa Magnificentia Tua, Pragmatici Noſtri tenore comperto ſciat, ſecundum ſaluberrimam ſuggeſtionem ſuam quæ ex Magnifici Viri Parentis Patriciique Noſtri Aëtii diſpoſitione proceſſit, Patronis Corporis Suariorum intuitu Sacræ Urbis Romæ in primis hoc beneficium debere præſtari, ut delegatio quæ his intra Provinciam Sardiniam præbebatur (de qua propter incertum navigationis inlatio fluctuabat) ad arcam Prætorianam reducta cum aliis Provinciis ſub refuſione univerſorum titulorum (qui diſperſi antehac plurimum in reliquis habere probantur) de vicinis Provinciis, id eſt de Lucania *ſex milia* [c] quadringentorum, Campania M. DCCCC. L. ſolidorum debita emolumenta oportet decerni. De Boariorum etiam vel Pecuariorum præſtatione noningentos quinquaginta ſolidos exactos ſibi noverint profuturos: centum milia æqui ponderis portione de *interdictis pretiis* [d] juxta priora conſtituta præbeant, ducentena quadraginta pondo ad ſolidos ſecundum promiſſionem ſuam inlaturi, quoniam certa emolumenta amota ſolita dubitatione percipiunt: ita ut centum

[c] *Sic vet. Cod. alias.* Æmilia

[d] interpretiis. *Quo vocabulo utitur, etiam Caſſiodorus lib. 2. variar. epiſt. 26. eadem forma inter . æſtimationem La-*

hoc dixit in L. penult. de Edilit. Edict. Pertinet vero ad hunc locum tabula vetus ex auctoritate Turcii Aproniani P. V. de Suariis propoſita: itemque altera ejuſdem de Pecuariis & pecorum exagio.

quinquaginta diebus obſoniorum præbitionem ſine ulla cauſatione ſingulis annis a ſe noverint procurandam, quæ quantitas in tricies ſexies centenis viginti octo milibus libris cum duarum decimarum ratione colligitur. In ipſorum autem Patronorum ſit arbitrio conſtitutum, utrum per Prætorianum Officium adjunctis ei quinque de corpore ſuo quos elegerint, quibus ducenariam militiam præberi jubemus, an per ſuos tantummodo, ne forte oneroſi ſint Apparitores, idipſum munus velint exactionis impleri, non expectata deinceps Prætorianæ Sedis annua delegatione quæ hactenus ſervabatur: nec ante quicquam de Lucania Samnioque Provinciis arca Prætoriana depoſcat, quam Suariis exigentibus debitum omne ſolvatur. Moderatores Provinciarum eorumque Officia ſub periculo facultatum ſuarum diligentiam & efficaciam huic operi commodabunt, ut ea ipſa quæ providimus facilius impleantur. Barnio Priori Corporis cum dignitate lege conceſſa etiam cingulum militiæ jubemus adjungi, quo in rebus ordinandis ſub privilegio militari major huic auctoritas ſuffragetur; quod circa ſucceſſores ejus venientes per ordinem volumus cuſtodiri: quos ad nullum aliud præterea onus convenit revocari, niſi huic Officio vacantes a cæteris habentur immunes. Suarios ipſos nullius appatitionis neque injuriæ neque diſpendiis ſubjacere, manentibus circa eos quæ ſuperiora ſcita ſanxerunt. Obnoxias ſane Suario, Boatio & Pecuario Corpori perſonas ad debita præcipimus cum agnatione, peculiis & prædiis onera revocari, remotis omnibus quæ ſibi contra leges præſumptio & ambitio vindicavit. In quibus exequendis memoratus Barnius vel ſucceſſores ejus fidelem operam commodare debebunt, quo ſtatutis noſtris congruus præſtetur affectus. Devotos enim ob hoc non ſolum proviſione, ſed etiam honore duximus adjuvandos, ut ſplendidiores in miniſterio urbis æternæ ſemper invigilent, ſuiſque compendiis æſtiment adgregari quicquid jugis procurarit inlatio. Dat. III. Kal. Jul. Romæ, Herculano V. C. Conſ.

DE PRÆDIIS PISTORIIS AFRIS DEPUTANDIS.

Tit. XXXVIII.

Imp. VALENTINIANUS A. Firmino Pf. Pon. & Patricio.

[a] an auctores, an adjutores

AD *auditores* [a] ſuos beneficia delata reſpiciunt, nec minus plenam gratiam meretur qui præſtanda ſuggeſſit, quam qui ſuggeſta concedat: unum providi judicis eſt, alterum munificentiæ principalis, & inſinuatio benevolentiæ titulo præſtando gloriam, cumulat inſinuationis affectum. Cenſeo igitur ut juxta ſuggeſtionem Culminis Tui honoratis Afris & poſſeſſoribus hoſtili vaſtatione nudatis iſto remedio conſulatur, ut quod fortunæ *impreſſio* [b] *ſuſtulit ad quantum poteſt largitas Auguſta compenſet* [c]. Dulce eſt remedia feſſis optata largiri: & licet habeat inexhauſtum dolorem atque æterna ſuſpiria pro-

[b] *Vet. Cod.* in pretio

[c] f. ad. q. l. A. compenſans &

priarum amiſſio facultatum, tamen quæ in tam triſti fuerint ſorte conlata, amiſſa ſolantur. Igitur intra Numidiam Provinciam ex deſertis locis de quibus, ſicut Celſitudinis Tuæ ſuggeſtio loquitur, nihil *emolumenti agnoſcet* [d], honoratis & poſſeſſoribus quos prædiximus XIII. millia *forte centuriarum* [e] ſub quinque annorum vacatione concedimus: duo millia præterea ſolidum qui ex titulo *vicinarum* [f] ſiliquarum, quæ per ſingulas centurias exiguntur, & ſupereſſe fiſco *perire* [g] dicuntur, exacta per Officium Magnitudinis Tuæ, ad arcam, ad eandem ſummam, quemadmodum juxta merita perſonarum per ordinem annis ſingulis dividi debeant, pro Tua Moderatione decernas. Et in Sitifenſi & in Cæſarienſi Provincia Mauritania & Numidia prædia juris emfitheutici & Domus Divinæ quæ a Vaculis poſt Vandalicam vaſtationem fuerant competita, & a diverſis hodie poſſidentur, auferri ab hiſdem cenſeo, & ſub eo *inſitationis* [h] modo quo nunc tenentur ſubſignatione ceſſante, honoratis *Proconſulis* [i] Provinciæ Abidiacenæ potius conlocari, quos a Barbaris, ſublatis patrimoniis etiam de ſedibus propriis conſtat expulſos. De Piſtoriis autem prædiis ſtatuo, quoniam his quos Barbaries adflixerat & ob alimoniam ante fuerant lege conceſſa, ad eos tantum debeant pervenire quos ab hoſtibus certum eſt facultates captivitatis infortunio perdidiſſe iiſdem pulſis quos ad hoc beneficium indecenter conſtat admiſſos: nec liceat quemquam amplioribus quam ejus loci ratio poſtulat remediis adjuvari. Æquum enim eſt ut quos perculſis graviori ſorte contulimus, *juxta ſingulos* [k] diſtributione proficiat, penes quos ſalvo Urbis Romæ privilegio, hæc humanitas permanebit, donec, Auſpice Deo, Africam redire contingat. Prædia obeuntium, ejuſdem ſcilicet juris, ad filios eorum quibus data ſunt, ſucceſſionis jure perveniant; ſalvo tamen, ut dictum eſt, privilegio Urbis Æternæ: qui ſi defuncto fortaſſe non fuerint *auctoritatem* [l] Judicis huic dari præcipio cui magis conſuli juſta neceſſitas perſuadet. Majoribus enim debent beneficiis adjuvari quos *dubium* [m] adverſa vehementiora perpeſſos. Firmine itaque Inluſtris & Præcelſa Magnificentia Tua adſignatos Provinciales ſub programmate ſuo faciat pervenire, ut quanta nobis dotalium cura ſit, præſenti lege cognoſcant. Dat. III. Id. Jul. Romæ, Adelfio V. C. Conſ.

[d] forraſſe, ſicut agroſcit,
[e] Melior meus legit terræ centuriarum
[f] vicenarum
[g] per ſe
[h] id eſt, emphyteuſeos, ſive inſitionis
[i] ex veteri, Proconſulatu
[k] ex veteri, juſta ſingulis
[l] auctoritate
[m] deeſſe videtur negatio. Sed paulo poſt deſunt quædam: poſt verba quanta nobis

DE SUCCESSIONE CURIALIUM.

Tit. XXXIX.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Maximo. II. Pf. Pon.

IN augendo ſtatu urbium ſingularum, ſervata Catholicæ Religionis veneratione, tam præcedentia veterum parentumque noſtrorum ſtatuta renovamus, quam noſtris legibus obſervanda decernimus, ne paſſim imminutione municipum, cum numeroſitas ex abundanti Clericatus augetur publica damna generentur. Non dubium

[a] miniſterii est enim cum non expletis muniis ad obſequiuum venerabilis *miſterii* [a] curialis admittitur, *relıſum* [b] in paucos publicæ functionis onus nequaquam poſſe tolerari: & rurſus migrantibus patrimoniis Curialium ad perſonas quæ functionibus municipalibus non tenentur, propriam civitatis nutare ſubſtantiam. Propterea præſenti lege ſancimus, ut quiſquis ante hujus ſanctionis diem ſuſcepit Clericatus Officium, non expletis urbis propriæ muniis ac muneribus, in ea quidem qua meruit religionis obſervatione perduret; ſed omnia per ſuffectum tam perſonalia quam patrimonii onera cogatur agnoſcere, facultates ſuas pro virili portione ſingulis filiis dividat, ſibimet ſimili parte ſervata. Quod ſi filios non habuerit duas partes facultatum ſuarum, præter ullam alienationis fraudem, propinquis ad curiam pertinentibus tradat. Quod ſi defuerint, eaſdem octo uncias Ordini proprio proficere debere cenſuimus, quoniam non minor eſt affectio patriæ quam parentum: tertiam ſane propriæ ſubſtantiæ ſervaturus. Qui vero redditis patriæ muneribus dudum ad Officium Clericatus acceſſit, filiis, quos ſibi proculdubio curia vindicat, facultatum ſuarum, ſicut jam diximus, virilem ſingulis portionem tradere non moretur. Qui ſi filios non habuerit, ea quæ ſuperius & de patrimonii diſtributione talis perſonæ conſtituta ſunt, obſervare cogetur. Decet enim eum qui Sacroſanctis deſiderat inhærere Myſteriis, fide magis divitem quam facultatibus adprobari. In futurum ad Eccleſiaſtica miniſteria Curialem ſuſcipi præſenti lege prohibemus, ut fiſcales neceſſitates numeroſitate municipum facilius impleantur. Si quis ſane ad Clericatus obſequium etiam contra legum vetita, animi devotione properaverit, ſi propriæ non compleverit onera civitatis univerſa, per ſuffectum reddere compelletur: ſimili legis obſervatione facultates ſuas ſicut ſupra ſcriptum eſt, aut cum filiis aut cum propinquis, aut cum patria diviſurus. Quod ſi expletis muniis Sacroſanctæ Religionis fuerit miniſterio conjunctus, facultates ſuas viritim filiis diſtribuere per judicium mox cogetur, ſibimet virilem portionem inter liberos ſervaturus. Qui ſi filios non habuerit, duas partes patrimonii ſui propinquis (qui tamen Curialitatis oneribus obnoxii ſunt) abſque ullo imminutionis commento, ſicut ſuperius dictum eſt, ſciat protinus conferenda: omnibus in medium deductis quæ *poſt hanc rem* [c] Clericatus in fraudem legis alienanda crediderit: tertiam cui voluerit proprio diſpenſaturus arbitrio. Quæ Noſtram Serenitatem temperaſſe humanitatis intuitu vetera legum conſtituta teſtantur, quibus omne patrimonium cedere ordini proprio Curialis præceptus eſt, quotiens ad miniſterium Clericatus eligitur. Illam quoque partem diſpoſitio noſtra non præterit, ut quiſquis civis vel incola deinceps in nullo obnoxius, (cujus tamen ſubſtantia trecentorum ſolidorum non exuberet quantitatem) fuerit repertus, habeat adipiſcendi Clericatus liberam facultatem. Eum vero cujus patrimonium majore quam definimus æſtimatione cenſebitur, liceat curiæ ſecundum vetera ſtatuta ſociari: exceptis his qui Sacris

[a] miniſterii

[b] receſſum

[c] an characterem, an potius, honorem; quod Cujacio magis probatur.

Scriniis Noſtris & Agentium in rebus ſcholæ militant, & aliis qui continuatæ militiæ obſervatione deſudant, ut multis provisionum generibus ordinum numerus ſuppleatur, nec tamen deſint Miniſtri venerandæ Religionis obſequiis. Maxime P. K. A. Inluſtris & Præcelſa Magnificentia Tua hujus legis ſaluberrima conſtituta, ſub Edictorum promulgatione faciat in omnium notitiam pervenire, ut ſacrilegii reatus involvat, viginti librarum auri multa percellat, quem non obediiſſe claruerit Edictalibus Conſtitutis. Dat. v. Kal. April. Ravennæ, Theodoſio A. xv. & Feſto V.C. Conſſ.

IN DAMNUM PUBLICUM NON VALERE reſcriptum, nec ſpecialia beneficia generalibus præferenda. Tit. XL.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Maximo II. Pf. Pon.

USU rerum frequenter agnovimus ſpecialibus beneficiis generalem devotionem gravari recedente in reliquos tributorum ſarcina, quæ ſingulis quibuſque ſubducitur, Maxime P. K. A. Et ideo Inluſtris & Præcelſa Magnificentia Tua Pragmatici Noſtri ſecuta Decretum, ſciat ſecundum Suggeſtionem Suam *manentibus his quæ dudum* [a] de removendis ſpecialibus beneficiis cenſuimus, omnia quæ ſpecialiter contra vetitum impetrata ſunt non valere, & functionem publicam æqualiter ab omnibus oportere cognoſci; ut & quod in commune ſtatutum ſalubriter fuerat, perſeveret, nec denuo in hæc ambitus redeat quæ iterata præceptione removemus. Dat. VIII. Kal. Feb. Rom. Valentiniano A. v. & Anatolio V.C. Conſſ.

[a] *Epiſtola ad Senatum cujus ſunt partes L. 3. C. de Legib. L. 5. C. ſi contra jus vel utilit. L. 7. C. de precib. Imperat. offer.*

DE PANTAPOLIS AD URBEM ROMAM revocandis, & qui a tyronum præbitione excuſantur. Tit. XLI.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Edictum ad Populum.

URBIS Romæ, quam merito caput Noſtri veneramur Imperii, in tantum nos cura non deſerit, ut quieti ejus atque abundantiæ modis omnibus conſulamus. Græcos itaque negotiatores (quos Pantapolas dicunt) in quibus manifeſtum eſt maximam ineſſe multitudinem magnamque in emendis vendendiſque mercibus diligentiam, ulterius non patimur Sacræ Urbis habitatione ſecludi, licet eos diſſenſio & maxime invidia Tabernariorum quam venerabilis Romæ utilitas a negotiatione ſubmoverit. Idcirco hoc Edicto ſinguli univerſique cognoſcant Pantapolis ad Urbem Romam redeundi negociandique licentiam reſtitutam, ut cura pervigili ubertas populo miniſtretur, & in rebus ſuſpectis a majore multitudine civitas poſſit habitari, ita ut ſi quis ſtatuta pretia non ſervaverit, in eum pro qualitate facti vindicta procedat, nec ob unius aut alterius delictum omne Corpus liceat

excludi. Ita enim cura multorum nec abundantiæ deerit, & profutura civitati augebitur multitudo. Ex illa ſane parte totam ſolicitudinem omnemque formidinem veſtris animis cenſuimus auferendam, ut hujus Edicti ſerie cognoſcat univerſitas, nullum de Romanis Civibus, nullum de Corporatis ad militiam eſſe cogendum; ſed tantum ad murorum portarumque cuſtodiam, quotiens uſus exegerit, Inluſtris Viri Urbis Præfecti diſpoſitionibus ab omnibus obſequendum. Cujus ordinatio etiam in muris, turribus, & portis quæ ſunt labefactata reſtituat, ita ut reparatione murorum vel omnium quæ ſupradicta ſunt nullus penitus excuſetur. Illud quoque pro tuendo ſtatu venerandæ Urbis decernimus, ut a conlatione tyronum & ab exſolvendis ſeptem ſolidis per millenas nuper indictis ceſpes Formonſis, Aëtrinſis, Calcatius & Victurarius *habeatur immunis* [a] *ut propitius* [b] devotionem ſolitæ functionis agnoſcant. Dat. VI. Non. Mar. Romæ, Valentiniano A. V. & Anatolio V. C. Conſſ.

[a] habeantur immunes [b] ut promptius

DE TYRONIBUS ET OCCULTATORIBUS deſertorum. TIT. XLII.

I. Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Sigiſvaldo Comiti & Magiſtro utriuſque militiæ.

FREQUENTARI ſæpius Conſtituta temeritas plectenda compellit, ut *excuſabilis* [a] culpa ſit quam etiam recens prohibitio *non emendat* [b]. Nulli enim concedi fas eſt, ſi totiens vetita nunc quoque ſeverius interdicta, temptaverit. Reparandi feliciter exercitus cura, conferri debere tyrones a poſſeſſore cenſuimus. Ne qui tamen damni publici abuſus occaſione lucrum capere ſe credat de fiſcali diſpendio, ſi perſonam ſemel inſignitam militari titulo ruris colendi cauſa, vel negotiationis exercendæ gratia, aut cujuſlibet miniſterii occaſione detinet. P. K. A. Idcirco Inluſtris & Præcelſa Magnificentia Tua hac nos ſciat Edictali Lege juſſiſſe, quiſquis de tyronibus aliquem, nec non prioris militiæ virum proprios numeros & ſigna deſerentem, ruſtico urbanove prædio crediderit occultandum, & ipſum reſtituat quem celavit, & tres alios aptos militiæ pœnæ nomine cogatur inferre. Colonus, conductor, actorve loci, ſi id ætatis ſit ut ſtipendia ferre poſſit, militiæ protenus adgregetur. Quod ſi neſciente domino deſertor in cujuſlibet ædibus latuerit, colonum, conductorem, actorem, vel qui id ſcierit capitali ſupplicio eſſe feriendos. Veruntamen ne occaſionem calumniis dediſſe videamur, ſi temporaliter habitandi cauſa miles vel tyro cujuſlibet prædium forte ſucceſſerit, id ſervata moderatione ſancimus, ut in tricenſimum diem poſtquam in eodem loco eſſe ceperit, correptum, is quem ſuperior legis pœna conſtringit ad civitatem quamque proximam deducat, Officio publico ac Primoribus civitatis tradat ſub confectione geſtorum, ad Provinciæ Moderatorem protenus perducendum, ut ejus cura ad ſigna propria redu-

[a] non excuſabilis [b] emendat.

catur, & pœnis competentibus ſubjungetur. Judicem ſane ſi cohibentiam in his exſequendis negligentiamque præſtiterit, decem libras auri, ejuſque officium ſimilem quantitatem pœnæ nomine fiſco jubemus exſolvere. Quam legem ne quis ſe ignoraſſe confingat per omnes Provinciarum civitates Edictis ſolemnibus divulgabis. Dat. XIII. Kal. April. Romæ, Valentiniano A. V. & Anatolio V. C. Conſſ.

II. Idem AA. QUADRATIANO Pf. Pon.

DISPOSITIONEM cunctis ſalubriter profuturam certatim debet omnium prævenire devotio. Quid enim magis profeſſis eſt deſideriis expetendum quam ut adjectis viribus, per *dilectum* [a] roboris militaris Romanus augeatur exercitus? Quadratiane P. K. A. Unde Inluſtris Magnificentia Tua Pragmatici prioris tenore quod de dilecto novo agitando *datum eſt* [b], Senatores vel univerſos poſſeſſores oportere a ſe conveniri, ut auctores & conductores ſuos ſine ulla tam neceſſariæ rei diſſimulatione his repræſentandos noverint, quibus per ſuburbicarias Provincias tyronum congregandorum munus injunximus, quo facilius ad effectum publicæ utilitatis valeat perveniri. Quiſquis vero conventus ad eos qui id exequuntur deducere gubernatores agrorum ſuorum aliqua cunctatione diſtulerit, cognoſcat ſe decem libris auri multandum, & tyrones ejus numeri qui deprehenſus fuerit, nihilominus traditurum. Averſum quippe animum a communi defenſionis ſtudio jure talis ſeveritas inſequitur. Supereſt igitur ut animus retardet injuncta: quia quiſquis in hac parte ceſſaverit, ſeſe quodammodo confitetur non eſſe Romanum. Dat. VIII. Kal. Jun. Ravennæ, Maximo II. & Paterio Conſſ.

[a] delectum, *ut in Pandect. Florent. & veterib. lib.*

[b] *deeſt ſciat vel quid aliud ſimile.*

III. Idem AA. HISIODORO Com.

COGIT diverſarum rerum neceſſitas ſe quidem pro utilitate communi ut ſuggeſtio Sublimitatis Tuæ provida nimis pro qualitate temporis eſſe videatur. Parvo etenim unuſquiſque contemptu ſperare debet ſecuritatem futuri. Nec enim grave eſſe credimus quod oneris contemplatione depoſcitur. Hiſiodore FR. A. Unde inluſtris Auctoritas Tua ſciat ſecundum Suggeſtionem Suam Pragmatici Auctoritate firmatam, hoc Nos præſenti tantum tempore cenſuiſſe, propter imminentium expenſarum neceſſitatem, quibus ſufficere ærarii vires nequeunt, id quod conferentes plurimum non gravet, nos parte aliqua valeat adjuvare. Idcirco inluſtres vacantes per omnes noſtras Provincias conſtitutos, ternos tyrones in adæratione debere perſolvere. Comites quoque Conſiſtorianos, vel primi ordinis, nec non Tribunos & Notarios, ſed & eos qui Adminiſtrationes ordinarias in Provinciis gubernarunt, dare ſingulos oportere; Tribunos vero vacantes ſive Comites ſecundi vel tertii ordinis omneſque clariſſimos tertiam partem tyronis agnoſcere, ita ut unius tyronis pretium triginta ſolidis taxetur: exceptis Afris qui hoſtili neceſſitate ſedibus ſuis nuper

expulſi ſunt. Pro excubiis autem præſentibus *viginti Conſiſtorianos Comites* [a], triginta Notarios immunes eſſe debere. Gaudere enim debent quos labor ſuus & deſudatæ vigiliæ probabili ratione commendant. Dat. Prid. Id. Jul. Ravennæ, Theodoſio A. XVIII. & Albino V. C. Conſſ.

[a] *Hæc ſic diſtinguenda ſunt:* Viginti Conſiſtorianos, Comites triginta, Notarios immunes, &c. *Derogatur vero hoc pragmatico L. 1. C. Theod. qui a prob. tyr. ext.*

DE PALATINIS.

Tit. XLIII.

I. Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. ad Maximum II. Pf. Pon.

PALATINÆ exactionis enormitas deducta ſæpius in querellam, neceſſitatem nobis formandæ Sanctionis impoſuit: cujus obſtinatio quæ refugere debuit, augere contendit; ad hoc præteritæ impunitatis præſumptione decepta, ut continuaro ſcelere graviores aculeos ſeveritatis incurrerit. Unde Magnificentiæ Tuæ ſuggeſtionem numeroſis adminiſtrationibus & virtutibus congruentem libenter accepimus, quæ poſſeſſoribus & negotiatoribus conſuli generaliter poſtulavit: quorum brevi devotio concidiſſet, ſi quantum fiſco inferendum eſt, aut tantum, aut amplius exigendum ſibi avaritia vindicaret, non diſſimulandam objectionem noſtris ſæculis generans, cum devotum publico privatis utilitatibus diſpendia profutura comitantur. Quapropter Sublimis Excellentiæ Tuæ ſaluberrimam ſuggeſtionem ſecuti, veneranda in ævum lege ſancimus, ne quiſquam Palatinorum ſuperindicti vel aurariæ cæteraſque ad utrumque Ærarium pertinentes exigens functiones, ultra ſummam, traditis ſibi juxta præſentem cenſum de ſcrinio brevibus comprehenſam commodi nomine accipiendum aliquid noverit aut petendum: ceſſantibus cauſarum titulorumque inſtructionibus factis, quod odio calumniarum ceſſare præcipimus, & quos non in uſum publicum, ſed in aviditatis exemplum calliditas compulſorum minatur ſacrilegii percellandis reatu, proſcriptionis etiam ſupplicio condemnandis, cum hujuſmodi uſurpationem probatio confutarit. Quam examinationem atque vindictam ſi aditi Inluſtres Viri Comites utriuſque Ærarii fortaſſe neglexerint, Amplitudinem Tuam nobis oportet ſuggerere, ut neglectas juſtiſſimas Provincialium querimonias vindicemus. Tantum autem nos licentia hujus cupiditatis offendit, ut inveteratam uſurpationem reſarcire cupientes, Moderatores Provinciarum rapinis ire obviam cenſeamus, & ad Magnitudinem Tuam ſine ullo metu ſuæ condemnationis referre. Præterea cunctis excuſationibus aditus obſtruentes quibus agenda neceſſario aliquotiens negleguntur, hoc Conſtitutioni Noſtræ adjicimus, ut Inluſtres Viri Ærarii utriuſque Comites a condemnationibus Judicum & Curialium noverint abſtinendum, delicta eorum vel diſſimulationem tam Clementiæ noſtræ quam Sedi Tuæ Amplitudinis cum extiterint, ingerentes, quo prædictæ ſedis tantum ſecuta correptio præſentia recitet,

citet, futura componat. Quam rem vetuſtatis & diſciplinæ publicæ amore decernimus. Maxime P. K. A. Inl. igitur & Præcelſa Magnificentia Tua Edictalem legem & functionibus publicis jugiter profuturam Programmate ſuo in cunctorum Provincialium jubebit ire notitiam, ut agnoſcat Univerſitas noſtro ſeculo improbis abuſibus nihil licere. Dat. Prid. Non. Jun. Raven. Valentiniano A. & Anatolio V. C. Conſſ.

II. Idem AA. PATERIO. Pf. Pon.

CUM Pietas Noſtra ad Provincialium quietem tuendam, ſimul ad avaritiam Palatinorum, quæ cauſa nuper fuerat ferendæ legis, arcendam remedia quæreret, data nuper lege cenſuerar, ut Inluſtres Viri Sacri ac privati ærarii Comites facultatem condemnandorum judicium non haberent, ſimiliter a deſidia ordinum multanda eorum ſeveritas abſtineret. Sed quia nunc ſuggeſtio Magnitudinis Tuæ indecorum hoc Inluſtribus Viris, & inefficax publicis neceſſitatibus explicandis proviſione neceſſariæ ſuggeſtionis inſinuat, & experiendo cognovimus nec ſatis prodeſſe id poſſeſſorum commodis, & plurimum conſuetis Ærarii exactionibus obfuiſſe, abrogatam legem, quam prius ſuper his rebus obſervari ſtatuimus, jus omne ad prædictos Inluſtres Viros, quos longo tempore jam tenebat, inlibatum priſtinæ cenſuræ auctoritate revocamus: ne qua illis moræ aut negligentiæ excuſatio de expenſarum deſtitutione tribuatur, quibus non ſolum multandorum Judicum, ſed & Curialium ſegniciem condemnandi & a rationabilibus licet auferebatur facultas. Et tamen ſub hoc præſepio nullum poſſeſſorum ſeu Curialium Palatinorum mancipamus aviditati. De quorum fraudibus ſi quæ extiterint, aut ſi modum veri cenſus ſub occaſione titulorum ad ſe pertinentium ſupergreſſi fuerint & aliquid commenticium præter id quod explorata fides chartarum continet, ſtudio deprædationis invenerint, jubemus gravatis patere accuſandi eos liberam facultatem: ſed ita ut ad proprios Judices læſorum querella perveniat, hiſque ſolis in eorum commiſſa permittatur inquirere, de quorum factis, ſi qua in reprehenſionem venient, non modo præſentium querellis, ſed & abſentum relationibus inſtruentur. Sane ſi quid eſt quod vindictæ cenſuram exigat acrioris, erit Inluſtribus Viris Palatinorum Judicibus conſulendæ Serenitatis Noſtræ copia, ut genus ultionis agnoſcant, ſed de his duntaxat criminibus quæ contra jus ſtimulo inlicitæ cupiditatis admiſerint. Pateri P. K. A. Inluſtris igitur & Præcelſa Magnificentia Tua hanc omnibus innoteſcere Sanctionem jubebit, remotaque ea quæ de his ordinem ſolitum commutaverat, huic legi, quam nunc ſtatuimus, perpetuo valiturum ſciat robur impoſitum. Quippe moderatione & ſtatus Provincialium inviolatus manebit, & decus poteſtatis ſuæ ad geminos Judices revertetur. Dat. v. Kal. Octob. Spoleti. Dioſcoro & Eudoxio V. C. Conſſ.

III. Idem AA. FLORIANO C. S. L.

ÆQUUM eſt Serenitatem Noſtram provida Oraculi Noſtri Conſtitutione ſancire, ne aut impune quemquam temerario contemptu deſerta officii ſui militia licuerit ſegnis otii elegiſſe deſidiam, aut in poſterum propoſita interminatione cavere, ne quis audeat inconſulto Judicis ſui teſtimonio militiæ ſacramenta deponere. Floriane FR. A. Unde Inluſtris Auctoritas Tua Pragmatici Noſtri ſecuta præceptum, ſciat ſecundum Suggeſtionem Tuam Palatinos omnes ſacrarum largitionum, qui ſtipendiis non peractis, ſine teſtimonio vel Auctoritate Præſulis ſui, ad Eccleſiaſtica obſequia & ad aliam tranſiere militiam, nomine Clericorum & Privilegio cinguli ſuperioris exutos Palatino Officio ac militiæ, quam contumaciter reliquerunt, protinus eſſe reddendos. Atque hoc circa univerſos oportere ſervari, quos intra tricennium, poſt militiæ commutationem, Pragmatica hujus Sanctionis forma repperERIT: cæteris vero non novandam pœnitus quæſtionem qui prolixioribus temporum ſpaciis muniuntur: hac in futurum præceptione ſervata, ne cui liceat ſine juſſu & teſtimonio Præſidentis vel deſerere, vel commutare militiam. Provincialium Judices eſſe cogendos atque Tabularios Largitionalium titulorum ad Amplitudinis Tuæ eodem ratiociniis inſtructionibuſque tranſmittant, noverintque, procurandis exactionibus, legibus ſe retineri. Dubium enim non eſt eum fore & nobis & legibus noſtris obnoxium quiſquis Majeſtatis Noſtræ præcepta lentaverit. Dat. VII. Kal. Maj. Rom. Calypio Aug. V. C. Conſ.

NE DUCIANI VEL LIMITANEI MILITES *ad comitatum exhibeantur.* Tit. XLIIII.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Florentio Pf. Pon.

OPEM atque auxilium Noſtræ Clementiæ Limitaneorum poſcit utilitas, qui adeo quotundam querimoniis vel exhibitionibus diverſorum Judicum dicuntur adflicti, ut inter privatam vitam & militarem ſcientiam neutri naſcantur. Adde quod uſum armorum dediſcere compelluntur obſervatione fori civilis Officii, & in vita peregrinantur aliena, expertes litium, actionum ignari, quos inverecunda facundia & doctrina popularis inſtituit. Hæc *ſuggeſtio* [a] Viri Sublimis Anatolii Magiſtri per Orientem utriuſque militiæ noſtris ſenſibus intimavit. Quapropter non ulterius patimur tantæ commoditatis diſſimulare jacturam, cum conſtet, diſpoſitione Majorum, vallo limitis ab excurſione Barbarica defenſari quicquid intra Romani nominis concluditur poteſtatem. Quamobrem victura in omne ævum lege ſancimus, neminem Ducianum, neminem Limitaneum Militem per totum tractum Orientis ex ultimis *ſolicitudinibus* [b] qui exiguis ſolaciis vix

[a] adjectio, vet. Cod.

[b] nullam ſolitudinibus

ægre miſeram famem repellunt, penitus exhiberi ad Noſtrum Sacratiſſimum Comitatum, nec Sacra Noſtri Nominis juſſione, nec Divino Reſponſo ad preces adeuntis ſubdito, non denique Perennitatis Noſtræ Mandatis, vel cujuſlibet ſententia Judicis: diſpoſitionibus inſuper integri Viri Magnifici *cuſtodientes impoſterum* [c], quas ad utilitatem limitaneorum ſedula inveſtigatione conſtituit, remiſſis omnibus jam nunc ad propria ſacramenta qui videntur exhiberi. Verum ne conditionem militum in quandam arcem videamur quodammodo conlocaſſe, peccandi conceſſa licentia, ſemel exhibitionis ſubmota formidine, ſub competentibus militaribus Judicibus adverſus eos agentibus januam aperimus; cum ea videlicet definitione, ut ſi limitaneus fuerit confutatus in contractibus ſeu legibus deliquiſſe, ſumptus litis dare cogatur, etiam ſi hoc ſententia prolata non teneat, & negotium trecentorum ſolidorum ſummam excedat: eadem in actorem pœna ſervata, ſi limitaneus calculum meliorem & victricem ſententiam reportarit. Aliter quippe litigantium timores & execranda judicia jurgiorum compeſci non poterunt, niſi animus exercitatus in litibus imminentis damni periculum pertimeſcat, ut correctionis metu compreſſus æterno ſilentio conticeſcat. Quem enim avaritia terminum ſortietur, quam ſi laqueis cupiditatum ſuarum circundata intra ſepta propria damnata calumnia comprimatur? Et profecto aut hoc eſt remedium diu vexatis; aut ſi nec hoc quidem prodeſſe poterit, alia ratio commodorum, alia proviſionis flagitanda cautela eſt: ſi licet operiri, licet optare debemus ne libeat audacibus exercere litigia, ut liceat noſtris militibus ociari, quos in extrema parte Romani ſæculi ſacramentorum legibus emendatos calumnia latentes invenit. Quamobrem Florenti P. K. A. Inluſtris & Magnifica Auctoritas Tua, quæ ſtatuta Majeſtatis Auguſtæ cura pervigili & congruo ſemper fine concluſit, nunc etiam Edictis propoſitis ad omnium notitiam faciat pervenire. Dat. v. Kal. Mart. Conſtantinopoli, Theodoſio A. XVI. Conſ.

[c] cuſtodiendis in poſterum.

DE COMPETITIONIBUS.

Tit. XLV.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Florentio Pf. Pon.

SUGGESTIONEM Viri Inluſtris Comitis Sacrarum largitionum Marcellini, vicem agentis Viri Inluſtris Comitis rerum privatarum admodum comprobamus, quæ & Pio Noſtro propoſito convenit, & in commune omnium ſubjectorum commoditatibus conſulit. Feliciſſimis namque Imperii Noſtri temporibus hæc nobis præcipue cura eſt, quemadmodum liberalitatibus noſtris ſine cujuſquam pernicie omnes poſſint divitiis abundare; Imperatoriæ quippe proviſionis munus eſſe cenſemus, ut omnes noſtris diſpoſitionibus gaudeant, nemo ſuis inique nudatus facultatibus defleat. Quare hac per-

petuo lege valitura ſancimus, ut nemini liceat bona defunctorum caduca, vel quamlibet rem aliam ad Fiſcum Noſtrum pertinentem, vel eam quæ ei paritur, actionem ullo modo a Noſtra Serenitate competere, niſi annus ex die mortis defuncti exceſſerit, vel ex quo fiſcus locum habuit, vel habere potuerit. Et ſi Sacrum Oraculum Manſuetudinis Noſtræ ſecundum hanc legem ab aliquo fuerit impetratum, nullo modo competenti judicio intimari, niſi prius Officio productum in judicio liberæ conditionis delatorem tradiderit, vel in hac alma urbe, ſi res ad fiſcum pertinentes hic inventæ fuerunt competitæ, quorum intereſt periculo ſub carcetalibus vinculis obſervandum, vel Moderatori Provinciæ ſub artiſſima cuſtodia tranſmittendum. Servos namque nec ab initio, quaſi nec perſonam habentes, in judicium admitti jubemus, & ſi hoc auſi fuerint, continuo eos flammis tradi vel beſtiis. Neque vero prædicti temporis præſcriptionem neque delatoris conceſſione, vel ſpeciali donationis beneficio, aut Sacra Pragmatica juſſione poſſe convelli. Et ſi forte quiſquam, quod non credimus, hujuſmodi quid per ſubreptionem elicuerit, id a nullo Judice admittendum eſſe decernimus: quod ſi admiſerit, non modo pœnæ ſacrilegii eum eſſe obnoxium, ſed etiam damna ei qui ejus iniquitate læſus fuerit, ſarcire. Illud etiam pro communi omnium commoditate cenſemus ſanciendum, ut ſi ab aliquo quicquam petitum fuerit, & ſemel cujus intereſt, Officii inſtructio præceſſerit, nullus id poſſit a Noſtra deinceps Clementia poſtulare, neque de eadem cauſa denuo fieri liceat inſtructionem: Officio quod *miſerit* [a], decem librarum auri pœna pro tali obreptione feriendo. Florenti P. K. A. Inluſtris igitur & Magnifica Auctoritas Tua ſaluberrimam legem Edictis propoſitis ad omnium noticiam faciat pervenire, ut ſciant Provinciales noſtri pro eorum quiete, Serenitatem Noſtram jugi ſollicitudine vigilare. Propoſita XIIII. Kal. Novemb. Conſtant. Theodoſio A. XVII. & Feſto Conſſ.

[a] *melius* admiſerit,

DE HONORATIS, ET QUIS IN GRADU præferatur. Tit. XLVI.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Storatio Præf. Urbis.

STUDIOSE niti atque agere Clementiam Noſtram decet, ut quicquid ad cumulandum Conſularium titulorum nomen proficit, ſanciamus, quos pro ſui magnitudine ac reverentia vetuſtatis etiam nobis libenter adſcimus. Et quoniam certum eſt lege Divi Parentis Noſtri Gratiani cautum (quæ Ampliſſimis Dignitatibus definitum Venerabilis Conſtitutio ordinem dedit) ut Patriciatus honor & Infulæ Conſulares, ſi copulata ſibi unius perſonæ meritis jungantur, eum, cui utrunque contigerit, potiorem faciat illo qui ex his alterius honoris tantum fulgorem conſequutus videtur, plenum rationis & æquitatis

putavimus, *ut quiſquis bis Conſulatus* [a] adipiſci meruiſſet inſignia, præferatur his qui ſemel functi ſunt hoc honore. Quod ſi alterius adjectio dignitatis hanc ſolam ſuperat, quanto magis duplicatæ tanti ſuggeſtus Infulæ, & *Curialium* [b] ornamenta gemmarum obtentis ſemel anteferenda ſunt faſcibus? Storaci P. K. A. Inluſtris igitur & Præcelſa Magnificentia Tua hac nos generali lege ſanxiſſe cognoſcat quam propoſitis Edictis vulgare debebit, ut quiſquis Conſulare faſtigium ſecundo conſcendere meruerit, illis etiam præferatur qui uno anno Faſtis nomen dederunt, quamvis anteriore tempore Conſulatum cum Patriciatu pariter ſunt adepti. Ea enim dignitas quæ nomini quoque Auguſto quoddam decus videtur adquirere, ſecundo delata privatis perſonis, abſque ſuperioris jure, univerſis honoribus antecellit. Dat. III. Id. Mart. Rom. P. P. in foro Trajani, Maximo I. & Patetio V. C. Conſſ.

[a] *abrogatur lex 10 C. de Conſſ. quam Gratiano hac Novella tribuit*

[b] Curulium

DE OFFICIO ET NUMERARIIS Præfectorum Pon. Tit. XLVII.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Albino II. Pf. Pon. & Patricio.

JUSTITIAM ſuggeſtionis probamus, cujus omnis hæc mens eſt, ne quid unquam contra innocentiam male petentibus licere patiamur. Scimus enim quanta ſæpe miſeros vinxit invidia, quos iniquitas judicantum faſtigio poteſtatis adfligit. Officium Sedis Celſitudinis Tuæ, ſine quo neceſſitates publicæ nequeunt expediri, per infortunia multa jam ſaucium medicinæ noſtræ curationes expoſcit, quæ dudum potuiſſet adhiberi, ſi ſuggeſtio ſimilis ante manaſſet. Hac igitur manſura jugiter lege decernimus, ut quiſquis ex Officio Prætoriano prius quam militandi finem conſummatis per ordinem temporibus ſortiatur, ſub adteſtatione geſtorum teſtimonio Præfecturam regentis honeſtam meruit miſſionem, ſeu quietis ſtudio, ſive alterius amore militiæ, nullam ſubſtineat de non peractis ſtipendiis quæſtionem: fiduciam perpetuæ ſecuritatis habiturus. Præterea Numerarios Prætorianæ Sedis, penes quos publicarum rationum notitia conſiſtit, ſive privatos, ſive alias militiam fortaſſe ſortitos, poſt quinquennium diſcuſſionibus ſubjacere prohibemus. Intra hoc enim tempus veſtigari facile quamvis latens veritas poteſt. Et certe nullius tam gravis debet eſſe conditio, ut terminum non habeat ſolicitudinis & timoris. Munimen uberius conſideratio flagitat æquitatis. Officium Prætorianum expenſarum colore in præjudicium cautionum vetamus urgueri: in cujus perniciem nequitia creditorum frequenter excogitat, ut pecuniam publica neceſſitate numeratam privatis ſimulent profeciſſe compendiis: quibus hanc pœnam præſenti conſtituimus Sanctione, ut ſi quando pecuniam ſuam ſub tali credendam putaverint eſſe contractu, ejus protinus amiſſione multentur, nihilque vel ab his quos adverſum ve-

tita deceperint, vel de publicis rationibus conſequantur. Hæc Officio Prætoriano ſalutis fortunarumque præſidia tribuiſſe ſufficiet, cui etiam Menſores, quos pridem habere deſiderat, pro manſionum ſuarum quiete concedimus. Albine P. K. A. Inluſtris igitur & Præcelſa Magnificentia Tua juſtiſſimam legem propriis vulgabit Edictis, ut omnibus innoteſcat noſtro ſæculo Reipublicæ nihil amplius eſſe præſtandum, niſi quod deceat adquiri. Dat. XXIX. Kal. Janua. Romæ, Aëtio III. & Symmacho Conſulibus.

NOVELLÆ DIVI MAJORIANI.

DE ADULTERIIS.

Tit. I.

Impp. LEO & MAJORIANUS A A. Rogatiano Conſulari Tuſciæ ſuburbicariæ.

AGITANDAM legibus adulterii queſtionem imminente Noſtræ quoque Perennitatis Oraculo te exercuiſſe commemoras, atque, ut relatione teſtaris, convictum confeſſumque Ambroſium in nefario crimine, relegatione dignum temporaria cenſuiſti. Non ſolum leniter *immemor eſſe* [a] & neglegenter penſaſti alieni doloris injuriam, *ut* [b] maculam pudoris extincti & ejus ſummam criminis, in quo quicquid *vero* [c] indignum eſt, continetur, *clavi* [d] vita ſuperſtite judicaris. Eum tamen ipſum temeraſſe Sententiam, & confeſtim locum perhibes exilii defugiſſe, noſque conſuliſti quid fieri ſanciamus. Quocirca tam exercitandæ judicationis formam perpeti manſura debeat aſpirare; ſeveritatem quippe res ipſa flagitat. Unde, Rogatiane Kar. noveris ad rigorem veteris diſciplinæ, hanc Perennitatem Noſtram obſervationis adjeciſſe menſuram: ut ſecundum legem Divorum retro Principum, qui in ſimili crimine talia cenſuerunt, relegationem probroſi ac nefandiſſimi rei, deportatio adjecta *continuo & bonis* [e] ejus omnibus fiſci utilitatibus vindicatis, cumque a congreſſu totius Italiæ ſubmovendum, Edictorum propoſitione denunciata omnibus perimendi licentia, qua paſſim ita inſequendus eſt qui ſententiæ abuſus eſt lenitate, ut ſi comprehenſa *urbis* [f] noſtri parte repertus fuerit, cæſus jure videatur: quatenus ſanctionis procedente cenſura, ab incurſu flagitiorum tutam genialis tori præſtemus impoſterum caſtitatem; ut exemplo competenti luxuria caſtigata ab expugnatione pudicitiæ, quæ ſub publica quodammodo videbitur eſſe cuſtodia, libido & protervitas arceatur, manifeſtumque ſit generaliter ita nobis cordi eſſe violatum pudorem, ut Edictali Decreto juſta cohercitione propoſita, intempe-

[a] *Puto legendum* immo
[b] qui
[c] vito
[d] ciui
[e] continuet bonis
[f] orbis

ranter futuris quoque temporibus plecti commiſſum ſimile cenſeamus. Dat. xv. Kal. Maj. Atelaro, Ricomere & Clearcho VV. CC. Coſſ.

Poſt hanc Conſtitutionem deeſſe videtur altera Majoriani de Adulteriis qua cum veteri jus reduxiſſe teſtatur Gotho Romanus Scriptor, qui Papiniani nomine editus eſt: & ſane Inſcriptio ipſa plures de adulteriis Novellas pollicetur.

INCIPIT LIBER LEGUM DIVI ANTHEMII AUGUSTI.

DE MULIERIBUS QUÆ SE SERVIS propriis junxerunt, & de naturalibus filiis. Tit. 1.

Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Lupreciano Pf. Pon.

HUMANO generi & fluctuantibus rebus mortalium una poſt Deum ratione conſulitur, ſi adverſorum ingruentium procellis occurrat ſæpius Noſtra Serenitas. Nec dubium eſt imminui materiam converſationis humanæ, niſi componat providentis regentis imperium quicquid per ſe non poteſt impetrare mortalitas: eritque ita magis florida ac tranquilla civilitas, ſi circa providos hominum caſus excubet circumſpecti Principis favor. Julia quædam preces Noſtris fundit Altaribus, adſtruens cum eo ſibi matrimonium contigiſſe, qui familiæ quidem ſuæ ſervus extiterit, ſed libertatem morum claritate meruerit. Exorat quoque Noſtri Nominis Majeſtatem, ne ſibi noceat quod Venerabilis *Sanctio Conſtantini* [a] dominam ſervorum ſuorum complexibus inflammari diſtrictiſſimo rigore non patitur: incongruum quippe exiſtimans, in ſuo caſu de ſervorum conjunctionibus conſtituta tractari, cum ipſa non ſervo nupſerit, ſed liberto: præcipue nuptias ſuas in culpa venire non poſſe quod de liberrorum conſortiis prohibendis, *evidens nihilominus æſtimari quicquid ante hoc* [b] lex ulla non vetuit. Geminatam igitur cauſam hujuſmodi caſibus conſulendi repetit Noſtra Serenitas, ut nec confirmatio ſubtrahatur de ſuſcepto quaſi errore nutantibus, & honeſte ac probabiliter conſtituta ſine aliqua deinceps ambiguitate ſerventur. Primum igitur Edictali decernimus Sanctione, ut quæ uſque ad ſecundum Nominis Noſtri Conſulatum ſimilia probabuntur iniiſſe conjugia, legitima firmitate non careant, ſed hanc quoque munificentiam Noſtrorum Faſcium ſecuritati ſuæ adfuiſſe lætentur; ut ſi quæ ſunt fœminæ quæ, pro nobilitate natalium, de ejuſmodi forſitan conſortio quicquam verentur, ſuperfluum pondus injuſti timoris abjiciant, nec ſe non licito quaſi feciſſe formident, ut nulla nunc uſque ad liquidum jura vetuerunt: ita ut cum libertis ſuis juſtas nuptias contraxiſſe videantur, natique & naſcendi ex his liberi nul-

[a] *Extat in L. 1. C. de mulierib. quæ ſe ſerv. propr. junxer.*

[b] an nihil omnino æſtimari quæ quod ante hæc

lam unquam de parentum ſuorum conjunctione ſuſtineant, quæſtionem, ſed matris ac patris hæreditatem legum more percipiant. Ipſi quoque inter quos hujuſmodi eſt contractus ſocietas, teſtandi in ſe invicem, vel ſuccedendi ſibi juxta formam juris, licentiam non amittant, neque quicquam matrimonii gratia a cæteris diſcrepare credantur, de quibus ante hanc Noſtri Nominis Sanctionem nihil legum ſcita præſcripſerunt. Et revera principalis gratiæ eſt eruere ſuis caſibus ſuſpicaces mortalium mentes, ne ſibi licuiſſe quod nemo prohibuerat, arbitrentur: univerſorum quoque notitiam evidenter inſtruere ne ſibi fas eſſe quiſquam exiſtimet, *ut fas* [c] eſſe non patimur. Ex hoc ergo Noſtræ Clementiæ Conſulatu decorem publicum *agere* [d] cupientes, cum ſervis & libertis dominas & patronas ineundi matrimonia facultatem habere prohibemus, ne inſignium familiarum clara nobilitas indigni conſortii fœditate vileſcat, & quod ſplendore forſitan Senatoriæ generoſitatis obtinuit, contractu viliſſimæ ſocietatis amittat, aut nude tante tum ingenuæ libertatis fulgore præſpicuum genus in fœmina imprudentior complexus immineat: ea ſine dubio cautione valitura ut de conſortiis ſervorum perpetua firmitate ſervetur quicquid Divus Conſtantinus Venerabili Sanctione conſtituit. Circa eas vero quæ in libertorum ſuorum vota converterint, cuſtodiri in æternum duratura lege ſancimus, ut conjunctio vetita ne nomen quidem matrimonii ſortiatur, ſed ad inlicita conſortia execrabiliter aſpirantes publicatione omnium facultatum, & perpetua deportatione plectantur: his qui ex hujuſmodi ſocietate naſcuntur non ſolum jure, ſed & vocabulo liberorum privandis, ſervili quoque conditione probabiliter addicendis, ita ut in his dominium ſibi noſter fiſcus uſurpet. De conjunctionibus ſane ancillarum & libertarum, nec non de naturalibus liberis quoquomodo procreatis procreandiſve, inter omnes decernimus cuſtodiri, quod Divorum retro Principum Saluberrima Conſtituta ſanxerunt. Luperciane P. A. K. Inluſtris igitur & Præcelſa Magnificentia Tua Saluberrimam Sanctionem ad omnium notitiam pervenire Edictorum devulgatione præcipiat, ne cui ſuperſit ignorationis auxilium, quominus cauta quæ ſunt decreta ſerventur. Dat. x. Kal. Mart. Romæ. Domino Anthemio A. Conſ. Accepta Id. Mart. Romæ ipſo A. Conſ.

[c] *forte*, quod fas

[d] augere

DE CONFIRMATIONE LEGUM Domini Leonis Auguſti. Tit. II.

Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Luperciano Pf. Pon.

AD conſultationem Clementiæ Noſtræ Dominus & Pater meus Princeps Sacratiſſimus Leo, ſuper his quæ Indulgentia Principalis in diverſos jam contulit, vel proceſſu temporis largietur, certum jus Venerabili Sanctione conſtituit, quod ſub Sacris Suæ Perennitatis apicibus ad noſtram quoque ſententiam deſtinavit. Quumque mundanis

danis compendiis proficit ut circa regendum utrumque orbem id præcipue cuſtodiendum credamus quod deliberatio communis elegerit, legem *defectam* [a] libenter amplexi quod ad omnes tam Saluberrima Conſtituta perveniant ſub hac Pragmatica Juſſione ad Amplitudinem Tuam cenſuimus dirigendam. Luperciane P. K. A. Inluſtris igitur & Præcelſa Magnificentia Tua, Venerabilia Conſtituta propoſitis devulgabit Edictis, ne ullius prætereat notionem quod in æternum valere Serenitas Noſtra decrevit. Dat. Sub die XIIII. Kal. April. Romæ, Domino Anthemio A. Conſule. Actum ſub die eodem.

[a] directam.

DE BONIS VACANTIBUS.

Tit. III.

Impp. Leo & Anthemius AA. *

Imperatoriæ Majeſtatis eſt ex præſentibus cauſis, etiam futuris providere temporibus, & reſerata ambiguitate ſequenda decernere. Nam cunctorum cenſus vocatur in dubium, ſi per licentiam Principalem jura dominorum ſuam non habeant firmitatem. Itaque nos quibus totius mundi regimen commiſit Superna Proviſio, & juri regulam & æquitatis rationem volumus cuſtodiri. Pius ac Triumphator ſemper Auguſtus Filius noſter Anthemius, licet Divina Majeſtas & Noſtra Creatio pietati ejus plenam Imperii commiſerit poteſtatem, tamen prudenti & cauta, qua pollet, æquitate, per Sacros adfatus *conſulendos* [a], adſerens in Italiæ partibus multa exorta negotia ex donationibus quas de alienis rebus Principes contra legum cauta fecere. Nam, ut quiſque vel meruerit vel precatus eſt, de Imperatoria veluti largitate plurima & magna detentant. Emergunt autem perſonæ quæ plerumque prædia vel res aliquas ſui juris adſerant eſſe, quas ex Principis munificentia diverſi inlicito titulo quæſierunt. Nam ſæpe ea quæ caduca dicebantur & donata ſunt, conſanguineus ejus qui ſine hærede putabatur, emergens repoſcit, vel de captivitate liberati jure poſtliminii quæ ſua vel propinquorum fuerant, & aliis a Principe conceſſa ſunt, reddi ſibi jure deſiderant: adſtruentes, ſecundum Sacratiſſimas Conſtitutiones, legitimum ſibi auxilium ſuffragari: vel cum res aliqua vindicatur a poſſeſſore cui Domus Venerabilis aut donatione contulit aut venditione, vel commutatione, aut ultima voluntate transfudit, ſcilicet quam injuſte aut minus idoneæ contractam forſitan poſſidebat, utrum jure communi quod petitor probavit ſuum recipiet, an præter leges quibus omnes utuntur circa donationem Regiam pronunciandum erit, ut factum Principis vel aliena re donata aut vendita comprobetur. Nam cum de hujuſmodi controverſiis ab Ampliſſimis Cognitoribus tractaretur, prolata eſt conſtitutio de Codice Theodoſiano ſub titulo de bonis vacantibus, qua Divus Conſtantinus cavet, ut ſi rem quam Princeps donavit ſuam quiſquam potuerit adprobare,

[a] deeſſe videtur cenſuit

BBBbb

non eam recipiat, ſed eo cui donata eſt firmiter poſſidente, Princeps petitori extrinſecus, qua voluerit ratione ſuccurrat. Hæc cum noſtris inſinuarentur ſenſibus, relectis geſtis quæ ad nos a Filio Noſtro Sereniſſimo Principe ſub prædicta conſultatione directa ſunt, habitis inter Procuratores Domninæ & Fortunati Inluſtrium perſonarum, Serenitas Noſtra, cui cordi eſt in dies ſingulos conſultiore tractatu, & meliore deliberatione generi humano proſpicere, ſatis putavit incongruum ut tanta rebus negociiſque confuſio vel iniquitas innectatur, & unicuique ſuis uti non liceat, nec pro ſuorum defenſione legitimum habere tutamen: ſed in arbitrio ſit forte ſubripientis facilis & injuſta nonnunquam Regiæ donationis auctoritas, & ut aliis juſta poſſeſſione fraudatis ab aliis liberalitate injuſte detineatur, cum & ipſe titulo ſupra prædictæ conſtitutionis, unde conſulta eſt Noſtra Clementia, devacantibus tantum, non de omnibus bonis atque ſubſtantiis evidenter loquatur. Hac igitur inperpetuum valitura lege ſancimus, ut ſiquidem de bonis revera vacantibus Imperator aliquid pro ſua liberalitate donaverit, hoc perpetuam obtineat firmitatem, & nemo calumniam patiatur de re, quam principalis in eum liberalitas jure contulerit. Sin autem aliquis rem ſuam ſive tanquam vacantem, ſive alio quolibet titulo donatam cupit repetere, eamque ſui juris eſſe, vel ad ſe devolutam ex legitima ſucceſſione monſtraverit, communi legum fruatur auxilio, nec ex illa, licet Impeciali donatione ſeu commutatione, vel ex aliqua cujuſlibet contractus ſpecie, contra generale Præſidium omnino lædatur; ſive etiam a retro Principibus hoc beneficium adſerat ſibi eſſe delatum, ſive poſt aliquid tale fuerit ſubſequutum. Hanc igitur conſtitutionem in cauſa etiam Domninæ & Fortunati Inluſtrium perſonarum quæ huic legi præſtitit occaſionem valere præcipimus, ut communi jure Ceſiana maſſa de qua queritur prædictæ Domninæ Inluſtri Fœminæ reſtituatur. Neque enim aliud Imperatoriæ Majeſtati, cui ſemper debet æquitas inhærere & vigere juſticia, videtur ad commodum, quam commune jus omnibus reſervare Subjectis; & nihil amplius bonis licere Principibus, niſi quod liceat privatis: & hanc liberalitatem prætendere quæ legibus & æquitate ſubnixa eſt, ut nemo ſe alienis & inlicitis ditatum lætetur, nemo bonis propriis defleat eſſe privatum. Luperciane. P. K. A. Inluſtris igitur & Magnifica Auctoritas Tua, quæ hac ſaluberrima lege Serenitas Noſtra conſtituit obſervari & ad omnium notitiam, Edictis ex more propoſitis, jubeat pervenire. Dat. XIIII. Kal. April. Rom. Domino Anthemio P. P. Aug. II. Conſ.

Explicit Liber Legum Divi Anthemii Auguſti.

IN NOMINE DOMINI DEI NOSTRI JESU CHRISTI.

INCIPIUNT CAPITULA NOVELLARUM DOMINI JUSTINIANI AUGUSTI

PROMULGATA POST CODICEM.

I. CONSTITUTIO.

I. I. SI hæres legata ſoluere noluerit. R. Cod. lib. vi.
II. II. Ad Legem Falcidiam. R. Cod. lib. vi.
III. III. De Legetorum exæquatione. R. Cod. lib. vi.
IIII. IIII. Ut Legata intra annum præſtentur. R. Cod. lib. vi.
Sed hoc innovatum eſt.

II. CONSTITUTIO.

V. I. De his qui ad ſecundas nuptias migraverunt. R. Cod. lib. v. Tit. ix.
VI. II. Idem. Si maritus vel mulier qui quæque ad ſecundas migreverit nuptias, res dotis vel propter nuptias donationem alienaverit.
VII. III. Idem. Si filius inteſtatus mortuus fuerit, portio quæ competet ei &c.
VIII. IIII. Idem. Si mulier defuncto marito ſuo ad ſecundas pervenerit nuptias.
IX. V. De dote adſcripta, & non numerata vel præſtita. R. Cod. lib. v.
Sed hoc innovatum eſt.

III. CONSTITUTIO.

X. I. De Fidejuſſoribus & Mandatoribus. R. Cod. lib. viii. & lib. iiii.
XI. II. De Solutionibus & verborum ſignificatione. R. lib. viii.

IIII. CONSTITUTIO.

XII. I. De Monaſteriis. R. Cod. lib. i.
XIII. II. De Monachis & Aſcetriis. R. Cod. lib. i.
XIIII. III. Idem. Si autem ſervitutem effugiens veniat ad Monaſterium. R. lib. i.
XV. IIII. Idem. In omnibus Monaſteriis, ſive paucos, ſive pauciores Monachos habeant. R. lib. i.
XVI. V. Idem. Si quis in Monaſterio ſe conſecravit, & poſtquam, &c. R. lib. i.
XVII. VI. Si vir vel mulier liberos habens ad ſolitariam vitam pervenerit. R. lib. i.
XVIII. VII. Idem. Si quis introierit in Monaſterio & poſt Religioſam veſtem receſſerit. R lib. i.
XIX. VIII. Si quis in Monaſterio conſecratus fuerit, poſteaque in alio Monaſterio, &c. R. lib. i.
XX. IX. Idem. Si quis Monachus Clericatus honorem acceperit. R. lib. i.
XXI. II. De Archimandritis, & ut conſtitutio communis ſit Monachorum, & Sanctimonialium. R. Cod. lib. i.

V. CONSTITUTIO.

XXII. I. De numero Clericorum Conſtantinopolitanæ Civitatis. R. Cod. lib. i.
Sed hoc novum eſt.
XXIII. II. Ut non liceat Clerico de minore Eccleſia in majorem per patrocinium tranſire, & de alimoniis Clericorum. R. Cod. lib. i Sed hoc novum eſt.

VI. CONSTITUTIO.

XXIIII.	I.	De Epiſcopis.	R. Cod. lib. I.
XXV.	II.	Idem. Nemo Religioſus Epiſcopus extra ſuam Eccleſiam dagat ultra annale ſpatium.	R. Cod. lib. I.
XXVI.	III.	Idem. Nunquam Epiſcopus in Conſtantinopolitana Civitate veniat niſi litteras acceperit à Metropolitano ſuo.	R. Cod lib. I.
XXVII.	IIII.	De Clericis.	R. Cod. lib. I.
XXVIII.	V.	Idem Qui duas nuptias contraxit, Diaconus, vel Presbiter fieri prohibetur.	R. Cod. lib. I.
XXIX.	VI.	De Diaconiſſis.	R. Cod. lib. I.
XXX.	VII.	Idem. De Clericis.	R. Cod. lib. I.
XXXI.	VIII.	Idem. De numero Clericorum.	R. Cod. lib. I.

VII. CONSTITUTIO.

XXXII.	I.	De rebus ad Venerabiles Locos pertinentibus non alienandis.	R. Cod. lib. I.
XXXIII.	II.	Quomodo liceat ad Imperatorem res Sancti Loci transferri.	R. Cod. lib. I.
XXXIIII.	III.	Quomodo Emphyteuſis rerum ad Sanctos Locos pertinentium contrahatur.	R. Cod. lib. I.
XXXV.	IIII.	Quomodo uſus fructus rerum ad Sanctos Locos pertinentium conſtituatur.	R. Cod. lib. I.
XXXVI.	V.	Quibus pœnis ſubjecti ſunt, qui præſentem conſtitutionem contemnunt.	R. Cod lib. I.
XXXVII.	VI.	Quando licet hypothecæ titulo res Venerabilium Locorum obligari.	R. Cod. lib. I.
XXXVIII.	VII.	Quibus pœnis ſubjicitur qui inlicitum emphyteuſeos contractum in Res Venerabiles loci componit.	R. Cod. lib. I.
XXXIX.	VIII.	Quomodo punitur qui ſacra vaſa vel dona, alienat, vel pignerat, vel conflat, & de panibus civilibus.	R. Cod. lib. I.
XL.	IX.	De Pragmaticis Sanctionibus quæ contra commoda Venerabilium Locorum promulgantur.	R. Cod. lib. I.
XLI.	X.	Idem. Si quis in Potentatu conſtitutus Divinam Pragmaticam Sanctionem impetraverit.	R. Cod. lib. I.
XLII.	XI.	De Monaſteriis non vendendis vel alienandis.	R. Cod. lib. I.
XLIII.	XII.	Si ſterilis ager ad Venerabilem Locum pervenerit.	R. Cod. lib. I.

VIII. CONSTITUTIO.

XLIIII.	I.	De præſcriptione centum annorum Eccleſiæ competente Romanæ civitatis.	R. Cod. lib. I.

IX. CONSTITUTIO.

XLV.	I.	Ut civitates circa Viminacium conſtitutæ, ſuum proprium Archiepiſcopum habeant.	R. Cod. lib. I.

X. CONSTITUTIO.

XLVI.	I.	De Anthimo, & Petro, & Severo, & Zoara hæreticis.	R. Cod. lib. I.

XI. CONSTITUTIO.

XLVII.	I.	De rebus immobilibus alienandis quæ ad Eccleſiam Hieroſolymitanam pertinent.	R. Cod. lib. I.

XII. CONSTITUTIO.

XLVIII.	I.	Quando licet Clericis ab alia Eccleſia in aliam tranſire.	R. Cod. lib. I.

XIII. CONSTITUTIO.

XLIX.	I.	Ut mille centum Ergaſteria immunitatem potiantur & reliq.	R. Cod. lib. I. & X.

XIIII. CONSTITUTIO.

L.	I.	Quando licet Locis Venerabilibus res immobiles alienare.	R. Cod. lib. I.

XV. CONSTITUTIO.

LI. I. Ut Magiſtratus ſine pecunia fiat. R. Cod. lib. I.

LII. II. De Vicario Aſianæ Regionis & Præſide Phrygiæ ſublatis, & in Comitis Phrygiæ Pacatianæ nomen tranſlatum. R. Cod. lib. I.

LIII. III. De Vicario Ponticæ ſublato & in Comitis Galatiæ primæ nomen tranſlato. R. Cod. lib. I.

LIIII. IIII. Ut nemo Civilis vel Militaris Magiſtratus Vicarios habeat. R. Cod. lib. I.

LV. V. Ut Comites Orientis & Præſides Antiochiæ Officium habeant. R. Cod. lib. I.

LVI. VI. Ut omnes privati Præſidibus ſubjiciantur, & de ſacramento à Præſidibus dando, & de forus Præſidum. R. Cod. lib. I.

LVII. VII. Ut Præſides quinquaginta dies faciant in Provincia ſua poſtquam eis ſucceſſum ſit. R. Cod. lib. I.

LVIII. VIII. In quibus cauſis à Præſide rei fori præſcriptionem non habeant. R. Cod. lib. I.

LIX. IX. Si milites Præſidis Provinciæ juſſiones non fecerint. R. Cod lib. I.

LX. X. De Latrunculatoribus, & Biocolytis & Apopliſtis ſublatis, & quomodo ſacramentum à Præſide dandum ſit. R. Cod. lib. I.

XVI. CONSTITUTIO.

LXI. I. De numero Referendariorum. R. Cod. lib XII. Novum eſt.

XVII. CONSTITUTIO.

LXII. I. De Officio prætoris Juſtiniani Piſidiæ. R. Cod. lib. I. Novum eſt.

LXIII. II. Si provocatio porrecta fuerit contra ſententiam Prætoris Piſidiæ, vel alterius qui in Piſidia judicavit. R. Cod. lib. I. & VII.

XVIII. CONSTITUTIO.

LXIIII. I. De Officio Prætoris Lycaoniæ. R. Cod. lib. I. Novum eſt.

LXV. II. Si provocatio porrecta fuerit contra ſententiam Prætoris Lycaoniæ, vel alterius qui in Lycaonia judicavit. R. Cod. lib. I. & lib. VII.

XIX. CONSTITUTIO.

LXVI. I. De Officio Prætoris Juſtiniani Thraciæ, & de provocationibus in Thracia porrectis. R. Cod. lib. I. Novum eſt.

XX. CONSTITUTIO.

LXVII. I. De Officio Prætoris Hiſauriæ, & Appellationibus in eadem Provincia porrectis. R Cod. lib. I. & VII.
Lege c. LXXVII. & LXXVIII. & alio loco c. X. VII. & LXXXII.

XXI. CONSTITUTIO.

LXVIII. I. De Officio Rectoris Provinciæ. R. Cod. lib. I.

LXIX. II. Idem. Conſuetudinarias juſſiones ex quocumque judicio procedentes Provinciarum Præſides non recipiant. R. Cod. lib. I.

LXX. III. Idem. Si quis crimina inligatus in judicio Præſidis perductus fuerit. R Cod lib. I.

LXXI. IIII. Idem. Præſes Provinciæ publicum non paſſim cuicumque præſtare debet. R. Cod. lib. I.

LXXII. V. Idem. Termini Sanctorum non proſunt neque homicidis neque adulteris. R. Cod. lib. I.

LXXIII. VI. Idem. Præſes Provinciæ non debet permittere tributorum Exactoribus aliter tributa exigere. R. Cod. lib I.

LXXIIII. VII. Idem. Profectiones Præſidum non oportet damnoſas Provincialibus eſſe. R. Cod. lib. I.

LXXV. VIII. Idem. Non liceat Provinciarum Præſidibus in his Provinciis quas ipſi gubernant Vicarios ſuos conſtituere, ſed &c. R. Cod. lib. I.

LXXVI. IX. Idem. Si quis juſſionem portaverit Præſidi de Religionibus, liceat eam contemnere, &c. R. Cod. lib. I.

LXXVII. X. Idem. Capitali crimine damnatorum bona non ad lucrum Præſidis referri, ſed cognatis punitorum reddi oportet. R. Cod. lib. I.

LXXVIII. XI. Idem. Injuſta patrocinia tam prohibere quam contemnere Præſes Provinciæ debet. R. Cod. lib. I.

LXIX. XII. Idem. Alienos colonos ſive capite cenſitos nemo ſuſcipere audeat, &c. R. Cod. lib. I.

LXXX. XIII. Idem. Si quis alienis agris vel Ergaſteriis titulos impoſuerit, &c. R. Cod. lib. I.

LXXXI. XIIII. Idem. Nemo privatus audeat arma tenere vel gerere; hoc enim ſolis militibus conceſſum eſt, &c. R. Cod. lib. I.

XXII. CONSTITVTIO.

LXXXII. I. De Officio Proconſulis Cappadociæ. R. Cod. lib. I.

LXXXIII. II. Idem. Proconſul Cappadociæ vindicare debet direpta vel uſurpata, &c. R. Cod. lib. I.

LXXXIIII. III. Idem. Proconſul Cappadociæ in municipiis ejuſdem Provinciæ cui præeſt Vicarios ſuos mittere non audeat, &c. R. Cod. lib. I.

LXXXV. IIII. Idem. Eos qui juſſiones portant veluti de aquæductu, &c. R. Cod. lib. I.

LXXXVI. V. Idem. Titulos privatos alienis rebus imponi prohibeat Proconſul Cappadociæ, &c. R. Cod. lib. I.

LXXXVII. VI. Idem. Quod ſi ex utraque Cappadocia Judex datus ſit tam ex Divina Juſſinoe quam ex calculo Maximi Magiſtratus, &c. R. Cod. lib. I.

XXIII. CONSTITVTIO.

LXXXVIII. I. De Officio Prætoris populi. R. Cod. lib. I.

XXIIII. CONSTITVTIO.

LXXXIX. I. De Appellationibus. R. Cod. lib. VII.

XC. II. De Coofultationibus. R. Cod. lib. VII.

XCI. III. De Provocationibus in Ægyptiaca Regiooe porrectis. R. Cod. lib. VII. Sed hoc oovum eſt.

XCII. IIII. De Provocationibus in Aſiana vel Pontica Regione porrectis. R. Cod. lib. VII.

XCIII. V. Idem. Hæc autem totiens locum habent quotiens decem auri libras cauſa non excedat, &c. R. Cod. lib. VII.

XCIIII. VI. De Provocationibus in Orientali Regione porrectis. R. Cod. lib. VII.

XCV. VII. De Provocationibus contra ſententiam Spectabilium Judicum porrectis. R. Cod. lib. VII.

XXV. CONSTITVTIO.

XCVI. I. De Provocatione Prætoris Paſlagoniæ vel Honoriados porrecta, & de aliis Provocationibus in diverſis regionibus porrectis. R. Cod. lib. VII.

XXVI. CONSTITVTIO.

XCVII. I. De Adjutoribus Quæſtoris. R. Cod. lib. XII.

XXVII. CONSTITVTIO.

XCVIII. I. De Officio Moderatoris utriuſque Ponticæ Regioois. R. Cod. lib. I.

XCIX. II. Idem. Moderator Elenoponti Vicarios ſuos in eadem Provincia non mittat. R. Cod. lib. I.

C. III. Idem. Moderator Elenoponti nemini concedat titulos imponere ruſticis prædiis, &c. R. Cod. lib. I.

XXVIII. CONSTITVTIO.

CI. I. De Officio Prætoris Paſlagoniæ. R. Cod. lib. I.

XXIX. CONSTITVTIO.

CII. I. Ut jura quæ in ſucceſſionibus poſita ſunt ab inteſtato venientibus etiam in Armeniis teneant. R. Cod. lib. VI.

XXX. CONSTITUTIO.

CIII.	I.	De Defenſoribus Civitatum.	R. Cod. lib. I.
CIIII.	II.	Idem. Non liceat Præſidibus Vicarios Defenſorum mutare, &c.	R. Cod. lib. I.
CV.	III.	Idem. Teſtamenta, & donationes apud Defenſores intimentur, abaque publica monumenta.	R. Cod. lib. I.
CVI.	IIII.	Idem. Si quis plus petierit, ut apud Præſidam magis quam apud Defenſorem cauſa cognoſcatur.	R. Cod. lib. I.
CVII.	V.	Idem. Si Defenſor Civitatis ſententiam definitivam protulerit, & adverſus eam provocatio porrecta ſit.	R. Cod. lib. I.
CVIII.	VI.	Idem. Defenſores ſine datione pecuniæ fiant: quatuor enim tantum aureos præſtara debent.	R. Cod. lib. I.

XXXI. CONSTITUTIO.

CIX.	I.	De Lenonibus tollendis.	R. Cod. lib. v. & XI.

XXXII. CONSTITUTIO.

CX.	I.	De Nefariis & inceſtis nuptiis.	R. Cod. lib v.
CXI.	II.	Idem. Si autem liberi ſint ei qui inceſtas contraxit nuptias, &c.	R. Cod. lib. v.
CXII.	III.	De Naturalibus liberis.	R. Cod. lib. v.

XXXIII. CONSTITUTIO.

CXIII.	I.	De Pignoribus, & uſuris dandis propter res ruſticis mutuatas.	R. Cod. lib. IIII. & VIII.

XXXIIII. CONSTITUTIO.

CXIIII.	I.	De Legitima portione liberis à parentibus relinquenda.	R. Cod. lib. III.
CXV.	II.	De Curialibus liberis.	R. Cod. lib. x. & XI.
CXVI.	III.	Si libertis ſuis nudam proprietatem quiſpiam reliquerit.	R. Cod. lib. III.
CXVII.	IIII.	Quemadmodum ab inteſtato liberi per femininum ſexum deſcendentes, parentibus ſuis ſuccedere debeant.	R. Cod. lib. VI.
CXVIII.	V.	De Concubinis & naturalibus liberis.	R. Cod. lib. VI.
CXIX.	VI.	De Collatione dotis & ante nuptias donationis.	R. Cod. lib. v.
CXX.	VII.	Si res ſuas pater in liberos ſuos diſtribuerit.	R. Cod lib. III.
CXXI.	VIII.	Si quis prolatam manum ſuam negaverit.	R. Cod. lib. IIII.
CXXII.	IX.	Idem. Quod ſi litigium per tutores vel curatores ventiletur.	R. Cod. lib. IIII.
CXXIII.	X.	De Improbis poſſeſſorum exceptionibus.	R. Cod. lib. VII.
CXXIIII.	XI.	Quomodo concubinæ ſervilis conditionis conſtitutæ legitimæ uxores fiunt.	R. Cod. lib. v.

XXXV. CONSTITUTIO.

CXXV.	I.	De Decurionibus, & filiis eorum.	R. Cod. lib. x.
CXXVI.	II.	Idem.	
CXXVII.	III.	Idem.	
CXXVIII.	IIII.	De Filiabus Decurionum.	R. Cod. lib. x.
CXXIX.	V.	De Libertis utriuſque ſexus Decurionum.	R Cod. lib. x.
CXXX.	VI.	Ut Curiali patre & murilegula, vel Comitica matre Curialis Filius naſcatur.	R. Cod. lib. x.

XXXVI. CONSTITUTIO.

CXXXI.	I.	De Secundis nuptiis.	R. Cod. lib v.
CXXXII.	II.	De Divortiis BONA GRATIA faciendis.	R. Cod. lib. v.
CXXXIII.	III.	Si quis liber ancillam uxorem duxerit, vel contra.	R. Cod. lib. v. & VII.
CXXXIIII.	IIII.	Si quis in ſervo ſuo aut ancilla ægrotante nullam adhibuerit curam	R. Cod. lib. VII.
CXXXV.	V.	Soluto matrimonio, ut in anno abſtineat nuptiis mulier.	R. Cod. lib. v.

CXXXVI.	VI.	Si alienus Adſcripticius liberam mulierem uxorem duxerit. R. Cod. lib. v.
CXXXVII.	VII.	De Nuptiis ſine dotalibus inſtrumentis contractis. R. Cod. lib. v.
CXXXVIII.	VIII.	De Repudiis quæ filii familiarum mittunt. R. Cod. lib. v.
CXXXIX.	IX.	Si morte mariti ſolutum ſit matrimonium, & de lucro dotis, vel ante nuptias donationis. R. Cod. lib. v.
CXL.	X.	De Ingratis libertis, vel contra; id eſt, non ingratis. R. Cod. lib. v.
CXLI.	XI.	De Muliere quæ poſt mortem mariti annum non expectavit. R. Cod. lib. V. Hoc novum eſt.
CXLII.	XII.	Si mulier ad ſecundas pervenerit nuptias, & de lucro dotis, & ante nuptias donationis. R. Cod. lib. v.
CXLIII.	XIII.	Idem. Adeo autem rerum prædictarum poſt ſecundas nuptias patris vel matris, &c. R. Cod. lib. v.
CXLIIII.	XIIII.	Idem. Nullam poſt hæc habeat electionem pater vel mater ad ſecundas pervenire nuptias, &c. R. Cod. lib. v.
CXLV.	XV.	Qui, quæve ad ſecundas migraverit nuptias, non habeat licentiam liberalitatem ullam conferre in novercam filiorum ſuorum, vel vitricum, ultra eam partem quæ ad unumquemque liberorum ex ſubſtantia ejus venerit. R. Cod. lib. v.
CXLVI.	XVI.	Cujus temporis computatio ſpectanda ſit: & quomodo ſuperflua quantitas diſtribui debeat. R. Cod. lib. v.
CXLVII.	XVII.	Si legatum uxori maritus reliquerit, vel contra; id eſt, uxor marito, R. Cod. lib. v.
CXLVIII.	XVIII.	Si Repudio matrimonium ſolutum ſit, quid ſtatui oportet de lucris nuptialibus. R. Cod. lib. v.
CXLIX.	XIX.	De Augenda vel deminuenda dote vel propter nuptias donatione. R. Cod. lib. v.
CL.	XX.	De Uſufructu uxori a marito relicto vel donato, aut contra; id eſt, ſi marito uxor. R. Cod. lib. v r.
CLI.	XXI.	Si uſusfructus dotis nomine vel propter nuptias donationis cauſa conſtituatur. R. Cod. lib. v r.
CLII.	XXII.	De Rebus maternis vel nuptialibus lucris quæ ad filios familias pervenerunt, & de caſtrenſi & quaſi caſtrenſi peculio. R. Cod. lib. v s.
CLIII.	XXIII.	Si mulier res quas filiis ſuis donavit quaſi ab ingratis poſt ſecundas nuptias ſuas revocare maluerit. R. Cod. lib. v s.
CLIIII.	XXIIII.	Ut Secundo marito copulata mulier, prioris viri dignitatibus vel privilegiis non utatur. R. Cod. lib. x i i.
CLV.	XXV.	De Libertis mulieribus quæ patronis ſuis conjunctæ ſunt. R. Cod. lib. v.
CLVI.	XXVI.	Si adhuc conſtante matrimonio dotem maritus uxori ſuæ perſolverit. R Cod. lib. v.
CLVII.	XXVII.	Si mulier liberorum ſuorum tutelam adminiſtraverit, & ad ſecundas convolaverit nuptias. R. Cod. lib. v.
CLVIII.	XXVIII.	Si ſub conditione mater à patre legatum, vel fidei commiſſum reliquerit filio ſuo. R. Cod. lib. v s.
CLIX.	XXIX.	De Clericis qui nuptias contrahere non poſſunt. R. Cod. lib. s.
CLX.	XXX.	Si decedens maritus uxori ſuæ legaverit ſub conditione, ſi ſecundas non contraxerit nuptias, vel contra; id eſt, ſi uxor marito. R. Cod. lib. v s.
CLXI.	XXXI.	Mulier quæ ſecundas nuptias contraxerit, quemadmodum filii ſui ſucceſſionem capiat tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato. Loquitur autem in eodem capite & de fratrum ſucceſſione. R. Cod. lib. v i.
CLXII.	XXXII.	Si mater alienare voluerit ea quæ ex filii ſucceſſione ad eam devoluta ſunt. R. Cod. lib. i i i. & v.
CLXIII.	XXXIII.	Quæ cauſæ repudii ſunt. R. Cod. lib. v.

XXXVII. CONSTITUTIO.

CLXIIII.	I.	Si quis unum ex liberis ſuis hæredem inſtituerit, & rogare voluerit

voluerit eum, ut tempore quo moritur hereditatem alii reſtituat. R. Cod. lib. vi.

CLXV. II. Si ſoluto matrimonio mulier ſecundas quidem non contraxerit nuptias: ante annum autem impletum ab aliquo ſtuprata ſit. R. Cod. lib. v.

XXXVIII. CONSTITUTIO.

CLXVI. I. De Quæſtoribus, id eſt, Præfectis Inſularum. R. Cod. lib. i.

XXXIX. CONSTITUTIO.

CLXVII. I. De Comite tertiæ Armeniæ. R. Cod lib. i.

CLXVIII. II. Si in ſecunda Armenia appellatio porrecta ſit. R. Cod. lib. vii.

XL. CONSTITUTIO.

CLXIX. I. De Tabellionibus, ſive de inſtrumentorum fide. R. Cod. lib. iiii.

CLXX. II. Idem. Tabelliones non ſcribant inſtrumenta in aliis cartis, &c. R. Cod. lib. iiii.

XLI. CONSTITUTIO.

CLXXI. I. De Judæis, Samaritis, & Hæreticis Curialibus. R. Cod. lib. i. & x.

CLXXII. II. De Teſtimoniis Hæreticorum. R. Cod. lib. i. & iiii.

XLII. CONSTITUTIO.

CLXXIII. I. De Præfatione inſtrumentorum. R. Cod. lib. iiii.

CLXXIIII. II. De Literis inſtrumentorum non ſcribendis.

XLIII. CONSTITUTIO.

CLXXV. I. Si quis modum ſubſtantiæ ſuæ in ſcriptis declaraverit. R. Cod. lib. iii.

XLIIII. CONSTITUTIO.

CLXXVI. I. De temporibus appellationum. R. Cod. lib. vii.

CLXXVII. II De Comparatione litterarum, ſive ex publico inſtrumento, ſive ex chirographo. R. Cod. lib. iiii.

CLXXVIII. III. De Jurejurando propter calumniam dando, vel propter dilationes petendas, aut probationes exigendas. R. Cod. lib. iii. & iiii.

XLV. CONSTITUTIO.

CLXXIX. I. Ut Scenicæ Mulieres non coarctentur in eadem turpitudine permanere. R. Cod. lib. v.

XLVI. CONSTITUTIO.

CLXXX. I. Ut cives vel vicani pro aliis civibus ſuis vel vicanis non teneantur. R. Cod. lib. iiii.

CLXXXI. II. Ut donationes in Imperatorem faciendæ, & ſine monumentis fiant. R. Cod. lib. viii.

XLVII. CONSTITUTIO.

CLXXXII. I. De Reis ab alio loco in alium retrahendis ex Divino Nutu, vel Juſſione Maximæ Poteſtatis. R. Cod. lib. ii.

CLXXXIII. II. Idem. Solent Actores qui in Conſtantinopolitana civitate homines trahere volunt, &c. R. Cod. lib. ii.

CLXXXIIII. III. De Admonitione reorum, ſive in jus vocando. R. Cod. lib ii.

CLXXXV. IIII. De Juratoriis Cautionibus. R Cod. lib. ii.

CLXXXVI. V. De Caſu militiæ. R. Cod. lib. ii. & xii.

CLXXXVII. VI. De Inope muliere, quæ ſine dote maritata eſt, quartam partem defuncto marito capere debet. lib. v.

XLVIII. CONSTITUTIO.

CLXXXVIII. I. De His qui ex libera matre & adſcripticio patre nati ſunt. R. Cod. lib. xi.

CCCcc

CLXXXIX. I. Si Venerabilis Locus cum alio Loco Venerabili rerum immobilium permutationem facere maluerit. R. Cod. lib. I.

XLIX. CONSTITUTIO.

CXC. I. Ut liceat Venerabilibus Locis perpetuos inter ſe contractus emphyteoſeos facere. R. Cod. lib. I.

L. CONSTITUTIO.

CXCI. I. De Emphaniſticis quæ à Clericis exiguntur. R. Cod. lib. I.

LI. CONSTITUTIO.

CXCII. I. Si Clerici Eccleſias ſuas dereliquerint. R. Cod. lib. I.
CXCIII. II. De Eo, qui Eccleſiam ædificat, vel annonas Clericis donat. R. Cod. lib. I.

LII. CONSTITUTIO.

CXCIIII. I. Si quis in domo ſua Oratorium habuerit. R. Cod. lib. I.

LIII. CONSTITUTIO.

CXCV. I. De Impenſis in funera mortuorum faciendis. R. Cod. lib. III.

LIIII. CONSTITUTIO.

CXCVI. I. De Creditoribus qui morientibus debitoribus ſuis imminent. R. Cod. lib. III.
CXCVII. II. Ut Magiſtratus Conſtantinopolitanæ civitatis cauſas in conventibus certis audiant, & ſententiam dicant. R. Cod. lib. III.

LV. CONSTITUTIO.

CXCVIII. I. De Jure propter nuptias donationum. R. Cod. lib. V.

LVI. CONSTITUTIO.

CXCIX. I. De Conſultationibus. R. Cod. lib. VII.
CC. II. De Ordine Senatorum. R. Cod. lib. XII.

LVII. CONSTITUTIO.

CCI. I. De Proſpectu maris. R. Cod. lib. VIII.

LVIII. CONSTITUTIO.

CCII. I. De Hortulanis Conſtantinopolitanæ civitatis. R. Cod. lib. IV. Novum eſt.

LIX. CONSTITUTIO.

CCIII. I. De Rebus immobilibus ad Eccleſiam Myſiæ pertinentibus. R. Cod. lib. I.

LX. CONSTITUTIO.

CCIIII. I. De Legibus, quas noſter Imperator de ordine Teſtamentorum poſuit. R. Cod. lib. VI.

LXI. CONSTITUTIO.

CCV. I. De His qui Eccleſiam, vel Oratorium ædificare volunt. R. Cod. lib. I.
CCVI. II. Si Epiſcopus multum tempus ad Eccleſiam ſuam defuerit. R. Cod. lib. I.
CCVII. III. De Alienatione rerum immobilium ad Eccleſias pertinentium. R. Cod. lib. I.

LXII. CONSTITUTIO.

CCVIII. I. De Conſtitutione Imperatoris quæ lata eſt de lucro ex morte liberorum contingente per pacta dotalia. R. Cod. lib. V. Tit. IX.

INCIPIUNT CAPITULA

PARTIS II. NOVELLARUM.

LXIII. CONSTITUTIO.

CCIX.	I.	De Juriſdictione Præſidum Provinciæ.	R. Cod. lib. I.
CCX.	II.	De Præſentibus reis.	R. Cod. lib. III.
CCXI.	III.	De Abſentibus reis.	R. Cod. lib. III.
CCXII.	IIII.	De Fori præſcriptione tollenda.	R. Cod. lib. III.
CCXIII.	V.	Quibus Fori præſcriptio denegatur.	R. Cod. lib. III.
CCXIIII.	VI.	De Vi & poteſtate Conſtitutionis.	R. Cod. lib. I.
CCXV.	VII.	Si præſentem Conſtitutionem Præſes neglexerit.	R. Cod. lib. IX.

LXIIII. CONSTITUTIO.

CCXVI.	I.	Ut Præfectoria Dignitas Curialem liberet.	R. Cod. lib. X.

LXV. CONSTITUTIO.

CCXVII.	I.	Qui tutores vel curatores pupillo, vel adoleſcenti, vel aliis perſonis dari poſſunt.	R. Cod. lib. V.
CCXVIII.	II.	Idem. Nemo qui dicit obnoxium pupillum habere vel eum qui curatione eget tutor, &c.	R. Cod. lib. V.
CCXIX.	III.	Idem. Quod ſi quis tutor conſtitutus aut curator neque obnoxium habeat eum cujus negotia gerit neque obnoxius ei ſit, &c.	R. Cod. lib. V.
CCXX.	IIII.	Idem. Ne autem unuſquiſque dicens ſe creditorem impuberis eſſe vel forte adoleſcentis, ab onere tutelæ vel curationis facile excuſetur.	R. Cod. lib. V.
CCXXI.	V.	Idem. Quod ſi quis adverſus ea tutor vel curator creari paſſus fuerit, &c.	R. Cod. lib. V.
CCXXII.	VI.	Idem. Nulli tutori vel curatori liceat, ſicut ſuperius diximus, nomina contra pupillum, vel forte adoleſcentem redimere. &c.	R. Cod. lib. V.
CCXXIII.	VII.	Idem. Hæc autem omnia de omnibus curatoribus poſita ſunt.	R. Cod. lib. V.
CCXXIIII.	VIII.	Nemo tutor vel curator compellatur pecuniam impuberis vel adoleſcentis forte mutuam dare, &c.	R. Cod. lib. V.
CCXXV.	IX.	Idem. Si pupillus reditus habeat ſibi ſufficientes.	R. Cod. lib. V.
CCXXVI.	X.	Idem. Quod ſi pupillus tantam pecuniam habeat ut ex ea adminiſtrationes rerum ipſius explicentur, &c.	R. Cod. lib. V.
CCXXVII.	XI.	Idem. Nam & ab initio antequam adminiſtrationi ſe immiſceat tutor vel curator cujuſvis perſonæ ſacramentum præſtet.	R. Cod. lib. V.

LXVI. CONSTITUTIO.

CCXXVIII.	I.	Quemadmodum depoſitum caute dari poteſt.	R. Cod. lib. IIII.
CCXXIX.	II.	Quemadmodum ſine Tabellione inſtrumentum caute fieri poteſt.	R. Cod. lib. IIII.
CCXXX.	III.	Si Litterarum fides à voce teſtium diſcrepet.	R. Cod. lib. IIII.
CCXXXI.	IIII.	De Contractibus incaute compoſitis.	R. Cod. lib. IIII.
CCXXXII.	V.	Quomodo Tabelliones caute debeant inſtrumenta componere.	R. Cod. lib. IIII.
CCXXXIII.	VI.	De Comparatione notarum.	R. Cod. lib. IIII.
CCXXXIIII.	VII.	De Comparatione litterarum.	R. Cod. lib. IIII.
CCXXXV.	VIII.	Idem. Omnia autem quæ de Comparationibus conſtituimus, &c.	R. Cod. lib. IIII.
CCXXXVI.	IX.	Imperiti litterarum quomodo debeant inſtrumenta componere.	R. Cod. lib. IIII.
CCXXXVII.	X.	De Contractibus ſine ſcriptis compoſitis.	R. Cod. lib. IIII.
CCXXXVIII.	XI.	De Vi & poteſtate Conſtitutionis in quantitate.	R. Cod. lib. IIII.

CCXXXIX. XII. De vi & poteſtate Conſtitutionis in loco. R. Cod. lib. IIII.
CCXL. XIII. De vi & poteſtate Conſtitutionis in tempore. R. Cod. lib. I.

LXVII. CONSTITUTIO.

CCXLI. I. Quomodo filii naturales legitimi fieri poſſunt. R. Cod. lib. V.
CCXLII. II. Quomodo legitimi fieri non poſſunt. R. Cod. lib. V.
CCLIII. III. Qui ſine dotalibus inſtrumentis nuptias contrahere poſſunt. R. Cod. lib. V.
CCXLIIII. IIII. Idem. Si quis, Divinis tactis Scripturis, juraverit mulieri, &c. R. Cod. lib. V.
CCXLV. V. Qui ſint legitimi filii, vel naturales, vel neutrum eorum, id eſt, ex damnata copulatione. R. Cod. lib. V.

LXVIII. CONSTITUTIO.

CCXLVI. I. De Appellationibus in Sicilie porrectis. R. Cod. lib. VII.

LXIX. CONSTITUTIO.

CCXLVII. I. Si Præſes Provinciæ ſupplices Provinciales contempſerit. R. Cod. lib. I.
CCXLVIII. II. Si cui Præſes Provinciæ ſuſpectus ſit. R. Cod. lib. I.
CCXLIX. III. De Provincialibus qui temere in Conſtantinopolitanem civitatem veniunt. R. Cod. lib. I.
CCL. IIII. Si Præſes Provinciæ injuriam fecerit. R. Cod. lib. I.
CCLI. V. De Officio Taxeotarum Præſidis. R. Cod. lib. I.
CCLII. VI. Si Epiſcopus ad gratiam Præſidis ſupplicem contempſerit. R. Cod. lib. I.
CCLIII. VII. De Officio Defenſorum, & de Epiſcopali audientia. R. Cod. lib. I.
CCLIIII. VIII. De Epiſcopis vel Clericis ad Conſtantinopolitanem civitatem venientibus. R. Cob. lib. I.
CCLV. IX. Ut nemo ultra ſportularum modum ſtatutum exigere audeat, & de officio Præſidis & Epiſcopi. R. Cod. lib. I.

LXX. CONSTITUTIO.

CCLVI. I. De Conſtitutione Imperatoris quæ loquitur de ſubſtantiis Monachorum vel Aſcetriarum. R. Cod. lib. I.

LXXI. CONSTITUTIO.

CCLVII. I. De His qui per capillum Dei vel caput jurant, vel alio modo blaſphemia contre Deum Immortalem utuntur. R. Cod. lib. I.

LXXII. CONSTITUTIO.

CCLVIII. I. De Jure aureorum anulorum. R. Cod. lib. VI.
CCLIX. II. De Reverentia & obſequio Patronis à libertis præſtando, & de ingratis libertis. R. Cod. lib. VI.
CCLX. III. Si libertinam ſuam Patronus uxorem maluerit. R. Cod. lib. VI.
CCLXI. IIII. Si quie ex ancilla ſua liberos habuerit, & dotalia inſtrumenta fecerit. R. Cod. lib. V.
CCLXII. V. Ratio Conſtitutionis. R. Cod. lib. I.
CCLXIII. VI. De Poteſtate Conſtitutionis in tempore. R. Cod. lib. I.

LXXIII. CONSTITUTIO.

CCLXIIII. I. Si quis in jus vocare Monachum vel Sanctimonialem conatur. R. Cod. lib. I.
CCLXV. II. Ut hæc Conſtitutio ad curam Magiſtratuum, & Epiſcoporum pertineat. R. Cod. lib. I.
CCLXVI. III. De Temeratoribus hujus Conſtitutionis. R. Cud. lib. I.
CCLXVII. IIII. Quorum hæc Conſtitutio intereſt. R. Cod. lib. I.

LXXIIII. CONSTITUTIO.

CCLXVIII. I. De Officio Quæſitoris. Novum eſt.
CCLXIX. II. Idem. Quod ſi non ruſtici ſint, ſed alterius conditionis; curet

		modis omnibus ut Judices titius altercationes eorum dirimant, & in ſuis redeant locis.
CCLXX.	III.	Idem. Quod ſi Domini ruſticorum, vel Judices imminentem ſibi Quæſitorem neglexerint, &c.
CCLXXI.	IIII.	Idem. Si quis autem ſine cauſa in hac civitate degat & paupertate laboret, &c.
CCLXXII.	V.	Idem. Si quis Quæſitorem adierit, dicens ab aliquo ſibi damnum datum fuiſſe, &c.
CCLXXIII.	VI.	Idem. De crimine falſitatis Quæſitor judicet.
CCLXXIIII.	VII.	Idem. Si Quæſitor adeuntes ſibi contempſerit ipſe de ſuo damna reſarciat.
CCLXXV.	VIII.	Idem. Neque Quæſitor, neque Officiales ejus & Miniſtri lucra ab aliquo capiant.
CCLXXVI.	IX.	Idem. Quæſitor licentiam habeat Judices inquietare.
CCLXXVII.	X.	Idem. Si Quæſitor æſtimaverit in Portibus Officiales ſuos mittere.
CCLXXVIII.	XI.	Idem. Apud Antiquos Legiſlatores ceſſationis accuſationes erant; quod Domino placet.
CCLXXIX.	XII.	Idem. Quæſitor & Conſiliarius, & Officialis ejus, neque in palatio noſtro aliquid.

LXXV. CONSTITUTIO.

CCLXXX.	I.	Quomodo jus poteſtatis diſſolvitur. R. Cod. lib. VII. & XII.
CCLXXXI.	II.	De Legitimis perſonis. R. Cod. lib. VI.
CCLXXXII.	III.	Ut Epiſcopatus Honor jus poteſtatis diſſolvat. lib. I. & XII.

LXXVI. CONSTITUTIO.

CCLXXXIII.	I.	De Judicibus. Eos Judices quos Divæ memoriæ Zenonis Conſtitutio Diætetas vocat. R. Cod. lib. III.
CCLXXXIIII.	II.	Idem. Et Judices quidem poſt Magiſtratum Populi Romani iſtos eſſe ſancimus, &c.
CCLXXXV.	III.	Idem. Sedere autem Judices volumus in Baſilica, mane uſque ad veſperum.
CCLXXXVI.	IIII.	De Provocationibus. R. Cod. lib. VII.
CCLXXXVII.	V.	De Juriſdictione Judicum. R. Cod. lib. III.
CCLXXXVIII.	VI.	De Provocationibus & Reparationibus. R. Cod. lib. VII.
CCLXXXIX.	VII.	De Sportulis & Officio Judicum. R. Cod. lib. III.
CCXC.	VIII.	De Judicibus mortuis. R. Cod. lib. III.
CCXCI.	IX.	De Solaciis Judicum. R. Cod. lib. III.
CCXCII.	X.	De Definitivis Sententiis. R. Cod. lib. III.
CCXCIII.	XI.	De Legibus Judicialibus. R. Cod. lib. III.
CCXCIIII.	XII.	Ut Arbitri per compromiſſum non per ſacramentum aſſumantur. R Cod. lib. II.
CCXCV.	XIII.	De Provocationibus & Retractationibus. R. Cod. lib. VII.
CCXCVI.	XIIII.	De Diverſis Reſcriptis & de Provocationibus. R. Cod. lib. VII.
CCXCVII.	XV.	De Relationibus. R. Cod. lib. VII.

LXXVII. CONSTITUTIO.

CCXCVIII.	I.	Si quis Clericum in jus vocare maluerit tam in pecuniaria quam in criminali cauſa. R. Cod. lib. I.
CCXCIX.	II.	De Judiciis. R. Cod. lib. III.

LXXVIII. CONSTITUTIO.

CCC.	I.	De Succeſſionibus quæ ab inteſtato fratribus deferuntur. R. Cod. lib. VI.

LXXIX. CONSTITUTIO.

CCCI.	I.	De Fabricenſibus, & qui arma gerere poſſunt. R. Cod. lib. XI.
CCCII.	II.	Idem. Hæc autem obſervari oportet, & non ſolum ab ipſis Balliſtariis, &c. R. Cod. lib. XI.
CCCIII.	III.	Idem. Sancimus, ut privatus homo arma non faciat ſed ſoli Fabricenſes, &c.

Ut ſ.

CCCIIII. IIII. Idem. Nemo privatus faciat aut comparet arcus, vel tela, vel ſpatas, &c. Ut ſ.

CCCV. V. Idem. Sciant Cartularii ſcrinii fabricæ quod ſi hæc ſaluberrima, &c. Ut. ſ.

LXXX. CONSTITUTIO.

CCCVI. I. De Diverſis Donationibus à Curialibus non faciendis. R. Cod. lib. x.

LXXXI. CONSTITUTIO.

CCCVII. I. De Rebus depoſitis & de his qui denuntiant, ut depoſita non reddantur. R. Cod. lib. III. & IIII.

CCCVIII. II. De His qui denuntiant ut civiles annonæ vel penſiones non ſolvantur. R. Cod. lib. I. & IIII.

LXXXII. CONSTITUTIO.

CCCIX. I. De Liberis naturalibus. R. Cod. lib. v.

CCCX. II. Idem. Si Curialis naturales tantum filios habuerit liceat ei manumittere eos. R. Cod. lib. v.

CCCXI. III. Idem. Si naturalis filius Curiæ datus fuerit, legitimus patri, &c. R. Cod. lib. v.

CCCXII. IIII. Idem. Si filius Curiæ datur, ipſi patri tantummodo legitimus fiat, &c. R. Cod. lib. v.

CCCXIII. V. Idem. Si quis Curiæ datus & legitimus factus deceſſerit. R. Cod. lib. v.

CCCXIIII. VI. Idem. Si quis naturales habuerit liberos, poſteaque decedens in teſtamento ſuo Curiæ eos dederit. R. Cod. lib. v.

CCCXV. VII. Idem. Zenonis Divæ memoriæ Conſtitutio & Anaſtaſii lex de naturalibus liberis poſita maneat. R. Cod. lib. v.

CCCXVI. VIII. Idem. Si quis cum libera muliere conſuetudinem habuerit, &c. R. Cod. lib. v.

CCCXVII. IX. Idem. Si quis filios habuerit naturales, eorum autem mater mortua ſit, &c. R. Cod. lib. v.

CCCXVIII. X. Idem. Si pater naturalis dum vivit præcedentes obſervationes non fecerit. R. Cod. lib. v.

CCCXIX. XI. Idem. Hæc autem omnia totiens locum habeant quotiens & ipſi liberi naturales conſentiunt. R. Cod. lib. v.

CCCXX. XII. Idem. Si quis liberos naturales habuerit, ſiquidem legitimos prædictis modis fecerit. R. Cod. lib. v.

CCCXXI. XIII. Idem. Sed quemadmodum liberis naturalibus conſultum eſt, ſic & ipſis patribus. R. Cod. lib. v.

CCCXXII. XIV. Idem. Si pater naturalis aliquid dederit vel reliquerit filio. R. Cod. lib. v.

CCCXXIII. XV. Idem. Hæc conſtitutio non pertinet ad eos liberos qui ex nefariis procreationibus procreati ſunt. R. Cod. lib. I.

LXXXIII. CONSTITUTIO.

CCCXXIIII. I. De teſtibus. Nullius recipiatur teſtimonium niſi illius qui ſit bonæ opinionis. R. Cod. lib. IIII.

CCCXXV. II. Idem. Si quis in una eademque lite, tres teſtes produxerit & renunciaverit teſtium productioni. R. Cod. lib. IIII. Dig. XXII.

CCCXXVI. III. Idem. Antiquitus eſt conſtitutum, ut ſi in hac Florentiſſima Civitate litigium fuerit motum, &c. R. Cod. l. IIII. Dig. XXII.

CCCXXVII. IIII. Idem. Si teſtis productus ſervus eſſe dicatur, ille autem dicat ſe liberum eſſe.

CCCXXVIII. V. Idem. Si quis dixerit teſtem productum inimicum ſuum eſſe, &c.

CCCXXIX. VI. Idem. Si quis mediatorem ſe partibus dixerit, ideoque ſe non oportere teſtimonium in alterutrum eorum dicere.

CCCXXX. VII. Idem. Teſtium productio apud Judices vel defenſores, vel Magiſtratus cenſus non aliter valeat, niſi præſente adverſaria parte.

CCCXXXI. VIII. Idem. Omnia autem jure quæ poſite ſunt jam vel à retrò Principibus, vel à Nobis de teſtibus maneant intacta.

LXXXIIII. CONSTITUTIO.

CCCXXXII. I. Ut dos prioris uxoris præferatur doti ſecundæ uxoris, ſive ipſa, ſive liberis ejus agentibus. R. Cod. lib. v. vii. & viii.

CCCXXXIII. II. Si per maritum ſteterit quo minus dôs ei promiſſa præſtetur. R. Cod. lib. viii.

LXXXV. CONSTITUTIO.

CCCXXXIIII. I. De Immodicis & inofficioſis donationibus. R. Cod. lib. iii.

LXXXVI. CONSTITUTIO.

CCCXXXV. I. Si appellatione introducta compromiſſarium Arbitrum litigatores elegerint. R. Cod. lib. ii. & vii.

LXXXVII. CONSTITUTIO.

CCCXXXVI. I. Si mater filiorum ſuorum tutelam gubernare maluerit. R. Cod. lib. v.

LXXXVIII. CONSTITUTIO.

CCCXXXVII. I. De Officio omnium Magiſtratuum Provincialium, & de quinquaginta diebus. R. Cod. lib. i.

LXXXIX. CONSTITUTIO.

CCCXXXVIII. I. De In jus vocando. R. Cod. lib. ii.

CCCXXXIX. II. Idem. Si quis ab aliquo fuerit accuſatus & voluerit ipſum accuſatorem ſuum accuſare. R. Cod. lib. ix.

XC. CONSTITUTIO.

CCCXL. I. De Exæquatione dotis & propter nuptias donationis. R. Cod. lib. v.

CCCXLI. II. Quando licet mulieri dotem ſuam augere. R. Cod. lib. v.

CCCXLII. III. De Privilegiis dotis. R. Cod lib. vi.

CCCXLIII. IIII. De Privilegio creditoris qui militiæ cauſa marito mutuavit. R Cod lib vii.

CCCXLIIII. V. Ut eadem quantitas doris in ſecundis nuptiis filiis à patre conſervetur. R. Cod. lib. v.

CCCXLV. VI. De collatione dotis. R. Cod. lib. vi.

XCI. CONSTITUTIO.

CCCXLVI. I. Ut proprietas dotis, vel ante nuptias donationis, mortua alterutra perſona filiis communibus conſervetur. R. Cod. lib. v.

CCCXLVII. II. Ut Repudio, vel BONA GRATIA ſoluto matrimonio; id quod ab alterutra perſona lucrata eſt, filio ſuo conſervet, & de alendis liberis à parentibus ſuis. R. Cod. lib. v.

XCII. CONSTITUTIO.

CCCXLVIII. I. De Reis promittendi. R. Cod. lib. viii.

XCIII. CONSTITUTIO.

CCCXLIX. I. De Dote cauta, & non numerata. R. Cod. lib. v.

CCCL. II. De Poteſtate Conſtitutionis in tempore. R. Cod. lib. v.

XCIIII. CONSTITUTIO.

CCCLI. I. De Curialibus. R. Cod. lib. x.

CCCLII. II. Idem. Sed & ſi quis donaverit alicui non minus novem unciis res: & poſtea paratus ſit Curialia munere implere cum liberis ſuis.

CCCLIII. III. Idem. Si Curialis res ſuas ita ut diximus, non Curiali donet; non aliter rerum traditio fiat niſi in geſtis ſine ullo damno celebrandis.

CCCLIIII. IIII. Idem. Si quis ex teſtamento, vel inteſtato non Curialis heres Curiali extiſtat.

CCCLV. V. Idem. Si Curialis habuerit filiam eaque nupta fuerit Curiali, vel aliqois paratus ſit eam uxorem ducere, ut munera Curialia impleat.

XCV. CONSTITUTIO.

CCCLVI. I. Da Officio Moderatoris Arabiæ. R. Cod. lib. I.

XCVI. CONSTITUTIO.

CCCLVII. I. Da Officio Proconſolis Paleſtinæ. R. Cod. lib. I.

XCVII. CONSTITUTIO.

CCCLVIII. I. Provocariones à Sicilia in hac civitate venientes apud Excellentiſſimum Quæſtorem ventilari. R. Cod. lib. I.

XCVIII. CONSTITUTIO.

CCCLIX. I. De Conſulibus. R. Cod. lib. II. & XII.

XCIX. CONSTITUTIO.

CCCLX. I. De Nautico Fœoore. R. Cod. lib. IIII.

C. CONSTITUTIO.

CCCLXI. I. Da Voluntatibus parentium in diſtributionem patrimonii faciendis. R. Cod. lib. III. & VI.

CCCLXII. II. Idem. Quia autem ſcimus qooſdam rerum ſuarum inter liberos proprios diſtributiooem facere.

CI. CONSTITUTIO.

CCCLXIII. I. De Fideicommiſſariis hæreditatibus. R. Cod. lib. VI.

CII. CONSTITUTIO.

CCCLXIIII. I. De Hæreticis. R. Cod. lib. I.

CIII. CONSTITUTIO.

CCCXLV. I. De Nautico Fœnore. R. Cod. lib. IIII.

CIIII. CONSTITUTIO.

CCCLXVI. I. De Præſcriptione centum annorum ſublata quæ Sanctis Eccleſiis, vel aliis Locis venerabilibus competebat. R. Cod. lib. I.

CV. CONSTITUTIO.

CCCLXVII. I. De Litigioſis. R. Cod. lib. VIII.

CCCLXVIII. II. De Interlocutionibus Judicum per quas accuſati rei conveniri jubentur, & de Satiſdationibus. R. Cod. lib. VIII.

CCCLXIX. III. Si admonito reo Actor judicium deſeruerit. R. Cod. lib. III.

CVI. CONSTITUTIO.

CCCLXX. I. De Pragmaticis Sanctionibus, & de diverſis Juſſionibus Principis, & officio Judicum & judiciorum ordine, & definitivis ſententiis. R. Cod. lib. I. & III. & VII.

CVII. CONSTITUTIO.

CCCLXXI. I. Si nova lex poſt porrectam provocationem promulgetur, &c. R. Cod. lib. I & VII.

CCCLXXII. II. Da His qui poſt renuntiationem adverſariorum habere ſe dicunt allegationes. R. Cod. lib VIII.

CCCLXXIII. III. Qoæ ſunt cauſæ juſtæ liberorum exheredationis. R. Cod. lib. III.

CCCLXXIIII. IIII. De Inofficioſo Teſtamento. R. Cod. lib. III.

CCCLXXV. V. Quæ ſunt juſtæ cauſæ parentum exheredationis, ſive præteritionis. R. Cod. lib. III. & VI.

CCCLXXVI. VI. Ut non liceat creditori debitora ſuo mortuo ante novem luctuoſos

		ctuoſos dies aliquem moleſtare, propter hoc quod defunctus debebat. R Cod lib IIII.
CCCLXXVII.	VII.	Pecuniæ conſtitutæ. R. Cod. lib. IIII.

CVIII. CONSTITUTIO.

CCCLXXVIII.	I.	Si mater vel avia filiomfamilias heredem inſtituerit ut pater ipſius uſumfructum hereditatis non habeat, & de donationibus, & aliis liberalitatibus, &c. R. Cod. lib. V. & VIII.
CCCLXXIX.	II.	De Eo qui filius ab aliquo inſtrumento nominatus eſt. R Cod. lib. IIII. VI. VII.
CCCLXXX.	III.	De Muliere quæ ſine dotalibus inſtrumentis maritata eſt, & de Filiis ex tali matrimonio natis. R. Cod. lib. V.
CCCLXXXI.	IIII.	De Nnptiis. R. Cod. lib. V.
CCCLXXXII.	V.	De Leoniana & Conſtantiniana Lege. R. Cod. lib. V.
CCCLXXXIII.	VI.	De Liberis ex eodem matrimonio natis quod repudio diſſolutum eſt, quemadmodum alantur. R. Cod. lib. V.
CCCLXXXIIII.	VII.	De Repudiis à marito mittendis. R. Cod. lib. V.
CCCLXXXV.	VIII.	De Repudiis ab uxore mittendis. R. Cod. lib. V.
CCCLXXXVI.	IX.	Non liceat conſenſu matrimonium ſolvere niſi ex cauſa probabili. R. Cod. lib. V.
CCCLXXXVII.	X.	De Usoribus militum. R. Cod. lib. V.
CCCLXXXVIII.	XI.	Ex quibus cauſis matrimonia ſine pœna ſolvuntur. R. Cod. lib. V.
CCCLXXXIX.	XII.	Si mulier marito ſuo ſine juſta cauſa repudium miſerit. R. Cod. lib. V.
CCCXC.	XIII.	Si quis uxorem ſuam flagellis, vel lignis caſtigaverit. R. Cod lib. V.
CCCXCI.	XIIII.	Si quis ſuſpicatus fuerit de aliquo velle eum pudoris uxori ſuæ inludere. R. Cod. lib. V.
CCCXCII.	XV.	Si poſt tres conteſtationes invenerit maritus uxorem ſuam in Sancto Loco cum ſuſpecto homine conloquium habentem. R. Cod. lib. V. Sed hoc novum eſt.

CIX. CONSTITUTIO.

CCCXCIII.	I.	De Hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. R. Cod. lib. VI.
CCCXCIIII.	II.	Idem. De aſcendentibus autem perſonis talis obſervatio teneat.
CCCXCV.	III.	Idem. Reliquum eſt inſpicare de tertio ordine ex latere venientium perſonarum; quæ in agnatos & cognatos dividuntur.
CCCXCVI.	IIII.	De Legitima Tutela, & de Matre, & Avia tutelam liberorum adminiſtrantibus. R. Cod. lib. V.
CCCXCVII.	V.	De Vi & poteſtate Conſtitutionis in perſonis & temporibus. R. Cod. lib. V.

CX. CONSTITUTIO.

CCCXCVIII.	I.	Ut donatio propter nuptias non indigeat inſinuatione mouumeutotum. R. Cod. lib. V.
CCCXCIX.	II.	Qui ſervos ſuos manumittere poſſunt, vel non. R. Cod. lib. VII.
CCCC.	III.	Si quis in aliquo inſtrumento alterius inſtrumenti mentionem fecerit. R. Cod. lib. IIII.
CCCCI.	IIII.	De Appellationibus. R. Cod. lib. VII.
CCCCII.	V.	De Retractationibus Sententiarum Præfecti Prætorii. R. Cod. lib. VII.
CCCCIII.	VI.	Si minor viginti quinque annis reſtitutionem adverſus aditionem hereditatis petere maluerit. R Cod. lib. II.
CCCCIIII.	VII.	De Mala Fide poſſeſſoribus & res alienas alienantibus. R. Cod. lib. VII.
CCCCV.	VIII.	De Præſentibus & Abſentibus intra decennii præſcriptionem. R. Cod. lib. VII.

CCCCVI. IX. De Teſtatore non cogendo ſua propria manu vel teſtium, nomina heredum ſcribere. R. Cod. lib. VI.

CCCCVII. X. De Rebus Immobilibus, quæ ad Loca Venerabilia pertinent. R. Cod. lib. I.

CCCCVIII. XI. Si quis familæ ſuæ legaverit, vel aliæ perſonæ legatum reliquerit, & rei legatæ alienationem prohibuerit. R. Cod. lib. VI.

CXI. CONSTITUTIO.

CCCCIX. I. De Alienationibus & aliis Contractibus immobilium rerum, vel Annonarum civilium, vel ruſticorum Mancipiorum. R. Cod. lib. I.

CCCCX. II. Idem. De aliis autem Sacroſanctis Eccleſiis, & Monaſteriis, Xenonibus & Noſocomiis, & cæteris Religioſis Domibus. R. Cod. lib. I.

CCCCXI. III. Idem. Nulli liceat Monaſterium alienare, &c. R. Cod. lib. I.

CCCCXII. IIII. Idem. Si quis autem Conductor vel Emphyteuticarius rei quæ ad Locum Religioſum pertinet, &c. R. Cod. lib. I.

CCCCXIII. V. Idem. Sanctiſſimis Eccleſiis Odeſſi, &c. R. Cod. lib. I.

CCCCXIIII. VI. Idem. Si quis cuicunque Sancto Loco vel in Imperiali Civitate, &c.

CCCCXV. VII. Idem. Si quis uſus nomine rem immobilem ab Eccleſia Provinciali accipere velit.

CCCCXVI. VIII. De Sacris Vaſis cujuſcumque Eccleſiæ vel Oratorii. R. Cod. lib. I.

CCCCXVII. IX. Quibus pœnis ſubjiciuntur, qui præſentem conſtitutionem violaverint. R. Cod. lib. I.

CCCCXVIII. X. De Vi ac poteſtate conſtitutionis in tempore. R. Cod. lib. I.

CXII. CONSTITUTIO.

CCCCXIX. I. Ut Judices nulla relatione utantur ad Principem. R. Cod. lib. III. & VII.

CXIII. CONSTITUTIO.

CCCCXX. I. Quomodo Sacrum Auditorium celebrari oportet. R. Cod. lib. VII.

CCCCXXI. II. De Appellationibus. R. Cod. lib. VII.

CCCCXXII. III. Idem. Omnes Judices legibus non interdictam provocationem intra ſtatutos dies recipere non recuſent.

CXIIII. CONSTITUTIO.

CCCCXXIII. I. De Succeſſione quæ ab inteſtato defertur fratribus & parentibus & filiis fratrum. R. Cod. lib. VI.

CCCCXXIIII. II. Si propter nuptias Donatio geſtis intimata non fuerit. R. Cod. lib. V.

CCCCXXV. III. De His qui ſecundas nuptias non contrahunt ſine cauſa. R. Cod. lib. V.

CCCCXXVI. IIII. Si vir & uxor ſine cauſa legitimum matrimonium ſolverit. R. Cod. lib. V.

CXV. CONSTITUTIO.

CCCCXXVII. I. De Propoſito Conſtitutionis. R. Cod. lib. I.

CCCCXXVIII. II. De Epiſcoporum Conſecratione. R. Cod. lib. I.

CCCCXXIX. III. De Accuſatoribus Epiſcoporum. R. Cod. lib. I.

CCCCXXX. IIII. Ut nulla pecunia data Epiſcopi conſecrentur. R. Cod. lib. I.

CCCCXXXI. V. Si Epiſcopus ante conſecrationem ſuam vel poſtea Venerabili Loco res ſuas obtulerit. R. Cod. lib. I.

CCCCXXXII. VI. De Servis, & Adſcripticiis, & Taxeotis, & Curialibus ad Epiſcopatum pervenientibus. R. Cod. lib. I.

CCCCXXXIII. VII. De Presbyteris, & Diaconis, & Subdiaconis jure cognationis ad tutelam vel curationem vocatis. R. Cod. lib. I.

CCCCXXXIIII. VIII. De Clericis, ut Exceptores vel Exactores publicarum tributionum, aut Conductores vectigalium, vel aliarum poſſeſſionum, vel Curatores domus, vel Procuratores litis,

		vel Fidejuſſores in talibus cauſis non fiant. R. Cod. lib. 1.
CCCCXXXV.	IX.	De Epiſcopis in judicium teſtimonii cauſa vocatis. R. Cod. lib. 1.
CCCCXXXVI.	X.	De Epiſcopis in judicium non vocandis. R. Cod. lib. 1.
CCCCXXXVII.	XI.	De Epiſcoporum profectione. R. Cod. lib. 1.
CCCCXXXVIII.	XII.	De Conciliis Epiſcoporum per ſingulos annos faciendis. R. Cod. lib. 1.
CCCCXXXIX.	XIII.	De Epiſcopis & aliis Religioſis viris tablizantibus. R. Cod. lib. 1.
CCCCXL.	XIIII.	Ut nullus Epiſcopus cogatur ſubjectum ſibi Clericum de ſuo Clero dimittere. R. Cod. lib. 1.
CCCCXLI.	XV.	De His qui ſine cauſa excommunicant. R. Cod. lib. 1.
CCCCXLII.	XVI.	De Epiſcopis ſua manu cædentibus. R. Cod. lib. 1.
CCCCXLIII.	XVII.	Si expulſus Epiſcopus ab Eccleſia ſua ingredi civitatem, de qua repulſus eſt, auſus fuerit. R. Cod. lib. 1.
CCCCXLIIII.	XVIII.	Quales homines Clerici fieri debent. R. Cod. lib. 1.
CCCCXLV.	XIX.	Cujus ætatis Clericus fieri debeat. R. Cod. lib. 1.
CCCCXLVI.	XX.	De Accuſationibus Clericorum. R. Cod. lib. 1.
CCCCXLVII.	XXI.	De Nuptiis Clericorum. R. Cod. lib. 1.
CCCCXLVIII.	XXII.	De Curialibus & Taxeotis ad Clericatus honorem venientibus. R. Cod. lib. 1.
CCCCXLIX.	XXIII.	Si Monachus Clericatus honorem meruerit. R. Cod. lib. 1.
CCCCL.	XXIIII.	De His qui ante tempora conſtituta Clerici facti ſunt. R. Cod. lib. 1.
CCCCLI.	XXV.	Ut Clerici ſine pecunia fiant. R. Cod. lib. 1.
CCCCLII.	XXVI.	Ut Locorum Venerabilium Adminiſtratores ſine pecunia fiant. R. Cod. lib. 1.
CCCCLIII.	XXVII.	De Adminiſtrationibus Venerabilium Locorum res ſuas offerentibus. R. Cod. lib. 1.
CCCCLIIII.	XXVIII.	Si Servus Clericus fiat. R. Cod. lib. 1.
CCCCLV.	XXIX.	Si Adſcriptitius Clericus fiat. R. Cod. lib. 1.
CCCCLVI.	XXX.	De Clericis electis ab ædificatoribus Venerabilium Locorum, vel heredibus eorum. R. Cod. lib. 1.
CCCCLVII.	XXXI.	De Clericis Miniſterium Dei non implentibus. R. Cod. lib. 1.
CCCCLVIII.	XXXII.	De Peculio quaſi caſtrenſi Clericorum, & Significatione Clericatus. R. Cod. lib. 1.
CCCCLIX.	XXXIII.	De Teſtimoniis Clericorum. R. Cod. lib. 1.
CCCCLX.	XXXIIII.	De Clericis, vel Monachis, vel Diaconis, vel Aſceteriis conveniendis in civili vel criminali cauſa. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXI.	XXXV.	De Iiſdem perſonis pro Canonica cauſa conveniendis. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXII.	XXXVI.	De Rebus dubiis in Conciliis Epiſcoporum emergentibus. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXIII.	XXXVII.	Si Clericus vel quivis alius contra Epiſcopum adire poteſtatem maluerit. R. Cod. lib. 1.
CCCCLIIII.	XXXVIII.	Si quis contra Metropolitanum adire poteſtatem maluerit. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXV.	XXXIX.	De Epiſcopis apud Judicem vocatis. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXVI.	XL.	De Adminiſtratoribus Venerabilium Locorum propter adminiſtrationem ſuam in judicium vocatis. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXVII.	XLI.	De Heredibus eorum, qui res Venerabilium Locorum geſſerunt. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXVIII.	XLII.	De Epiſcopis & Clericis in Regia civitate conveniendis. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXIX.	XLIII.	De Apocriſariis. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXX.	XLIIII.	De Epiſcopis & Clericis pro civitate vel Eccleſia ſua, vel conſecratione Epiſcopi in qualemcumque

		locum pervenientibus.	R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXI.	XLV.	De Executione Religioſæ perſonæ.	R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXII.	XLVI.	De Sportulis Religioſæ perſonæ.	R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXIII.	XLVII.	De Epiſcopis pro rebus Eccleſiæ non convenien-dis.	R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXIIII.	XLVIII.	De His qui Sportulas exigunt ultra modum ſtatu-tum.	R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXV.	XLIX.	De Clericis qui mulieres in domo ſua habent.	R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXVI.	L.	De Epiſcopis qui cum mulieribus habitant.	R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXVII.	LI.	De Diaconiſſis quæ cum Maſculis habitant, & de Liberis earum.	R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXVIII.	LII.	Si quis inter celebranda Divina Miſteria Miniſtris Dei injuriam fecerit.	R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXIX.	LIII.	De Litaniis Laïcorum.	R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXX.	LIIII.	De Monachis & Monaſteriis.	R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXXI.	LV.	Idem. Si quis Monachus eſſe velit.	
CCCCLXXXII.	LVI.	Idem. Monachi in una domo habitent communi-ter, alantur in una domo.	
CCCCLXXXIII.	LVII.	Idem. In nullo loco Monachos vel Monachas per-mittimus in unum Monaſterium habitare.	
CCCCLXXXIIII.	LVIII.	Idem. Si quis ſub conditione nuptiarum, vel libe-rorum, vel dotis cauſa, vel ante nuptias dona-tionis donaverit vel reliquerit.	
CCCCLXXXV.	LIX.	Idem. Si mulier vel vir ad ſolitariam vitam tran-ſierit & liberos non habeat.	
CCCCLXXXVI.	LX.	Idem. Si ſponſalia legitime inter ſponſum & ſpon-ſam contracta fuerint, & unus ex his in Monaſ-terio intraverit.	
CCCCLXXXVII.	LXI.	Idem. Si conſtante matrimonio ſolos vir vel ſola uxor ad ſolitariam vitam tranſierit.	
CCCCLXXXVIII.	LXII.	Idem. Non liceat parentibus liberos vel liberis pa-rentes hereditate ſua repellere Monachos.	
CCCCLXXXIX.	LXIII.	Non liceat parentibus ſuos liberos ad ſolitariam vitam tranſeuntes, &c.	
CCCCXC.	LXIIII.	Idem. Si quis Monaſterium ſuum reliquerit.	
CCCCXCI.	LXV.	Idem. Agant ſollicitudinem Epiſcopi ut neque Mo-nachi neque Monachæ in civitate ambulent.	
CCCCXCII.	LXVI.	Idem. Monachus ſi Laïcus factus fuerit, &c.	
CCCCXCIII.	LXVII.	Idem. Si quis rapuerit vel ſollicitaverit vel corru-perit Aſcetriam.	
CCCCXCIIII.	LXVIII.	Idem. Non liceat Laïco, præſertim ſcenicis viris & mulieribus proſtitutis, habitu Religioſorum uti.	
CCCCXCV.	LXIX.	De Pœnis quæ præſenti lege continentur.	R. Cod. lib. 1.

CXVI. CONSTITUTIO.

CCCCXCVI.	I.	De Samaritis.	R. Cod. lib. 1.

CXVII. CONSTITUTIO.

CCCCXCVII.	I.	De Alienationibus a Teſtatore prohibitis in Teſta-mento vel Codicillis.	
CCCCXCVIII.	II.	Idem. Si quis extra familiam ſuam alienationem fieri prohibuerit.	
CCCCXCIX.	III.	Idem. Si quis prohibuit rem extra ſuam propriam familiam alienare, & adjecerit, &c.	

CXVIII. CONSTITUTIO.

D.	I.	De argenti Diſtractoribus.	R. Cod. lib. IIII.
DI.	II.	Idem. Argenti Diſtractoris militia vel liberorum vel cognatorum ejus, &c.	
DII.	III.	Idem. Si quis argenti Diſtractori credit ut res ali-	

		quas ſibi ex pecunia mutua, &c.	
DIII.	IIII.	Idem. Liceat argenti Diſtractoribus & ipſas ſpecies quas præſtiterunt vindicare.	
DIIII.	V.	Idem. Argenti Diſtractores pro pecuniis quas crediderunt uſuras uſque ad beſſem centeſimum capiant.	
DV.	VI.	Idem. Qui cum Argyroptata contrahunt, &c.	

CXIX. CONSTITUTIO.

DVI.	I.	De Sanctis quatuor Conciliis.	R. Cod. lib. I.
DVII.	II.	De Ordine Patriarcharum.	R. Cod. lib. I.
DVIII.	III.	De Archiepiſcopis primæ Juſtinianæ.	R. Cod. lib. I.
DIX.	IIII.	De Epiſcopo Carthaginienſi.	R. Cod. lib. I.
DX.	V.	De Privilegiis poſſeſſionum ad Venerabiles Locos pertinentium.	R. Cod. lib. I.
DXI.	VI.	De Præſcriptione XL. annorum Venerabilibus Locis competente.	R. Cod. lib. I.
DXII.	VII.	De Ædificatione Venerabilium Locorum.	R. Cod. lib. I.
DXIII.	VIII.	Si quis in Proaſtio, vel domo, vel fundo, Eccleſiaſtica Miniſtaria fecerit.	R. Cod. lib. I.
DXIIII.	IX.	Si quis in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti hereditatem vel legatum reliquerit.	R. Cod. lib. I.
DXV.	X.	Si quis in nomine Sancti Martyris hereditatem vel legatum reliquerit.	R. Cod. lib. I.
DXVI.	XI.	Si quis in ultimam voluntatem Domum Religioſam fieri diſpoſuerit.	R. Cod. lib. I.
DXVII.	XII.	De Redemptione captivorum, vel alimoniis pauperum.	R. Cod. lib. I.
DXVIII.	XIII.	Si heredes piam diſpoſitionem implere noluerint.	R. Cod. lib. I.
DXIX.	XIIII.	Si heredes teſtatoris ſubſtantiam non ſufficere dixerint.	R. Cod. lib. I.
DXX.	XV.	Si intra ſex menſes pia voluntas impleta non fuerit.	R. Cod. lib. I.
DXXI.	XVI.	De Legatis Annalibus ad Religioſa Loca pertinentibus.	R. Cod. lib. I.
DXXII.	XVII.	De Teſtamento Epiſcopi vel Adminiſtratoris Venerabilis Loci.	R. Cod. lib. I.
DXXIII.	XVIII.	De Succeſſione ab inteſtato veniente Epiſcopi vel Clerici, vel cujuſcumque alterius Religioſæ perſonæ.	R. Cod. lib. I.
DXXIIII.	XIX.	De Contractibus eorum qui fidem Catholicam non recipiunt.	R. Cod. lib. I.

CXX. CONSTITUTIO.

DXXV.	I.	De Officiis in examinatione provocationum miniſteria præbentibus.	R. Cod. lib. I. VII. XII.

CXXI. CONSTITUTIO.

DXXVI.	I.	De Privilegiis dignitatum, ſive de Procuratoribus.	R. Cod. lib. XII. & II.

CXXII. CONSTITUTIO.

DXXVII.	I.	Ut ipſo litis initio Litigatores jurent quod nihil judicibus dederunt aut promiſerunt.	
DXXVIII.	II.	Ut prohibeant Judices ſupra dictum modum Sportulas exigi.	
DXXIX.	III.	Si quis illicite Sportulas exigat.	
DXXX.	IIII.	Idem. Lex quæ poſita eſt in primo libro Codicis qua cavetur, &c.	
DXXXI.	V.	De Officio Referendariorum.	

CXXIII. CONSTITUTIO.

DXXXII.	I.	De Tranſitu militum.	
DXXXIII.	II.	Idem. Milites pro annonis ſuis eas ſpecies accipere debent quas per ſingula loca inveniri certum eſt.	
DXXXIIII.	III.	Idem. Si collatores ſumptus militibus erogaverint, &c.	

DXXXV.	IIII.	Idem. Neque Magiſtri militum, neque milites occaſione tranſitus ſui adærationem aliquam a civitatibus vel a Provinciis exigere audeant.
DXXXVI.	V.	Idem. Si quis Duces vel milites, vel optiones eorum recautam non fecerint.
DXXXVII.	VI.	Idem. Duces vel Diaſoſtas exercitus Legatarios ante mittere debent.
DXXXVIII.	VII.	Idem. Si quis Judex Provinciæ cum Diaſoſta inluſerit ut militibus nullus apparatus, &c.
DXXXIX.	VIII.	Idem. Hæc omnia oportet obſervari, &c.
DXL.	IX.	Idem. Nemo militum in ea cenatione hoſpitium ſibi, &c.

CXXIIII. CONSTITUTIO.

DXLI.	I.	De Exactionibus ſive Delegationibus tributorum.
DXLII.	II.	Idem. Inlationes ſpecierum intra exordium uniuſcujuſque indictionis fieri oportet.
DLXIII.	III.	De Apochis publicis.
DXLIIII.	IIII.	Idem. Si quis de Collatoribus tributa exigat, debitas autem de modo poſſeſſionis, &c.
DXLV.	V.	Idem. Nolumus Collatores compelli ad denominandos Suſceptores earum, &c.
DXLVI.	VI.	Idem. Jubemus per ſingulas Provincias Canonicarios deſtinari qui tributa exigant.
DXLVII.	VII.	Quando ſteriles agri fertilibus imponantur.
DXLVIII.	VIII.	Idem. Quoties dominus alicujus poſſeſſionis non apparet vel ſolvendo non eſt, &c.
DXLIX.	IX.	Idem. Nihil eorum amplius quæ Parapompica dicuntur Collatores exigantur.
DL.	X.	Idem. Hi qui ad tributa exigenda deſtinantur non aliter exactionem facere permittantur, &c.
DLI.	XI.	Idem. Cui publica tributorum exactio commiſſa eſt, privatæ exactionis non capiat auctoritatem.
DLII.	XII.	Idem. Si tributorum debitor habeat debitorem, non aliter debitor ejus pulſari debet, &c.
DLIII.	XIII.	Idem. Nulli liceat tributorum Exactori vel Cenſuali, vel Logographis, vel aliis quibuſlibet publicis, &c.
DLIIII.	XIIII.	Idem. Nullus pro tributis earum terrarum nomine quas non poſſidet conveniatur.
DLV.	XV.	Idem. Qui tributa exigunt juſtis ponderibus & menſuris uti debent.
DLVI.	XVI.	Idem. Exactores tributorum nullam communionem in civilibus pecuniis quæ ad operas vel ad frumentum vel ad aquæductum, &c.
DLVII.	XVII.	Idem. Neque Præfectiano neque Scriniario neque alicuilibet mandari poteſt, &c.
DLVIII.	XVIII.	Idem. In nulla penitus Provincia Præſides vel Exactores tributorum Lociſervatores, &c.
DLIX.	XIX.	Idem. Nemo Judicum ſive civilium ſive militarium, ex quo ad commiſſam ſibi Provinciam pervenerit, facultatem habeant ordinandi ſibi Lociſervatorem.
DLX.	XX.	Idem. Jubemus omnes Judices tam civiles quam militares ut ſuper maleficia, &c.
DLXI.	XXI.	Idem. Quotiens aliquis Judicum de civitate in aliis civitate vel de Provincia, &c.
DLXII.	XXII.	Idem. Judices Provinciarum poſt ſucceſſionem per quinquaginta dies in eadem Provincia, &c.
DLXIII.	XXIII.	Idem. Si quis Judicum evocatus ad alium Magiſtrum, &c.
DLXIIII.	XXIIII.	Idem. Omnes ſupradictas pecuniarias pœnas Comes Privatarum exigat.

CXXV. CONSTITUTIO.

DLXV.	I.	De Mandanda Juriſdictione.
DLXVI.	II.	Nullus Judex civilis, ſive militaris ſine juſta, &c.

DLXVII.	III.	Judices Provinciarum ita debent, &c.
DLXVIII.	IIII.	Ut quotiens Vindices vel Exceptores tributorum, &c.
DLXIX.	V.	Ut Judices omnes cautiones ſuo periculo, &c.
DLXX.	VI.	Ut Judices tunc pro tributis periclitentur, &c.
DLXXI.	VII.	De Judicibus qui teſtari quemlibet, vel uxorem ducere, &c.
DLXXII.	VIII.	Ut Judices appellationes ſuſcipiant & apoſtolos tribuant.
DLXXIII.	IX.	Ut Judices delinquentes quærant, & non alios.
DLXXIIII.	X.	Ut Judices pro fugientis perſona ad Judicem loci, &c.
DLXXV.	XI.	Ut Judex ad Proceſſorem ſuum Miſſas Sacras, &c.
DLXXVI.	XII.	Ut creditores filios debitorum pignoris jure aut ſervitutis, &c.
DLXXVII.	XIII.	De Muliere.
DLXXVIII.	XIIII.	De Mulieribus.
DLXXIX.	XV.	Ut Sanctimonialis aut Monacha de Monaſterio non abſtrahatur.
DLXXX.	XVI.	De Mœcho eas pœnas pati, &c.
DLXXXI.	XVII.	De Repudiis.
DLXXXII.	XVIII.	Si Mœchus condemnationem effugiens, &c.
DLXXXIII.	XIX.	Nulli Judici licere utraſque manus aut pedes, &c.
DLXXXIIII.	XX.	Fures autem membro non abſcindere, &c.
DLXXXV.	XXI.	Nulli autem publicari debent, &c.

CXXVI. CONSTITUTIO.

DLXXXVI.	I.	De Uſuris ſupra duplum non computandis.

CXXVII. CONSTITUTIO.

DLXXXVII.	I.	De Partiariis Solutionibus.

CXXVIII. CONSTITUTIO.

DLXXXVIII.	I.	* * * *

APPENDICIS AD JULIANUM INDEX.

EDICTUM Juſtiniani Fidei Confeſſionem continens.

Ejuſdem Juſtiniani Pragmatica Sanctio ad petitionem Vigilii Papæ complectens varia capitula.

Ejuſdem Juſtiniani Conſtitutio de Adſcripticiis & Colonis.

Ejuſdem Juſtiniani Conſtitutio pro privilegio Concilii Vizaceni.

Ejuſdem alia Conſtitutio pro privilegio ejuſdem Concilii.

Juſtini Imp. Conſtitutio, ut poſſit ex conſenſu diſſolvi matrimonium.

Ejuſdem Conſtitutio pro privilegio Concilii Vizaceni, & ut nullus Epiſcoporum audeat navigare ſine conſenſu Primatis.

Ejuſdem Conſtitutio de Filiis Liberatum in Affricam directa.

Pragmaticum Tiberii Auguſti de confirmatione Conſtitutionis Juſtini Imp. de Filiis Colonarum & Liberatum.

AUTHENTICARUM CONSTITUTIONUM

QUÆ INSERUNTUR CODICI

INDEX

Ad Interpretationem Juliani relatus.

A

AD eos ſecund. nupt, Nov. 36. c. 9. 18.
Ad hæc. Quando mul. tut. offic. fun. po. Nov. 87.
Ad hæc ex his. De Fide inſtrum. Nov. 44. c. 2.
Ad hæc ſi. De judi. Nov. 54. c. 2.
Ad hoc, qui ſuam. De lati. lib. tol. Nov. 36. c. 3. 6.
Æqualitas. De Infantib. expoſ. Nov. 48. c. 1.
Apud eloquentiſſimum. De Fide inſtrum. Nov. 83. 3.
Adſcriptitios. De Epiſco & Cleri. Nov. 115. c. 29.
At qui ſemel. De probationib. Nov. 83. c. 2.
At ſi contractus. De Fide inſtrum. Nov. 66. c. 8. 9. 10. 11.

B

BOna damnatorum. De Bon. Proſcrip. Nov. 125. c. 21.

C

CAuſa quæ ſit. De Epiſc. & Cleri. Nov. 75.
Ceſſante. De legitim. hered. Nov. 109. c. 3. Nov. 114. c. 1.
Clericus quoq. De Epiſc. & Cleri. Nov. 77.
Contra cum rogatus. Ad Senatuſconſ. Treb. Nov. 101.
Contra qui propriam. De non nume. pec. Nov. 34. c. 8.
Cui relictum. De indic. vidui tol. Nov. 36. c. 30.

D

DEcernit jus novum. De Receptis arbit. Nov. 76. c. 12.
Defuncto. Ad Senatuſconſ. Tertul. Nov. 109. c. 2.
Diaconiſſam. De Epiſc. & Cleri. Nov. 115. c. 29.
Donationem. De jure dot. Nov. 90. c. 6.
Dos data. De donat. ante nupt. Nov. 84. c. 2.

E

E Contra. De Repu. Nov. 36. c. 8.
Ei qui appellat. De Temp. & Reparat. appell. Nov. 44. c. 5.
Eiſdem pœnis. De ſecund. nupt. N. 37. c. 2. Nov. 36. c. 27. Nov. 87.
Eo decurſum. De Donat. ante nupt. Nov. 110. c. 1. Nov. 114. c. 2.
Epiſcopalis Ordo. De Epiſc. & Cler. Nov. 115. c. 6.
Epiſcopo nullam. De Epiſco. & Cleri. Nov. c. 115. 50.
Et conſequenter. De Sentent. & Interlo. Nov. 89. c. 2.
Et cum ſolis. Ad Senat. Tertul. Nov. 36. c. 31.
Et non obſervato. De Teſtament. Nov. 110. c. 9.
Et qui jurat. De Bon. Auct. Jud. poſ. Nov. 47. c. 4.
Ex cauſa. De Lib. Præt. Nov. 107. c. 3.
Excipitur. De Bonis, quæ liberis in poteſ. &c. Nov. 108. c. 1.
Ex complexu. De Inceſt. nupt. Nov. 82. c. 15.
Ex Teſtamento. De ſecund. nupt. Nov. 2. c. 3. Nov. 36. c. 31.
Ex Teſtamen. De colla 34. c. 6.

G

GEneraliter autem. De Epiſc. & Cler. Nov. 105. c. 2.

H

HÆc uſus. De Sacroſan. Eccle. Nov. 111. c. 7.
Hæc res lucro. De ſecund. nupt. Nov. 36. c. 10. 12. 14.
Hanc autem querellam. De non numer. pecu. Nov. 93.
Hoc amplius. De Fideicom. Nov. 1. c. 1.
Hoc inter. De Teſtamen. Nov. 100. c. 1.
Hoc ita. De Pigno. & Hypo. Nov. 105. c. 2.
Hoc ita. De duobus reis. ſtip. Nov. 92.
Hoc jus porrectum. De Sacroſanct. Eccle. Nov. 7. c. 1. Nov. 111. c. 2.
Hoc jus ſtabit. De Procu. Nov. 121.
Hoc locum. Si ſecundo nupſe. Nov. 36. c. 20.
Hoc niſi. De ſolut. & liberat. Nov. 3. c. 2.
Hoc ſacramentum. De Jurejur. propter calum. dan. Nov. 44. c. 3.
Hoc ſi debitor. De Pigno. & Hypo. Nov. 3. c. 1.
Hodie autem. De Appell. Nov. 24. c. 1.
Hodie Jurant. De Judi. N. 30. c. 1.

Hodie

Hodie novo. De Cuſtod. reo. Nov. 125. c. 14.
Hodie quantiſcumq. De Repud. Nov. 108. c. 10.

I

IDem eſt de Neſtorianis. De Hereti. & Manich. Nov. 107. c. 3.
Idem eſt in his. De Bonis, quæ lib. &c. Nov. 125. c. 17.
Immo, à debito. De Oblig. & Action. Nov. 125. c. 22.
Inceſtas Nuptias. De Inceſ. Nup. Nov. 32. c. 1. 2.
In Donatione. De Secund. Nup. Nov. 36. c. 12.
Ingreſſi. De Sacroſan. Eccl. Nov. 4. c. 5.
In iſto juramento. De Jurejur. propter calum. dan. Nov. 44. c. 3.
In ſucceſſione. De Suis, & Legi. Lib. Nov. 109. c. 1.
Interdicimus. De Epiſc. & Cler. Nov. 115. c. 13.
In Teſtamento. Ad Senatuſc. Tertul. Nov. 107. c. 5.
Itaque mortuo. Commu. de Succeſ. Nov. 78.
Item, & à privatis. De Donation. Nov 46. c. 2.
Item, hereditas. De Bonis, quæ lib. &c. Nov. 109. c. 2.
Item, poſſeſſor. Qui pot. in pign. hab. Nov. 34. c. 10.
Item, prædium. De Sacroſanct. Eccl. Nov. 111. c. 3.
Item, Privilegium. De Hære. & Manich. Nov. 102.
Item, qui domum. De Sepul. vio. Nov. 54. c. 1.
Item, ſibi invicem. De Sacroſan. Eccl. Nov. 48. c. 2.
Item, ſine. De Naturalib. lib. Nov. 67. c. 1. Nov. 82. c. 10. 11.
Jubemus. De Judiciis. Nov. 107. c. 1.

L

LIbellum vero. De Lit. conteſtatione. Nov. 89. c. 1.
Liberi furioſi. De Epiſ. aud. Nov. 107. c. 3. 5.
Licentiam habeat. De Epiſ. & Cleri. Nov. 119. c. 17.
Licet patri. de Naturalibe. Nov. 82. c. 12. 13. 15.
Licet teſtator. De Epiſc. & Cleri. Nov. 119. c. 12. 13.
Litigioſa. De Litigio. Nov. 115. c. 1.
Lucrum hoc. De Secund. Nupt. Nov. 2. c. 1. Nov. 36. c. 14.

M

MAlæ fidei poſſeſſore. De Præſcrip. longi tempor. Nov. 110. c. 7.
Matri, & aviæ. Quando mulier tut. offic. fungi pot. Nov. 109. c. 4.
Maximis. De Nup. Nov. 108. c. 4.
Minoris debitor. Qui dare tut. vel cura. poſſ. Nov. 65.
Multo magis. De Sacroſan. Eccle. Nov. 7. c. 11. Nov. 111. c. 3.
Multo magis. De Epiſc. & Cleri. Nov. 36. c. 29.

N

NIſi breves. De Senten. ex peric. recit. Nov. 21. c. 1. Nov. 77.
Niſi rogati. Ad Senatuſcon. Trabel. Nov. 115. c. 58.
Niſi tricennale. De Bonis mater. Nov. 36. c. 13.
Non licet. De Liber. præt. Nov. 107. c. 3.
Nova aba. De Natura. lib. Nov. 72. c. 3.
Noviſſima. De Inof. Teſt. Nov. 34. c. 1.
Noviſſime. De Admi. Tor. Nov. 65. c. 8. 9.
Novo jure. De Pœna Jud. Nov. 122. c. 2.
Novo jure. De Relati. Nov. 112.
Nullus Epiſc. De Epiſc. & Cleri. Nov. 115. c. 10.
Nunc autem. De Epiſc. & Cleri. Nov. 4. c. 5. 6.
Nunc autem. De Secun. Nupt. Nov. 36. c. 9.
Nunc inhibetur. De dona. ante nup. Nov. 90. c. 5.
Nunc ſi heres. De Litig. Nov. 105. c. 1.
Nunc ſoli. De Naturalib. liber. Nov. 82. c. 12.

O

OFferatur. ei. De Litis conteſ. Nov. 47. c. 3.

P

PErmiſſa eſt. De Donat. ante nup. Nov. 55.
Perpetua. De Sacroſan. Eccle. Nov. 7. c. 3. Nov. 111. c. 2.
Poſt fratres. De Legit Heredib. Nov. 109. c. 3.
Poſt fratres. 11. Ibid. Nov. 109. c. 3.
Poſt Juſjurandum. De Jud. Nov. 76. c. 10.
Præſente tamen. De Fidejuſſorib. & Mand. Nov. 3. c. 1.
Præſides. De Epiſc. audien. Nov. 30. c. 1. 3. 5.
Præterea. De Sacroſan. Eccl. Nov. 111. c. 8. 9.
Præterea qui. De Natura. lib. Nov. 67. c. 1. Nov. 82. c. 9.
Præterea ſi matrimonium. Unde vir, & uxor Nov. 47. c. 6. Nov. 108. c. 4.
Preſbyteri, ſeu Diaconi. De Epiſc. & Cler. Nov. 115. c. 33.
Preſbyteros. De Epiſc. & Cleri. Nov. 115. c. 7.
Preſbyteros, Diaconos. De Epiſc. & Cleri. Nov. 115. c. 32.
Preſbyterum. De Epiſc. & Cleri. Nov. 115. c. 19.
Principales. De Jurejur. propter calum. dan. Nov. 122. c. 2.

Q

QUæ Supplicatio. De Precib. imp. off. Nov. 110. c. 5.
Quæ tertiæ. De Collationib. N. 34. c. 4.
Qua in Provincia. Ubi de crim. agi. opor. Nov. 65.

EEE ee

Quas actiones. De Sacroſan. Eccleſ. Nov. 8. Nov. 119. c. 6.
Quibuſcomque modis. De Sacroſan. Eccle. Nov. 111. c. 1.
Qui rem. De Sacroſan. Eccleſ. Nov. 7. c. 3. Nov. 111. c. 4.
Qui res. De Sacroſan. Eccleſ. Nov. 7. c. 4. Nov. 111. c. 9.
Qui ſemel. Quomodo, & quan. Nov. 105. c. 3.
Quod eis permittitur. De Nup. Nov. 45.
Quod fieri non debet. De Dilationib. Nov. 47. c. 1.
Quod hodie. De Repud. Nov. 108. c. 9.
Quod jus. De Naturalib. lib. Nov. 32. c. 3.
Quod locum. De Colla. Nov. 90. c. 6.
Quod locum. De Dot. cau. non nume. Nov. 93.
Quod mater. De Revocand. Dot. Nov. 36. c. 23.
Quod nunc generale. De Cura. furio. Nov. 65. c. 11.
Quod obtinet. De Pig. & Hyp. Nov. 47. c. 5.
Quod obtinet. De Prob. Nov. 43.
Quod pro hac cauſa. De Epiſc. & Cleri. Nov. 115. c. 4.
Quod ſine. De Teſtam. Nov. 100. c. 2.
Quod ſi quis. De Præſcrip. lon. tem. Nov. 110. c. 8.
Quo jure. Qui pot. in pig. hab. Nov. 90. c. 3. 4.

R

Res, quæ ſubjacent. Commun. de leg. Nov. 57. c. 1.
Rogati. De Teſtib. Nov. 83. c. 1.

S

Sacramentum. Quando mulier. tut. offic. fun. pot. Nov. 87.
Sed cum teſtator. Ad legem Falcid. Nov. 1. c. 2. 3. 4.
Sed Epiſcopalis. De Epiſcopis & Cleri. Nov. 75.
Sed & in ea. Ad legem Falcid. Nov. 110. c. 11.
Sed & lis. De Temp. & repar. appell. Nov. 24. c. 2.
Sed & periculum. Sine cen. vel reliq. fun. comp. non poſſe. Nov. 21. c. 6.
Sed & permutare. De Sacroſan. Eccle. Nov. 7. c. 2.
Sed & ſi quis. De Teſtib. Nov. 83. c. 7.
Sed & ſi quis. De Secun. nup. Nov. 2. c. 2. Nov. 36. c. 14
Sed hodie. De Donat. inter vir. & uxor. Nov. 36. c. 2.
Sed hodie. Qui manumit. non poſſ. Nov. 110. c. 2.
Sed hodie. De Repu. Nov. 36. c. 2.
Sed hodie. De Epiſcop. & Cleri. Nov. 115. c. 46.
Sed hodie. De Jur. aur. anu. Nov. 72. c. 1.
Sed hodie. Ad Legem. Jul. de Adul. Nov. 125. c. 16.
Sed hodie novo. De Oblig. & Act. Nov. 5. c. 1.
Sed hodie novo. De Off. diver. Judicum. Nov. 125. c. 14.
Sed jam cautum. Depoſ. vel con. Nov. 81.
Sed jam neceſſe. De Donat. ante nup. Nov. 90. c. 2.
Sed judex. De Epiſc. & Cler. Nov. 115. c. 9.
Sed neq. De Sepul. vio. Nov. 107. c. 6.
Sed neque Curialem. De Epiſc. & Cler. Nov. 115. c. 22.
Sed nova. De Natura. lib. Nov. 34. c. 11.
Sed novo jure. De Epiſc. & Cleri. Nov. 115. c. 52.
Sed novo jure. Ad Legem Jul. de Adul. Nov. 108. c. 7.
Sed novo jure. Si certum petat. Nov. 66. c. 9. 10. 11.
Sed novo jure. de Nup. Nov. 72. c. 3.
Sed novo jure. De Repud. Nov. 108. c. 12.
Sed novo jure. De natura. liber. Nov. 108. c. 4.
Sed novo jure. De Servis fugi. Nov. 115. c. 20. 21.
Sed omnino. Ne uxor pro mar. Nov. 46. c. 1.
Sed quæ nihil. De Pactis conven. Nov. 2. c. 5.
Sed quamvis. De Rei uxor. Act. Nov. 90. c. 5.
Sed ſi aurum. De Secund. nup. Nov. 2. c. 4.
Sed ſi poſt. De Inoff. Teſtam. Nov. 107. c. 3.
Si appellatione. De Temp. & repar. appel. N. 110. c. 4.
Si captivi. De Epiſc. & Cleri. Nov. 107. c. 5. 5.
Sicut alienatio. De Sacroſan. Eccle. Nov. 7. c. 12.
Sicut hereditas. De Legit. Tut. Nov. 109. 4.
Similiter Falcidia. Ad Legem Falcid. Nov. 119. c. 14.
Si minor xxv. annis. De Tem. in integre. N. 93.
Si modo ſubjiciatur. Famil. erciſ. Nov. 34. c. 7.
Si omnes creditores. Si minor ſe ab hered. ab. Nov. 110. c. 6.
Si pater. Divor. fac. apud quem, &c. Nov. 108. c. 6.
Si qua mulier. De Sacroſan. Eccl. Nov. 115. c. 59.
Si qua mulier. Ad Senatuſcon. Vell. Nov. 125. c. 13.
Si quando quis. De Conſtit. pecu. Nov. 107. c. 7.
Si quas ruinas. De Sacroſan. Eccl. Nov. 111. c. 1.
Si quid ex rebus. Qui pot. in pig. ha. Nov. 84. c. 1.
Si quis ei. Ad Leg. Jul. de Adult. Nov. 108. c. 14. 15.
Si quis Epiſc. De Epiſc. & Cler. Nov. 115. c. 17.
Si quis in aliquo. De Edendo. N. 110. c. 3.

Si quis liberos. De Naturalib. lib. Nov. 108. c. 2.
Si quis litigantium. De Epiſcop. audient. Nov. 115. c. 34.
Si quis vult. Qui pot. in pig. hab. Nov. 66.
Si ſervus ſciente. De Epiſc. & Cleric. Nov. 115. c. 28.
Si tamen abſtineat. De ſecund. nupt. Nov. 114. c. 3.
Si tameo in medio. De Temp. & Repar. appel. Nov. 86.
Si teſtis productus. De Teſtib. Nov. 83. c. 4.
Sive a me. Ad Senatuſconſ. Vell. Nov. 55.
Si vero antequam. Ut omnes judic. tam civil. Nov. 15. c. 7.
Si vero criminis. Ad legem Jul. de Adul. Nov. 125. c. 10.
Si vero contigerit. De Judi. Nov. 69. c. 2.

V

VErum & ſi legitimo. De Epiſc. & Cleric. Nov. 4. c. 2.
Unde etſi parens. De Inof. Teſtam. Nov. 85.
Uxore mortua. De Secund. Nupt. N. 91. c. 1.

CAPITA NOVELLARUM
QUÆ IN JURE PONTIFICIO REFERUNTUR
ex Juliani Antecesſoris Conſtantinopolitani Interpretatione.

NOv. 5. cap. 2.	Cap. 6. de Præbend.
Nov. 7. cap. 1.	Cap. 5. de Rab. Eccleſ.
Nov. 7. cap. 2.	Cap. 1. de Ret. Permut.
Nov. 41. cap. 2.	2. q. 7. cap. 26.
Nov. 67. cap. 4.	30. q. 5. cap. 9.
Nov. 71. cap. 1.	22. q. 1. cap. 10.
Nov. 77. cap. 1.	11. q. 1. cap. 44.
Nov. 115. cap. 9. 10.	11. q. 1. cap. 8.
Nov. 115. cap. 15.	2. q. 1. cap. 11. & 24. q. 3. cap. 6.
Nov. 115. cap. 16.	Diſt. 86. cap. 65.
Nov. 115. cap. 19.	Diſt. 72. cap. 2.
Nov. 115. cap. 36.	6. q. 4. cap. 3.
Nov. 115. cap. 57.	18. q. 2. cap. 22.
Nov. 115. cap. 62.	19. q. 3. cap. ult.
Nov. 115. cap. 63.	19. q. 3. cap. ult.
Nov. 115. cap. 67.	27. q. 1. cap. 30.
Nov. 119. cap. 6.	16. q. 3. cap. 15. & q. 4. cap. 3.

IN EXEMPLARI EX QUO ISTA DESCRIPSIMUS, erat hic Novellarum ordo, quem licet omnino non probaremus, ſtudioſos tamen calare noluimus.

	1.	DE Theodoſiani Codicis auctoritate. 1. 1.	1.
	2.	De Confirmatione legum Novellarum Divi Theodoſii.	1.
	3.	De Judæis, Samaritanis, Hæreticis & Paganis.	1.
	4.	Ne Curialis prædium alterius conducat, aut Fidejuſſor conductoris exiſtat.	1.
	5.	De Tutoribus.	1.
	6.	Contra Sententias Præfectorum Prætorio injuſtas poſt ſucceſſionem intra biennium ſupplicandum.	1.
	7.	De Paternis ſeu Maternis bonis.	1.
	8.	Ne Decurio ad Senatoriam dignitatem vel aliquem honorem adſpiret.	1.
	9.	De Teſtamentis.	2.
	10.	De Alluvionibus Nili Ægyptiacæ Diœceſeos, & quæ in omnibus Provinciis fiunt, & de Paludibus & Paſcuis.	1.
	11.	De His qui ſponte munus aliquod vel honorem largiuntur, & de naturalibus filiis in curiam dandis, hæredibuſque ſcribendis, vel bona parentum accipiendis.	1.
*	12.	De Patrimonialibus rei Dominicæ & Limitrophis fundis ad Orientem poſitis.	11.
*	13.	De bonis Fabricenſium.	111.
*	14.	De amore militantibus Fori Præſcriptione.	1.
*	15.	De Navibus ultra duorum milium modiorum capacitatem non excuſandis.	111.
*	16.	De poſtulando, & perpetuande advocatione.	1.

ORDO NOVELLARUM.

17. De Repudiis. *Quæ edita eſt inter Novellas Theodoſii* XII. I.
* 18. De Lenonibus. I.
* 19. Da Invaſoribus II. *Quarum poſterior edita eſt* XIII. *inter Theodoſii Novellas, ſed non integra, ubique maxime eam adjecimus.* I.
* 20. De reddito jure armorum. I.
* 21. Neque Divinam Domum, neque Eccleſiam, aut aliquam perſonam quolibet publico munere excuſandam. I.
* 22. De Pecunia Afris credita, & de Fidajuſſoribus eorum. I.
* 23. De Tributis Fiſcalibus & de Sacro Auditorio & de cæteris negotiis. I.
24. De Epiſcoporum Ordinatione. *Quæ edita eſt* XIIII. *inter Nov. Theod.* I.
* 25. De Pretio ſolidi, & ne quis ſolidum integrum recuſet. I.
* 26. De Corporatis Urbis Romæ qui ad Militiam vel Clericatum tranſeunt, revocandis. I.
* 27. De Negotiatoribus. I.
* 28. De Reſcindendis venditionibus rei dominicæ. I.
* 29. De Scolaribus, & Comitibus Scholarum, & de Domeſticis eorum. I.
* 30. De Locis Reipublicæ quoquomodo poſſeſſis, civitatibus reſtituendis. I.
31. Da Ambitu & locis limitaneis inibi redebendis. *Quæ edita eſt* XV. *inter Theod. Nov. ſed non integra.* I.
32. De Metatis. *Quæ extat in Theod. Nov.* XVI. I.
33. Da Relevatis, adæratis, vel donatis Poſſeſſionibus: *edita inter Theod. Nov.* XVIII.
* 34. De Poſtulando, *Divi Valentiniani.* I.
35. De Confirmatione legum Novallarum Divi Theodoſ. *Quæ extat inter Novellas Valent.* XIIII. I.
* 36. De Lampadariis. I.
37. De Principibus agentium in rebus. *Quæ edita eſt inter eaſdem Nov.* XIIII. I.
* 38. De Navicularis amnicis. I.
39. Da Suariis, Boariis, & Pecorariis: *edita inter eaſdem Nov.* XV. I.
* 40. De Prædiis piſtoriis Afris deputandis. I.
* 41. Da Succeſſione Curialium. I.
* 42. In damnum publicum non valere reſcriptum, nec ſpecialia beneficia generalibus præferenda. I.
* 43. De Pantapolis ad Urbem Romam revocandis, & qui a Tyronum præbitione excuſantur. I.
* 44. De Tyronibus & Occultatoribus deſertorum. III.
* 45. De Palatinis. III.
* 46. Ne Duciani vel Limitanei Milites ad Comitatum exhibeantur. I.
* 47. De Competitionibus. I.
* 48. De Honoratis, & quis in gradu præferatur. I.
* 49. De Officio & Numerariis Præfectorum Prætorio. I.

Novella Divi Majoriani.

* 50. De Adulteriis. *Una tamen tantum extat.* I.

Incipiunt Tituli legum Divi Anthemii Auguſti.

* 1. Da Mulieribus quæ ſe ſervis propriis vel libertis junxerunt, & de Naturalibus Filiis. I.
* 2. De Confirmatione legum Divi Leonis Auguſti. I.
* 3. De Bonis Vacantibus. I.

Incipit Liber Divi Valentiniani Auguſti.

1. De Fructibus inter maritum & uxorem expenſis, filiis vel Heredibus minime imputandis. I.
2. De Manichæis. I.
3. De Homicidiis caſu vel voluntate factis. I.
4. De Teſtamentis. II.
5. De Sepulchrorum Violatoribus. I.
6. De Liberis & Suſceptoribus eorum. I.
7. De Indulgentiis reliquorum. I.
8. Da Præſcriptione XXX. annorum omnibus cauſis opponenda. I.
9. De Colonis vagis, vel agnatione eorum, & de advenis. I.
10. De confirmandis quæ adminiſtrantibus vel publicum Officium gerentibus diſtracta ſunt, vel donata, & de Advocatis, & de cæteris negotiis. I.
11. De Parentibus qui filios ſuos per neceſſitatem diſtraxerunt, & ne ingenui a Barbaris venundentur, neque ad tranſmarina ducantur. I.

Quas Editio noſtra Novellas complectitur, ſtellula notavimus.

SCRIMGERIANÆ ET HUJUS EDITIONIS IN NOVELLARUM CONSTITUTIONUM ORDINE CONVENIENTIA.

Scrimg.	Jul.	Art.	Scrimg.	Jul.	Art.	Scrimg.	Jul.	Art.
1.	1.	coll. 1. tit. 1.	62.	56.		123.	115.	coll. 9. tit. 15.
2.	2.	c. 1. t. 2.	63.	57.	coll. 5. tit. 15.	124.	122.	c. 9. t. 5.
3.	5.	c. 1. t. 3.	64.	58.		125.	112.	c. 9. t. 4.
4.	3.	c. 4. t. 4.	65.	59.		126.	113.	
5.	4.	c. 5. t. 5.	66.	60.	c. 5. t. 16.	127.	114.	c. 9. t. 7.
6.	6.	c. 6. t. 6.	67.	61.	c. 5. t. 17.	128.	124.	c. 9. t. 14.
7.	7.	c. 2. t. 1.	68.	62.	c. 5. t. 20.	129.	116.	
8.	15.	c. 2. t. 2.	69.	63.	c. 5. t. 19.	130.	123.	c. 9. t. 11.
9.	8.	c. 2. t. 3.	70.	64.		131.	119.	c. 9. t. 6.
10.	16.	c. 2. t. 4.	71.	121.	c. 5. t. 18.	132.		c. 9. t. 12.
11.	9.	c. 2. t. 5.	72.	65.	c. 6. t. 1.	133.		
12.	12.	c. 2. t. 6.	73.	66.	c. 6. t. 3.	134.	125.	c. 9. t. 9.
13.	13.		74.	67.	c. 6. t. 2.	135.		
14.	51.	c. 3. t. 1.	75.	68.	c. 6. t. 4.	136.	118.	
15.	50.	c. 3. t. 2.	76.	70.		137.		
16.	52.	c. 3. t. 3.	77.	71.	c. 6. t. 5.	138.	126.	
17.	21.	c. 3. t. 4.	78.	72.	c. 6. t. 6.	139.		
18.	54.	c. 3. t. 5.	79.	73.	c. 6. t. 7.	140.		
19.		c. 3. t. 6.	80.	74.	c. 6. t. 8.	141.		
20.	120.	c. 3. t. 7.	81.	75.	c. 6. t. 9.	142.		
21.			82.	76.	c. 6. t. 10.	143.		c. 9. t. 13.
22.	36.	c. 4. t. 1.	83.	77.	c. 6. t. 11.	144.		
23.	24.	c. 4. t. 2.	84.	78.	c. 6. t. 12.	145.		
24.	17.		85.	79.	c. 6. t. 13.	146.		
25.	18.		86.	69.	c. 9. t. 10.	147.		
26.	19.		87.	80.		148.		
27.	20.		88.	81.	c. 6. t. 14.	149.		
28.	27.		89.	82.	c. 7. t. 1.	150.	128.	
29.	28.		90.	83.	c. 7. t. 2.	151.		
30.	22.		91.	84.	c. 7. t. 5.	152.		
31.	39.		92.	85.	c. 7. t. 3.	153.		
32.	33.	c. 4. t. 3.	93.	86.	c. 8. t. 2.	154.		
33.		c. 4. t. 4.	94.	87.	c. 7. t. 4.	155.		
34.			95.	88.	c. 7. t. 6.	156.		
35.	26.		96.	89.	c. 7. t. 7.	157.		
36.			97.	90.	c. 7. t. 8.	158.		
37.			98.	91.	c. 8. t. 1.	159.	117.	c. 9. t. 9.
38.	35.		99.	92.	c. 7. t. 9.	160.		
39.	37.	c. 4. t. 8.	100.	93.	c. 7. t. 10.	161.		
40.	11.		101.	94.		162.		
41.			102.	95.		163.		
42.	10.		103.	96.		164.		
43.	13.		104.	97.		165.		
44.	40.	c. 4. t. 7.	105.	98.	c. 4. t. 3.	166.		
45.	41.		106.	99.		167.		
46.	14.	c. 5. t. 1.	107.	100.	c. 8. t. 3.	168.		
47.	42.	c. 5. t. 3.	108.	101.	c. 8. t. 4.	169.		
48.	43.	c. 5. t. 2.	109.	102.	c. 8. t. 5.	170.		
49.	44.		110.	103.	c. 8. t. 6.	Edict.		
50.	38.	c. 5. t. 11.	111.	104.	c. 8. t. 7.	1.		
51.	45.	c. 5. t. 4.	112.	105.	c. 8. t. 8.	2.		
52.	46.	c. 5. t. 5.	113.	106.	c. 8. t. 11.	3.	29.	
53.	47.	c. 5. t. 6.	114.		c. 8. t. 10.	4.		
54.	48.	c. 5. t. 7.	115.	107.	c. 8. t. 12.	5.		
55.	49.	c. 5. t. 8.	116.		c. 8. t. 9.	6.		
56.	50.	c. 5. t. 9.	117.	108.	c. 8. t. 13.	7.		
57.	51.	c. 5. t. 12.	118.	109.	c. 9. t. 1.	8.		
58.	52.	c. 5. t. 10.	119.	110.	c. 9. t. 2.	9.		
59.	53.		120.	111.	c. 9. t. 3.	10.		
60.	54.	c. 5. t. 13.	121.	127.		11.		
61.	55.	c. 5. t. 14.	122.			12.		
						13.		

locom pervenientibus. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXI. XLV. De Executione Religioſæ perſonæ. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXII. XLVI. De Sportulis Religioſæ perſonæ. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXIII. XLVII. De Epiſcopis pro rebus Eccleſiæ non convenien-dis. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXIIII. XLVIII. De His qui Sportulas exigunt ultra modum ſtatu-tum. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXV. XLIX. De Clericis qui mulieres in domo ſua habent. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXVI. L. De Epiſcopis qui cum mulieribus habitant. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXVII. LI. De Diacooiſſis quæ cum Maſculis habitant, & de Liberis eorum. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXVIII. LII. Si quis inter celebranda Divina Miſteria Miniſtris Dei injuriam fecerit. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXIX. LIII. De Litaniis Laïcorum. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXX. LIIII. De Monachis & Monaſteriis. R. Cod. lib. 1.
CCCCLXXXI. LV. Idem. Si quis Monachus eſſe velit.
CCCCLXXXII. LVI. Idem. Monachi in una domo habitent communi-ter, alantur in una domo.
CCCCLXXXIII. LVII. Idem. In nullo loco Monachos vel Monachas per-mittimus in unum Monaſterium habitare.
CCCCLXXXIIII. LVIII. Idem. Si quis ſub conditione nuptiarum, vel libe-rorum, vel dotis cauſa, vel ante nuptias dona-tionis donaverit vel reliquerit.
CCCCLXXXV. LIX. Idem. Si mulier vel vir ad ſolitariam vitam tran-ſierit & liberos non habeat.
CCCCLXXXVI. LX. Idem. Si ſponſalia legitime inter ſponſum & ſpon-ſam contracta fuerint, & unus ex his in Monaſ-terio intraverit.
CCCCLXXXVII. LXI. Idem. Si conſtante matrimonio ſolus vir vel ſola uxor ad ſolitariam vitam tranſierit.
CCCCLXXXVIII. LXII. Idem. Non liceat parentibus liberos vel liberis pa-rentes hereditate ſua repellere Monachos.
CCCCLXXXIX. LXIII. Non liceat parentibus ſuos liberos ad ſolitariam vitam tranſeuntes, &c.
CCCCXC. LXIIII. Idem. Si quis Monaſterium ſuum reliquerit.
CCCCXCI. LXV. Idem. Agant ſollicitudinem Epiſcopi ut neque Mo-nachi neque Monachæ in civitate ambulent.
CCCCXCII. LXVI. Idem. Monachus ſi Laïcus factus fuerit, &c.
CCCCXCIII. LXVII. Idem. Si quis rapuerit vel ſollicitaverit vel corru-perit Aſcetriam.
CCCCXCIIII. LXVIII. Idem. Non liceat Laïco, præſertim ſcenicis viris & mulieribus proſtitutis, habito Religioſorum uti.
CCCCXCV. LXIX. De Pœnis quæ præſenti lege continentur. R. Cod. lib. 1.

CXVI. CONSTITUTIO.

CCCCXCVI. I. De Samaritis. R. Cod. lib. 1.

CXVII. CONSTITUTIO.

CCCCXCVII. I. De Alienationibus a Teſtatore prohibitis in Teſta-mento vel Codicillis.
CCCCXCVIII. II. Idem. Si quis extra familiam ſuam alienationem fieri prohibuerit.
CCCCXCIX. III. Idem. Si quis prohibuit rem extra ſuam propriam familiam alienare, & adjecerit, &c.

CXVIII. CONSTITUTIO.

D. I. De argenti Diſtractoribus. R. Cod. lib. IIII.
DI. II. Idem. Argenti Diſtractoris militiæ vel liberorum vel cognatorum ejus, &c.
DII. III. Idem. Si quis argenti Diſtractori credit ut res ali-

		quas ſibi ex pecunia mutua, &c.
DIII.	IIII.	Idem. Licest argenti Diſtractoribus & ipſas ſpecies quas præſtiterunt vindicare.
DIIII.	V.	Idem. Argenti Diſtractores pru pecuniis quas crediderunt uſuras oſque ad beſſem centeſimum capiant.
DV.	VI.	Idem. Qui cum Argyroprata contrahunt, &c.

CXIX. CONSTITUTIO.

DVI.	I.	Da Sanctis quatuut Conciliis. R. Cod. lib. I.
DVII.	II.	De Ordioe Patriarcherum. R. Cod. lib. I.
DVIII.	III.	Da Archiepiſcopis primæ Joſtinianæ. R. Cod. lib. I.
DIX.	IIII.	De Epiſcupu Carthaginienſi. R. Cud. lib. I.
DX.	V.	De Privilegiis puſſeſſiunum ad Venerabiles Locos pertinentium. R. Cud. lib. I.
DXI.	VI.	De Præſcriptiona XL. annorum Venerabilibus Locis competente. R. Cod. lib. I.
DXII.	VII.	De Ædificatione Venerabilium Lucorum. R. Cod. lib. I.
DXIII.	VIII.	Si qois in Proaſtio, vel dumo, vel fundo, Eccleſiaſtica Miniſteria fecerit. R. Cod. lib. I.
DXIIII.	IX.	Si quis io nomine Domini oostri Jeſo Chriſti heseditatem vel legatum reliquerit. R. Cod. lib. I.
DXV.	X.	Si quis in uomine Sancti Martyris hereditatem vel legatum reliquerit. R. Cod. lib. I.
DXVI.	XI.	Si quis in ultimam voluntetem Domum Religioſam fieri diſpoſuerit. R. Cod. lib. I.
DXVII.	XII.	De Redemptione captivorum, vel alimoniis pauperum. R. Cod. lib. I.
DXVIII.	XIII.	Si heredes piem diſpoſitiouem implere noluerint. R. Cod. lib. I.
DXIX.	XIIII.	Si heredes teſtatoris ſubſtaotiam nou ſufficere dixeriot. R. Cod. lib. I.
DXX.	XV.	Si intra ſex menſes pia voluntas impleta non fuerit. R. Cod. lib. I.
DXXI.	XVI.	De Legaris Annalibus ad Religioſa Loca pertineutibus. R. Cod. lib. I.
DXXII.	XVII.	De Teſtamento Epiſcupi vel Adminiſtratoris Vanerabilis Loci. R. Cod. lib. I.
DXXIII.	XVIII.	De Succeſſione ab inteſtatu venienra Epiſcupi val Clerici, vel cujuſcumque alterius Religioſæ perſooæ. R. Cud. lib. I.
DXXIIII.	XIX.	De Contrectibus eorum qui fidem Catholicam non recipiuut. R. Cod. lib. I.

CXX. CONSTITUTIO.

DXXV.	I.	De Officiis in examinatione provocationum miniſterie præbentibus. R. Cod. lib. I. VII. XII.

CXXI. CONSTITUTIO.

DXXVI.	I.	De Privilegiis dignitarum, ſive de Procuratoribus. R. Cod. lib. XII. & II.

CXXII. CONSTITUTIO.

DXXVII.	I.	Ut ipſo litis initio Litigatores jurent quod nihil judicibus derunt eut promiſerunt.
DXXVIII.	II.	Ut prohibeant Judices ſupra dictum modum Sportulas exigi.
DXXIX.	III.	Si quis inlicite Spurtulas exigat.
DXXX.	IIII.	Idem. Lex quæ poſita eſt in primo libro Codicis qua cavetur, &c.
DXXXI.	V.	De Officio Referendariorum.

CXXIII. CONSTITUTIO.

DXXXII.	I.	De Trenſitu militum.
DXXXIII.	II.	Idem. Milites pru ennonis ſuis eas ſpecies accipere debent quas per ſingule loca inveniri certum eſt.
DXXXIIII.	III.	Idem. Si collatures ſumptus militibus erogaverint, &c.

DXXXV.	IIII.	Idem. Neque Magiſtri militum, neque milites occaſione tranſitus ſui adærationem aliquam a civitatibus vel a Provinciis exigere audeant.
DXXXVI.	V.	Idem. Si quis Duces vel milites, vel optiones eorum recautam non fecerint.
DXXXVII.	VI.	Idem. Duces vel Diaſoſtas exercitus Legatores ante mittere debent.
DXXXVIII.	VII.	Idem. Si quis Judex Provinciæ cum Diaſoſta inluſerit ut militibus nullus apparatus, &c.
DXXXIX.	VIII.	Idem. Hæc omnia oportet obſervari, &c.
DXL.	IX.	Idem. Nemo militum in ea cenatione hoſpitium ſibi, &c.

CXXIIII. CONSTITUTIO.

DXLI.	I.	Da Exactionibus ſive Delegationibus tributorum.
DXLII.	II.	Idem. Inlationes ſpecierum intra exordium uniuſcujuſque indictionis fieri oportet.
DLXIII.	III.	Da Apochis publicis.
DXLIIII.	IIII.	Idem. Si quis de Collatoribus tributa exigat, dabitet autem de modo poſſeſſionis, &c.
DXLV.	V.	Idem. Nolumus Collatores compelli ad denominandos Suſceptores eorum, &c.
DXLVI.	VI.	Idem. Jubemus per ſingulas Provincias Canonicarios deſtinari qui tributa axigant.
DXLVII.	VII.	Quando ſteriles agri fertilibus imponantur.
DXLVIII.	VIII.	Idam. Quoties dominus alicujus poſſeſſionis non apparet vel ſolvendo non eſt, &c.
DXLIX.	IX.	Idem. Nibil eorum nomine quæ Parapompica dicuntur Collatores exigantur.
DL.	X.	Idem. Hi qui ad tributa exigenda deſtinantur non aliter exactionem facere permittantur, &c.
DLI.	XI.	Idem. Cui publica tributorum exactio commiſſa eſt, privatæ exactionis non capiat auctoritatem.
DLII.	XII.	Idem. Si tributorum debitor habeat debitorem, non aliter debitor ejus pulſari dabet, &c.
DLIII.	XIII.	Idem. Nulli liceat tributorum Exactori vel Cenſuali, vel Logographis, vel aliis quibuſlibet publicis, &c.
DLIIII.	XIIII.	Idem. Nullus pro tributis earum terrarum nomine quas non poſſidet conveniatur.
DLV.	XV.	Idem. Qui tributa exigunt juſtis ponderibus & menſuris uti debent.
DLVI.	XVI.	Idem. Exactores tributorum nullam communionem in civilibus pecuniis quæ ad operas vel ad frumentum vel ad aquæductum, &c.
DLVII.	XVII.	Idem. Neque Præfectiano neque Scriniario neque alicuilibet mandari poteſt, &c.
DLVIII.	XVIII.	Idem. In nulla penitus Provincia Præſides vel Exactores tributorum Lociſervatores, &c.
DLIX.	XIX.	Idem. Nemo Judicum ſive civilium ſive militarium, ex quo ad commiſſam ſibi Provinciam pervenerit, facultatem habeant ordinandi ſibi Lociſervatorem.
DLX.	XX.	Idem. Jubemus omnes Judices tam civiles quam militares ut ſuper maleficia, &c.
DLXI.	XXI.	Idem. Quotiens aliquis Judicum de civitate in alia civitate vel de Provincia, &c.
DLXII.	XXII.	Idem. Judices Provinciarum poſt ſucceſſionem per quinquaginta dies in eadem Provincia, &c.
DLXIII.	XXIII.	Idem. Si quis Judicum evocatus ad alium Magiſtrum, &c.
DLXIIII.	XXIIII.	Idem. Omnes ſupradictas pecuniarias pœnas Comes Privatorum exigat.

CXXV. CONSTITUTIO.

DLXV.	I.	Da Mandanda Juriſdictione.
DLXVI.	II.	Nullus Judex civilis, ſive militaris ſine juſta, &c.

DLXVII.	III.	Judices Provinciarum ita dabent, &a.
DLXVIII.	IIII.	Ut quotiens Vindices vel Exceptores tributorum, &c.
DLXIX.	V.	Ut Judicea omnes cautiones ſuo perieulo, &c.
DLXX.	VI.	Ut Judices tune pro tributis periclitentur, &c.
DLXXI.	VII.	De Judiaibus qoi teſtari quemliber, vel uxorem docere, &c.
DLXXII.	VIII.	Ut Judices appellatiooea ſoſcipiaot & apoſtolos tribuant.
DLXXIII.	IX.	Ut Judiaes delinquentes quærant, & noo alios.
DLXXIIII.	X.	Ut Judices pro fugientis perſona ad Judicem loci, &c.
DLXXV.	XI.	Ut Judex ad Proceſſorem ſuum Miſſas Sacras, &c.
DLXXVI.	XII.	Ut creditores filios debitorum pignoris jura aut ſervitutis, &a.
DLXXVII.	XIII.	De Muliere.
DLXXVIII.	XIIII.	De Mulieribus.
DLXXIX.	XV.	Ut Sanctimonialis aut Mooacha da Monaſterio non abſtrahatur.
DLXXX.	XVI.	De Mœcho eas pœnas pati, &c.
DLXXXI.	XVII.	De Repudiis.
DLXXXII.	XVIII.	Si Mœchus coudemnatiooam effugiens, &c.
DLXXXIII.	XIX.	Nulli Judici licere utraſque manus aut pedes, &c.
DLXXXIIII.	XX.	Fures autem membro oon abſcindera, &a.
DLXXXV.	XXI.	Nulli autem poblicari debent, &a.

CXXVI. CONSTITUTIO.

DLXXXVI.	I.	De Uſuris ſupra duplum oon computandia.

CXXVII. CONSTITUTIO.

DLXXXVII.	I.	De Partiaria Solutionibus.

CXXVIII. CONSTITUTIO.

DLXXXVIII.	I.	* * * *

APPENDICIS AD JULIANUM INDEX.

EDICTOM Juſtiniani Fidei Confeſſionem continens.

Ejuſdem Juſtiniani Pragmatica Sanctio ad petitionem Vigilii Papæ complectens varia aapitula.

Ejuſdem Juſtioiani Conſtitutio da Adſeripticiis & Colonis.

Ejuſdam Juſtiniani Conſtitutio pro privilegio Conailu Vizaceni,

Ejoſdem alia Conſtitutio pro privilegio ejuſdem Concilii.

Juſtini Imp. Conſtitutio, ut poſſit ex conſenſu diſſolvi matrimonium.

Ejuſdem Conſtitutio pro privilagio Concilu Viaaceni, & ut nullus Epiſcoporum audeat navigare ſina cooſenſu Primatis.

Ejuſdem Conſtitutio de Filiis Liberatum in Affricam directa.

Pragmaticum Tiberii Auguſti de confirmationa Conſtitutionis Juſtini Imp. de Filiis Colonarum & Liberatum.

AUTHENTICARUM CONSTITUTIONUM

QUÆ INSERUNTUR CODICI

INDEX

Ad Interpretationem Juliani relatus.

A

AD eos ſecund. nupt, Nov. 36. c. 9. 18.
Ad hæc. Quando mul. tut. offic. fun. po. Nov. 87.
Ad hæc ex his. De Fide inſtrum. Nov. 44. c. 2.
Ad hæc ſi. De judi. Nov. 54. c. 2.
Ad hoc, qui ſuam. De lati. lib. tol. Nov. 36. c. 3. 6.
Æqualitas. De Infantib. expoſ. Nov. 48. c. 1.
Apud eloquentiſſimum. De Fide inſtrum. Nov. 83. 3.
Adſcriptitios. De Epiſco & Cleri. Nov. 115. c. 29.
At qui ſemel. De probationib. Nov. 83. c. 2.
At ſi contractus. De Fide inſtrum. Nov. 66. c. 8. 9. 10. 11.

B

BOna damnatorum. De Bon. Proſcrip. Nov. 125. c. 21.

C

CAuſa quæ fit. De Epiſc. & Cleri. Nov. 73.
Ceſſante. De legitim. hered. Nov. 109. c. 3. Nov. 114. c. 1.
Clericus quoq. De Epiſc. & Cleri. Nov. 77.
Contra cum rogatus. Ad Senatuſconſ. Treb. Nov. 101.
Contra qui propriam. De non numc. pec. Nov. 34. c. 8.
Cui relictum. De indic. vidui tol. Nov. 36. c. 30.

D

DEcernit jus novum. De Receptis arbit. Nov. 76. c. 12.
Defuncto. Ad Senatuſconſ. Tertul. Nov. 109. c. 2.
Diaconiſſam. De Epiſc. & Cleri. Nov. 115. c. 19.
Donationem. De jure dot. Nov. 90. c. 6.
Dos data. De donat. ante nupt. Nov. 84. c. 2.

E

E Contra. De Repu. Nov. 36. c. 8.
Ei qui appellat. De Temp. & Reparat. appell. Nov. 44. c. 1.
Eiſdem pœnis. De ſecund. nupt. N. 37. c. 2. Nov. 36. c. 27. Nov. 87.
Eo decurſum. De Donat. ante nupt. Nov. 110. c. 1. Nov. 114. c. 2.
Epiſcopalis Ordo. De Epiſc. & Cler. Nov. 115. c. 6.
Epiſcopo nullam. De Epiſco. & Cleri. Nov. c. 115. 50.
Et conſequenter. De Sentent. & Interlo. Nov. 89. c. 2.
Et cum ſolis. Ad Senat. Tertul. Nov. 36. c. 31.
Et non obſervato. De Teſtament. Nov. 110. c. 9.
Et qui jurat. De Bon. Auct. Jud. poſ. Nov. 47. c. 4.
Ex cauſa. De Lib. Præt. Nov. 107. c. 3.
Excipitur. De Bonis, quæ liberis in poteſ. &c. Nov. 108. c. 1.
Ex complexu. De Inceſt. nupt. Nov. 82. c. 15.
Ex Teſtamento. De ſecund. nupt. Nov. 2. c. 3. Nov. 36. c. 31.
Ex Teſtamen. De colla 34. c. 6.

G

GEneraliter autem. De Epiſc. & Cler. Nov. 105. c. 2.

H

HÆc uſus. De Sacroſan. Eccle. Nov. 111. c. 7.
Hæc res lucro. De ſecund. nupt. Nov. 36. c. 10. 12. 14.
Hanc autem querellam. De non numer. pecu. Nov. 93.
Hoc amplius. De Fideicom. Nov. 1. c. 1.
Hoc inter. De Teſtamen. Nov. 100. c. 1.
Hoc ita. De Pigno. & Hypo. Nov. 105. c. 2.
Hoc ita. De duobus reis. ſtip. Nov. 92.
Hoc jus porrectum. De Sacroſanct. Eccle. Nov. 7. c. 1. Nov. 111. c. 2.
Hoc jus ſtabit. De Procu. Nov. 111.
Hoc locum. Si ſecundo nupſe. Nov. 36. c. 20.
Hoc niſi. De ſolut. & liberat. Nov. 3. c. 2.
Hoc ſacramentum. De Jurejur. propter calum. dan. Nov. 44. c. 3.
Hoc ſi debitor. De Pigno. & Hypo. Nov. 3. c. 1.
Hodie autem. De Appell. Nov. 24. c. 1.
Hodie Jurant. De Judi. N. 30. c. 1.

Hodie

Hodie novo. De Cuſtod. reo. Nov. 125. c. 14.
Hodia quantiſcumq. De Repud. Nov. 108. c. 10.

I

IDem eſt de Neſtorianis. De Hæreti. & Manich. Nov. 107. c. 3.
Idem eſt in his. De Bonis, quæ lib. &c. Nov. 125. c. 17.
Immò, à debito. De Oblig. & Action. Nov. 125. c. 12.
Inceſtas Nuptias. De Inceſ. Nup. Nov. 32. c. 1. 2.
In Donatione. De Secund. Nup. Nov. 36. c. 12.
Ingreſſi. De Sacroſan. Eccl. Nov. 4. c. 5.
In iſto juramento. De Jurejur. propter calum. dan. Nov. 44. c. 3.
In ſucceſſione. De Suis, & Legi. Lib. Nov. 109. c. 1.
Interdicimus. De Epiſc. & Cler. Nov. 115. c. 13.
In Teſtamento. Ad Senatuſc. Tertul. Nov. 107. c. 5.
Itaque mortoo. Commu. de Succeſ. Nov. 78.
Item, & à privatis. De Donation. Nov 46. c. 2.
Item, hereditas. De Bonis, quæ lib. &c. Nov. 109. c. 2.
Item, poſſeſſor. Qui pot. in pign. hab. Nov. 34. c. 10.
Item, prædium. De Sacroſanct. Eccl. Nov. 111. c. 3.
Item, Privilegium. De Hære. & Manich. Nov. 102.
Item, qui domum. De Sepul. vio. Nov. 54. c. 1.
Item, ſibi invicem. De Sacroſan. Eccl. Nov. 48. c. 2.
Item, ſine. De Naturalib. lib. Nov. 67. c. 1. Nov. 82. c. 10. 11.
Jobemus. De Judiciis. Nov. 107. c. 1.

L

LIbellum vero. De Lit. conteſtatione. Nov. 89. c. 1.
Liberi furioſi. De Epiſ. aud. Nov. 107. c. 3. 5.
Licentiam habeat. De Epiſ. & Cleri. Nov. 119. c. 17.
Licet patri, de Natura libe. Nov. 82. c. 12. 13. 15.
Licet teſtator. De Epiſc. & Cleri. Nov. 119. c. 12. 13.
Litigioſa. De Litigio. Nov. 115. c. 1.
Lucrum hoc. De Secund. Nupt. Nov. 2. c. 2. Nov. 36. c. 14.

M

MAlæ fidei poſſeſſore. De Præſcrip. longi tempor. Nov. 110. c. 7.
Matri, & aviæ. Quando mulier tut. offic. fungi pot. Nov. 109. c. 4.
Maximis. De Nop. Nov. 108. c. 4.
Minoris debitor. Qui dare tut. vel cura. poſſ. Nov. 65.
Multo magis. De Sacroſan. Eccle. Nov. 7. c. 11. Nov. 111. c. 3.
Multo magis. De Epiſc. & Cleri. Nov. 36. c. 29.

N

NIſi breves. De Senten. ex peric. recit. Nov. 21. c. 1. Nov. 77.
Niſi rogati. Ad Senatuſcon. Trebel. Nov. 115. c. 58.
Niſi tricennala. De Bonis mater. Nov. 36. c. 13.
Non licet. De Liber. præt. Nov. 107. c. 3.
Nova alia. De Natura. lib. Nov. 72. c. 3.
Noviſſima. De Inof. Teſt. Nov. 34. c. 1.
Noviſſime. De Admi. Tor. Noo. 65. c. 8. 9.
Novo jure. De Pœna Jod. Nov. 122. c. 2.
Novo jore. De Relati. Nov. 112.
Nullus Epiſc. De Epiſc. & Cleri. Nov. 115. c. 10.
Nunc autem. De Epiſc. & Cleri. Nov. 4. c. 5. 6.
Nunc autem. De Secuo. Nupt. Nov. 36. c. 9.
Nunc inhibetur. De dona. ante nup. Nov. 90. c. 5.
Nunc ſi heres. De Litig. Nov. 105. c. 1.
Nunc ſoli. De Naturalib. liber. Nov. 82. c. 12.

O

OFferatur. ei. De Litis conteſ. Nov. 47. c. 3.

P

PEtmiſſa eſt. De Donat. ante nup. Nov. 55.
Perpetua. De Sacroſan. Eccle. Nov. 7. c. 3. Nov. 111. c. 2.
Poſt fratres. De Legit Heredib. Nov. 109. c. 3.
Poſt fratres. 11. Ibid. Nov. 109. c. 3.
Póſt Juſjurandum. De Jod. Nov. 76. c. 10.
Præſente tamen. De Fidejuſſorib. & Mand. Nov. 3. c. 1.
Præſides. De Epiſc. audieo. Nov. 30. c. 1. 3. 5.
Præterea. De Sacroſan. Eccl. Nov. 111. c. 8. 9.
Præterea qui. De Natura. lib. Nov. 67. c. 1. Nov. 82. c. 9.
Præterea ſi matrimoniom. Unde vir, & oxor Nov. 47. c. 6. Nov. 108. c. 4.
Preſbyteri, ſeu Diaconi. De Epiſc. & Cler. Nov. 115. c. 33.
Preſbyteros. De Epiſc. & Cleri. Nov. 115. c. 7.
Preſbyteros, Diacooos. De Epiſc. & Cleri. Nov. 115. c. 32.
Preſbyterum. De Epiſc. & Cleri. Nov. 115. c. 29.
Principales. De Jurejur. propter calum. dan. Nov. 122. c. 1.

Q

QUæ Supplicatio. De Precib. imp. off. Nov. 110. c. 5.
Quæ tertiæ. De Collationib. N. 34. c. 4.
Qua in Provincia. Ubi de crim. agi. opor. Nov. 63.

Quas actiones. De Sacroſan. Eccleſ. Nov. 8. Nov. 119. c. 6.
Quibuſcumque modis. De Sacroſan. Eccle. Nov. 111. c. 1.
Qui rem. De Sacroſan. Eccleſ. Nov. 7. c. 3. Nov. 111. c. 4.
Qui res. De Sacroſan. Eccleſ. Nov. 7. c. 4. Nov. 111. c. 9.
Qui ſemel. Quomodo, & quan. Nov. 105. c. 3.
Quod eis permittitur. De Nup. Nov. 45.
Quod fieri non debet. De Dilationib. Nov. 47. c. 1.
Quod hodie. De Repud. Nov. 108. c. 9.
Quod jus. De Naturalib. lib. Nov. 32. c. 3.
Quod locum. De Colla. Nov. 90. c. 6.
Quod locum. De Dot. cau. non nume. Nov. 93.
Quod mater. De Revocand. Dot. Nov. 36. c. 23.
Quod nunc generale. De Cura. furio. Nov. 65. c. 11.
Quod obtinet. De Pig. & Hyp. Nov. 47. c. 3.
Quod obtinet. De Prob. Nov. 43.
Quod pro hac cauſa. De Epiſc. & Cleri. Nov. 115. c. 4.
Quod ſine. De Teſtam. Nov. 100. c. 1.
Quod ſi quis. De Præſcrip. lon. tem. Nov. 110. c. 8.
Quo jure. Qui pot. in pig. hab. Nov. 90. c. 3. 4.

R

RES, quæ ſubjacent. Commun. de leg. Nov. 37. c. 1.
Rogati. De Teſtib. Nov. 83. c. 1.

S

SAcramentum. Quando mulier. tut. offic. fun. pot. Nov. 87.
Sed cum teſtator. Ad legem Falcid. Nov. 1. c. 2. 3. 4.
Sed Epiſcopalis. De Epiſcopis & Cleri. Nov. 75.
Sed & in ea. Ad legem Falcid. Nov. 110. c. 11.
Sed & lis. De Temp. & repar. appell. Nov. 24. c. 2.
Sed & periculum. Sine cen. vel reliq. fun. comp. non poſſe. Nov. 21. c. 6.
Sed & permutare. De Sacroſan. Eccle. Nov. 7. c. 2.
Sed & ſi quis. De Teſtib. Nov. 83. c. 7.
Sed & ſi quis. De Secun. nup. Nov. 2. c. 2. Nov. 36. c. 14
Sed hodie. De Donat. inter vir. & uxor. Nov. 36. c. 2.
Sed hodie. Qui manumit. non poſſ. Nov. 110. c. 2.
Sed hodie. De Repu. Nov. 36. c. 2.
Sed hodie. De Epiſcop. & Cleri. Nov. 115. c. 46.
Sed hodie. De Jur. aur, anu. Nov. 72. c. 1.
Sed hodie. Ad Legem. Jul. de Adul. Nov. 125. c. 16.
Sed hodie novo. De Oblig. & Act. Nov. 3. c. 1.
Sed hodie novo. De Off. diver. Judicum. Nov. 125. c. 14.
Sed jam cautum. Depoſ. vel con. Nov. 81.
Sed jam neceſſe. De Donat. ante nup. Nov. 90. c. 2.
Sed judex. De Epiſc. & Cler. Nov. 115. c. 9.
Sed neq. De Sepul. vio. Nov. 107. c. 6.
Sed neque Curialem. De Epiſc. & Cler. Nov. 115. c. 22.
Sed nova. De Natura. lib. Nov. 34. c. 11.
Sed novo jure. De Epiſc. & Cleri. Nov. 115. c. 52.
Sed novo jure. Ad Legem Jul. de Adul. Nov. 108. c. 7.
Sed novo jure. Si certum petet. Nov. 66. c. 9. 10. 11.
Sed novo jure. de Nup. Nov. 72. c. 3.
Sed novo jure. De Repud. Nov. 108. c. 12.
Sed novo jure. De natura. liber. Nov. 108. c. 4.
Sed novo jure. De Servis fugi. Nov. 125. c. 20. 21.
Sed omnino. Ne uxor pro mar. Nov. 46. c. 1.
Sed quæ nihil. De Pactis conven. Nov. 2. c. 5.
Sed quamvis. De Rei uxor. Act. Nov. 90. c. 5.
Sed ſi earum. De Secund. nup. Nov. 2. c. 4.
Sed ſi poſt. De Inoff. Teſtam. Nov. 107. c. 3.
Si appellatione. De Temp. & repar. appel. N. 110. c. 4.
Si captivi. De Epiſc. & Cleri. Nov. 107. c. 3. 5.
Sicut alienatio. De Sacroſan. Eccle. Nov. 7. c. 12.
Sicut hereditas. De Legit. Tut. Nov. 109. 4.
Similiter Falcidia. Ad Legem Falcid. Nov. 119. c. 14.
Si minor XXV. annis. De Tem. in integre. N. 93.
Si modo ſubjiciatur. Famil. erciſ. Nov. 34. c. 7.
Si omnes creditores. Si minor ſe ab hered. ab. Nov. 110. c. 6.
Si peter. Divor. fac. apud quem, &c. Nov. 108. c. 6.
Si qua mulier. De Sacroſan. Eccl. Nov. 115. c. 59.
Si qua mulier. Ad Senatuſcon. Vell. Nov. 125. c. 13.
Si quando quis. De Conſtit. pecu. Nov. 107. c. 7.
Si quas ruinas. De Sacroſan. Eccl. Nov. 111. c. 1.
Si quid ex rebus. Qui pot. in pig. ha. Nov. 84. c. 1.
Si quis ei. Ad Leg. Jul. de Adult. Nov. 108. c. 14. 15.
Si quis Epiſc. De Epiſc. & Cler. Nov. 115. c. 17.
Si quis in aliquo. De Edendo. N. 110. c. 5.

Si quis libetos. De Naturalib. lib. Nov. 108. c. 2.
Si quis litigantium. De Epiſcop. audient. Nov. 125. c. 34.
Si quis vult. Qui pot. in pig. hab. Nov. 66.
Si ſervus ſciente. De Epiſc. & Cleric. Nov. 115. c. 28.
Si tamen abſtineat. De ſecund. nupt. Nov. 114. c. 3.
Si tamen in medio. De Temp. & Repar. appel. Nov. 86.
Si teſtis productus. De Teſtib. Nov. 83. c. 4.
Sive e me. Ad Senatuſconſ. Vell. Nov. 55.
Si vero antequam. Ut omnes judic. tam civil. Nov. 15. c. 7.
Si vero criminis. Ad legem Jul. de Adul. Nov. 125. c. 10.
Si vero contigerit. De Judi. Nov. 69. c. 2.

V

VErum & ſi legitimo. De Epiſc. & Cleric. Nov. 4. c. 2.
Unde etſi parens. De Inof. Teſtam. Nov. 85.
Uxore mortua. De Secund. Nupt. N. 91. c. 1.

CAPITA NOVELLARUM
QUÆ IN JURE PONTIFICIO REFERUNTUR
ex Juliani Anteceſſoris Conſtantinopolitani Interpretatione.

NOv. 5. cap. 2.	Cap. 2. de Præbend.
Nov. 7. cap. 1.	Cap. 5. de Reb. Eccleſ.
Nov. 7. cap. 2.	Cap. 1. de Rer. Permut.
Nov. 41. cap. 2.	2. q. 7. cap. 26.
Nov. 67. cap. 4.	30. q. 5. cap. 9.
Nov. 71. cap. 1.	22. q. 1. cap. 10.
Nov. 77. cap. 1.	11. q. 1. cap. 44.
Nov. 115. cap. 9. 10.	11. q. 1. cap. 8.
Nov. 115. cap. 15.	2. q. 1. cap. 11. & 24. q. 3. cap. 6.
Nov. 115. cap. 16.	Diſt. 86. cap. 25.
Nov. 115. cap. 19.	Diſt. 72. cap. 2.
Nov. 115. cap. 36.	6. q. 4. cap. 3.
Nov. 115. cap. 57.	18. q. 2. cap. 22.
Nov. 115. cap. 62.	19. q. 3. cap. ult.
Nov. 115. cap. 63.	19. q. 3. cap. ult.
Nov. 115. cap. 67.	27. q. 1. cap. 30.
Nov. 119. cap. 6.	16. q. 3. cap. 15. & q. 4. cap. 3.

IN EXEMPLARI EX QUO ISTA DESCRIPSIMUS,
erat hic Novellarum ordo, quem licet omnino non probaremus, ſtudioſos tamen celare noluimus.

1. DE Theodoſiani Codicis auctoritate. 1. 1. I.
2. De Confirmatione legum Novellarum Divi Theodoſii. I.
3. De Judæis, Samaritanis, Hæreticis & Paganis. I.
4. Ne Curialis prædium alterius conducat, aut Fidejuſſor conductoris exiſtat. I.
5. De Tutoribus. I.
6. Contra Sententias Præfectorum Prætorio injuſtas poſt ſucceſſionem intra biennium ſupplicandum. I.
7. De Paternis ſeu Maternis bonis. I.
8. Ne Decurio ad Senatoriam dignitatem vel aliquem honorem adſpiret. I.
9. De Teſtamentis. I.
10. De Alluvionibus Nili Ægyptiacæ Diœceſeos, & quæ in omnibus Provinciis fiunt, & de Paludibus & Paſcuis. I.
11. De His qui ſponte munus aliquod vel honorem largiuntur, & de naturalibus filiis in curiam dandis, hæredibuſque ſcribendis, vel bona parentum accipiendis. II.
* 12. De Patrimonialibus rei Dominicæ & Limitrophis fundis ad Orientem poſitis. III.
* 13. De bonis Fabricenſium. II.
* 14. De amota militantibus Fori Præſcriptione. III.
* 15. De Navibus ultra duorum milium modiorum capacitatem non excuſandis. I.
* 16. De poſtulando, & perpetuando advocatione. I.

17. De Repudiis. *Quæ edita eſt inter Novellas Theodoſii* XII. I.
* 18. De Lenonibus. I.
* 19. De Invaſoribus II. *Quarum poſterior edita eſt* XIII. *inter Theodoſii Novellas, ſed non integra, ubi idque maxime eam adjecimus.* I.
* 20. De reddito jure armorum. I.
* 21. Neque Divinam Domum, neque Eccleſiam, aut aliquam perſonam quolibet publico munere excuſandam. I.
* 22. De Pecunia Afris credita, & de Fidejuſſoribus eorum. I.
* 23. De Tributis Fiſcalibus & de Sacro Auditorio & de cæteris negotiis. I.
24. De Epiſcoporum Ordinatione. *Quæ edita eſt* XIIII. *inter Nov. Theod.* I.
* 25. De Pretio ſolidi, & ne quis ſolidum integrum recuſet. I.
* 26. De Corporatis Urbis Romæ qui ad Militiam vel Clericatum tranſeunt, revocandis. I.
* 27. De Negotiatoribus. I.
* 28. De Reſcindendis venditionibus rei dominicæ. I.
* 29. De Scolaribus, & Comitibus Scholarum, & de Domeſticis eorum. I.
* 30. De Locis Reipublicæ quoquomodo poſſeſſis, civitatibus reſtituendis. I.
31. De Ambitu & locis limitaneis inibi redebendis. *Quæ edita eſt* XV. *inter Theod. Nov. ſed non integra.* I.
32. De Metatis. *Quæ extat in Theod. Nov.* XVI. I.
33. De Relevatis, adæratis, vel donatis Poſſeſſionibus: *edita inter Theod. Nov.* XVIII. I.
* 34. De Poſtulando, *Divi Valentiniani.* I.
35. De Confirmatione legum Novellarum Divi Theodoſ. *Quæ extat inter Novellas Valent.* XIIII. I.
* 36. De Lampadariis. I.
37. De Principibus agentium in rebus. *Quæ edita eſt inter eaſdem Nov.* XIIII. I.
* 38. De Navicularis omnicis. I.
39. De Suariis, Boariis, & Pecorariis: *edita inter eaſdem Nov.* XV. I.
* 40. De Prædiis piſtoriis Afris deputandis. I.
* 41. De Succeſſione Curialium. I.
* 42. In damnum publicum non valere reſcriptum, nec ſpecialia beneficia generalibus præferenda. I.
* 43. De Pantepolis ad Urbem Romam revocandis, & qui a Tyronum præbitione excuſantur. I.
* 44. De Tyronibus & Occultatoribus deſertorum. III.
* 45. De Palatinis. III.
* 46. Ne Duciani vel Limitanei Milites ad Comitatum exhibeantur. I.
* 47. De Competitionibus. I.
* 48. De Honoratis, & quis in gradu præferatur. I.
* 49. De Officio & Numerariis Præfectorum Prætorio. I.

Novella Divi Majoriani.

* 50. De Adulteriis. *Una tamen tantum extat.* I.

Incipiunt Tituli legum Divi Anthemii Auguſti.

* 1. De Mulieribus quæ ſe ſervis propriis vel libertis junxerunt, & de Naturalibus Filiis. I.
* 2. De Confirmatione legum Divi Leonis Auguſti. I.
* 3. De Bonis Vacantibus. I.

Incipit Liber Divi Valentiniani Auguſti.

1. De Fructibus inter maritum & uxorem expenſis, filiis vel Heredibus minime imputandis. I.
2. De Manichæis. I.
3. De Homicidiis caſu vel voluntate factis. I.
4. De Teſtamentis. II.
5. De Sepulchrorum Violatoribus. I.
6. De Liberis & Suſceptoribus eorum. I.
7. De Indulgentiis reliquorum. I.
8. De Præſcriptione XXX. annorum omnibus cauſis opponenda. I.
9. De Colonis vagis, vel agnatione eorum, & de advenis. I.
10. De confirmandis quæ admiſſu ſtantibus vel publicum Officium gerentibus diſtracta ſunt, vel donata, & de Advocatis, & de cæteris negotiis. I.
11. De Parentibus qui filios ſuos per neceſſitatem diſtraxerunt, & ne ingenui a Barbaris venundentur, neque ad tranſmarina ducantur. I.

Quas Editio noſtra Novellas complectitur, ſtellula notavimus.

SCRIMGERIANÆ ET HUJUS EDITIONIS IN NOVELLARUM CONSTITUTIONUM ORDINE CONVENIENTIA.

Scrimg.	Jul.	Aut.	Scrimg.	Jul.	Aut.	Scrimg.	Jul.	Aut.
1.	1.	coll. 1. tit. 1.	62.	56.		123.	115.	coll. 9. tit. 15.
2.	2.	c. 1. t. 2.	63.	57.	coll. 5. tit. 13.	124.	122.	c. 9. t. 5.
3.	3.	c. 1. t. 3.	64.	58.		125.	112.	c. 9. t. 4.
4.	5.	c. 1. t. 4.	65.	59.		126.	113.	
5.	4.	c. 1. t. 5.	66.	60.	c. 5. t. 16.	127.	114.	c. 9. t. 7.
6.	6.	c. 1. t. 6.	67.	61.	c. 5. t. 17.	128.	124.	c. 9. t. 14.
7.	7.	c. 2. t. 1.	68.	62.	c. 5. t. 20.	129.	116.	
8.	15.	c. 2. t. 2.	69.	63.	c. 5. t. 19.	130.	123.	c. 9. t. 11.
9.	8.	c. 2. t. 3.	70.	64.		131.	119.	c. 9. t. 6.
10.	16.	c. 2. t. 4.	71.	121.	c. 5. t. 18.	132.		c. 9. t. 12.
11.	9.	c. 2. t. 5.	72.	65.	c. 6. t. 2.	133.		
12.	12.	c. 2. t. 6.	73.	66.	c. 6. t. 3.	134.	125.	c. 9. t. 9.
13.	13.		74.	67.	c. 6. t. 1.	135.		
14.	31.	c. 3. t. 1.	75.	68.	c. 6. t. 4.	136.	118.	
15.	30.	c. 3. t. 2.	76.	70.		137.		
16.	12.	c. 3. t. 3.	77.	71.	c. 6. t. 5.	138.	126.	
17.	21.	c. 3. t. 4.	78.	72.	c. 6. t. 6.	139.		
18.	34.	c. 3. t. 5.	79.	73.	c. 6. t. 7.	140.		
19.		c. 3. t. 6.	80.	74.	c. 6. t. 8.	141.		
20.	120.	c. 3. t. 7.	81.	75.	c. 6. t. 9.	142.		
21.			82.	76.	c. 6. t. 10.	143.		c. 9. t. 13.
22.	36.	c. 4. t. 1.	83.	77.	c. 6. t. 11.	144.		
23.	24.	c. 4. t. 2.	84.	78.	c. 6. t. 12.	145.		
24.	17.		85.	79.	c. 6. t. 13.	146.		
25.	18.		86.	69.	c. 9. t. 10.	147.		
26.	19.		87.	80.		148.		
27.	20.		88.	81.	c. 6. t. 14.	149.		
28.	27.		89.	82.	c. 7. t. 1.	150.	128.	
29.	28.		90.	83.	c. 7. t. 2.	151.		
30.	22.		91.	84.	c. 7. t. 5.	152.		
31.	39.		92.	85.	c. 7. t. 3.	153.		
32.	33.	c. 4. t. 3.	93.	86.	c. 8. t. 2.	154.		
33.		c. 4. t. 4.	94.	87.	c. 7. t. 4.	155.		
34.			95.	88.	c. 7. t. 6.	156.		
35.	26.		96.	89.	c. 7. t. 7.	157.		
36.			97.	90.	c. 7. t. 8.	158.		
37.			98.	91.	c. 8. t. 1.	159.	127.	c. 9. t. 9.
38.	35.		99.	92.	c. 7. t. 9.	160.		
39.	37.	c. 4. t. 8.	100.	93.	c. 7. t. 10.	161.		
40.	11.		101.	94.		162.		
41.			102.	95.		163.		
42.	10.		103.	96.		164.		
43.	13.		104.	97.		165.		
44.	40.	c. 4. t. 7.	105.	98.	c. 4. t. 5.	166.		
45.	41.		106.	99.		167.		
46.	14.	c. 5. t. 1.	107.	100.	c. 8. t. 3.	168.		
47.	42.	c. 5. t. 3.	108.	101.	c. 8. t. 4.	169.		
48.	43.	c. 5. t. 2.	109.	102.	c. 8. t. 5.	170.		
49.	44.		110.	103.	c. 8. t. 6.	Edict.		
50.	38.	c. 5. t. 12.	111.	104.	c. 8. t. 7.	1.		
51.	45.	c. 5. t. 4.	112.	105.	c. 8. t. 8.	2.		
52.	46.	c. 5. t. 5.	113.	106.	c. 8. t. 11.	3.	13.	
53.	47.	c. 5. t. 6.	114.		c. 8. t. 10.	4.		
54.	48.	c. 5. t. 7.	115.	107.	c. 8. t. 12.	5.		
55.	49.	c. 5. t. 8.	116.		c. 8. t. 9.	6.		
56.	50.	c. 5. t. 9.	117.	108.	c. 8. t. 13.	7.		
57.	51.	c. 5. t. 11.	118.	109.	c. 9. t. 1.	8.		
58.	52.	c. 5. t. 10.	119.	110.	c. 9. t. 2.	9.		
59.	53.		120.	111.	c. 9. t. 3.	10.		
60.	54.	c. 5. t. 13.	121.	117.		11.		
61.	55.	c. 5. t. 14.	122.			12.		
						13.		

INDEX

VERBORUM OBSCURORUM JULIANI

QUÆ IN SCHOLIIS INTERPRETANTUR.

ABACTIS, Conſtitut. XXXVIII.
Actuarius Scholæ, Conſt. CVIII. cap. 10.
Adæratio, Conſt. CXXIII. cap. 4.
Adjutores Quæſtoris, Conſt. XXVI.
Adreſponſum, Conſt. XVII. cap. 1. Conſt. XXVII. cap. 1.
Agapeti, Conſt. VI. cap. 6.
Agentes in rebus, Conſt. XXI. cap. 2. Conſt. LXIX. cap. 9.
Ambitioſæ reſcriptiones, Conſt. CVI.
Anachoritæ, Conſt. IIII. cap. 4.
Angariæ, Conſtit. XXI. cap. 7. Conſt. CXXIIII. cap. 21. Conſt. CXXVI.
Antiochiæ Præſes, Conſt. XV. cap. 5.
Aphopliſtæ, Conſt. XV. cap. 10.
Apocriſarius, Conſt. VI. cap. 2. 3. Conſt. LXXIII cap. 1. Conſt. CXV. cap. 43.
Archa Theatralis Præfecti Urbis, Conſt. LVII.
Archimandrita, Conſt. CXI. cap. 2.
Archimandritiſſa, Conſt. IIII. cap. 7. Conſt. CXI.
Arctna loca, Conſt. LXIII.
Argytoprata, Conſt. CXVIII.
Armeniæ quatuor, Conſt. XXXIX.
Aſceterium, Conſt. VI. cap. 6. Conſt. LXXIII. cap. 1. 2.
Aſcetriæ, Conſt. LIII.
Auditorium Sacrum, Conſt. XII. cap. 2. Conſt. XXII. cap. 6. Conſt. XXIIII. cap. 4.
Auguſtalis, Conſt. XXIIII. cap. 4.
Aureorum annulorum jus, Conſt. LXXII.
Balliſtriarii, Conſt. LXXIX.
Baſilica, Conſt. LXXVI. cap. 5.
Bona gratia divortium, Conſt. XXXVI.
Canonicarii, Conſt. CXXIIII. cap. 5. 6.
Canonicum, Conſt. XXI. cap. 9. Conſt. CXV. cap. 35.
Capitum, Conſt. XV. cap. 2.
Capite cenſiti, Conſt. XXI. cap. 12.
Carruca argentea, Conſt. XVII. cap. 1. Conſt. XX.
Caſtus, Conſt. VI. cap. 5.
Caſus, Conſt. XXXVI. cap. 14.
Caſus militiæ, Conſt. XLVII. cap. 5. Conſt. XC. cap. 4.
Cathedraticum, Conſt. CXV. cap. 5.
Cauſa, Conſt. LXIII. cap. 3.
Cellulæ, Conſt. CXV. cap. 56.
Cenatio, Conſt. CXXIII. cap. 9.
Cenſuales, Conſt. CXXIIII. cap. 4.
Chartula, Conſt. LXVII. cap. 3.
Chartularii de Scrinio fabricæ, Conſt. LXXIX. cap. 3.
Chartularii numeri, Conſt. CVIII. cap. 10.
Chartularii Religioſæ Domus, Conſt. CXI.
Cingulum, Conſt. LVI. cap. 2.
Circus, Conſt. XCVIII.
Collatores, Conſt. CXXIII.
Comes Orientis, Conſt. XV. cap. 5.
Comitatenſes, Conſt. XXXVIII.
Comitiaca, Conſt. XXXV.
Commendatoriæ, Conſt. VI. cap. 3.
Confirmatio perſonarum, Conſt. CVI.
Commentarienſis, Conſt. XXXVIII.

Comparatores, Conſt. XLIX. cap. 2.
Completio, Conſt. LXVI. cap. 5. 7.
Concubina, Conſt. LXVII.
Concubitor, Conſt. XXXIIII. cap. 5. Conſt. LXXXII. cap. 12.
Confirmator venditionis, Conſt. III. cap. 1.
Conſiſtorium, Conſt. XXIII.
Conſtringere, Conſt. CXXII.
Conſuetudo, Conſt. XXII. cap. 1. Conſt. CXV. cap. 25.
Conſularis, Conſt. LVI. cap. 2.
Conſultatio, Conſt XXIIII. cap. 2. Conſt. LVI. cap. 1.
Conti, Conſt. LXXIX.
Continentia, Conſt. LVIIII.
Conventus, Conſt. LVI.
Crucem imponere, Conſt. IIII. cap. 1.
Cubicularius, Conſt. XV. cap. 10.
Culcitæ humo conſtratæ, Conſt. IIII. cap. 4.
Curia, Conſt. XXXV. Conſt XLI.
Curiales, Conſt. VI. Conſt. XXIIII. Conſt. LXI.
Curſus publicus, Conſt. XXII. cap. 3. Conſt. XXVII. cap. 1.
Decani, Conſt. XIII. Conſt. LIII.
Decanica, Conſt. LXIII. cap. 3.
Deceſſor, Conſt. LXXXVIII.
Delegatores, Conſt. CXXIII. cap. 1. 6.
Depretiarii, Conſt. LVII.
Deputati, Conſt. LXXIX. cap. 2.
Deſcriptiones, Conſt. CXIX. cap. 5.
Diaconiſſæ, Conſt. V. cap. 1. Conſt. VI. cap. 6.
Diætetæ, Conſt. LXVI.
Diaria, Conſt. CXV. cap. 25.
Diaſoſta, Conſt. CXXIII. cap. 1. 6.
Domeſtici, Conſt. XXII. cap. 3.
Domus divina, Ibid.
Dos profectitia, Conſt. LXXXIII. cap. 2.
Dos adventitia, Ibid.
Duplicia Monaſteria, Conſt. CXV. cap. 57.
Elogium, Conſt. XXXVI. cap. 20.
Emphanistica, Conſt. L.
Emponemata, Conſt. VII. cap. 3. Conſt. LVIII. Conſt. CXI. cap. 4.
Epitropi, Conſt. XXII. cap. 1.
Eremodica, Conſt. LXIII. cap. 3.
Evacuatii, Conſt. II. cap. 3. Conſt. CX. cap. 10. Conſt. CXI. cap. 10.
Exarthrara, Conſt. CXXV. cap. 6.
Exceptores, Conſt. XXX. cap. 3. Conſt. LXXVI. cap. 7.
Exceptores, Conſt. CXV. cap. 8.
Expellentæ, Conſt. CXXIIII. cap. 6.
Expoſitio, Conſt. XXI. cap. 6.
Fabricæ, Conſt. LXXIX. cap. 1.
Fabricenſes, Ibid.
Facere annum, Conſt. VI. cap. 2. Conſt. CVIII. cap. 10.
Fatalis dies, Conſt. CX. cap. 4. Conſt. CXIII. cap. 2.
Fides publica, Conſt XXI. cap. 4.
Fœderati, Conſt. CVIII. cap. 9.
Fratres, Conſt. VI. cap. 6.
Genearchica prædia, Conſt. XXIX.
Gerontocomium, Conſt. VII. cap. 1.
Hegumenus, Conſt. CXI. cap. 2. Conſt. CXV. cap. 55. 56.
Heſichaſta, Conſt. IIII. cap. 4.
Honoraria dignitas, Conſt LXIIII.
Impoſitio, Conſt. CXXIIII. cap. 8.
Indictio, Conſt. CXXIII. CXXIIII.
Injectio, Conſt. CXXIIII. cap. 8.
Inluſtres, Conſt. CXXI.
Introïta, Conſt. CXXIII. cap. 1.

Juliæ, Conſt. CXXIIII. cap. 1. 3.
Lampadarii, Conſt. XXXVIII.
Laterculenſis, Conſt. XXVI.
Latruoculator, Conſt. XV. cap. 10.
Lecti, Conſt. LIII.
Maximi Lecti, Conſt. LIIII.
Deauratus Lectus, Conſt. LIII.
Lecticarii, Conſt. XIII.
Liberorum jus, Conſt. LXXII. cap. 4.
Ligna, Conſt. CVIII. cap. 13.
Limitenſes, Conſt. XXXVIII.
Loci Servator, Conſt. CXXIIII. cap. 19. Conſt. CXXV. cap. 2.
Logographi, Conſt. CXXIIII. cap. 13.
Logotheta, Conſt. CXXIIII. cap. 17.
Longus Murus, Conſt. XIX.
Lucrativorum deſcriptio, Conſt. CXIX. cap. 5.
Magiſtrianus, Conſt. CXXII. cap. 2.
Magiſtri, Conſt. XXII. cap. 1.
Mandata Principis, Conſt. XXI. cap. 1. Conſt. XCV.
Mappa, Conſt. XCVIII.
Matricarii, Conſt. XXIII.
Mechanici, Conſt. VII. cap. 4.
Mediatini ſtatus, Conſt. LXXXII.
Menſa Præfecti Prætorio, Conſt. XLIIII. cap. 2.
Miſſibilia, Conſt. LXXIX. cap. 4.
Moderator, Conſt. XXVII.
Monemeriom, Conſt. XCVIII.
Monocopia, Conſt. LXXIX. cap. 4.
Murilegula, Conſt. XXXV. cap. 6.
Natalibus reſtitui, Conſt. LXXII.
Naturales, Conſt. LXVII. cap. 5.
Nemo nihil neque lucretur, Conſt. CXV. cap. 59.
Noſocomium, Conſt. VII. cap. 1. Conſt. CXI. cap. 1, 2.
Novi muri, Conſt. LIII.
Numeri, Conſt. CXXIII. cap. 1.
Obſervare, Conſt. VI. cap. 2. Conſt. XLVII. cap. 4. Conſt. LXI. cap. 1. Conſt. CXV. cap. 31.
Officiom, Conſt. IIII. cap. 5. 6.
Optiones, Conſt. CXXIIII. cap. 5.
Ordinarii, Conſt. LVI.
Orphanotrophium, Conſt. VII. cap. 1. Conſt. CXI. cap. 1.
Sanctum Orphanotrophiom, Conſt. CXI. cap. 2.
Orphanotrophus, Conſt. CXI. cap. 2.
Palatini, Conſt. XXII. cap. 1. Conſt. CVIII. cap. 12.
Pancarpus, Conſt. XCVIII.
Panes civiles, Conſt. VII. cap. 1. 5.
Parameria, Conſt. LXXIX cap. 4.
Parapompica, Conſt. CXXIIII. cap. 9.
Paraſimioſis, Conſt. LXIX. cap. 2. Conſt. LXXVI. cap. 5.
Parœcicom jus, Conſt. CXI. cap. 1.
Partes, Conſt. CXV. cap. 25.
Pater civitatis, Conſt. XXI. cap. 2. Conſt. LXXIX. cap. 3. Conſt. CXXIIII. cap. 16.
Patricii, Conſt. LVI. Conſt. LXXV.
Patrimoniom, Conſt. LXIII. cap. 5.
Patrimonialia, ibid.
Philarchus, Conſt. XCV.
Piſtrinarii, Conſt. LXXIIII. cap. 3.
Pleoaria, Conſt. CXXIIII.
Pornæ, Conſt. XCVIII.
Præcones, Conſt. XXXVIII.
Præfectoria dignitas, Conſt. LXIIII. Conſt. LXXV.
Præfecti Prætorio, Conſt. LXIIII.
Præfectiani, Conſt. CXXIIII. cap. 17.

Præpoſitus, Conſt. XXII. cap. 3. 4.
Prætor Popoli, Conſt. XXIII. Canſt. LXXIII. cap. 2.
Pragmatica Sanctio, Conſt. VII. cap. 2.
Primates in ſingulis gradibus Eccleſiaſticis, Conſt. CXV. cap. 31.
Primates Mechanicorum, Canſt. VII. cap. 2.
Primates Scrinii Fabricæ, Conſt LXXIX. cap. 3.
Primates Civitatis, Conſt. XXI.
Privata, Canſt. CXIII. cap. 3.
Proaſtium, Conſt. VII. cap. 3. Conſt. CVIII. cap. 14.
Probatoriæ, Conſt. XVII. cap. 1.
Proceres, Conſt. LXXVI. cap. 4.
Proceſſio Conſulum, Conſt. XCVIII.
Proceſſus Clericorum, Conſt. CXV. cap. 25.
Epiſcopus procedens, Conſt. LXI.
Prometatores, Conſt. CXXIII. cap. 6.
Propina, Conſt. CVIII. cap. 14.
Protocallum, Conſt. XL. cap. 2.
Proximi futuri, Canſt. XXVI.
Pſallere, Conſt. LIIII.
Prochica res, Conſt. VII. cap. 4.
Prochiom, Conſt. XLVIII. cap. 2.
Prochotrophium, Conſt. VII. cap. 1. Conſt. CXI. cap. 1.
Publicæ perſonæ, Conſt. CXIX. cap. 13.
Publicum, Conſt. XIIII.
Quæſitor, Conſt. LXXIIII.
Quæſtor, Cooſt. XXVI.
Quæſtor exercitus Juſtinianeus, Conſt. XXXVIII.
Recauta, Conſt. CXXIII. cap. 1.
Referendarii, Conſt. XVI. Conſt. CVI. Conſt. CXXII. cap. 3.
Referendarius Magnæ Eccleſiæ, Conſt. VI. cap. 3.
Regia Urbs, Conſt. LVII.
Relatio, Conſt. CXV. cap. 1.
Rogatæ Impenſæ, Conſt. CXXIII. cap. 5.
Romanæ Civitatis Jus, Conſt. LXXII. cap. 5.
Sacra, Conſt. CXXV. cap. 13.
Salaria, Canſt. CXV. cap. 51.
Sanctimoniales, Conſt. CXXV. cap. 15.
Schola Palatinorum, Canſt. CVIII. cap. 12.
Scholæ Placitum, Conſt. XLVII. cap. 5.
Scholares, Conſt. XLII. cap. 3.
Scholaſtici, Canſt. LXXIIII. Conſt. LXXVI.
Scrinium, Conſt. XXX.
Scrinium memoriæ, Conſt. XXVI.
Scriniom Epiſtularum, Conſt. XIX.
Qui io Divinis Scriniis militant, Conſt. CXX.
Scriniarii, Conſt. LXXIX. cap. 3.
Securitas, Cooſt. CXXIIII. cap. 3.
Sedere Jodices, Conſt. LXXVI. cap. 3.
Senatores, Conſt. LVI. cap. 1.
Septimum miliarium, Conſt. CIX. cap. 5.
Sigynoi, Conſt. LXXIX. cap. 4.
Silentium, Conſt. LVI. cap. 1.
Silentiarii, Conſt. XLVII. cap. 5.
Siliqua, Conſt. XXIII. Cooſt. LIII.
Solatium, Cooſt. CXXXIII.
Sortitus io Clero, Cooſt. CXV. cap. 18.
Spatha, Conſt. LXXIX. cap. 4.
Sportulæ, Conſt. XV. cap. 6. Conſt. LXIX. cap. 5. Conſt. LXXVI. cap. 7.
Stadio, Conſt. XL.
Stola Monachica, Conſt. IIII. cap. 2.
Strumentom, Conſt. CXXIIII. cap. 7.
Sucæ, Cooſt. LIII.
Summarii, Conſt. XXII. cap. 1. Conſt. LVIII.

Suſurri Magici, Conſt. CVII. cap. 4.
Syndicus, Conſt. LXXIIII. cap. 1.
Tabellio, Conſt. VI. cap. 1. Conſt. XL. cap. 1. Conſt. CXL cap. 9. Conſt. XLIIII. cap. 2.
Tablizare, Conſt. CXV. cap. 13.
Tamiaca prædia, Conſt. XXII. cap. 1. 2.
Taxatin, Conſt. XLVII. cap. 2. Conſt. LXXVI. cap. 10.
Tebennum, Conſt. XCVI.
Tertia centeſimæ, Conſt. IL cap. 4. Conſt. XXXVI. cap. 30.
Theatraquinegium, Conſt. XCVIII.
Titulos imponere alienis rebus, Conſt. XXI. cap. 13. Conſt. XXIL cap. 5.
Tractentæ, Conſt. XXII. cap. 1.
Tracteotæ, Conſt. CXXIII. cap. 3. Conſt. CXXIIII. cap. 1.
Tranſlatio, Conſt. XXI. cap. 6.
Tranſmarinus locus, Conſt. LIII.
Tribuni, Conſt. XXIII.
Veredorum diſpoſitio, Conſt. XXII. cap. 3.
Vicarius, Conſt. XV. cap. 2. 3.
Vindex, Conſt. CXXIIII. cap. 5. 8. Conſt. CXXV. cap. 4.
Viocolyta, Conſt. CXXV. cap. 1.
Xenon, Conſt. CIIII. Conſt. CXI. cap. 2. Conſt. CXIX. cap. 11.
Xenodochium, Conſt. VII. cap. 1. Conſt. LXIII. cap. 5. Conſt. CIIII. Conſt. CXL.
Zabæ, Conſt. LXXIX. cap. 3.

FINIS.

MOSAYCARUM
ET
ROMANARUM LEGUM
COLLATIO,

ex integris Papiniani, Pauli, Ulpiani, Gaii, Modeſtini, aliorumque veterum Juris Auctorum libris ante tempora Juſtiniani Imp. deſumpta.

EJUSDEM IMP. JUSTINIANI *Novellæ Conſtitutiones III.*

JULIANI *Antecеſſoris CP. Dictatum de Conſiliariis.*

EJUSDEM JULIANI *Collectio de Contutoribus.*

CUM NOTIS P. PITHOEI J. C.

Ex Bibliotheca Illuſtriſſimi D. D. CLAUDII LE PELETIER *Regni Adminiſtri, Regii Ærarii Præfecti, & Supremi Galliarum Senatus Præſidis Infulati.*

Cura FRANCISCI DESMARÉS, Domini de Palis, in Curia Patroni, & Facultatis Jurium in Univerſitate Pariſienſi Doctoris Honorarii.

CLARISSIMO

ATQUE AMPLISSIMO VIRO

CHRISTOPHORO

THUANO CELIO,

EQUITI,

REGNI CURIÆ PRÆSIDI PRIMARIO,

ET SACRI CONSISTORII SENATORI,

P. PITHOEUS S.

CUR *has ad te veterum Juris Auctōrum Reliquias ultro deferam, non una cauſa eſt,* PRÆSES AMPLISSIME, *ſed ea maxime juſta, quod quæ nonnullis fortaſſe contra Juſtiniani Principis interdictum in lucem prolatæ videbuntur, eas oportuit ſanctiore aliquo nomine defendi adverſus ingratiſſimorum hominum aut calumnias, aut ineptias: qui vel diſſimulant, vel neſciunt, ab illo quidem comparationem modo & in judiciis recitationem apud ſuos prohibitam; nos vero Romanarum legum Majeſtatem ſic comiter conſervare, ut tamen illis nihil in nos licere patiamur, niſi quod earum rationi. &*

æquitati, non auctoritati & ſanctioni concedimus. Cujus vero ad hanc defenſionem auguſtius nomen eligi potuit quam tuum? quo demum Præſide purior hæc Juriſprudentia uſu fori recepta eſt, quique juris noſtri in ſummo iſto Galliæ tribunali ita clavum tenes, ita regis, ut quod ille olim vir maximus, tu σῶμα *Senatus & quodammodo* ἔμψυχος νόμος *non immerito dici poſſis. Sed eſt & quod tu jure quodam tuo virilem tibi portionem vindicare queas in noſtris omnium operis, quarum Patronus es ſummus, aut potius Pater, quando tibi pietatis, quam poteſtatis nomen, gratius eſſe ſumma tua humanitas non obſcure ſuadet. Acceſſit & illa paternæ quondam erga te obſervantiæ recordatio, qua te nuper non leviter affectum ſenſi, cum patriæ noſtræ Hiſtoriæ particulam ea fronte exciperes, ut familiaris atque etiam amici quondam tui os, oculos, vultum, illam denique naturæ ſimilitudinem in filio non inlubenter recognoſcere videreris. Quæ res, ut verum fatear, animum ſic accendit meum, ut ab eo tempore optarim ſemper illum mihi diem dari, quo & benignitati tuæ aliqua ſaltem ex parte reſpondere, & genere quodam officii teſtari poſſem illam me paternæ in te reverentiæ hereditatem non tam creviſſe, quam continuatione quadam animi retinuiſſe. Accipies igitur hoc ab homine tibi tuiſque virtutibus addictiſſimo munus, non magnum illud quidem, ſed tale tamen quale tibi & per te publicæ utilitati hoc tempore præſtare potuit: majora fortaſſe aliquando præſtaturus, ſi quem illi Deus boni civis animum erga Rempublicam dedit, eum ipſe pro ſua ſingulari clementia quibus poteſt modis confirmet, augeat, inſtruat, adjuvet, tueatur. Bene vale, vir ampliſſime. Lutetiæ Pariſiorum Kalend. Octob.* M. D. LXXII.

PETRI PITHOEI J. C.

PRÆFATIO.

INAUDIERAM equidem antea fuiſſe ex priſcis Scriptoribus aliquem qui cum Moyſis legibus Romanas contuliſſet: ac memini Io. Tilium antiquæ eruditionis hominem, cum de veterum Juriſconſultorum reliquiis ſermo eſſet, narrare ſolitum, habuiſſe aliquando ſe ejus operis fragmenta pauca, quibus ille Licinnii Rufini nomen tribuebat; an ex conjectura, an potius ex veteris libri fide non ſatis ſcio. Illud affirmare liquet quæ nunc damus ex antiquiſſima Sequanorum aut Mandubiorum potius bibliotheca, in qua per annos octingentos & amplius latuerunt, non eſſe Licinnii Rufini, cujus nomine ad Julium Paulum in libris noſtris conſultatio inſcripta eſt: ac, ut quod ſentio, dicam, non fuit tanti hæc collectio, quæ aut Licinnii, aut Juriſconſulti alicujus paulo clarioris ingenium & acumen deſideraret. Tota illa operæ fuit, ſed ejus operæ cujus precium injuria temporis ſic incendit, ut jam nihil fortaſſe hoc genere tanti videatur. Nam ut concedamus plures veteris juris P. R. regulas unius Ulpiani Titulis contineri, ſane & illi præterquam quod ab his noſtris nomen ſuum parteſque mutuantur, unius, ut ita dicam, genii notioniſque ſunt, nec tam perſpicue repræſentant quid Tribonianus, quid collegæ in excerpendis digerendiſque & hujus & aliorum ſcriptis ſibi conceſſerint. Qua de re in eo tractatu quem de libris utriuſque juris pridem delineavimus, plenius differemus. Nunc de collectore hujus libelli, cujus nomen titulumque exemplar ipſum prioribus duabus paginis purum non prætulit, hoc tantum dicere poſſumus, videri eum Theodoſii junioris temporibus vixiſſe, & poſt Conſulatum quidem ipſius XV. quo demum Codex editus legitur, ex quo hic conſtitutionem retulit unam, non omiſſurus, ut veriſimile eſt, de homicidio non voluntario Valentiniani ſingularem legem, ſi tum quoque edita, aut in certum Novellarum corpus redacta fuiſſet. Sed de re incerta nihil temere affirmare velim. Illud potius mirer, cur hic idem illam de impudicis legem non ex Præfecturæ Urbanæ ſcriniis, ſed ex Theodoſiano Codice pleniorem recitat, quam hodie in corpore ipſo extet: quod hac quidem parte pro integro ejuſdem Tilii beneficio hactenus habuimus. Cæte-

rum quod ad nos attinet, in horum editione veteris libri ſcripturam bona fide expreſſimus, retentis etiam levioribus mendis, ſi quæ varias conjecturas reciperent, quibus ne in ora quidem exemplaris locum dedimus, ut ſua cuique libera divinatio liberumque eſſet judicium. Quæ inter exſcribendum relegendumque occurrerant, in hunc locum rejecimus unde facile exturbari poſſent. Nam hunc quidem agrum pro dignitate purgare atque excolere, hominis eſt & otio abundantis, & veteris Juris P. R. cognitione inſtructiſſimi,

Nobis non licet eſſe tam beatis.

INDEX TITULORUM.

I. DE Sicariis & homicidis caſu vel voluntate.
II. De atroci injuria.
III. De jure & ſævitia dominorum cohibenda.
IIII. De adulteris.
V. De ſtupratoribus.
VI. De inceſtis.
VII. De furibus & pœna eorum.
VIII. De falſo teſtimonio.
VIIII. De familiari teſtimonio non admittendo.
X. De depoſito.
XI. De abigeis.
XII. De incendiariis.
XIII. De termino moto.
XIIII. De plagiariis.
XV. De Mathematicis, Maleficis & Manicheis.
XVI. De legitima ſucceſſione.

*

Modeſtini Regula de teſtamentis.
Imp. Juſtiniani Novellæ Conſtitutiones.
I. De uſuris ſupra duplum non computandis.
II. De partiariis ſolutionibus uſurarum in duplum non computandis.
III. De alienatione rerum Eccleſiæ Miſiæ relictarum pro captivorum redemptione & alimentis pauperum.
Juliani Antecesſoris CP. De Conſiliatiis Dictatum.
Ejuſdem Juliani Collectio de contutoribus.
Veteris cujuſdam juris auctoris fragmentum ex manuſcripto exemplari Cl. Puteani.



INCIPIT LEX DEI
QUAM
DEUS PRÆCEPIT
AD MOYSEN.

MOYSES DEI SACERDOS HÆC DICIT. I.
Si quis percuſſerit [1] *hominem ferro, & occiderit eum, morte moriatur. Sin autem manu lapideve quo mori poſſit percuſſerit, & mortuus fuerit, homicida eſt: morte moriatur. Si autem per inimicitiam inpulerit eum, vel inmiſerit ſuper eum aliquod vas* [2] *ex inſidiis, & mortuus fuerit: vel per iram percuſſerit eum manu & mortuus fuerit, morte moriatur.*

[1] *Si quis percuſſerit*] Extat libro IIII. Moyſis, qui Numerorum inſcribitur cap. XXXV. Sed quanam ſacrorum librorum interpretatione hic collector uſus ſit, nondum mihi ſatis liquet. Sane quidem plures hodieque extant in vetuſtioribus archivis, quarum, ut Auguſtini verbis dicam, infinita eſt varietas.

[2] *Aliquod vas*] Hoc nomine poſteriorum temporum ſcriptores, omnes fere res complexi ſunt quæ nobis inter mobiles atque inſtrumenta domus numerantur. Sed & veteres in re militari inter contubernia uſurparunt, unde & Vaſa conclamare, & Convaſare apud eos legimus.

PAULUS quoque libro quinto Sententiarum ſub titulo ad Legem Corneliam [3] de ſicariis & veneficis, dicit. LEX Cornelia pœnam deportationis infligit ei qui hominem occiderit, ejuſque rei cauſa, furtive faciendi cum telo fuerit: & qui venenum hominis necandi cauſa habuerit, vendiderit, paraverit, falſumve teſtimonium dixerit quo quis periſſet, mortiſve cauſam præſtiterit. Quæ omnia facinora in ho-

neſtiores pœna capitis vindicari placuit: humiliores vero aut in crucem tolluntur, aut beſtiis ſubjiciuntur.

3 *Sub titulo ad Legem Corneliam*] Extat inter receptas Pauli ſententias ſub Tit. 23. libro 5. ad quem etiam non erit fortaſſis alienum hoc loco monere duas priores ſententias de circumciſis pertinere, quæ tamen hactenus ſub alieno Titulo aberrarunt, ut & alia multa ejuſdem operis.

ULPIANUS libro VII. de officio Proconſulis, ſub titulo de ſicariis & veneficis. CAPITE primo legis Corneliæ de ſicariis cavetur, UT IS PRÆTOR Judexve [4] quæſtionis, cui ſorte obvenerit quæſtio de ſicariis, ejus quod in urbe Roma propius mille paſſus factum ſit, uti quærat cum Judicibus qui ei ex lege ſorte obvenerint, de capite ejus qui cum telo ambulaverit hominis necandi furtive faciendi cauſa, hominemve occiderit, cujus id dolo malo factum fuerit. Et reliqua. Relatis [5] verbis legis modo ipſe loquitur Ulpianus. Hæc lex non omnem qui cum telo ambulaverit, punit: ſed eum tantum qui hominis necandi, furtive faciendi cauſa telum gerit, coërcit, compeſcit [6]. Item eum qui hominem occidit, coërcit: nec adjecit cujus conditionis hominem, ut & ad ſervum & peregrinum [7] pertinere hæc lex videatur.

4 *Ut is Prætor Judexve*] Veteris exemplaris ſcriptura hæc fuit: *ut is Prætor Judexve quæſtionis cui ſortem obvenerit quæſtio de ſicariis ejus quod in urbe Roma propriis mille paſſus factus ſit. Utique erat cum Judicibus cui ei ex legem ſortem ob.* In quam quid & cur nobis permiſerimus apertum eſt. Auctorem præterea habuimus M. Tullium, cujus hæc ſunt in oratione pro Cluentio: *Jubet lex ea, qua lege hæc quæſtio conſtituta eſt, Judicem quæſtionis, hoc eſt Q. Voconium, cum his Judicibus qui ei obvenerint (vos appellat, Judices) quærere de veneno. In quem quærere? infinitum eſt, quicunque fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, dederit. Quid eadem lex ſtatim adjungit? Recita deque ejus capite quærito.* Loquitur vero de quæſtione veneficii quæ eundem habuit auctorem & eadem rogatione comprehenſa fuiſſe videtur, ſed diverſis capitibus, ut hic locus arguit, & l. 3. D. ad l. Corn. de ſic. quam etiam ob cauſam ſæpius hæc judicia diſtinguntur tanquam ex diverſis legibus ut in l. 3. D. de bon. damnar. & apud Martialem eo loco, *Non de vi, neque cæde, nec veneno.* Et ſane diverſos habuiſſe Judices diverſoſque Prætores veriſimile eſt. Idque Ciceronis verba plane confirmant, ſi conjungantur cum præcedentibus hujuſmodi, *Opinor hæc omnia lege fieri, totumque hoc judicium quaſi mente quadam regi legis & adminiſtrari. Quid ergo eſt? hæc quæſtio ſola ita gubernatur? Quid M. Platorii & C. Flaminii inter ſicarios. Quid C. Orchinii peculatus? Quid mea de pecuniis repetundis? Quid aliæ quæſtiones?* Unde fortaſſe non immerito quis ſuſpicetur in l. 2. §. capra. D. de orig. jur. quod in Pandectis Florentinis deeſſe videtur, ſic potius eſſe ſupplendum, *Deinde Cornelius Sylla quæſtiones publicas conſtituit, veluti de falſo, de parricidio, de ſicariis, de veneficiis, & Prætores quatuor adjecit.* Nam injuriarum quidem judicium ex lege Cornelia inter privata ab auctoribus noſtris perpetuo relatum eſt l. 2. & ult. C. de injuriis. Ut pote quod & civiliter moveri poſſit: & in l. Prætor. §. 1. D. de injur. Cornelia non de injuriis, ſed de ſicariis potius exaudienda eſt, ut & in l. 23. §. ſi dolo. D. ad leg. Aquil. Nec tamen inficior ex lege Cornelia injuriarum ſervum reum non recipi, ſed duriore pœna extraordinem affici, & quod ad ſervos attinet excedere eam quæſtionem quodam genere privatæ modum l. 12. §. ult. D. de accuſat. Ideoque cum de ſervo ageretur in l. 5. D. Si ex nox. cauſ. ag. hæc recte Ulpianus ſic conjunxit, *Capitalium actionum injuriarumque nomine.* Sed hæc aliena nec hujus loci

quæſtio

quæſtio eſt, ac vereor ne jam etiam notarum modum exceſſerim. Illud tamen addere liceat eſſe hoc exemplum aliud exercitionis publici judicii lege delegatæ ad l. 1. D. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd.

5 *Relatis*] Hæc ſunt collectoris, quæ ideo forma literarum a ceteris diſtingui voluimus, ut & reliqua omnia quæ illius eſſe viſa ſunt.

6 *Coërcit compeſcit*] Vet. *Coerci compeſci.* Et paulo poſt: *pertinet ire hac.*

7 *Ut & ad ſervum & peregrinum*] Cicero pro Cluentio, *Ubi omnes mortales alligat lex, ita loquitur, qui fecit, fecerit, omnes viri, mulieres, liberi, ſervi, in judicium vocantur.* Omnibus legibus ſervi rei fiunt, quarum pœna in ſervos cadere poteſt l. 12. §. ult. D. de accuſat. In ſervos etiam admiſſa delicta legibus vindicantur, adeo ut & ipſi ſervo non ad ſugillationem domini facta injuria legibus inulta non relinquatur l. Item apud Labeonem. §. Si quis. D. de injur. l. 6. D. ad l. Jul. de adult. Et tamen illud etiam verum eſt quod & Fabius libro VI. uſurpavit, ad exules, ad ſervos, ad peregrinos nullam legem pertinere. Sed hæc ex mente verbiſque legum dijudicanda ſunt, & potiſſimum quidem ex ſubjecta materia. Peregrinus manumittens ſervum non potuit Latinum facere. Cur ita? quia lex Junia quæ Latinorum genus induxit, ad peregrinos non pertinet. Prætor tamen non permittebat ita manumiſſum ſervire, niſi aliter lege peregrina cautum eſſet. Hoc ſcripſerat Juriconſultus quidam, ſive is Ulpianus fuit, ſeu Gaïus, ſeu quis alius, in libro regularum, cujus ego nuper fragmentum magna parte erui ex veteri Gloſſario Cl. Puteani viri ſelectiſſimæ eruditionis & judicii recti. Quod de peregrino diximus fortaſſe & ad deportatum non male trahetur l. 2. D. de interdic. & relegat.

ITEM PAULUS libro quo ſupra & titulo, dicit. HOMICIDA eſt, qui aliquo genere teli hominem occidit, mortiſve cauſam præſtitit.

ITEM de caſualibus homicidis MOYSES legaliter dicit. SI AUTEM [8] *non per inimicitias inmiſerit ſuper eum aliquod vas non inſidians, vel lapidem quo moriatur non per dolum, & ceciderit ſuper eum, & mortuus fuerit, ſi neque inimicus ejus, neque quæſierit malefacere ei, judicabitis inter eum qui percuſſerit & proximum mortui ſecundum judicia hæc, & liberabitis percuſſorem.*

8 *Si autem*] Extat apud Moyſem eo loco quem ſupra notavimus, extat & de eadem re Novella Conſtitutio Valentiniani, qua fere utimur. Addatur & Numæ lex ex vetuſtiſſimo Servii exemplari ad illud Virgil. Egl. 4. *Ipſe ſed in pratis aries. Sane*, inquit, *in Numæ legibus cautum eſt ut ſi quis imprudens hominem occidiſſet pro capite occiſi & natis ejus in concione offerret arietem. Ergo hic bene videtur arieti dignitatem dare, dicendo ipſe, qui oblatus homicidam crimine homicidii poſſit exſolvere.* Sed placet etiam Philonis locus ex lib. 1. de vita Moyſis, ὁ κτείνων, inquit, ἄνθρωπον, εἰ καὶ δικαίως καὶ ἀμυνόμενος, καὶ βιασθείς, ὑπαίτιος εἶναι δοκεῖ διὰ τὴν ἀνωτάτω καὶ κοινὴν συγγένειαν. Placet & ille Plutarchi ex Cauſalibus, in quo rationem inquirens cur non niſi ſacramento adacti militent, πότερον, ὅτι, inquit, τὴν ἀναίρεσιν μόνην ἐξουσίαν εἶναι δεῖ τῷ ἀνελεῖν ἄνθρωπον, ὁ δὲ ἄνευ νόμου καὶ προστάγματος τοῦτο ποιῶν, ἀνδροφόνος ἐστίν.

ULPIANUS libro & titulo qui ſupra relati. DISTINCTIONEM caſus & voluntatis in homicidio ſervari reſcripto Hadriani [9] confirmatur. Verba reſcripti. ET qui hominem occidit, abſolvi ſolet, ſcilicet ſi non occidendi animo id admiſit: & qui non occidit, ſed voluit occidere, pro homicida damnatur. E re itaque conſtituendum eſt * ex quo ferro percuſſit ipſa funditus. Nam ſi gladium inſtrinxit,

aut telo percuſſit, quid dubium eſt quin occidendi animo percuſſerit? Sic lapide [10] percuſſit, aut cucuma, aut cum forte rixaretur, ferro percuſſit, ſed non occidendi mente. Ergo hoc exquirite, & ſi voluntas occidendi fuit, ut homicidam ſervum [11] ſupplicio * cum jure jubete affici.

9 *Reſcripto Hadriani*] Refertur & hoc reſcriptum in l. 1. §. Divus D. ad Leg. Corn. de ſic. quem cum hoc contuliſſe non inutile erit.

10 *Sic lapide*] Vetus hæc ſcriptura propius accedit ad clavis quam clavæ nomen, quod & Græci interpretes retinuerunt libro 60. Βασιλ. Tit. 39. & 59.

11 *Ut homicidam ſervum*] Franciſcus Pithœus frater meus, cujus ego ingenuis virtutibus digna ex aliis audire malo quam ipſe dicere, putat hunc locum ſic emendari poſſe; *ut homicidii reum ſupplicio majore jubete adfici.* Niſi qui ita malit, *ut homicidam ſervum ſupplicio majore.* Certum eſt enim ex perſona delinquentis ut crimen, ita pœnam augeri.

PAULUS libro quinto titulo quo ſupra. QUI hominem [12] occidit, aliquando abſolvitur: & qui non occidit, ut homicida damnatur. Conſilium [13] enim uniuſcujuſque, non factum puniendum eſt. Ideoque qui cum vellet occidere, caſu aliquo perpetrare non potuit, ut homicida punitur: & is qui caſu teli [14] hominem inprudenter ferierit, abſolvitur. Quod ſi in rixa [15] percuſſus homo fuerit, quoniam ictus quoque ipſos contra unumquemque contemplari oportet, ideo humiliores in ludum aut in metallum damnantur, honeſtiores dimidia parte bonorum multati relegantur.

12 *Qui hominem*] Reliqua fuit prior pars apud Paulum lib. v. Sent. Tit. XXIII.

13 *Conſilium*] Paterculus, *Facta*, inquit, *majores noſtri ad conſilium dirigebant.* Seneca de Tranquil. lib. II. *Poteſt evenire ut faciat aliquis injuriam mihi, & ego non accipiam, tanquam ſi quis rem cum e villa mea ſubripuit, in domo mea ponat, ille furtum fecerit, ego nihil perdiderim. Poteſt aliquis nocens geri, quamvis non nocuerit. Si quis cum uxore tanquam cum aliena concumbat, adulter erit, quamvis illa adultera non ſit. Aliquis mihi venenum dedit, ſed vim ſuam mixtum cibo perdidit: venenum illud dando ſcelere ſe obligavit etiamſi non nocuit. Non minus latro eſt cujus telum oppoſita veſte eluſum eſt. Omnia ſcelera & ante effectum* (ſic legendum) *operis quantum culpa ſatis eſt, perfecta ſunt.* Servius ad illud Virgil. ex libro VI. *Auſi omnes immane nefas, Secundum Romanorum morem dicit, quo non tantum exitus punitur, ſed voluntas.* Sic & Impp. in l. 1. C. Th. de ambitu προθυμότερον ἑλληνικοῖς, *Pari ſorte leges ſcelus quam ſceleris puniunt voluntatem.* Sane in rebus non uſque adeo turpibus etiam factum exigitur l. 1. §. beſtias. D. de poſtulando. l. 18. D. de pœnis. quæ pertinet ad edictum. Quod quiſque juris, non ad publica judicia. Itaque oratorie magis quam juridice ab his ad illa M. Cato pro Rhodienſibus argumentatus eſt apud Gell. libro 7. capite 3. & rectius quidem Aſconius Pædianus, *Qui jus*, inquit, *dicit factorum judex eſt non futurorum, duntaxat in civilibus cauſis.*

14 *Caſu teli*] Fuga teli magis quam jactu, ut olim in exceptionibus ſcribi ſolitum M. Tullius auctor eſt. Auguſtin. de lib. arbitr. lib. 1. *Nam & miles hoſtem, & judex vel miniſter ejus nocentem, & cui invito atque imprudenti telum manu fugit, non mihi videntur peccare cum hominem occidunt.*

15 *Quod ſi in rixa*] Extat in l. ult. D. ad leg. Corn. de ſicar. ex qua fortaſſe hic quoque non male ita legetur, *ictus quoque ipſos.* Cætera cur a Triboniano prætermiſſa ſint, non eſt obſcurum.

ITEM GREGORIANUS libro IIII. ad legem Corneliam de ſicariis, & veneficis, talem conſtitutionem ponit. IMPERATOR Antoninus A. Aurelio Herculano & aliis militibus. Frater veſter [16] rectius fecerit ſi ſe Præſidi Provinciæ obtulerit: cui ſi probaverit non occidendi animo Juſtam a ſe percuſſam eſſe, remiſſa homicidii pœna ſecundum diſciplinam militarem ſententiam proferet. Propoſita prid. Kl. Febr. Læto II [17]. Conſ.

[16] *Frater veſter*] Ex hoc Antonini reſcripto & eo quod proxime ſequitur, Gordiani, confecta eſt a Triboniano l. I. C. ad leg. Corn. de ſicar.

[17] *Læto bis*] Pro Læto II. id eſt iterum conſule. Nam bis quidem aut ter Conſul in notatione temporum non uſque adeo Latine dici videtur. Et tamen ſæpe in veteribus libris ita ſcriptum memini.

ITEM GREGORIANUS eodem titulo & libro talem conſtitutionem ponit. IMP. Alexander Aurelio Favio, & aliis militibus. SI modo pro quo libellum dediſtis non dolo præſtitit mortem minime perhorreſcat. Crimen quippe ita contrahitur ſi & voluntas occidendi intercedat. Ceterum ea quæ ex inproviſo caſu potius quam fraude accidunt, fato plerumque non noxæ inputantur. Prop. XIII. Kl. Aug. Alexandro Conſ.

ITEM GREGORIANUS eodem libro & titulo tale reſcriptum dedit. * Quod ſi Dominum [18] *. Habe Agato KN. Qualitas precum Jull. Antonini Clementiam noſtram facile commovit: quippe quod aſſeveret homicidium ſe non voluntate ſed caſu fortuito feciſſe, cum calcis ictu mortis occaſio præbita videatur. Quod ſi ita eſt, neque ſuper hoc ambigi poterit, omni eum metu ac ſuſpicione quod ex admiſſi diſcrimine ſuſtinet, ſecundum id quod adnotatione noſtra comprehenſum eſt, volumus liberari. Dat. prid. Kl. Dec. Diocltiano A. IIII. & Maximiano Conſſ.

[18] *Quod ſi Dominum*] Quo hæc pertineant non video. Extat ſane reſcriptum quod ſequitur in l. 5. C. eod. tit. & hoc eſſe Diocletiani & Maximiani ſubſcriptio arguit.

ULPIANUS libro & titulo quo ſupra. CUM quidam [19] per laſciviam cauſam mortis præbuiſſet, comprobatum eſt factum Taurini EgnatI Proc. Bæticæ a Divo Hadriano, quod eum in quinquennium [20] relegaſſet. Verba Conſultationis [21] & reſcripti ita ſe habent * em [22] *. Inter Clodium, Optime Imperator, & Evariſtum cognovit, quod Clodius [23] Lupi filius in convivio dum ſago jactatur [24], culpa Marii Evariſti [25] ita male acceptus fuerit, ut poſt diem quintum moreretur. Adque apparebat [26] nulla inimicitia eum Evariſti fuiſſet, nec cupiditatis culpam coërcendum credidit, ut ceteri ejuſdem ætatis juvenes emendarentur. Ideoque Mario Evariſto urbe, Italia, Provincia Bæticæ [27] in quinquennium interdixit: decrevit & impendi cauſa duo milia patri ejus perſolveret Evariſtus, quod manifeſta ejus fuerat paupertas, vel res. Verba reſcripti. Pœnam MarI Evariſti recte EGN.

» Taurine [28] moderatus es ad modum culpæ. Refert enim [29] & in majoribus delictis conſulto aliquid admittatur, an caſu. Et ſane in omnibus criminibus diſtinctio hæc pœnam aut [*] juſtitiam provocare debet, aut temperamentum admittere.

19 *Cum quidam*] Leguntur & hæc in l. 4. §. 1. D. ad leg. Corn. de ſicar. At neque reſcripti neque conſultationis verba adjecta ſunt, quibus in hoc genere quod ſciam elegantius nihil eſt.

20 *In quinquennium*] Ponitur & illa lex apud Rhetores ut imprudentis cædis damnatus quinquennali exilio mulctetur, ut apud Quinti. lib. 7. cap. 5. & Declam. 296. & 305.

21 *Conſultationis*] Vet. *Conſolationis*, quomodo & in optimo Servii exemplari ſcriptum eſt eo loco lib. 3. Æneid. *Augurium eſt exquiſita Deorum voluntas per conſolationem avium aut ſignorum.*

22 *Em.*] An hæc emiſſam conſultationem, an aliud quiddam ſignificent non ſatis ſcio. Illud fortaſſe fœlicius divinaſſe videbor, iſta ſub finem quæ quis ſupereſſe putaverit (*Velres*) notas eſſe quæ veterem formulam contineant, *Velim reſcribas*: aut potius quando ad principem ſermo eſt, *Velis reſcribere*. Sic apud Plinium ſæpe, Rogo reſcribas, & infra, Vellem mihi reſcribere.

21 *Cognovit quod Clodius*] Malim *cognovi*, & infra, *interdixi*, *decrevi*, &c.

24 *Dum ſago jactatur*] Vet. *Dum ſagu jactatur.* Sed jam notus eſt ex Suetonio & Martiale veterum ludus. Appellatio ipſa non uſque adeo fortaſſis nota quam ex veteri Gloſſario didici, in quo ita eſt. *Sagatio* παλμός.

25 *Culpa Marii Evariſti*] Veteris libri ſcriptura hæc eſt, *culpa manu Evariſti*, quam ideo adnotare libuit quod & hanc conjecturam reciperet, *culpante manu Evariſti.* Excuſa tamen magis placuit.

26 *Adque apparebat*] Hujus loci ſententiam facile eſt mente concipere, verba ipſa ſanare difficile eſt.

27 *Urbe, Italia, Provincia Betica*] Ant. Oiſelus meus, de cujus eruditione, judicio, rerumque ac juris prudentia ſingulari quicquid dixero minus erit, hunc locum ſic malit legere, *urbe Italica Provinciæ Beticæ*, quod mihi quidem facile perſuadet, quando & Italicam Beticæ urbem eſſe vel ex Ptolemæo conſtat, & Provincia, atque adeo Italia & urbe interdicere delicto gravius non immerito videatur. Scio tamen non defuturos qui lectionem ſcriptam magis probent, quam etiam confirmat l. 1. §. 1. D. de effract. & expil.

28 *Recte Egn. Taurine*] Vet. *Recte & Taurine.*

29 *Refert enim*] Sunt igitur illa Divi Hadriani in l. 5 §. ult. D. de pœnis. Unde & hic lubentius ita legerim. *Et ſane diſtinctio hac pænam aut juſtam provocare debet.* Juſta, id eſt legitima, alio qui juſtitiam, quæ cum æquitate conjungitur, non recte ſtricti juris temperamento opponemus l. placuit. C. de judic. l. 31. §. 1. D. depoſiti. Gratiæ fortaſſe rectius, ut in l. 17. §. pen. D. ad leg. Jul. de adulter.

MODESTINUS libro differentiarum ſexto, ſub titulo de ſcientibus & ignorantibus, generaliter loquitur. NONNUNQUAM per ignorantiam delinquentibus jure civili venia tribui ſolet, ſi modo rem facti quis [30] non juris ignoret, quæ ſcilicet conſilio delinquentibus præſtari non ſolet. Propter quod neceſſarium eſt, addita diſtinctione conſiderare utrum ſciente an ignorante aliquo quid geſtum proponatur. Et reliqua.

30 *Rem facti quis*] Vet. Ex. *rem pacto.* Hoc vult, factum non jus.

PAULUS libro & titulo quo ſupra. QUI telum tutandæ ſalutis

cauſa geret [31], non videatur hominis occidendi cauſa portare. Teli autem appellatione non tantum ferrum continetur, ſed omne quod nocendi cauſa portatum eſt.

[31] *Geret*] Vet. *ageret*. Extat in l. pen. §. 1. D. ad leg. Jul. de vi publ. Sed nec moribus noſtris qui occidendi hominis cauſa telum gerit, utique homicidii pœna punitur: & hac parte lex Cornelia in uſu apud nos eſſe deſiit, ut poſteriorum temporum Doctores recte annotarunt.

Explicit Titulus de Sicariis & homicidis caſu vel voluntate.

INCIPIT

DE ATROCI INJURIA.

MOYSES DICIT.

SI AUTEM *contenderint* [1] *duo viri, & percuſſerit alter alterum lapide aut pugno, & non fuerit mortuus, decubuerit autem in lectulo, & ſi ſurgens ambulaverit homo foris* [2] *in baculo, ſine crimine erit ille qui eum percuſſerat: præter acceſſionis mercedem* [3] *dabit ei & medico inpenſas curationis.* II.

[1] *Si autem contenderint*] Extat apud Moyſem Exod. XXI.

[2] *Homo foris*] Vet. *Fortis*.

[3] *Acceſſionis mercedem*] *Ceſſationis*. Hæc vero interpretationem recipiunt ex l. ult. D. de his qui deje. vel effud. & l. 3. D. Si quadru. paup. fec. dic.

ULPIANUS libro regulari [4] ſub titulo de injuriis. INJURIA ſiquidem [5] atrox, id eſt gravis rerum non ſine judicis arbitrio æſtimatur. Atrocem autem æſtimare ſolere Prætorem, * adque collegi [6] ex facto, ut puta ſi verberatus vel vulneratus fuerit. Et reliqua.

[4] *Ulpianus libro regularis*] Sic vetus exemp. Ego vero non dubito quin & hæc ipſa & alia quædam hujus Eclogæ ſint ex libro ſingulari Regularum Domitii Ulpiani, cui etiam antea ſemper adſcripſi titulos illos qui Io. Tilii immortali beneficio ante annos aliquot editi ſunt. Movit me præter ſcribendi rationem, quod cum in Pandectis noſtris duo tantum capita ex eo libro reliqua eſſent, nempe XVII. de teſtibus, & XXV. de obligat. & actionib. illud quidem totidem verbis inter iſtos Titulos legitur; alterum cur non extet cauſa in promptu eſt, cum & titulus ipſe deſideretur, ut & alios plures non fruſtra deſiderari hæc collectio indicat, ex qua etiam quoſdam ſupplere, quoſdam rectius emendare eſt. Sunt igitur illi Tituli ex corpore non omnium Ulpiani ſcriptorum, ſed ex corpore libri ſingularis Regularum, ut & Æmilii Papiniani ſententia unica ex ipſius corpore, id eſt ex libro ſingulari Reſponſorum collecta quæ tanquam purpuræ lumen centonem illum Gothicum in fronte deturpat magis quam honeſtat.

[5] *Injuria ſiquidem*] Hæc pertinent ad injurias rerum, id eſt quæ re fiunt membro rupta vel oſſe fracto, & ad honorariam earum pœnam de qua in § pœna. Inſtit. de injur.

[6] *Adque collegi*] An *idque collegi ex facto*, quod verius eſt. Ex facto autem dicit quia de illis injuriis loquitur quæ re fiunt, ut proxime monuimus. Nam & injuriarum atrocitas ex aliis etiam circunſtantiis æſtimatur.

PAPIANUS[7] libro definitionum ſecundo ſub titulo de judicatis. PER hominem[8] liberum noxiæ deditum ſi tantum adquiſitum ſit quantum damnum dedit, manumittere cogendus eſt a Prætore qui noxæ deditum accepit. Sed fiduciæ judicio non tenetur.

7 *Papianus*] Sic in vetuſtiſſimo exempl. conſtanti fide ſcriptum eſt. Sic & in Aniani Breviario. Sane a Græcis non niſi Papianus ſcribi ſolet, & ab ipſo Juſtiniano Nov 4. & 108. a Latinis frequentius Papinianus dicitur.

8 *Per hominem*] Certum eſt jure P. R. filiosfamilias noxæ dedi potuiſſe, nec eos modo, ſed & filias §. ult. Inſt. de nox. act. Ea fuit patriæ poteſtatis auctoritas, quam & Papiniani temporibus eo uſque valuiſſe hic locus indicat. Cujus etiam juris veſtigia quædam reliqua ſunt in Pandectis. Unum hic indicaſſe ſufficiat in l. 3. §. Si eum quis. D. de liber. hom. exhib. De his vero & illa circa propria ac differentia ſubtilitas, quam ut magnam Quintilianus proponit de addictis, ſervi ne ſint an liberi. Ego quidem ſervire utroſque dixero, nec impari multum jure l. 33. & ſeqq. D. de nox. act. Neutros tamen ſervos dixero, ut nec eum qui redemptus ab hoſtibus, redemptionis pretium nondum exſolvit. l. 2. C. de poſtlim. reverſ. Sunt vero hæc inter ſe longe diverſa & in ſervis etiam ipſis ſæpe diſtinguuntur. l. 27. §. de eo. D. ad l. Jul. de adult. l. 18. D. de nox. act. l. 24. de uſufr. leg. Nam & e contrario ſervi ſunt quidam re-vera, nec tamen ſerviunt: & aliud eſt liberum, aliud in libertate eſſe, ut recte Quintilianus diſſerit declam. 340. & 342. Tanta eſt rerum verborumque differentia in cauſis libertatis. Hujuſmodi ſunt jure novo Coloni l. 1. de colon. Thrac. in legibus Langobardorum Aldii l. 4. de prohib. alien. ſer. & jure noſtro qui manus mortuæ dicuntur. Sed placet exemplum veteris juris non uſquequaque vulgare, quod me docuit auctor ille Regularum, quem Puteano noſtro deberi dixi. Apud veteres inter amicos manumiſſi, ſerviendi tantum metu dimittebantur, manebant ſervi, & manumiſſores audebant eos in ſervitutem denuo per vim ducere. Ideoque recte Maſſenio ſervus apud Plautum in Menæch. inter amicos manumiſſus. *Meliore*, inquit, *opus eſt auſpicio liber perpetuo ut ſiem.* Interveniebat Prætor & non permittebat ſervire. Poſtea habuerunt propriam quandam libertatem ex lege Junia quæ exæquavit eos Latinis colonariis (quos ego ad novum jus Latii refero. Nam & vetus fuiſſe aliud Servius notat, & illæ ſingulares literæ apud Valerium Probum confirmant, C. L. P. R.) effecitque liberos, negato tamen ultimæ voluntatis arbitrio, ut Salvianus Timothei nomine ſcripſit lib. 3. ad Eccleſ. Cathol. & probat l. 1. C. Th. de petitione heredit. & Gaius lib. 1. Inſtit. qua de re alibi plenius. Ita poſt legem Juniam inter amicos manumiſſi, nec ſerviunt, nec ſervi ſunt, ſed libertini: non juſtæ tamen nec ſolidæ libertatis, ut & Seneca in lib. de beata vita ſignificat; denique ſervorum liberi & liberorum ſunt ſpurii, ut ait l. 2. C. Th. ad S. C. Claud. Ergo ut ad rem redeam, liber homo noxæ deditus ſervit, & ei adquirit qui deditum accepit. Verum ſi tantum adquiſierit quantum damnum datum eſt, liberatur, cogiturque is qui deditum accepit, ipſum manumittere. cogitur autem a Prætore: ſed fiduciæ, inquit, judicio non tenetur. Quid eſt hoc? An ſignificat fiduciæ judicio non poſſe cogi manumittere, cum videri poſſet hoc ab initio quodammodo actum per fidem taciti contractus, ut litis æſtimatione accepta deditum dimitteret: quemadmodum ſervatur in eo qui ſuis nummis redimitur l. 3. D. de obſeq. parent. vel patron. præſtand. l. 4. § 1. D. de manumiſſ. ſed auxilio & officio Prætoris id fieri, ut de ſervo Juſtinianus paulo dilucidius ſcripſit in §. 1 Inſtit. de nox. act. An vero quia manumiſſionem liberi hominis præcedit mancipatio, in qua fiducia interponi ſolet (ex parte quidem emptoris aut revendendi remancipandique, aut etiam interdum manumittendi: ex parte vero mancipantis de indemnitate fiduciarii ob impenſas ipſius actus, vel etiam ob actiones noxales, ceteraſque ejus generis quibus alioqui ex perſona liberi hominis teneri poſſet) hoc potius Papinianus ſignificat, eum qui ſibi noxæ dedi-

tum manumittit fiducia non teneri, quia non ſponte manumittit: ut nec alias qui facto alterius coactus vendit, de evictione teneri ſolet niſi ex ſuo facto. Sed hoc fortaſſe ſubtilius eſt. Illud non minus, An filiusfamil. ita manumiſſus, in patris naturalis poteſtatem recidat, ſiquidem legi XII. tab. trina mancipatione ſatisfactum non eſt. Nam ſane accepto pretio vendere non minus eſt quam aut non defendere, aut noxæ dedere. Et eſt quod hic filio magis ob noxiam imputetur. Ita fruſtra quæratur hoc caſu, an is qui noxæ deditum auxilio Prætoris manumittit, jura ſibi legitimæ ſucceſſionis adquirat. Quod forſan non fruſtra quæri videretur in ceteris liberis qui una manumiſſione ſui juris fiunt, ſi per omnia liberorum hominum manumiſſores patronis exæquarentur, & non edicto Prætoris ennmeratæ eſſent certæ perſonæ. Et hic profecto neque gratuitum neque revera beneficium præſtat, cum cogi poſſit, & nihil amplius quam operam ſuam vel invitus accommodat, quaſi pretio recepto ſartaque noxa l. ult. D. de obſeq. parent. Hæc ſunt ejus juris quod ille apud Gellium cum lance & licio evanuiſſe dicit, cujus tamen cognitio quanti ſit momenti in ceteris partibus, ii demum intelligunt qui rivis & caſtellis ita utuntur ut fontes ipſos non negligant.

ULPIANUS libro XVIIII. ad edictum, ſub titulo, Si ſarebitur injuria occiſum eſſe in ſimplum. Et cum diceret. RUPISSE [9] cum utique accipiemus qui vulneraverit, vel virgis, vel loris, vel pugnis cedit, vel telo cum aliovis genere cederet hominis corpus,* vel tumorem fecerit, vel ita demum ſi damnum datum eſt. De cetero ſi in nullo ſervum pretio viliorem deterioremve fecerit, ad Aquiliam ceſſat, injuriarumque erit agendum. Ergo & ſi pretio quidem non ſit deterior factus ſervus, verum ſumptus in ſalute ejus & ſanitate facti ſunt, in hæc nec mihi videtur damni * Aquilia lege poſſe.

[9] *Rupiſſe*] Extant hæc in l. 24. §. rupiſſe. D. ad l. Aquil. ſed verbis aliquantulum mutatis: ac vereor ne illa etiam quæ ſequuntur, *Aquilia enim eas duntaxat ruptiones qua damna dant, perſequitur* (ſic enim reponendum arbitror) non ſint Ulpiani. Sane nec ea collector hic agnovit, qui alioqui aut continua dividere, aut diviſa continuare non ſolet.

PAULUS libro ſingulari [10] & titulo de injuriis. GENERALITER dicitur injuria omne quod non jure fit. Specialiter alia eſt contumelia quam Græci * AΔIKIAN vocant. Nam cum Prætor noſter adverſum nos pronunciaret, injuriam nos accepiſſe dicimus. Unde apparet non verum eſſe quod Labeo [11] putabat, apud Prætorem injuriam YBPIN duntaxat ſignificare.* Communem omnibus enim juris eſt, quod ſemper adverſus bonos mores fit, idque non fieri alicujus intereſt. Hoc edictum ad eam injuriam pertinet quæ contumeliæ cauſa fit. Fit autem injuria vel in corpore, dum cedimur: vel verbis, dum convitium patimur: vel cum dignitas læditur, ut cum matronæ vel prætextatæ comites abducuntur. Injuriarum actio aut legitima eſt, aut honoraria. Legitima ex lege duodecim tabularum. QUI injuriam [12] *
alteri facit quinque & viginti ſeſtertiorum pœna ſubit. Quæ lex generalis fuit libero trecentos ſervos CL. pœnam ſubito ſexterriorum. *

[10] *Paulus libro ſingulari*] Quonam? De injuriis. Sic ſequentia utcunque ſuadent. Atqui nullus hoc titulo liber Paullo tribuitur in eo indice qui Pandectis præfixus eſt, in quo alii quidam notantur ex quibus nihil deſumptum legimus. Et tamen hunc ipſum habuere compoſitores qui hæc ad verbum tranſ-

tulerunt in ſuas Inſtitutiones ſub tit. De injuriis, quem cum hoc loco conferre cuilibet, licet, & ex eo quod hic deeſt, ſupplere. Quod autem ſequitur, ſic fortaſſe non male reſtituetur, *Commune enim omni ei nomen injuria eſt*, quod & Franciſco fratri chariſſimo ſuboluit.

11 *Labeo*] L. 15. D. de injuriis.

12 *Qui injuriam*] Hæc ſunt verba legis ipſius XII. tab. in quæ ſibi quiſque pro arbitrio licere exiſtimet. Quod ſequitur de ſervo & libero, valde corruptum obſcurumque eſt. Ego pertinere cenſeo ad illud legis caput quod de gravioribus injuriis fuit, quarum æſtimatio hactenus fruſtra quæſita hinc fortaſſe non male diſci poterit. Nam omnes quidem hujuſmodi Injurias non eſſe talione vindicatas, vel unus A. Gelii locus arguit, apud quem cum Phavorinus dixiſſet, *Nonne tibi quoque videtur nimis eſſe dilutum, quod de injuria punienda ſcriptum eſt,* SI INJURIAM ALTERI FAXIT XXV. ÆRIS POENÆ SUNTO? *Quis enim erit tam inops quem ab injuria facienda libidine* (ſic legendum ex veteribus libris) XXV. *aſſes deterreant?* reſpondet noſter Africanus non omnes injurias iſtis aſſibus quamvis librariis vindicatas. *Sed injurias*, inquit, *atrociores ut de oſſe fracto, non liberis modo, verum etiam ſervis factas impenſiore damno vindicarunt: quibuſdam autem injuriis talionem quoque impoſuerunt.* Fuit vero & alius ejuſdem legis articulus de injuriis, quo capite vindicabatur ſi quis carmen condidiſſet, quo alteri infamiam flagitiumve faceret. Fuſtis pœna, cujus Horatius meminiſſe videtur, nulla, ut opinor, fuit: & poetice dictum eſt cum ſignificare vellet, abſtinuiſſe pœnæ metu, tracta a canibus ſimilitudine, ut & Helenio Acroni ſuboluit. Quin & hiſtriones ipſos immunes verberum Auguſtus ipſe reſponderat, quod Tacitus lib. 1. Annalium Tiberium ſequutum refert. Quæ ſtatuitur pœna in l. 5. §. ſi quis. D. de Injuriis, putatur eſſe ex lege Cornelia. Sed eſt magis ex ipſa lege Julia. ex S C. tamen eſſe dicitur in l. 21. D. de teſtib. l. 18. §. ult. D. qui teſt. fac. poſſ. Lex Cornelia ex tribus cauſis actionem dedit, quæ longe aliæ ſunt. Sane Arnobius lib. 4. adverſ. gentes ob convitium petulans formulam ex edicto dari ſignificat, & veriſſimum eſt. Qui locus revocat mihi in memoriam alium quendam non diſſimilem M. Vellii Paterculi (ſic enim apud Priſcianum ſcribitur) ex poſteriore volumine qui in B. Rhenani editione ita conceptus eſt. *Primus ille & utinam ultimus* (de Sylla loquitur) *exemplum proſcriptionis invenit, ut in qua civitate petulantis convitii judicium hiſtoriarum ex alto redditur, in ea jugulati civis Reipublicæ conſtitueretur auctoramentum, plurimumque haberet qui plurimos interemiſſet, nec occiſi hoſtis quam civis uberius foret præmium, fieretque quiſque merces mortis ſua.* Quid alii ſuppoſuerint referre nihil attinet: ego ſic lubentius legerim, *Petulantis convicii judicium injuriarum ex albo redditur.* Injuriarum nomen generale eſt, & habet ſub ſe ſpecies multas. Nam eſt injuriarum judicium oſſis fracti, & membri rupti, & carminis famoſi. Itaque juridice loquitur qui dicit, Injuriarum petulantis convitii judicium, ut, legis Aquiliæ hominis occiſi, &c. & leviorem ſpeciem injuriæ complexus eſt quam ſummæ crudelitati opponeret, fortaſſe non omiſſurus & ipſius Syllæ legem ſi hanc quoque injuriæ ſpeciem complexa eſſet. Gravius Seneca Corneliam de ſicariis auctori objecit, cum de eadem re ageret in libello de divina providentia. *Videant*, inquit, *largum in foro ſanguinem, & ſupra Servilianum lacum (id enim proſcriptionis Syllanæ ſpoliarium eſt) Senatorum capita, & paſſim vagantes per urbem percuſſorum greges, & multa milia civium Ro. uno loco poſt fidem, immo per ipſam fidem trucidata. Quid ergo? Fœlix L. Sylla, quod illi deſcendenti ad forum gladio ſubmovetur? quod capita Conſularium virorum patitur oſtendi, & pretium cædis per quæſtorem ac tabulas publicas numerat? Et hæc omnia facit ille qui legem Corneliam tulit.* Quæ poſteriora verba ſuadent ut apud Paterculum pro *Republica* legam non *Romani* (quis enim non hoc ſupereſſe videat?) ſed e *Publico*: ut reſpondeat illis, *per Quæſtorem & tabulas publicas.* Sed & paulo poſt ita legendum, *Nec tantum in eos qui contra arma tulerant, ſed in multos inſontes ſævitum*, adeo perſpicuum eſt ut probatione non indigeat.

IDEM

IDEM PAULUS eodem libro ſingulari, ſub titulo quemadmodum injuriarum agatur. QUI autem injuriarum in quid aget [13], certum dicat quid injuriæ factum ſit, & taxationem [14] ponat non minorem quam quanti vadimonium [15] fuerit. Certum dicit qui ſuo nomine demonſtrat injuriam, neque ita ut per disjunctionem hoc aut illud accidiſſe comprehendat, ſed ut neceſſe habeat aut unam nomini ſuo rem deſtinare [16], aut plures ita complecti ut omnes eas accidiſſe cogatur probare. Certum autem an incertum dicat, cognitio ipſius Prætoris eſt. Demonſtrat autem hoc loco Prætor non vocem agentis [17], ſed qualem formulam edat. Certum non dicit qui dicit pulſatum, ſi ſit verberatus, ſed & partem corporis demonſtrat, & quem in modum, pugno puta, an fuſte, an lapide, ſicut formula poſita eſt, QUOD AULI [18] AGERII PUGNO MOLA [19] PERCUSSA EST. Illud non cogitur dicere, dextra an ſiniſtra, nec qua manu percuſſit. Ita ſi dicat infamatum ſe eſſe, debet adjicere quemadmodum infamatus ſit. Sic enim & formula concepta eſt, QUOD NUMEDIUS NIGIDIUS ILLUM INMISIT AULO AGERIO INFAMANDI CAUSA.

[13] *Qui autem injuria in quid aget*] Sic Vet. Cod. malo, *inquit*, ut ad Prætorem referatur. l. 7. D. eod.

[14] *Et taxationem*] Eſſe hoc legum verbum Juſtinianus dixit No. 82. Pertinet vero hic locus ad id quod idem ſcribit de æſtimatione injuriarum a Prætore permiſſa in §. pœna. Inſt. eod. tit.

[15] *Quanti vadimonium*] Si quidem ſatiſdatio ipſa vel cautio judicio ſiſti certam ſummam continet. Nam & interdum ita vadimonium concipitur, *Quanti ea res erit*. De vadimonio etiam in actione injuriarum locus eſt in l. ſi eum. §. qui injuriarum. D. Si quis caut.

[16] *Unam nominis ſuo re deſtinare*] Non inficior ad hanc veterem ſcripturam propius ita legi poſſe, *Unam nomini ſuo rem deſtinare*, ſed illud malim. *Unam nomine ſuo rem deſignare*.

[17] *Non vocem agentis*] Vocatio in jus actionis editionem præceſſit, ſequuta eſt ipſa actio litiſque conteſtatio. Immo & in jure ad album plerunque actio edi ſolebat. Itaque recte Juſtinianus omnium actionum inſtituendarum principium ab ea parte edicti proficiſci ait, quæ eſt de in jus vocando. Quem & ipſe ordinem in vetere jure digerendo religioſe ſequutus eſt.

[18] *Quod Auli*] Hoc fuiſſe ſolemne verbum in formulis actionum, & alii notarunt & hic locus pleniſſime probat. Sic & apud Fab. lib. 6. c. 8. *Colaphum tibi ducam, & formulam ſcribam. Quod caput durum habeas.* Exempla ſunt ex libris noſtris præter jam notata in l. 17. §. 1. D. de in rem verſ. l. 2. D. Quod juſſ. l. 133. D. de verb. oblig. l. 21. §. ult. D. de negot. geſt. l. 47. de ædilit. edict. l. ult. D. ſi quadru. paup. fe. di. l. 26. §. neque D. de nox. act. l. 1. §. an pater. D. de fur. l. 1. §. ſi is qui navem, & l. 5. D. de exercit. act. Fuit & in exceptionum formulis uſitatum, Quod præjudicium non fiat, Quod metus cauſa. Inſt. de excep. Quod non vi l. 1. §. 1. & §. denique l. 7. §. belliſſime. & §. ſeq. D. Quod vi aut clam. l. 1. §. ſunt qui. D. Ne quid in loco publ. Quod facere poſſim l. 7. & l. 14. in fine D. de except. & infra. Quod rem ſeſtertiorum, &c. Sed & in conceptione ſtipulationum, Quod ego decem credidi. l. 47. D. de rei vind. l. 42. D. de fidejuſſ. l. 1. §. ſi manumiſero. D. Quar. rer. act. non dat. l. 8. §. 1. D. de pignerat. act. l. 122. §. Flavius. l. 135. §. Seia. de verb. oblig. l. 15. D. de acceptil. l. 58. D. de rei vindic. Quo pertinent & illa in teſtamentis quorum exemplum extat in l. 19. D. liberat. leg. Unde & apud Cice-

tionem in orat. pro Quintio illa verba, *ut ſibi Quintius judicatum ſolvi ſatiſdet ex formula, Quod ab eo petat, &c.* Non modo ad actionis ſed & ad ſatiſdationis formulam referri poſſunt, & melius quidem quam ad edictum ipſum, quamvis conſtet ad exemplum etiam edicti actiones fere conceptas. Illud fortaſſe non uſque adeo obvium, in conceptione formularum non ſemper Caium Seiumque, aut Titium ac Mævium, ſed & Agerium actoris, Nigidum rei nomen ſuſtinuiſſe. Cujus moris in acceptilationis Aquilianæ formula reliquiæ extant: & in l. tutor. §. 2. D. de uſur. Agerio Gaius Seius conjungitur. Sed de tota ea veteris juris parte expectamus votis multis tractatum quem B. Briſſonius celeberrimum ingenium fori noſtri jampridem pollicetur, cui utinam ea rerum prolatio tandem aliquando volenti eveniat, quam ſumma ipſius eruditio ingeniique ſingularis dexteritas meretur, & ſtudioſorum utilitas expoſtulat.

19 *Mala*] Vet. Cod. *Mola.*

PAULUS libro Sententiarum ſub titulo ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis. CAUSA mortis [20] idonea non videtur, cum læſus homo poſt aliquos dies officium diuturnæ vitæ retinens deceſſit, niſi forte fuerit ad necem cæſus, aut lætaliter vulneratus.

20 *Cauſa mortis*] Hæc ſententia indicat jure P. R. non fuiſſe certum dierum numerum, ſed hoc totum Quæſitoris & Judicum arbitrio permiſſum. Pertinet vero magis ad titulum proximum niſi quod de libero homine loquitur. Novum vero non eſt in hujuſmodi eclogis eſſe quædam capita fugitiva: qualia multa in libris noſtris Doctor meus adnotavit, quibus & hæc addi poſſunt, l. 1. & 2. D. de ceſſ. bon. l. 3. D. Qui pet. tut. l. ult. D. de loco publ. l. 4. C. de probat. Sane in l. Labeo, in fi. D. de ſtatu lib. quod ex Pactumeio Clemente traditur, ad titulum non ſatis pertinet, niſi ex priori dictione repetita ſyllaba cum ſuperioribus conjungatur hoc modo, *dediſſet: & Pactumeius Clemens, &c.* At in l. 5. §. utrum D. ſi uſusfr. pet. quod Ulpianus adjecit *non ſervitutem*, quamvis a propoſita quæſtione alienum videatur, ideo tamen adjectum eſt, ne ſententiam Juliani de ſervitute probaſſe argueretur. Quod alias fortaſſe amplius exponemus.

INCIPIT
DE JURE ET SÆVITIA DOMINORUM.

MOYSES DICIT.

III. SI[*] QUIS [1] *percuſſerit ſervum aut ancillam virga, & mortuus fuerit in manibus ejus, judicio vindicetur. Quod ſi ſupervixerit die uno, aut duobus, non vindicabitur. Pretium enim ipſius eſt.*

1 *Si quis*] Exod. XXI. hanc vero dierum interpretationem Conſtantinus ſuſtulit in l. 1. C. de emendat. ſerv. ut & Zeno in l. penult. C. de inceſt. nupt. a Moyſis lege nonnihil receſſiſſe videri poteſt.

PAULUS libro Sententiarum ſub titulo ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis. Dicit. SERVUS, ſi plagis defecerit,* niſi id dolo fiat [2], dominus homicidii reus non poteſt poſtu-

lari. Modum enim caſtigandi & in ſervorum cohercitione placuit temperari.

[2] *Niſi id dolo fiat*] Hoc igitur caſu reus erit dominus homicidii: ſed punietur tanquam homicida ſervi, non ut homicida liberi hominis. Punietur autem ex lege Cornelia non ex plebiſcito.

ULPIANUS libro octavo de officio Proconſulis, ſub titulo de dominorum ſævitia. * SI dominus [3] in ſervum ſævierit, vel ad pudicitiam turpemque violationem compellat, quæ ſint partes Præſidis ex reſcripto Divi Pii ad Aurelium Marcianum Proconſulem Bæticæ manifeſtatur: Cujus reſcripti verba hæc ſunt. * Dominorum [4] quidem poteſtatem in ſervos ſuos inlibatam eſſe oportet, nec cuiquam hominum jus ſuum detrahi. Sed dominorum intereſt ne auxilium contra ſævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis qui juſte deprecantur. Ideoque cognoſce de querelis illorum qui ex familia JulI Sabini ad ſtatuam confugerunt, & ſive durius habiti quam æquum,* vel infamiæ injuria [5] adfectos cognoveris, venire jube, ut in poteſtatem Sabini non revertantur. Quod ſi meæ conſtitutioni * fraudem fecerit [6], ſciet me admiſſum ſeverius exſecuturum. Divus etiam Adrianus [7] Umbram quandam matronam in quinquennium relegavit, quod ex leviſſimis cauſis ancillas atrociſſime tractaret. Item Divus Pius ad libellum Alfi Juli reſcripſit hæc verba. Servorum obſequium non ſolum imperio, ſed & moderatione, & ſufficientibus præbitis, & juſtis operibus contineri oportet. Itaque & ipſe [8] curare debet juſte ac temperate & vos tractare ut & facili requirere [9] eo poſſit, niſi apparuerit vel in parente inpendiis eſſe, vel atrociorem dominationem ſævitiam exercere neceſſe habeat Proconſ. v. c. ne quid tumultuoſius contra accidat, prævenire ſe; & ex mea jam auctoritate ad alienandos [10] eos conpellere. Gravione & Romulo. Conſſ.

[3] *Si dominus*] Extat & in l. 2. D. de his qui ſunt ſui vel al. jur. & in Inſtit. mutatis etiam nonnullis, quæ nihil neceſſe putavimus ſingillatim notare.

[4] *Dominorum*] Non fuerunt ante has Conſtitutiones impunitæ dominorum in ſervos injuriæ. Nam Seneca lib. 3. de benef. *Poteſt*, inquit, *ſervus dare beneficium domino ſi ab eo poteſt injuriam accipere. Atqui de injuriis dominorum in ſervos qui audiat poſitus eſt, qui & ſævitiam, & libidinem, & in præbendis ad victum neceſſariis avaritiam compeſcat.* Lege quoque Petronia dominis poteſtas ablata eſt ſuo arbitratu ſervos dandi ad depugnandas beſtias l. 11. §. ulti D. ad l. Cornel. de ſic. Sed & apud Græcos ſervorum fortunæ humaniter conſultum Athenæus eleganter oſtendit lib. 6. Dipn. capite 7. prolatis in ea rem Hyperidis, Lycurgi & Demoſthenis verbis.

[5] *Infamia injuria*] Sic Vet. Cod. & fortaſſe recte ſi ad inpudicitiam referatur.

[6] *Fraudem fecerit*] Veluti ſi cum emptore pactus ſit ut ſervum redhibeat. Theoph.

[7] *Divus etiam Hadrianus*] Spartianus in ejus vita, *Servos*, inquit, *a dominis occidi vetuit, eoſque juſſit damnari per judices ſi digni eſſent.* Divus etiam Marcus domino ſervum accuſare permiſit ut Gajus notat lib. 1. Inſt. l. ſervos. D. de accuſat. De ſervorum vero criminibus cognoſcebat Romæ quidem Præfectus urbi, in Provinciis Præſides, ut idem auctor eſt, & probat l. 1. §. ſi quis

ſervum. Et §. quod autem D. de off. P.V. l. 24. §. ult. D. de pig. act. l. 9. D. de manumiſſ.

[8] *Itaque & ipſe*] Hic locus valde corruptus eſt, & fortaſſe non infeliciter ita reſtituetur, *Itaque & ipſe curare debes juſte ac temperate tuos tractare, ut & facile requirere eos poſſis, ne ſi apparuerit vel imparem te impendiis eſſe, vel atrociorem dominatione ſævitiam exercere, neceſſe habeat Procos. V. C. ne quid tumultuoſius contra accidat, prævenire te, & ex mea jam auctoritate ad alienandos eos compellere. Clabrione & Omullo Conſſ.* Cujus loci emendationem aliqua ex parte Nic. Fabri viri optimi indicio acceptam referre non ingratum eſt.

[9] *Requirere*] Fugitivos ſcilicet.

[10] *Ad alienandos*] Bonis conditionibus. Itaque juſto pretio vendere compelletur arg. l. 4. § 2. D. de in di. addict. & de evictione cavere : quamvis alias nemo cogatur rem ſuo pretio vendere, & qui invitus vendit, de evictione non promittat l. 8. §. ult. & l. ſeq. D. de act. rer. amor. l. 35. § petitor. l. 70. D. de rei vindic.

GREGORIANUS [11] libro XVIIII. ſub titulo de accuſationibus. IMPP. DIOCLITIANUS & Maximianus Auguſti Aurelio Sacraro militi. Cum ſervum tuum vi ægritudinis graviter oppreſſum fati munus impleſſe proponas, propter inmoderatam caſtigationem calumniæ cauſationem emergere, innotitiæ [12] ratio, cujus fiduciam geris, non permittit. Prop. Non. Decemb. Diocletiano A. III. & Ariſtone Conſſ.

[11] *Gregor. lib. XVIIII.*] Hic numerus mihi valde ſuſpectus eſt.

[12] *Innotitia*] Innocentiæ.

Explicit Titulus de Dominorum ſævitia cohibenda.

INCIPIT DE ADULTERIO.

MOYSES DIXIT.

IIII. QUICUNQUE [1] *mœchatus fuerit cum muliere proximi ſui, morte moriatur qui mœchatus fuerit & quæ mœchata fuerit. Quod ſi aliquis ſeduxerit virginem non deſponſatam & ſtupraverit eam, ducat eam ſibi in uxorem. Quod ſi renuerit pater ejus & noluerit eam dare illi in uxorem, pecuniam inferet patri in quantum eſt dos virginis.*

[1] *Quicumque*] Levit. XX. Deuteron. XXII. Exod. XXII.

PAULUS libro ſingulari de adulteriis ſub titulo. BREVEM interpretationem de adulteris cohercendis facturus per ipſa capita ire malui, ordinemque legis ſervare. Et quidem primum caput legis Ju-
* liæ de adulteriis prioribus legibus pluribus abrogat [2]. Secundo vero [3]
* capite permittit pater filias ſuas quas in poteſtatem [4] habet, ut in ea quæ auctore, cum in poteſtate eſſet viro in manum convenerit, adulterum domui ſuæ generive ſui deprehenderit, in quem eam rem ſo-

cerum adhibuerit, ut is parer cum adulterum ſine fraude [5] occidat, ita ut filiam in continenri occidat.* Invidia autem [6] filia qui adulterum deprehenſum occiderit, & in continenti filiam, licito jure hoc factum Marcellus libro XXXI. Digeſtorum ſcribit. Auctoritate quoque [7] pater poſſe interficeret vel Conſ. verum vel patronum ſuum in filiam adulrerum deprehenderit, eodem libro Marcellus probat. Sed ſi filiam non interfecerit ſed ſolum adulterum, homicidii reus eſt. Si ex intervallo [8] filiam interfecerit, tantundem eſt, niſi perſequutus interfecerit. Continuatione enim animi videtur legis auctoritate feciſſe. * *

[2] *Prioribus legibus pluribus abrogat*] An *derogat*, ut Ulp. dixit de lege Aquilia, an potius *obrogat?* Nam & ſic apud Livium ubi vulgo ſcriptum legitur lib. 9. *Et quia ubi duæ leges ſunt, ſemper antiqua abrogat nova*, in vetuſtiſſ. exemplari ſcriptum lego, *obrogat:* & apud Lactant. lib. 6. div. Inſt. ſic Ciceronem ſcripſiſſe alias monuimus, *huic legi neque obrogari fas eſt, neque derogari ex ea aliquid licet, neque tota abrogari poteſt.* Verum reperio veteres quoque ita loquutos. Auctor libelli de viris illuſtribus. *Minutio*, inquir, *Ruſo Trib. legibus ſuis abrogante*, & paulo poſt de Apuleio Saturnino, *huic legi multis nobilibus abrogantibus.* Ovidius 2. de Triſtib. *Et nimium ſcriptis abrogat ille meis.* Sed Modeſtinus noſter longe apertius in l. 102. D. de verb. ſignif. *Abrogatur legi cum prorſus tollitur.* Itaque veterem ſcripturam non temere violandam cenſeo: quamvis, ut verum fatear, & in illis Plinii locis obtogandi verbum lubentius repoſuerim.

[3] *Secundo vero*] Hoc caput ſic reſtituo, *Secundo vero capite permittit patri, ſi in filia ſua quam in poteſtatem habet, aut in ea qua eo auctore cum in poteſtate eſſet viro in manum convenerit adulterum domi ſua generive ſui deprehenderit, inque eam rem ſocerum adhibuerit, ut is pater eum adulterum ſine fraude occidat, ita ut filiam in continenti occidat.* Quod air, *inque eam rem ſocerum adhibuerit*, videtur pertinere ad filiam quæ eo auctore cum io poreſtate eſſer, viro in manum conveoit. Cujus juris quod jam in manum cooventio evanuiſſet, nulla ſunt, quod ſciam, in hoc tractatu apud Juſtinianum veſtigia. Nam quod Ulpianus air in l. 23. § 1. D. eod. ad priorem illam capitis partem non pertinet.

[4] *Ait, in poteſtatem*] Sic. Vet. Cod. atque ita etiam M. Tullium locutum Gellius auctor eſt lib. 1. cap. 7.

[5] *Sine fraude*] Sine periculo, impune, ut ex jure Servius notat, qui & illud addit ad XI. Æneid. in optimo libro meo, Fraudem veteres pœnam vocaſſe ab eo quod præcedit id quod ſequitur: citatque hoc M. Tullii ex Cornelianis, *Ne fraudi ſit ei qui populum ad concionem vocarit.* Quod in editis exemplaribus fruſtra quæretur.

[6] *Invidia autem*] Sic Vet. lib. Sed nemo non fateatur ſic potius ſcriptum a Paulo, *In vidua autem.* Quod ſi verum eſt, ſane fateamur in occiſiooem filiæ viduæ patrem habuiſſe jus præcipuum, ſiquidem & hoc jus ſic recte exprimitur. At in accuſationem filiæ viduæ non habet pater jus præcipuum l. 22. §. 1. D. eod. Jus vero præcipuum in eo etiam eſt ut intra ſexagiota dies ejus voluntas expectetur, nec ulli alii interea agendi poteſtas fiat l. 14. §. 2. D. eod. itemque ut jure patris accuſans non facile calumniæ pœna adficiatur. Qua de re mox dicetur.

[7] *Auctoritate quoque*] Legi poteſt, *Auctoritate quoque paterna*, poteſt & ſic, *Auctoritate quoque legis patrem poſſe interficera vel Conſularem vel Patronum ſuum ſi in filiam.* Pertiocot vero hæc ad interpretationem eorum verborum. *Eum adulterum:* circa quæ & idem olim ex ſententia legis quæſitum eſt. Sed verba ipſa conditiooem adulteri non diſtingunt l. 24. §. 1. D. eod. tit. Papioiano quidem in patronum durum viſum eſt l. 38. §. penult. forſan quod ad jus mariti attinet, cujus impetui & calori minus lex conceſſit quam paterni no-

minis pietati. Atque hæc quidem ita temperari poſſunt. Placet tamen Cl. Puteani conjectura qui hunc locum ſic potius emendat, *Vel Conſularem vel Pratorium ſi eum in filiam adulterum deprehenderit.*

[8] *Si ex intervallo*] Veteris libri ſcriptura hæc eſt. *Sed intervallum filiam int. t. e. niſi perſequatur illum interfecerit. Continuationem enim animi videtur legis auctoritatem feciſſet.* Huc pertinet l. 23. §. ult. & l. 32. D. eod. Auctoritate legis dixit ut & Alexander in l. 4. C. eod. tit.

IDEM PAULUS eodem ſingulari libro & titulo. CERTÆ autem enumerantur perſonæ, quas viro liceat occidere in adulterio deprehenſa uxore, quamvis uxorem non liceat. Ergo ſecundum leges [9] viro etiam filio familias permittitur etiam domi ſuæ deprehenſum adulterum interficere ſervum, & eum qui auctoramento rogatus [10] eſt ad gladium, vel etiam illum qui operas ſuas ut cum beſtiis pugnaret, locavit. Sed & judicio publico damnatum licere interficere in adulterio deprehenſum, vel libertinum vel ſuum vel paternum, & tam civem Romanum quam Latinum. Sed & patris & matris, & filii & filiæ libertum permittitur occidere: quo loco & dedititius [11] haberetur. Debet autem profiteri apud eum cujus juriſdictio eſt eo loco ubi occidit, & uxorem dimittere. Quod ſi non fecerit, impune non interficit. Sciendum eſt autem DIVUM Marcum & Commodum [12] reſcripiſſe, eum qui adulterum inlicite interfecerit, leviori pœna puniri. Sed & Magnus Antoninus [13] pepercit [14] eis qui adulteros inconſulto calore ducti interfecerunt. Et reliqua.

[9] *Secundum leges*] Ex legis Juliæ verbis quæ filiumfam. maritum ab eo qui ſui juris eſt non ſeparant. l. 6. §. 2.

[10] *Auctoramento rogati*] De auctoratis alibi diximus. Sed quæri poſſet unde origo verbi. Ego ad illud Plutarchi problema lubens refero, cujus & ſuperius meminimus, ut ne viderentur privato jure contra fas arma tractare, ſacramento quodam & religione in eam rem auctoratos eſſe.

[11] *Quo loco & deditius*] Si de libertino dediticio accipias, fruſtra adjectum videbitur. Ego dedititium potius accipio liberum hominem noxæ deditum, cujus inter ſervos & libertos media quædam conditio eſt. Et videntur veteres juris auctores nomen ab eodem fonte ſic variaſſe ambiguitatis diſcernendæ gratia. Quod & in aliis factum Soſipater notavit in Grammaticis.

[12] *Divum Marcum & Commodum*] L. 38. §. Impp. D. eod. tit. Illud non erit alienum hoc loco annotare, quod Divi Marci & Commodi reſcriptum extat in l. 14. D. de off. præſ. Divis fratribus paſſim tribui. l. 13. §. ult. D. eod. & l. penult. D. de lege Pomp. de parricid. Nam & Verus Commodus dicebatur. Sed hic Commodus M. F. exaudiendus eſt.

[13] *Magnus Antoninus*] Caracalla, qui corpore Alexandri Macedonis conſpecto Magnum atque Alexandrinum ſe juſſit appellari.

[14] *Pepercit*] Sic & Ulpianus dixit ignoſci marito in l. 3. §. ſi maritus. D. de SC. Silan. At ego a D. Pio ultimum quidem ſupplicium remiſſum, pœnam tamen inrogatam video, ſed molliorem D. l. 38. & l. 1. §. ult. D. ad leg. Corn. de ſic. Et hoc quoque parcere atque ignoſcere eſt Tandem vero ferrum maritis in omnes porrectum eſt Novella conſt. Majoriani de adulteriis, quam & plerique omnes populi adprobarunt. Cujus juris veſtigia quædam notaſſe memini inter ea fragmenta quæ diſcordantium Canonum Concordiæ nomine Gratianus collegit 33. q. 2. Can. Inter.

IDEM PAULUS eodem libro ſingulari & titulo. JURE [15] ma-

riti vel patris qui accuſat, poteſt & ſine calumniæ pœna [16] vinci: ſi jure extranei accuſat, poteſt calumniæ pœna puniri, ſed tantum poſt duo menſes. Intra quatuor menſes utiles expertus, licet talis ſit qui alias accuſare non poſſit, ut libertinus [17], aut minor [18] viginti quinque annorum, aut infamis, tamen ad accuſationem admittitur, ut & Papianus libro XV. ſcripſit.

[15] *Qui jure*] Jure mariti ſine calumnia vir accuſare poteſt, l. 37. D. de minoribus. Notandum eſt quod ait. *poteſt.* Nam & poteſt calumniæ pœna victus adfici. Et hoc eſt quod dicitur, Jure mariti accuſantem calumniæ periculum non evitare, &, ſine periculo calumniæ non poſſe agere. l. 4. §. ult. & l. 3. D. ad leg. Jul. de ad. videlicet ſi evidens ejus calumnia apparuerit. Verum non facile ei hoc jure accuſanti calumniæ pœna irrogabitur, ut ſit in eo qui jure publico accuſat. l. 15. §. lex. D. eod. l. 2. C. Qui accuſar. non poſſ. Sic hæc *διαφωνία* temperanda eſt.

[16] *Sine calumnia pœna*] Calumniatoribus ſive ex lege Remmia ſeu qua alia frontem inuri ſolitam conſtat. Sed quæ fuerit illa litera jam diu quæſitum eſt, de quo nihil habeo certius quam quod Julianus in Antiochico ſic ſcribit, *εἶτα, εἰς ἐμὲ τὰ πώγωνός μου πλέκειν ἐθέλοιμι, καὶ ὅτι πολεμῶ τῷ χῖ, πόθος δὲ ὑμᾶς εἰσέρχεται τοῦ κάππα, καὶ ὑμῖν γε οἱ πολιοῦχοι τῆς δὲ τῆς πόλεως θεοὶ διπλοῦν δοῖεν, ὅτι προσεσυκοφαντήσατε καὶ τὰς ἀστυγείτονας πόλεις ἱερὰς καὶ ὁμοδούλους ἐμοί.* Quod ſi quis putet Græcorum eſſe illud K, diſcat & veteres Romanos Kalumniam ſcripſiſſe non calumniam, & hac quoque litera pro ſingulari uſos cum idem ſignificare vellent. Hoc & Terentius Scaurus, & Velius longus, & Diomedes de Orthographia tradidere. Sed propius ad Julianum Iſidorus lib. 1. Eth. de notis juridicis diſſerens, per duo K K calumniæ cauſa ſignificari ſcribit. Fabius quoque lib. 1. Inſt. ipſam nominum notam eſſe ait. Et quando totus ille Fabii locus mirum in modum deformatus eſt, operæ precium fecero ſi hic eum integriorem adſcripſero. K, inquit, *& ipſa quorundam nominum nota eſt & Q. cujus ſimilis effectu ſpecieque (niſi quod paullulum a noſtris obliquatur) Kappa apud Græcos, nunc tantum in numero manet, & noſtrarum ultima qua tam carere potuimus quam Pſi non quærimus.* Quæ ſi quis cum impreſſis conferat, facile intelliget quid nos in eis reſtituendis cum ex veterum librorum ſcriptura, tum ex non incertis conjecturis præſtiterimus. Sed quid vetat & Velii locum ex Puteani noſtri codice adjicere? Eſt enim ſane quam elegans, needum, quod ſciam, integre a quoquam editus. Sic igitur Longus. *Hinc ſuperſunt ex multis K. & C. & Q. de quibus quæritur an ſcribentibus ſint neceſſaria. Et qui K. expellunt, notam dicunt eſſe magis quam literam, qua ſignificamus Kalumniam, Kaput, kalendas hac eadem nomen Cato notatur: non magis igitur in numero literarum eſſe oportet, quam illam notam Ɔ. qua Centuria, & quam Ɔ converſum quo Caia ſignificatur: quod notæ genus videmus in monumentis, cum quis libertus mulieris oſtenditur. Caias enim generaliter aſpicii omnes mulieres accipere voluerunt.* Ubi pro *Catonis*, *Kæſonis* nomen ex Scauro reponendum eſt. Sed & illud, *Aſpicii*, vereor ne non pro *Auſpices* ſcriptum ſit. Pertinet enim is locus ad veterem nuptiarum ritum quo auſpicibus adhibitis Caïus Caiam ducebat, & veriſimile eſt quod Plutarch. *ἐν αἰτίοις* ſcribit, *εἰσάγοντες τὴν νύμφην* hæc verba præeuntes ſuggeſſiſſe, *Ubi tu Caïus ego Caïa*, ad auſpices eſſe referendum. Sane Fabius cum de Caiæ nota idem tradidiſſet, ſubjecit, *Quia tam Caïas vocitatas eſſe quam Caïos ex nuptialibus ſacris apparet.* At nos jam paulo longius quam par fuit fortaſſe excucurriſſe videbimur. Nulla tamen homini ſtudioſo diſcendi occaſio importuna eſſe ſolet. Et nobis hoc ſaltem luxu interdum genio indulſiſſe, condonabitur.

[17] *Ut libertinus*] Patronum ex lege Julia publicorum judiciorum l. 8. in fine D. de accuſat. vel quemlibet ſi rem ſeſtertiorum triginta milium, aut filium non habeat, ut proximo reſponſo continetur.

[18] *Aut minor*] Hoc eſt ex verbis legis ipſius Juliæ de pudicitia l. 15. §. lex Julia. D. eod.

Papianus libro XV. reſponſorum ſub titulo ad legem Juliam de adulteris. Civis Romanus qui ſine connubio [19] ſibi peregrinam in matrimonio habuit, jure quidem mariti eam adulteram non poſtulat, ſed ei non opponetur infamia, vel quod libertinus rem ſeſtertiorum triginta milium aut filium non habuit, propriam injuriam perſequenti.

[19] *Qui ſine connubio*] Connubium eſt jus legitimi matrimonii, ut recte Servius definit. Itaque cum peregrino connubium non eſt. Seneca lib. 4. de benefic. *Promiſi tibi filiam in matrimonium: poſtea peregrinus apparuiſti. Non eſt mihi cum extraneo connubium.* Itaque jure mariti peregrinus non accuſat. Sed accuſat tamen jure quodam hominum καὶ τῆς ὁμολογίας, ut Africanus eleganter ex Homero arguit in l. 13. §. 1. D. eod. nec ei opponetur infamia, quæ alias juſta fuit exceptio etiam in civilibus cauſis. §. ult. Inſt. de except. non hæc, Quod libertinus rem HS XXX aut filium non habeat, quæ una fuiſſe videtur ex illis præſcriptionibus legis Juliæ de adulteriis & maritandis ordinibus, de quib. in l. 15. §. penul. D. hoc tit. aut fortaſſis etiam legis Juliæ & Papiæ quod ad filium attinet. Nam privilegia liberorum ex illis fere ſunt legibus. l. 2. D. de minorib. Denique nulla præſcriptio objicitur ſuam injuriam vindicanti. Immo & hodie ceſſant omnia illa præſtigia verſuti juris, ut ait l. 28. & l. 32. C. hoc tit. Eſt & de præſcriptionibus ex lege Julia locus in l. 5. D. de accuſat. ubi hæc verba *Præſcriptione utetur*, ſic accipio, utetur exceptione mulier. Ne in præjudicium ſervus aut accuſetur aut torqueatur, l. 33. D. ad leg. Jul. de adult. in qua idem omnino reſcriptum referri exiſtimo. Cui conſequens eſt eo caſu a muliere nupta initium accuſationis fieri.

Paulus libro ſingulari & titulo quo ſupra. In uxorem adulterium [20] vindicatur jure mariti, non etiam ſponſam. Severus quoque & Antoninus ita reſcripſerunt.

[20] *In uxorem adulterium*] Vet. Cod. *adulterum*, male. Sane de ſponſa quæſtio eſt, quæ ſimplicius ita definietur: In ſponſam adulterium jure mariti vindicari non poſſe ex lege Julia quæ de uxore & nupta loquitur: Divi tamen Severus & Antoninus reſcripſerunt etiam hoc vindicandum, & ex hoc reſcripto quaſi ſponſa jure quoque præcipuo accuſatur, l. ſi uxor. §. Divi. juncto §. ſi minor. in fine. D. ad leg. Jul. de adult. Atque ita intelligenda videtur l. 9. C. eod. tit.

Papianus libro ſingulari de adulteriis [21]. Quærebatur an pater emancipatam filiam jure patris accuſare poſſit. Reſpondit. Occidendi quidem facultatem Lex tribuit eam filiam quam habet in poteſtatem, aut eo auctore [22] in manum convenit: ſed accuſare jure patris ne quidem emancipatam filiam pater prohibetur.

[21] *Papianus libro ſing. de adulter.*] Hic liber continuit reſponſa quæ ad legem Juliam de pudicitia pertinebant. Sed & alios Reſponſorum libros Papinianus ſcripſit de variis conſultis.

[22] *Aut eo auctore*] Vet. lib. *aut eum auctorem.* Ergo non qui jure præcipuo accuſare poteſt, & occidere poteſt. Sed nec qui occidendi jus habet, jus præcipuum in accuſationem habet, ut in vidua dictum eſt. Cæterum hic locus arguit, emancipatam filiam jure patris accuſari poſſe, quamvis vidua non poſſit. Scævola tamen cum de jure patris ageret, eam poſuit quæ in poteſtatem eſſet l. 14.

l. 14. §. pen. verum in his quæ ſimul conſiſtere poſſunt, non qui unum dicit & alterum tollit: & eſt Muciani ingenii de jure aperto præciſe ad propoſitum reſpondere, ut in l. 34 §. ult. D. de pignorib. ſi modo Florentina ſcriptura retineatur.

PAPIANUS eodem ſingulari & titulo. CUM patri lex Regia [23] dederit in filiam vitæ neciſque poteſtatem, quod bonum fuit [24] lege comprehendi, ut poteſtas fieret etiam filiam occidendi, vellem mihi reſcribere. Nam ſcire cupio. Reſpondit. Numquid ex contrario præſtat nobis argumentum hæc adjectio ut non videatur lex non habenti dediſſe, ut [25] videatur majore æquitate ductus adulterum occidiſſe, cum nec filiæ pepercerit.

[23] *Cum patri lex Regia*] Atqui jus patriæ poteſtatis moribus receptum dicitur l. 8. D. de his qui ſunt ſui vel al. jur. Sed non eſt novum quæ veteribus primum legibus introducta ſunt, moribus adſcribi, maxime cum de utendi ratione agitur, quæ tota ex moribus pendet. Sic & ſubſtitutio pupillaris quæ jure poteſtatis fit, moribus fieri dicitur. Sic furioſis & prodigis ex XII. tab. curator datur; at moribus fit interdictio, quæ & ipſa ex lege XII. tab. fieri dicitur. Et ſane quædam ſunt jura patriæ poteſtatis, quæ non tam ex verbis ipſis legis, quam ex interpretatione & auctoritate Prudentium quaſi per conſequentiam, aut ex plurium annorum obſervatione tacito populi conſenſu obfirmata manarunt. At poteſtatem ipſam vitæ neciſque in liberos ex lege Regia eſſe hic locus aperte confirmat. Quod & Dionyſ. Halicarnaſ. tradit, & Ulpianus noſter in XII. tabulas tranſlatum teſtatur, ut pleraque alia ex Regum legibus. Fruſtra vero Papiniano hæc quæſtio propoſita fuiſſet, ſi non idem quoque jus eo tempore obtinuiſſet. Quod ſi verum eſt, & Tribonianus pro præſenti præteritum tempus ſuppoſuit in l. in ſuis D. de lib. & poſt. her. inſt. Sane quidem ſub Auguſto exemplum eſt judicii paterni & domeſtici in filium, cujus & ipſe Princeps pars fuit, apud Senecam lib. 1. de Clement. ut non inmerito idem auctor parentes Magiſtratus domeſticos appellarit lib. 2. de benefic.

[24] *Quod bonum fuit*] Sic etiam ſcriptum eſt. In l. 3. & l. 10. D. de bon. poſſ. contr. tab. l. 13 §. aliquando D. ad SC. Vell.

[25] *Dediſſe, ut*] Fortaſſe melius, *dediſſe, ſet ut.* Hoc velle videtur Papinianus, legem Juliam non tam dediſſe patri jus necis in filiam, quam neceſſitatem impoſuiſſe filiam occidendi, ſi quidem & adulterum vellet occidere. Et recte, *hac adjectio.* Nam ſi quis verba ipſa legis expendat, hoc maxime agit, ut impune adulterum pater occidere poſſit: adjicit tamen veluti temperamentum quoddam nimii caloris, dum modo filiam in continenti occidat. Non dat igitur lex jus occidendi filiam cum adultero, ſed adulterum potius cum filia, l. 20. D. eod. & eſt filia ipſa ut ita dicam, in conditione magis quam in diſpoſitione.

IDEM. Si pater qui adulterum occidit, & filiæ ſuæ pepercit, quæro quid adverſus eum ſit ſtatuendum? Reſpondit. Sine dubio iſte pater homicida eſt. Igitur tenebitur lege Cornelia de ſicariis. Plane ſi filia non voluntate patris, ſed caſu ſervata eſt, non minimam habebit defenſionem pater, quod forte filiam [26] * Nam lex ita punit homicidam ſi dolo malo homicidium factum fuerit. Hic autem pater non ideo ſervavit filiam, quia voluit, ſed quia occidere eam non potuit.

[26] *Quod forte filiam*] Deſunt quædam hujuſmodi, *quod forte filia effugit, aut caſu evaſit.*

PAPIANUS idem. SI maritus uxorem ſuam in adulterio deprehenſam occidit, an in legem de ſicariis incidit, quæro. Reſpondit. Nulla parte legis marito uxorem occidere conceditur. Quare ea parte * contra legem feciſſe eum non * dubitantur non ambigitur [17]. Sed ſi de pœna tractas * non his quæ aliquid ejus honeſtimo calori permittetur, ambigitur. Sic dicit non dubitantur, ut non quaſi homicida puniatur capite vel deportatione, ſed uſque ad exitium [18] pœna ejus ſtatuitur.

17 *Non dubitantur non ambigitur. Sed ſi deponas*] Sic Ver. legendum videtur, *non dubitatur. Sed ſi de pœna tractas quin aliquid ejus honeſtiſſimo calori permittatur, non ambigitur. Sic dicit, non ambigitur, non ut quaſi, &c.* Hæc autem poſteriora verba videntur eſſe collectoris, vel potius Pauli, aut alicujus eorum qui ad Papinianum notas ſcripſerant; quarum auctoritatem Theodoſius & Valent. infirmarunt in l. 1. C. Th. de reſponſ. Prud. Juſtinianus reſtituit adempta etiam Papiniano ſententiæ prærogativa, immemor ipſe judicii ſui quod etiamnum extat in l. cum acutiſſ. C. de fideic.

18 *Uſque ad exitium*] Leg. *exilium* l. 4. C. ad leg. Jul. de adult. l. 1. §. ult. D. ad leg. Corn. de ſic.

ITEM SIC. DE mancipiis alterius marito vel patre accuſante [29] quæſtionem habendam palam eſſe: An idem extraneo accuſatori permitti debeat, quæro. Reſpondit. Poteſt videri ea ratio fuiſſe permittendi iſtis perſonis de ſervis quæſtionem habere, ut diligentius dolorem animi ſui, item injuriam lecti [30] & domus, non tranſlaticie perſequerentur. Sed quoniam [31] non facile tale delictum ſine miniſterio ſervorum admitti creditum eſt, ratio eo perduxit, ut etiam extraneo accuſante mancipia quæſtioni tormentorum ſubjicerentur a Judicibus.

29 *Marito vel patre accuſante*] Etiam jure publico ſive extranei. Sed hoc eſt ex conſtitutionibus l. 6. C. eod.

30 *Injuriam lecti*] Vet. *lex*, corrupte. Conſtantinus dixit Genialis lecti in l. 30. C. eod. tit. ut & alii auctores multi.

31 *Sed quoniam*] L. 17. D. de quæſtionib.

PAULUS libro * Sententiarum [32] ſub titulo de adulteriis. PERMITTITUR tam adoptivo quam naturali patri, adulterum cum filia cujuſque dignitatis domi ſuæ vel generi ſui deprehenſum ſua manu occidere. Filiusfamiliæ pater ſi filiam in adulterio deprehenderit, verbis quidem legis prope eſt ut non poſſit [33] occidere, permittitur tamen etiam ei ut occidat. Maritus in adulterio deprehenſos non alios quam infames & eos qui corpore quæſtum faciunt, ſervos etiam & liberos [34], excepta uxore quam prohibetur, occidere poteſt. Maritum qui uxorem deprehenſam cum adultero occidit, quia hoc impatientia juſti doloris admiſit, lenius puniri placuit. Occiſo adultero dimittere ſtatim maritus debet uxorem, atque ita triduo proximo profiteri cum quo adultero, & in quo loco uxorem deprehenderit. Inventa [35] in * adulterio uxore maritus ita demum adulterum maritus occidere poteſt, ſi eum domi ſuæ deprehendat. Eum qui in adulterio deprehenſam uxorem non ſtatim dimiſerit, reum lenocinii poſtulari placuit.

Servi vero tam mariti quam uxoris in cauſa adulterii torqueri poſſunt: nec his libertas ſub ſpecie [16] inpunitatis data valebit.

[12] *Paulus libro Sent.*] Leg. *libro ſecundo ſententiarum*, & quæ ſequuntur ſic ſupplenda ſunt ex l. 22. D. hoc tit. *Permittitur tam adoptivo quam naturali patri.*

[13] *Prope eſt ut non poſſit*] Et ſic Papinianus reſpondit in l. 20. Sed Juriſconſultis diverſas inter ſe opiniones tueri conceſſum eſt, ut Fabius quodam loco ait. Atque utinam hæc eadem libertas conſcientiæ & veritatis potius fiducia quam contentionis & gloriolæ ſtudio inter nos conſervetur. Ego ſententiam non divido, ſed a Paulo ſto, atque ita cenſeo: Quando adulterium jure naturæ probrum ducitur, ejus quoque vindictam ex jure potius gentium quam ex ipſis legum verbis æſtimandam. Qua etiam ratione nec dignitatem quidem auctoritate legis Paulus excepit.

[14] *Et liberos*] An *libertos*? Sed exceptio uxoris ad liberos magis pertinet, quorum numero & illa habetur quæ in manum convenit. Atque ita Nic. Fabro noſtro videtur viro & doctiſſimo & humaniſſimo, cujus fidei atque amicitiæ multum me debere lubens merito profiteor.

[15] *Inventis*] Extat apud Paulum lib. 2. Sentent. ſed corruptior. Quomodo autem reſtituenda ſit, hic locus indicat, in quo tamen mariti verbum fruſtra repetitur.

[16] *Sub ſpecie*] Fortaſſe rectius *ſub ſpe*: quamquam utrunque leviter ferri poteſt.

Explicit Titulus IIII.

INCIPIT
DE STUPRATORIBUS.

MOYSES DICIT. QUI *manſerit* [1] *cum maſculo manſione muliebri, aſpernamentum eſt, ambo moriantur: rei ſunt.* V.

[1] *Qui manſerit*] Extat Levit. xx.

PAULUS libro * Sententiarum ſub titulo de adulteriis. QUI maſculum liberum invitum ſtupraverit, capite punietur [2]. Qui voluntate ſua ſtuprum flagitiumque impurum patitur, dimidia parte bonorum ſuorum multatur, nec teſtamentum ei ex majore parte [3] facere licet. Hoc quidem juris [4] eſt, mentem tamen legis Moyſis, Imperatoris Theodoſii conſtitutio ad plenum ſecuta cognoſcitur.

[2] *Capite punitur*] An ſit hæc pœna legis Scantiniæ dubitari poteſt: an potius Juliæ de adulteriis, qua etiam in marem ſtuprum vindicatur, ut & ea quæ de vi publica eſt ſi per vim ſtuprum illatum ſit l. 29. §. ult. D. ad leg. Jul. de adult. Fabius quidem nihil præter decem milium multam ſtupratori minatur, & Plutarchus auctor eſt Capitolinum a Senatu pecunia multatum quod Claudii Marcelli filium de ſtupro appellaſſet: an quod non perpetraſſet, an quod non ſatis convictus videretur, dubitari poteſt. At hic ipſe legi nomen dediſſe dicitur, ſive ut Macedo Senatuſconſulto, ſive quod ipſe illam tuliſſet. Nec enim novum eſt primum aliquem ſua ipſius lege punitum. Sane Valerius C. Scantinium appellat, & Tribunum plebis facit: Plutarchus Ædilem collegamque Marcelli, & Capitolinum tantum nominat. Porro Wiſigothorum legibus hujuſmodi ſtuprum caſtratione vindicatur.

1 *Nec teſtamentum ei ex majore parte*] Sicut nonnullis pro beneficio datur ut pro parte dimidia teſtamentum facere poſſint, veluti ſervo publico P. R. ita aliis, pro pœna interdicitur ex majore parte bonorum teſtamenti factio. Sunt igitur quidem pro parte teſtabiles, pro parte inteſtabiles. Cujus rei gratiam populus aut Princeps facit cum liberam teſtamenti factionem concedit. Quod de ſervo publico diximus unus Ulpianus tradidit, nec alius, quod ſciam, ejus juris auctor hactenus laudatus eſt. Sed videor mihi inter ſenticeta M. Varronis, veſtigia quædam illius notaſſe, verum ita perturbata ut non facile a quovis agnoſci poſſint. Sic autem lego ex vetuſtioris ſcripturæ reliquiis ſub finem lib. VII. de ling. Lat. *Habent plerique liberti a municipio manumiſſi: in quo ut ſocietatum & fanorum ſervi, non ſervaverunt proportionem & rationem. Et Romanorum liberti debuerunt dici, ut a Faventia Faventinus, a Reate Reatinus, ſic a Roma Romanus, ut nominantur libertini a libertis orti, & e publicis ſervis P. R. qui manumiſſi. Ante quam ſub magiſtratuum nomine qui eos liberarunt ſuccedere cœperunt.* Ut ſignificet Varro, quæ analogia eſt inter Roma & Romanus, eandem eſſe videri inter libertus & libertinus, quo nomine temporibus Appii cæci & deinceps aliquamdiu cenſiti ſunt non ipſi qui manumitterentur, ſed ingenui ex iis procreati, ut Sueto. libro 3. ſcripſit, & Ulpianus noſter monet apud Athenæum. Addit Varro, libertinos etiam dictos qui ex ſervis publicis P. Rom. manumiſſi erant, quaſi plus aliquid eſſent quam liberti & propius ad ingenuitatem accederent, ut pote qui & ante manumiſſionem quodammodo libertorum jure uterentur, cum teſtamenti factionem haberent, poſſentque non modo ipſi teſtamentum facere, ſed ex aliorum etiam teſtamento ſibi capere, ex parte ſcilicet dimidia. Quod ut rite fieri videretur, cum alioqui heres jure Ro. eſſe non poſſit qui ne nomen quidem, immo nec perſonam habet, hic juris color a Prudentibus excogitatus eſt, ut ſervi hujuſmodi in capienda hereditate nomen ſibi ejus magiſtratus adſumerent cui miniſtrabant. Ergo & in teſtamento teſtes eſſe poterant, cum juris civilis aliqua ex parte communionem haberent (quod pertinet ad l. 20. §. ſervus. D. de teſtament.) & familiæ emptores, quia & mancipationis jus habuerunt, quod alioqui civium Ro. proprium, poſtea Latinis tantum colonariis Junianiſque conceſſum eſt, atque etiam peregrinis iis quibus jus commercii datum erat, ut ad Gaïum Ulpianus adjecit. Tacit. lib. 2. Annal. *Et quia vetere S C. quæſtio in caput domini prohibebatur, Tiberius mancipari ſingulos actori publico juſſit.* Et lib. 3. *Servos Silani actor publicus mancipio accepit.* Quod tamen Xiphilinus ex Dione ab Auguſto prius conſtitutum referens. Τῷ δημοσίῳ, inquit, ἢ καὶ ἑαυτῷ πιπράσκεσθαι. Et ſane eos actores publicos ſervos P. R. fuiſſe nemo ejus antiquitatis peritus negaverit. Fuerunt igitur olim ſervi ii eodem pene jure quo poſtea liberti Principis ex conſtitutione Gordiani quam ex Gregoriano recitat Theodericianus I C. ſub Tit. de libertatibus. Φιλοσοφώτερον Leo ſervis Principis plenum rerum ſuarum arbitrium etiam morientibus conceſſit Novell. Conſt. 38. quod etiam aliquatenus ſuis ſe indulſiſſe Plinius nepos gloriatur. Porro quod additur apud Varronem *& rationem*, quamquam belle habere videatur, vereor ne non ſuperſit, aut potius *Roma* locum occupet, errore non obſcuro. Nam & in veteribus monumentis hæc etiam ſæpe conjunguntur, Urbis Populique Romani. Urbis Varro non dixit, ſed Romæ, ut analogia conſtaret. Sed nos etiam notis iſtis ſuam analogiam conſtare non concedimus. Si cui tamen noſtra hæc de loco obſcuriſſimo conjectura probabitur, is facile peccati, quodcunque eſt, veniam dabit.

4 *Hoc quidem juris*] Sunt hæc aut collectoris, aut alterius cujuſdam qui hæc poſtea ex Theodoſiano adjecit, vel potius ex Præfecturæ urbanæ archivis. Nam in ipſo Codice hæc conſtitutio brevius relata eſt, quod & ante monuimus.

ITEM Theodoſianus. IMPP. VALENTINIANUS Theodoſius & Arcadius Auguſti, ad Orientium Vicarium urbis Romæ. Non patiamur urbis Romæ virtutem omnium matrem diutius effœminati in

viros pudoris conraminatione fœdari, & ageſte illud ab priſcis condiroribus robur fracta molliter plebe tenuatum, convicium ſæculi vel condirorum inrogare vel principium. Orienti AGUC novis [5]. Laudanda igitur experientia tua, omnes quibus flagitioſus luxus eſt viri corpus muliebriter conſtitutum alieni ſexus damnare patientia, nihilque diſcrerum habere cum feminis, occupatos, ut flagitii poſcit inmaniras, arque omnibus ſeductos, pudet dicere, virorum lupanaribus, ſpectante populo flammis vindicibus expiabit, ut univerſi intelliganr ſacroſanctum cunctis eſſe debere hoſpitium virilis animæ, nec ſine ſummo ſupplicio alienum expetiſſe ſexum, qui ſuum turpirer perdidiſſet. Prop. [6] prid. Id. Maïas, Romæ, In atrio Minervæ.

[5] *AGUC novis*] Sic Vet. Cod. quod ex aliis conſtitutionibus ſic reſtitui poteſt. *Orienti vicario Kariſſime nobis.*

[6] *Prop.*] In C. Th. paulo alia eſt ſubſcriptio, nempe hæc, *PP. in foro Trajani VIII, Id. Aug. Valentiniano IIII. & Neoterio Coſſ.* In veteri quidem exemplari ſcriptum eſt, *Minere* non *Minervæ*. Sed in eadem regione urbis quæ Fori Ro. nomen prætulit, & Trajani forum, & Minervæ atrium fuiſſe vel ex P. Victore conſtat.

Explicit Titulus de Stupratoribus.

INCIPIT
DE INCESTIS NUPTIIS.

MOYSES DICIT. QUICUNQUE [7] *concubuerit cum muliere uxore patris ſui, pudenda patris ſui detexit, morte moriantur: ambo rei ſunt. Et quicunque concubuerit cum nuru ſua, morte moriantur: ambo rei ſunt.* VI.

[7] *Quicunque*] Levit. xx.

ULPIANUS libro Regulari [8] de nuptiis ſub titulo. INTER parentes & liberos cujuſque gradus ſint, connubium non eſt. Inter cognaros autem ex tranſverſo gradu, olim quidem matrimonia contrahi non poterant, nunc autem ex tertio gradu [9] licet uxorem ducere, ſed tantum fratris filiam * non etiam ſororis: nec amitam, nec materteram, quamvis eodem gradu ſint. Eam quæ noverca, vel privigna, vel quæ nurus vel ſocrus fuit, uxorem ducere non poſſumus. Si quis eam quam non licet, uxorem duxerit, inceſtum matrimonium contrahit, ideoque liberi in poteſtate ejus non fiunt, ſed quaſi vulgo concepti, ſpurii ſunt.

[8] *Ulp. libro Regulari*] Lego, *Ulpianus libro ſingulari Regularum, ſub Titulo, De nuptiis,* Atque ex hoc loco reſtituenda arbitror quæ hodieque corrupta extant inter fragmenta Ulpiani Tit. 5.

[9] *Ex tertio gradu*] Wiſigothorum legibus uſque ad ſextum cognationis gradum nuptiæ prohibitæ ſunt, qui gradus ex Pauli Sententiis numerantur: quod & Wiſigothus Iſidorus ſequutus eſt, ut non immerito Salvianus ejus gentis caſti-

tatem laudibus extollat. Sed nos & Salvianum integriorem & leges illas XII. libris compoſitas brevi, Deo faciente, in publicum dabimus.

4 *Sed tantum fratris filiam*] Et hoc Ulpiani temporibus obtinuiſſe multi Pandectarum loci evincunt. Sane conſtitutio illa D. Nervæ cujus Xiphilinus ex Dione meminit, ad fratris potius filiam pertinuiſſe videtur. Nam & hæc ἀδελφιδῆ dicitur. Conſtantinus tamen & Conſtans cum alterum magis prohibere vellent, utrumque complexi ſunt ea lege quæ ex veteribus libris in Codice Theodoſiano nuper reſtituta eſt ſub Titul. de inceſtis nuptiis, ex qua etiam hoc idem jus ad Gaïum Anianus adjecit libro I. Inſtitut. Titul. de nupt.

PAULUS libro * Sententiarum de nuptiis ſub titulo. INTER parentes & liberos jure civili matrimonia contrahi non poſſunt, nec filiam ſororis aut neptem ducere poſſumus. Proneptem ætatis ratio prohibet. Adoptiva cognatio impedit nuptias inter parentes ac liberos omnimodo: inter fratres eatenus quatenus capitis minutio non intervenit. Nec ſocrum, nec nurum, privignam nec novercam aliquando citra pœnam inceſti uxorem ducere licet: ſicut nec amitam, aut materteram. * Sed vel cognatam,[5] contra interdictum duxerit, remiſſo mulieri juris errore, ipſe pœnam adulterii legis Juliæ patitur, non etiam ducta.

5 *Sed vel cognatam*] Puto leg. *Si vero cognatam*. Quod ſequitur, *contra interdictum*, ſic interpretor, contra jus civile. Pertinent vero hæc ad legem Juliam de adulteriis, & explicantur fuſius in l. 38. D. eodem tit. quo etiam referendum eſt Divorum Fratrum reſcriptum ex l. 57. §. 1. D. de tit. nupt.

GREGORIANUS libro quinto de nuptiis ſub titulo[6]. Exemplum literarum Diocliciani & Maximiani Impp. talem conjunctionem graviter puniri commemorat.

6 *De nuptiis ſub titulo*] Melius *ſub. titulo de nuptiis*.

EXEMPLUM Edicti Diocliciani & Maximiani nobiliſſimorum Cæſarum. QUONIAM piis religioſiſque mentibus noſtris ea quæ Romanis legibus caſte ſancteque ſunt conſtituta, venerabilia maxime videntur atque æterna religione ſervanda, diſſimulare ea quæ a quibuſdam in præteritum nefarie inceſteque commiſſa ſunt, non oportere credimus, cum vel cohibenda ſunt, vel etiam vindicanda, inſurgere nos diſciplina noſtrorum temporum cohortatur. Ita enim & ipſos inmortales Deos Romano nomini, ut ſemper fuerunt, faventes atque placatos futuros eſſe non dubium eſt, ſi cunctos[7] ſub imperio noſtro agentes piam, religioſamque, & quietam, & caſtam in omnibus more colere perſpexerimus vitam. In quo id etiam providendum quam maxime eſſe cenſuimus, ut matrimoniis religioſe atque legitime juxta diſciplinam juris veteris copulatis, tam eorum honeſtati qui nuptiarum conjunctiones ſectantur, quam etiam his qui cum-deinceps ſervata religione naſcentur, incipiat eſſe conſultum, & honeſtate naſcendi etiam poſteritas ipſa purgata ſit. Id enim pietati noſtræ maxime placuit, ut ſancte neceſſitudinum nomina obtineant apud affectus ſuos piam ac religioſam conſanguinitati debitam caritatem. Nefas enim credere eſt ea quæ in præteritum a compluribus conſtat eſſe

commiſſa, cum pecudum ac ferarum promiſcuo ritu, ad inlicita connubia inſtinctu exercendæ libidinis, ſine ullo reſpectu pudoris ac pietatis inruerint. Sed quæcunque antehac vel imperitia delinquentium, vel pro ignorantia juris, Barbaricæ immanitatis ritu ex inlicitis matrimoniis videntur admiſſa, quamquam eſſent ſeveriſſime vindicanda, tamen contemplatione Clementiæ noſtræ ad indulgentiam volumus pertinere: ita tamen ut quicunque in anteactum tempus inlicitis inceſtiſque ſe matrimoniis polluerunt, hactenus adeptos ſe eſſe noſtra Indulgentia ſciant, ut poſt tam nefaria facinora, vitam quidem ſibi gratulentur eſſe conceſſam, ſciant tamen non legitimos ſe ſuſcepiſſe liberos quos tam nefaria conjunctione genuerunt. Ita enim fiet ut de futuro quoque nemo audeat inefrænatis cupiditatibus obedire, cum & ſciant ita præcedentes admiſſores iſtiuſmodi criminum venia liberatos, ut liberorum quod inlicite genuerunt ſucceſſiones * careatur ', * quæ juxta vetuſtatem Romanis legibus negabatur. Et optaſſemus quidem nec ante quicquam ejuſmodi eſſe commiſſum quod eſſet aut clementia remittendum, aut legibus corrigendum. Sed & poſt hanc religionem ſanctitatemque in connubiis copulandis volumus ab unoquoque ſervari, ut ſe ad diſciplinam legeſque Romanas meminerint pertinere, & eas tantum ſciant nuptias licitas quæ ſunt Romano jure permiſſæ. Cum quibus autem perſonis tam cognatorum quam ex adfinium numero contrahi non liceat matrimonium, hoc edicto noſtro complexi ſumus: cum filia, nepte '', proneptéque, matre, avia, proavia: & ex latere amita ac matertera, ſororis filia, & ex ea nepte. Itemque ex adfinibus privigna, noverca, ſocru, nuru, ceteriſque quæ antiquo jure prohibentur, a quibus cunctos volumus abſtinere. Nihil enim '' niſi hanc tantum ac venerabiles noſtra jura cuſtodiunt, & ita * ad tantam magnitudinem Romanam geſta cunctorum non mirum favore * pervenit, quoniam omnes leges ſua religione ſapienti pudoriſque obſervatione devinxit. Quare hoc Edicto noſtro volumus omnibus palam fieri, quod præteritorum venia per Clementiam noſtram contra diſciplinam videtur indulta, ad ea tantum delicta pertineat quæ in die tertio '' Kal. Januariarum Tuſco & Anulino Conſſ. videntur eſſe commiſſa. Si qua autem contra Romani nominis decus ſanctitatemque legum, poſt ſupradictum diem deprehenduntur admiſſa, digna ſeveritate plectentur. Nec enim ullam in tam nefario ſcelere quiſquam æſtimet veniam ſe conſequi poſſe, qui tam evidenti crimini, & poſt Edictum noſtrum non dubitabit * inſuero. Dat. Kl. Mai. Damaſco, Tuſco, & Anulino Conſſ.

7 *Si cunctos*] Leg. *Si cunctos ſub imperio noſtro agentes piam religioſamque & quietam & caſtam in omnibus more colere perſpexerimus vitam. More* eſt vitæ quadam honeſta ratione atque inſtituto. Horat. lib. 4. odar. *Mos & lex maculoſum edomuit nefas.* Petronius Satyrico.

Artis ſeveræ ſiquis amat effectus,
Mentemque magnis applicat; prius more
Frugalitatis lege polleat exacta.

In Novella etiam Theodoſii & Valentiniani de lenonibus, *Pio circa omnium verecundiam propoſito, manſuetudinis noſtra mori pudicitiaque ſuggeſſit.* Sic enim potius legendum arbitror, niſi cui magis placet, *ori.* προαίρεσις illa Epictero κατὰ φύσιν gignit ἔξιν, id eſt, perpetuæ cujuſdam voluntatis conſtantiam quæ morem efficit, aut ipſa illa potius mos eſt. Varro apud Ambroſium Macrobium lib. 3. Satur. *Mos eſt in judicio animi, quem ſequi debet conſuetudo, id eſt, cultus moris.*

[8] *Succeſſiones careatur*] Forſitan, *ſucceſſione careant, ut.* Puteanus tamen malit, *ſucceſſione arceantur.*

[9] *Apud affectus*] Hinc apparet affectus dici non de liberis modo & uxore, ſed & de reliquis cognatione & adfinitate conjunctis. Vulcatius in Avidio. *Nec in ejus liberos aut affectus ſaviit.*

[10] *Cum filia, nepte*] Hinc ſumpta eſt l. 17. C. de nupt. in qua ex Conſtantini & Conſtantis lege a Triboniano adjecta videntur illa verba, *Praterea fratris filia.*

[11] *Nihil enim*] Priorem hujus ſententiæ partem Puteanus noſter ſic emendat, *Nihil enim niſi ſanctum ac venerabile noſtra jura cuſtodiunt.* Poſteriorem ego ſic. *Et ita ad tantam magnitudinem Romana Majeſtas cunctorum Numinum favore pervenit, quoniam omnes leges ſuas, &c.* Paulo poſt, *contra diſciplinam veterem indulta.* Et infra, *qui tam evidenti crimini ſe poſt Edictum noſtrum non dubitabit inſuere.* Vel, *crimine inficere.*

[12] *In die tertio*] Fortaſſe melius, *in diem tertium.*

ERMOGENIANUS [13] ſub Titulo de nuptiis. IMPP. DIOCLITIANUS & Maximianus A A. Fl. Flaviano. His qui inceſtas nuptias per errorem contrahunt, ne pœnis ſubjiciantur, ita demum clementia Principum ſubvenit, ſi poſtea quam errorem ſuum reſcierint, ilico nefarias nuptias dirimerint. Prop. Id. Mar * & Diogene [14] Conſ.

[13] *Ermogenianus ſub Titul.*] Hic velim illud obſervari Codicem ſive Hermogenis ſive Hermogeniani libris non diſtingui, ſed titulis tantum.

[14] *Et Diogene*] Fortaſſe. *Tiberiano & Dione Conſſ.* Quæ ſequuntur ſunt collectoris, ſed indicant quanta veterum religio fuerit in conſtitutionibus Impp. recitandis circa diem & Coſ. Credo equidem poſt l. 1. C. Th. de diverſ. reſcr. quam Juſtinianus cum ad privilegia reſtrinxiſſet, poſtea facile neglexit.

* Hanc quoque conſtitutionem Gregorianus titulo de nuptiis inſeruit, quæ eſt triceſima & ſecunda, aliis tamen & die & Coſſ. * id eſt CONSTITUTIO PP. V. ID. JUN. DIOCLETIANO TER ET MAXIMIANO AUGUSTIS.

PAPIANUS libro ſingulari de adulteriis. QUI ſororis filiam uxorem duxerat per errorem, antequam præveniretur a delatore, dirimit coitum: quæro an adhuc poſſit accuſari. Reſpondit. Ei qui conjunctione [15] ſororis filiæ bona fide abſtinuit, pœnam remitti palam eſt: quia qui errore cognito diremit coïtum, creditur ejus voluntatis fuiſſe, ut, ſi ſciſſet ſe in eo neceſſitudinis gradu poſitum, non fuiſſet tale matrimonium copulaturus.

[15] *Et qui conjuncta*] Lego, *Ei qui conjunctione ſororis filia.* Vide l. 57. D. de rit. nuptiar. l. 38. §. idem Pollioni. D. ad leg. Jul. de adulter. *Conjunctionem* autem dixit non *connubium.* Quod eſt jus legitimi matrimonii, ut ſupra Paulus *ductam* non *uxorem.* His tamen nominibus interdum facile abutimur. Nam & idem Paulus libro 2. Sentent. dixit matrimonia injuſſu parentum contracta non ſolvi, cum proprie hæc matrimonia non ſint. Quæ ſequuntur ſunt Eclogarii ſive collectoris.

Idem

Idem dicitur in eos qui inceſtas nuptias contraxerunt. Maledicti tamen ſunt omnes inceſti per legem, cum adhuc rudibus populis ex divino nutu condita Iſdem abſtipulantibus ſancirentur. Et utique omnes maledicti puniti ſunt, quos divina & humana ſententia conſona voce damnavit. Lex divina ſic dicit.

MALEDICTUS [16], inquit, dixit Moyſes, QUI *concubuerit cum uxore patris ſui: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum ſorore ſua de patre aut de matre: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum nuru ſua: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum ſocru ſua: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum ſorore patris ſui: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat.. Maledictus qui concubuerit cum ſorore matris ſuæ, & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum ſorore uxoris ſuæ, & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui dormierit cum uxore fratris ſui: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui dormierit cum omni pecore: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat.*

[16] *Maledictus*] Extant Deuter. cap. XXVII.

Explicit Titulus de adulteris, ſtupratoribus & inceſtis.

INCIPIT

DE FURIBUS ET POENA EORUM.

Quod ſi duodecim [1] tabularum * nocturnum furem autem ſi ſe aut telo defendere, interfici jubent, ſcitote, Juriſconſulti, quia Moyſes prius hoc ſtatuit, ſicut lectio manifeſtat. *

[1] *Quod ſi XII.*] Et hæc quoque collectoris ſunt, ſed ita deturpata ut mens potius quam plena & articulata vox audiatur. In veteri Codice legitur: *Quod ſi duodecim tabularum leges nocturnum furem omnimodo, diurnum autem ſe audeat defendere, &c.*

MOYSES DICIT. SI *perfodiens* [2] *nocte parietem inventus fuerit fur, & percuſſerit eum alius & mortuus fuerit hic, non eſt homicida is qui percuſſerit eum. Si autem ſol ortus ſuper eum, reus eſt mortis percuſſor, & ipſe morietur.* VII.

[2] *Si perfodiens*] Exod. XXII.

PAULUS libro Sententiarum V. ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis. SI quis furem nocturnum vel diurnum cum ſe telo defenderet, occiderit, hac quidem lege non tenetur: ſed melius fecerit qui eum comprehenſum, tranſmittendum ad Præſidem magiſtratibus [3] obtulerit.

[3] *Magiſtratibus*] Municipalibus, ut Duumviris & aliis qui cuſtodiarum poteſtatem habent l. 52. §. ſi quis. D. de furt. l. 10. D. de cuſtod. reo.

ULPIANUS libro VIII. [4] ad Edictum ſub titulo, Si quadrupes pauperiem dederit. INJURIA occiſum eſſe merito adſcitur. Non enim ſufficit occiſum, ſed oportet injuria id eſſe factum. Proinde ſi quis ſervum latronem occiderit, lege Aquilia non tenetur, quia non *

occidit [4]. Sed & quemcunque alium ferro ſe petentem qui occiderit, non videbitur injuria occidiſſe. Proinde ſi furem nocturnum quem lex duodecim tabularum omnimodo [6] permittit occidere, aut diurnum quem eaque lex permittit, ſed ita demum ſi ſe telo defendat, videamus an lege Aquilia teneatur. Et Pomponius dubitat [7] nunc hæc lex non ſit in uſu. Et ſi quis noctu furem occiderit, non dubitamus quin lege Aquilia teneatur [8]. Sin autem cum poſſet adprehendere, maluit occidere, magis eſt ut injuria feciſſe videatur. Ergo etiam lege Cornelia tenebitur. Injuriam autem accipere hic nos oportet non quemadmodum & circa injuriarum actionem, contumeliam [9] quandam, ſed quod non jure factum eſt, hoc eſt, contra jus, id eſt, ſi culpa quis occiderit. Et reliqua.

4 *Ulp. lib. VIII.*] Legendum arbitror *lib. XVIII.* Sed in Titulo ipſo collector falſus videtur. Nam hæc ad legem Aquiliam omnino pertinent, non ad Edictum. Si quadrupes, quod eſt de damno ſine injuria dato ex XII. tabulis. Et vero magna pars horum hodieque extat in l. 3 & 5. D. ad leg. Aquil.

5 *Quia non occidit*] Leg. *Quia non injuria occidit.* Quod perſpicuum eſt.

6 *Omnimodo*] M. Tullius & poſt eum Seneca itemque Auguſtinus de eadem re, *quoquomodo.*

7 *Et Pomponius dubitat num hæc lex nunc ſit in uſu*] Hic locus indicat exceptiones illas in fure nocturno, Si parcere ei ſine periculo ſuo non potuerit. &c, Sed melius fecerit, &c. eſſe ex jure civili, id eſt ex interpretatione Prudentium, non ex lege XII. tabularum: ſed nec ex Cornelia.

8 *Quin lege Aquilia teneatur*] Videtur legendum, *non teneatur.* Quod ſit lege permittente, non poteſt videri injuria factum. Quod ſequitur, *Si tamen cum poſſet adprehendere*, eſt ex jure civili, non ex legum verbis.

9 *Contumeliam*] Τὸ ὅλον ex ſententia Labeonis, quam tamen Paulus non probavit.

ULPIANUS libro octavo de officio Proconſulis ſub titulo de furibus. FURES ad forum [10] remittendi ſunt diurni, nocturnique extra ordinem audiendi, & cauſa cognita puniendi, dum pœna [11] eorum ſciamus operis publici modum non egrediendum. Idem & in balneariis furibus. Sed ſi ſe telo fures defendunt, vel effractores, vel ceteri ſimiles, nec quemquam percuſſerunt, metalli pœna humiliores, honeſtiores vero relegatione adficiendi erunt.

10 *Fures ad forum*] Vet. ex. *ad furtum.* Emendationem noſtram probat & quod ex Paulo relatum eſt ſub Tit. de abigeis. *Ad forum* autem eſt ad examinationem civilem ſive ad jus ordinarium, ut ex Marciano Tribonianus maluit adſcribere. Quod ſequitur de nocturnis extat in d. l. 1. D. de furib. baln.

11 *Dum pœna*] Paulus Oroſius lib. 4. hiſt. *Furtum ne leges quidem niſi multa pecuniaria, vel ad ſummum exilii, circa quemlibet hominum vindicandum cenſuerunt.* Servius tamen in illud Maronis ex lib. 8. *At furis Caci mens effera*, horat furis nomen pro ingenti ſcelere poſitum. *Capitale enim*, inquit, *apud majores fuerat ante pœnam quadrupli.* Apud nos quoque furta ſunt quædam facile capitalia ut domeſtica, & repetita, quæ more a majoribus tradito ſuſpendio fere vindicari ſolent.

PAULUS libro Sententiarum ſub titulo de furibus. FURTI quocumque genere damnatus, famoſus efficitur. Fur eſt qui rem alienam

contrectat [12]. Furtorum genera ſunt quatuor, Manifeſti, nec manifeſti, concepti, & oblati. Manifeſtus fur eſt qui in faciendo deprehenſus eſt, & intra terminos ejus loci unde furatus eſt, conprehenſus [13] eſt, vel antequam ad eum locum quo deſtinaverat, pervenerit. Nec manifeſtus eſt fur, qui intra rapiendo quidem conprehenſus non eſt, ſed eum feciſſe negari non poteſt. Concepti actione tenetur apud quem furtum eſt inventum. Oblati actione is tenetur qui rem furtivam alii obtulit, ne apud ſe inveniretur. Furti actione is agere poteſt cujus intereſt rem non periſſe. Conceptiva autem agere poteſt qui rem concepit & invenit. Oblati agere poteſt penes quem res concepti inventa eſt [15].

[12] *Contrectat*] Dolo malo. Semper furtum contrectando fit. Sic lego in l. 6. D. de furt. Sunt vero hæc ex lib. 2. Sentent. Recept.

[13] *Comprehenſus*] Vel viſus ex ſententia quorundam, quam Servius ad illud Virgilii ſequutus videtur Æcloga 3. *Non ego te vidi*, cum manifeſti magis arguatur illis verbis. *Et cum clamarem*, *&c.* l. 7. D. de furt.

[14] *Furtorum*] In l. 14. §. qualis. D. de furt. puto ab Ulpiano ſcriptum, *Omnes furti actiones competere*, id eſt concepti, oblati, manifeſti, nec manifeſti, ope, conſilio. Alioqui ſane idem vocabulum fruſtra repetatur.

[15] *Concepti inventa eſt*] Fortaſſe melius, *res concepta. i. inventa eſt.* Ut & paulo ſuperius, *Concepti agere poteſt.*

Explicit Titulus de furibus.

INCIPIT
DE FALSO TESTIMONIO.

MOYSES DICIT.

SI ſteterit [1] *teſtis injuſtus adverſus hominem accuſandum, accuſans eum impietatis, ſtabunt duo homines quibus eſt invicem contentio, ante Deum, & ante Sacerdotes, & ante Judices quicunque fuerint in illis diebus. Cum inquiſierint Judices diligenter, & inventus fuerit teſtis injuſtus teſtificans injuſta, inſurgentes adverſus eum facietis ei ſicut voluit malefacere, & delebitis malum de medio veſtrum, & ceteri audientes timebunt, nec audebunt mala facere inter vos.* VIII.

[1] *Si ſteterit*] Deuter. XIX.

PAULUS libro ſingulari de pœnis omnium legum ſub titulo, Ad legem Juliam de adulteris. QUI falſum [2] teſtimonium dixerit, proinde tenebitur ac ſi lege Cornelia teſtamentaria damnatus eſſet.

[2] *Qui falſum*] Et hoc fortaſſe eſt ex lege Julia de adulteriis, cujus plura capita fuiſſe conſtat, ut & illud quod eſt in l. 18. D. de teſtibus.

PAULUS libro Sententiarum quinto ſub titulo de teſtibus & de quæſtionibus. HI qui falſum vel [*] aliqua [3] teſtimonia dixerunt, vel

utriuſve parti [4] prodiderunt, aut in exilium aguntur, aut in inſulam relegantur, aut curia ſubmoventur.

[3] *Hi qui falſum vel aliqua*] Fortaſſe leg. *hi qui falſa vel obliqua*, id eſt, varia. Extat hæc ſententia apud Paulum lib 5. Sent. & in l.16. D. de teſtib.

[4] *Vel utriuſque parti*] *Utrique parti*, Impudentia ejus cujus ira anceps fides vacillat, ut diverſa duobus teſtimonia præbuerit, quin crimine falſi teneatur nec dubitandum eſt, l.27. §. 1. D. ad leg. Corn. de falſ.

IDEM libro * ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis. LEX Cornelia pœnam deportationis infligit ei qui hominem occiderit, ejuſque rei cauſa furtique faciendi cum telo fuerit, & qui venenum hominis necandi cauſa habuerit, vendiderit, paraverit, falſumve teſtimonium dixerit quo quis periret, mortiſve cauſam præſtiterit. Quæ omnia facinora in honeſtiores pœna capitis vindicari placuit: humiliores vero aut in crucem tolluntur, aut beſtiis ſubjiciuntur.

PAULUS libro Sententiarum V. ſub titulo ad legem Corneliam teſtamentariam. HI qui [5] ob falſum teſtimonium perhibendum pecuniam acceperint, dederint, Judicemve ut ſententiam ferat vel non ferat, corruperint, corrumpendumve curaverint, humiliores capite puniuntur, honeſtiores publicatis bonis cum ipſo Judice in inſulam deponantur.

[5] *Hi qui*] Extat Tit. 25.

IDEM eodem libro & titulo. FALSUM eſt quicquid in veritate non eſt, ſed pro vero adſevetatur.

ULPIANUS ſub titulo de pœna legis Corneliæ teſtamentariæ libro VIII [6].* Præterea factum eſt Senatuſconſultum * Statilio & Tauro [7] Conſulibus, quo pœna legis Corneliæ inrogatur ei qui quid aliud quam teſtamentum ſciens ſignaverit, ſignarive curaverit. Item qui falſas teſtationes faciendas, teſtamentave falſa invicem dicenda [8] aut conſignanda dolo malo curaverit, Licinio V. & Tauro Conſſ. Item qui ob ſtruendam [9] advocationem teſtimoniave pecuniam acceperit, pactuſve fuerit, ſocietatem coierit, aut aliquam delationem interpoſuerit. Item ſi quis coierit ad occiſionem innocentium Senatuſconſulto quod Cotta & Meſſala [10] factum eſt, cohercentur. Sed & ſi quis ob venundandum vel * denudandum * non remittendumve teſtimonium pecuniam acceperit, Senatuſconſulto quod duobus Geminis Conſſ. factum ſit, pœna legis Corneliæ adficitur, Et reliqua.

[6] *Ulp. lib. VIII.*] De off. Procoſ. ut indicat l. 9. §. 1. D. ad l. Corn. de fal.

[7] *Statilio & Tauro*] Statilii Tauri plures Conſulatus in faſtis repetiuntur, ſed in notatione horum temporum quem potiſſimum ſequar non habeo. Si quis tamen conjecturæ locus eſt, ſic lubentius repoſuerim *Statilio Tauro & Scribonio Libone Conſſ.* Nam his Conſſ. S C. Libonianum circa legem Corneliam factum veriſimile eſt.

[8] *Teſtamentave invicem dicenda*] In Pandectis *teſtimonia*, & in l. 1. D. eod. male, ut mihi quidem videtur, *inſpicienda*. An teſtamentum pro teſtimonio? ut contra teſtimonium pro teſtamento apud Corn. Tacitum in vita Agricolæ, & in

veteri Regularum fragmento cujus ſupra memini. Et ſane in utroque nomine præter teſtationem nihil revera agnoſcimus. Verbi tantum productio variata eſt. Non fruſtra tamen rerum cauſa hæc diſtinguuntur, ut in l. 15. D. hoc tit. Ceterùm nec fruſtra ait *dicenda aut conſignanda*. Nam teſtimonium vel per tabulam datur, vel coram dicitur: hoc quidem olim in publicis religioſe obſervatum, illud ſuo tempore potius in uſu fuiſſe teſtatur auctor libri de oratoribus qui Tacito paſſim tribuitur, quem ego libentius M. Fabii librum de cauſis corruptæ eloquentiæ inſcriberem, niſi me annorum ratio aliquatenus remoraretur. Non eſt vero utriuſque teſtimonii eadem fides l. 3. §. Gabinio. D. de teſtib.

9 *Obſtruendas*] Fl. *ob inſtruendas* in l. 1. D. eo. & paulo poſt, *ad obligationem innocentium*, pro, *in accuſationem* ſic enim & hic lubens reponerem ex l. 2. D. de concuſſionib. niſi quis *in occiſionem* malit dictum, ut in necem, id eſt in perniciem. Et infra *renunciandum remittendumve*, non *denudandum*. Denunciat accuſator reo ut eos teſtes producat, quibus ſuam ipſe accuſationem confirmare velle ſe dicit, ut ex Apuleii priore Apolog. conſtat. Ceterum qui improbe coëunt in alienam litem ut quicquid ex condemnatione in rem actoris redactum fuerit inter eos communicetur, lege Julia de vi privata tenentur ex S C. Voluſiano l. 6. D. ad l. Juliam de vi privata.

10 *Cotta & Meſſala*] Hoc diverſum eſt ab illis quæ iiſdem Coſſ. facta referuntur in l. 12. §. ſi ſervus. D. de accuſat. l. 4. §. proficiſci. D. de off. Proconſ. Fuerunt vero & alia S C. circa legem Corneliam. Et hoc fortaſſe ex S C. eſt, quod falſi nominis vel cognominis adſeveratio pœna legis Corneliæ coërcetur l. 13. D. ad leg. Corn. de falſ. videlicet ſi id in fraudem alterius factum ſit, ſive quo quid alienum interciperetur aut poſſideretur, ut Paulus ait lib. 5. Sent. Alioqui libero nominis cognominiſque mutatio periculoſa non eſt l. 1. C. de mutat. nom. nam ſervo ſolus dominus pro arbitrio nomen imponit, & ad voluptatem quidem, ut in Orat. pro Roſc. Amerino notavit Vulcarius ſeu quis alius verus interpres, cujus fragmenta quædam viſpellionum aliquando manibus precio extorſimus. Sic quæ more apud veteres recepto ſtupri licentiam apud Ædiles profitebantur nomina mutaſſe vel unius Plauti locus ex Penulo arguit. *Hodie*, inquit, *earum mutarentur nomina facerentque indignum genere quæſtum corpore*. Nam quod Juvenalis Meſſalinam Lyciſcæ titulum mentitam ait, ad fornicis titulos magis pertinet, de quibus eſt & illud Petronii. *Video quoſdam inter titulos nudaſque meretrices furtim conſpatiantes*. Sic enim eum locum plane reſtituendum libri me veteres poſt Senecam docuerunt. Sic & C. Staïenus Ligur impune ſe ipſe adoptavit, & de Staïeno, Ælium fecit, ut M Tullius jocatur in Bruto: ſed uſque adeo infeliciter ut pene ubique verum nomen amiſerit. Nam in omnibus fere exemplaribus Stalenus ſcribitur ut & in Topicis & actionis ſecundæ in Verrem lib. 11. qui eſt de jure dicundo, *Quem tu mihi Tubulum, quem Staienum*, ubi vulgo corrupte, *Quem tu mihi Bulbum, quem Stalenum*, Itemque pro A. Cluentio, *Dico de C. Ælio Staieno*; & paulo poſt. *Qui tu*, inquit, *Pacete, hoc enim ſibi Staienus cognomen ex imaginibus Æliorum delegerat, ne ſi ſe Ligurem feciſſet, nationis magis ſua quam generis uti cognomine videretur.* Sed vereor ne etiam apud Saluſtium in poſteriore oratione ad C. Cæſarem de Rep. ordinanda hoc idem nomen hactenus amiſerit eo loco, *Reliqui de factione ſunt inertiſſimi nobiles, in quibus, ſicut inſtituo, præter nomen nihil eſt additamenti*, legendumque ſit potius, *in quibus ſicut in Staieno.* Quod ex his quæ poſuimus interpretationem accipit. Notus eſt Staïeni paries, nota Æliorum virtus ab Ennio uſque laudata. Sed vetuit poſtea Claudius peregrinæ conditionis homines uſurpare nomina duntaxat gentilitia, ut Suetonius in Claudio ſcripſit.

ITEM MOYSES. FALSUM [1] *teſtimonium non dabis adverſus proximum ſuum.* VIIII.

[1] *Falſum*] Exod. xx.

ULPIANUS libro VIIII. de officio Proconſulis ad legem Juliam de vi publica & privata. EADEM lege [1] quibuſdam teſtimonium omnino, quibuſdam intetdicitur invitis, capite octogeſimo & VII. & capite octogeſimo octavo, in hæc verba, * his verbis * HOMINIBUS IN HAC LEGE IN REUM TESTIMONIUM DICERE NE LICETO, qui ſe ab eo patenteve ejus, libertove cujus eotum libertus libettaverit * quive impubes erit, * quive eorum in integrum reſtitutus non eſt, quive in vinculis cuſtodiaque publica erit, quive depugnandi cauſa auctotatus erit, quive beſtias depugnare locavit, locaverit, prætetquam quIaculandi [3] cauſa ad urbem miſſus eſt, erit, palamve corpote quæſtum faciet, fecerit: quive ob teſtimonium dicendum pecuniam accepiſſe judicatus erit, neve quis eorum hac lege in teum teſtimonium dicat: Capite octogeſimo ſeptimo his. HOMINES INVITI [4] IN REUM teſtimonium ne dicant, qui ſobrinus eſt ei teo, ptopioreve cognatione conjunctus, quive ſocer, gener, vitricus, privignuſque ejus etit. Et reliqua.

[1] *Eadem lege*] Lege Julia publicorum judiciorum enumeratæ ſunt perſonæ, quibus teſtimonium invitis denuntiari non poteſt, ſeu potius quæ a dicendo teſtimonio excuſantur interdum etiam volentes, l. 4. D. de teſtib. De eis qui omnino a teſtimonio arcenrur, nihil videtur illa lege cautum. Sed multæ aliæ leges in ſua quæque quæſtione de ea re caverunt, ut lex Julia de vi, & repetundarum, & peculatus l. 5. & 13. D. eo. Et hic quidem ejus quæ de vi fuit duo capita proponuntur, quorum prius ſic reſtituendum arbitror ex Calliſtrato in l. 3. §. lege. D. de teſtib. *Eadem lege q. teſt. omnino, quibus inter. invitis capite LXXXVII. & capite LXXXVIII. in hoc his verbis: Hominibus hac lege in reum teſtimonium dicere ne liceto, qui ab eo parenteve ejus libertove ejus cujus eorum libertus libertave erit, liberaverit, quive impubes erit, quive judicio publico damnatus, quive eorum in integrum reſtitutus non eſt, quive in vinculis cuſtodiaque publica erit, quive depugnandi cauſa auctoratus erit, quive beſtias depugnare locavit, locaverit, praterquam qui jaculandi cauſa ad urbem miſſus eſt, erit, palamve corpore quaſtum fecit, fecerit, quive ob teſtimonium dicendum pecuniam accepiſſe judicatus erit, neu quis eorum hac lege in reum teſtimonium dicat. Capite, &c.* Non fruſtra autem diſtinguit auctoratum ab eo qui beſtias depugnare locavit, ut & Paulus lib. ſingulari de adulteriis. Nam hic quidem operas turpiter tantum locat, ille totum ſe ſerviliter addicit: & recte Acron atque Porphyrio auctoratos appellari ſcribunt eos qui ſe ludo vendunt. Nam & ſic de iiſdem ut opinor Manilius lib. 4. Aſtron.

Nunc caput in mortem vendunt, & funus arena,
Atque hoſtem ſibi quiſque parat ———

Hoc formula ipſa indicat ex Petronii noſtri Satyrico antehac prodita, quam & hic meo jure adſcribam. *In verba*, inquit, *Eumolpi ſacramentum juravimus, uri, vinciri, verberari, ferroque necari, & quicquid aliud Eumolpus juſſiſſet, tanquam legitimi gladiatores domino corpora animoſque religioſiſſime addicimus.* Quo pertinet & illud Tibulli lib. 1. Eleg

Ure meum potius flamma caput, & pete ferro
Corpus, & intecto verbere terga ſeca.

[3] *Qui aculandi*] Sic Vet. fortaſſe, *jaculandi*, repetita ex ſyllaba priore litera. Jaculatores dicebantur qui leonibus aliiſve feris animalibus in Circo conficiendis operam dabant, quales a Boccho primum miſſos cum L. Sylla leones in Circo ſolutos dediſſet, Seneca teſtatur in lib. de brevit. vitæ. Porro ex hoc loco ſatis apparet legib. Romanis non congruere quod Hermenop. lib. 1. Pro-

chiri ex Praxi Magiſtri tradit, in teſtibus de vi nec mores nec vitæ qualitatem ſpectari.

4 *Homines inviti*] Ergo in l. 5. D. de teſtib. *In legibus*, id eſt, non tantum in lege publicorum judiciorum, ſed & in lege Julia de vi, &c.

PAULUS libro ſententiarum v. ſub titulo de teſtibus & quæſtionibus. SUSCEPTOS teſtes [5] & eos vel maxime quos accuſator de domo eduxit, vel vitæ humilitas infamaverit, interrogari non placuit. In teſtibus enim & vitæ qualitas ſpectari debet & dignitas * ſi ſint [6] adfinem vel cognatum inviti teſtes interrogari non poſſunt. Adverſus ſe invicem parentes & liberi, itemque liberti [7] nec volentes ad teſtimonium admittendi ſunt. Quia rei veræ teſtimonium neceſſitudo perſonarum plerumque corrumpit. *

5 *Suſceptos teſtes*] Sic Vetus exempl. ſed quis non admittat *ſuſpectos?* Atque ita hodieque ſcriptum legitur apud Paulum lib. 5. Sentent. additurque, *Suſpectos gratiæ.* Ego vetuſtiorem ſcripturam non temere contemnendam cenſeo. Suſcepti dicuntur & clientes quos paterfamilias in fidem ſuam ita ſuſcipit, ut pars quodammodo familiæ cenſeantur, quam ob cauſam libertis fere conjungi ſolent, ut in l. 3. D. de uſu & habit. l. 5. D. de his qui dejec. vel eff. l. 7. D. de capt. & poſtl. l. 89. D. de furt. l. 3. C. de novationib. Ejus veteris juris reliquiæ adhuc extant in l. quidam cum filium. D. de verbor. oblig. quod ex Servio & Salviano JAC. CUJACIUS Doctor meus jampridem in lucem protulit, ut & alia multa hactenus hominibus noſtris incognita, per quæ

Illum ſumma manet Romani gloria juris.

Atque utinam vir immenſæ doctrinæ & cum priſcis illis legum Coryphæis ſine invidia comparandus, cujus me ſtudioſorum numero cenſeri hoc unum eſt quod in maxima laudis parte ponam, ad hæc quoque vel invitatus deſcendere voluiſſet. Nam illis quantum meriti noſtra hæc perturbata exaratio detrahit, tantum ex ejus doctiſſimis & abſolutiſſimis commentariis accederet ſplendoris & gloriæ. Non abs re igitur ſuſceptorum & clientum teſtimonium ut domeſticum non admittitur, l. 24. D. de teſtib. l. præſenti. §. penult. C. de iis qui ad Eccleſ. conf. in qua familiaris nomen & ad ſuſceptum non male referetur. Sane Gellius ex M. Catonis oratione in Lentulum inter cætera & hoc refert, *Teſtimonium adverſus clientem nemo dicit*, libro 5 Noct. c. 13. Suſceptorum etiam nomine utitur Julius Severianus in præceptis Rhetoricis quorum fragmenta quædam poſt integriorem editionem Corn. Celſi titulo nuper proſtituta ſunt.

6 *Si ſint*] Malim ut apud Paulum, *In adfinem vel cognatum.* Eſt vero hoc ex lege Julia publicorum judiciorum, ut idem Paulus tradit in l. 10. D. de gradib. & adfinib. in qua tamen agnatorum nomen & pro cognatis poſitum legimus.

7 *Itemque liberti*] Et hoc habet optimum exemplar. nec fortaſſe abſurde neceſſitudinis nomen etiam de libertis uſurpabitur, & de ſervis, ut in l. 2. C. Th. de teſtamen. Eſt enim ut ſanguinis, ſic & amicitiæ & affinitatis, & officiorum neceſſitudo quædam. Quamquam illud quod Calliſtratus ait, propter reverentiam perſonarum quoſdam non admitti ad teſtimonii fidem, omnibus magis conveniat.

Explicit Titulus de familiari teſtimonio non admittendo.

INCIPIT DE DEPOSITO.

MOYSES DICIT.

SI aliquis[1] *dabit proximo ſuo argentum vel vas ſervare, & furatum fuerit de domo hominis, ſi invenitur qui furatus eſt, reddet duplum. Quod ſi non fuerit inventus fur, accedat is qui commendatum ſuſceperat ante Dominum, & jurabit nihil ſe nequiter egiſſe de omni re commendata proximi ſui, & liberabitur.*

1 *Si aliquis*] Exod. XXII.

MODESTINUS libro Differentiarum ſecundo de depoſito vel commendato[2]. COMMENDATI judicio conventus[3] etiam culpam præſtare cogitur: qui vero depoſiti convenitur, de dolo non etiam de culpa condemnandus eſt. Commodati enim contractu, quia utriuſque contrahentis utilitas intervenit, utrumque præſtatur: in depoſiti vero cum ſola[4] deponentis utilitas vertitur, ibi dolus tantum præſtatur. Sed in ceteris quoque partibus juris iſta regula cuſtoditur. Sic enim & in fiduciæ judicio[5], & in actione rei uxoriæ[6] & dolus & culpa deducitur: quia utriuſque contrahentis utilitas intervenit. In mandati vero judicio[7] dolus * non etiam tutoris utilitas in adminiſtratione verſatur. Depoſiti damnatus infamis eſt: qui vero commodati damnatur non fit infamis. Alter enim propter dolum, alter propter culpam condemnatur. Actione depoſiti[8] conventus ci Variarum nomine[9] apud eundem Judicem utiliter experitur: at is cui res commendata[10] eſt, improbe ci Variarum exactionem intendit. Impenſas tamen neceſſarias jure perſequitur, quas forte in ægrum vel alias laborantem impenderit. * Reſpondit depoſita[11] ſi ſubripiatur, dominus domus habet furti actionem, quamvis apud quem res depoſita eſt interſit ob impenſas in rem factas ſe retinere: is vero cui res commodata ſit, furti experiri debebit ſi modo ſolvendo fuerit. Actio[12] commodati ſemper in ſimplum competit: depoſiti vero nonnumquam in duplum, ſcilicet ſi ruinæ, vel naufragii, vel incendii, aut tumultus cauſa res deponatur.

2 *Vel commendato*] Commendare nihil aliud eſt quam deponere l. 186. D. de verb. ſign. Sed hic Modeſtinus differentias perſequitur inter commodatum & depoſitum. Itaque commodati nomen ubique reſtitui malim.

3 *Conventus eſt*] Repoſui, *conventus etiam culpam*, &c.

4 *In depoſiti vero cum ſola*] Vet. *cauſula*. Poteſt vero & in depoſito depoſitarii utilitas verti l. 5. §. 2. D. Commodati.

5 *Et in fiducia judicio*] Sane in fiducia pignoris quæ inſtar legis commiſſoriæ eſt, quin hoc verum ſit dubitari non poteſt. d. l. 5. §. 1. vel cum fundus ea lege alicui mancipatur, ut cum mancipanti remancipet, veluti ſi quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipio tradat, ut ei cum tempus ſuſpectum

præterierit,

præterierit, reddat; quo etiam genere fiduciam contrahi Boëtius tradit. Nam hoc certe contractu quamvis commendati ſive depoſiti ſpeciem quandam gerat, fiduciarius tamen revera fit dominus. At cum fiducia ita contrahitur ut ſervus ſuis nummis ematur atque manumittatur, nomen imaginarius ille emptor accommodat, præterea nihil illi adeſt abeſtve, l. 4. §. ſive autem. D. de manumiſſ. In mancipatione etiam liberi hominis quæri poteſt quæ utilitas fiduciarii interveniat. Nam ſeſtertius ille nummus aſſium quatuor, qui, dicis gratia, numerationis loco, non in hac ſolum ſed in omni alia imaginaria venditione, interveniebat, vix eſt ut revera precium dici poſſit, l. 10. §. ult. D. de adq. poſſ. l. 43. D. locat. l. 16. D. de reg. jur. tale ſaltem quod fiduciario diligentiam imponat. Nec inficior tamen etiam in hujuſmodi contractibus majore aliquo precio fidem commodari poſſe, & hos nonnihil ad mandatum accedere.

6 *In mandati vero judicio dolus*] Deſunt hic nonnulla quæ forſitan non male ita ſupplebuntur. *In mandati vero judicio dolus & culpa præſtatur: itemque in tutelæ judicio, quamvis pupilli, non etiam tutoris utilitas in adminiſtratione verſetur.* In mandati judicio quin & culpa vel levis præſtetur, dubium non eſt. Idemque videtur in tutore ſtatuendum, qui aliena quodammodo ex mandato gerit negotia, cujus tamen ſcio in quibuſdam partibus levem culpam excuſari. l. 7. §. competit. D. de adminiſtr. tut. De leviſſima quæri non abs re poteſt. Sed hæc tractatio amplior eſt quam ut notis capi queat.

7 *Et in actione rei uxoriæ*] Tribon. ſcripſit, *in pignore & in dote* l. 5. §. 1. & l. 8. D. commodati.

8 *Actione depoſiti*] Hinc ſumpta eſt l. 25. D. depoſiti. In qua cur illa verba adjecta ſint *ſervo conſtituto*, non ſatis intelligo: niſi reſtituto aut legatur aut intelligatur.

9 *Cibariarum*] Cibariorum l. 18. §. 1. D. Commod. & apud eundem Modeſtinum in l. 4. D. de alim. leg. ſic & alimonium legitur & alimonia.

10 *Cui res commendata*] Melius, *Commodata*.

11 *Reſpondit depoſita*] Fortaſſe melius, *Res apud te depoſita ſi ſubripiatur, dominus domui, &c.* ut ſit *domui* dictum quemadmodum alias in Pandectis *domi* ſecundo caſu. Sed hic ſupereſſe videtur. Idem vero obtinet & ſi depoſitarius culpam repromiſerit aut depoſitionis precium acceperit: quibus tamen caſibus vi bonorum raptorum datur. l. 2. §. ſi in re. D. vi bonor. rapt. Apud Quintilianum Declamat. 361. depoſitarius furem damnaſſe quadruplumque exegiſſe fingitur ſcholiaſtica licentia: cujus eſt etiam illud, non potuiſſe dominum furti agere. Quæ in foro nullus pudens dixerit.

12 *Si modo ſolvendo fuerit. Actio*] Veteris libri ſcriptura hæc fuit, *Si modo ſolvenda actio fuerit.* Cæterum caſus eſt quo commodatori furti actio, datur licet dominus ipſe furti agere non poſſit. In l. Si uxor. D. de act. rer. amot. Pertinet vero hic locus ad l. ult. C. de furtis.

ERMOGENIANUS ſub titulo de depoſito hujuſmodi inſerit conſtitutionem. IDEM Auguſtus Cæſar Fl. Munario. Eum qui ſuſcepit depoſitum, dolum non etiam caſum præſtare certi juris eſt. Cum itaque proponas ignis vi quædam cremata de his quæ tibi fuere commendata, nec ullum dolum in ſubtrahendis rebus adhibitum, Rector Provinciæ nihil contra juris rationem fieri patietur. Et quoniam nec tu quereris moras adhibita varietatem negotium inter vos ortum ſecundum juris ordinem ſua ratione decidetur. Subſcripta VIII. Kl. Jul. Serdica. Auguſtis Cæſaribus.

IDEM Auguſtus & Cæſar Fl. Aurelio Attenico Andronico. Eos penes quos veſtem & argenti materiam depoſuiſſe proponis, apud Rectorem Provinciæ convenit interrogari. Quod ſive teneant, ſive dolo

fecerunt quominus poſſint reſtituere, ſecundum bonam fidem tibi ſatisfacere compellet. Subſcripta VI. Kl. April. Syrmi. Cæſſ. Conſſ.

IDEM Auguſtus & Cæſares Aurelio & Euſtatio & Dioſimo. Is qui depoſitum ſuſcepit ultra dolum, ſi non aliud ſpecialiter convenit, præſtare nihil neceſſe habet. Cujus memor juris Rector Provinciæ partium allegationibus auditis pro ereptorum qualitate ſua ordinabit ſententia. Subſcripta XIIII. Kl. Nov. Appiaria.*

IDEM Auguſtus & Cæſares VII. & Quadrat. [13] ILLE qui dolo malo depoſitum non reſtituit, ſuo nomine conventus ad ejus cum infamiæ periculo reſtitutionem urguetur. Scripta Id. Dec. Nicomedia. CC. Conſſ.

[13] *VII. & Quadrat.*] Forte, *Septimio & Quadrato.* Extat vero hoc idem reſcriptum lib. 4. Cod. Juſt. ſub Titulo de depoſito, Conſt. 10.

PAULUS libro ſecundo ſententiarum ſub titulo de depoſito. DEPONERE poſſumus apud alium id quod noſtri juris eſt vel alieni. Depoſitum eſt quaſi diu poſitum. Servandum eſt quod ad breve tempus cuſtodiendum datur. Deponere videtur qui in metu ruinæ, incendii, naufragii, apud alium cuſtodiæ cauſa deponit. Deponere videtur & is qui ſuſpectam habens vel minus idoneam cuſtodiam domus, vel vim latronum timens, apud aliquem rem cuſtodiendam commendat. Si ſacellum [14] vel argentum depoſuero, & is penes quem depoſitum fuit me invito contrectavit, & depoſiti & furti actio mihi in eum competit. Ob res depoſitas dolus tantum præſtari ſolet. In judicio depoſiti ex mora & fructus veniunt, & uſuræ rei depoſitæ præſtantur. Si quis rem penes ſe poſitam apud alium depoſuerit, tam ipſe directam, quam is qui apud eum depoſuit, utilem actionem depoſiti habere * poſſunt. Si pecuniam depoſuero eamque in * tibi commiſero [15], mutuum magis videtur quam depoſitum, ac per hoc periculo tuo erit [16]. Si rem apud te depoſitam vendideris, eamque redimeris, poſtquam perdideris [17], ſemel admiſſo dolo perpetua depoſiti actione teneberis. Ex cauſa depoſiti lege duodecim tabularum [18] in duplum actio datur, Edicto Prætoris in ſimplum.

[14] *Si ſacellum*] Extat apud Paulum lib. 2. Sent. & in l. 29. D. eod. tit.

[15] *Eam hancque in tibi commiſero*] Legendum videtur, *Si pecuniam depoſuero, eamque in uſum tibi commiſero.*

[16] *Periculo tuo erit*] Etiam ſi non utare l. 9. §. ult. D. de reb. cred. aliud eſt ſi ita depoſuero, ut ſi velis, utaris: tum enim & ſi periculo tuo ſit, l. 4. & l. 10. D. eod. ex uſu demum mutui actio naſcitur uſuræque debentur l. 1. §. ſi pecuniæ. D. depoſiti.

[17] *Poſtquam perdideris*] Malim, *poſtque eam perdideris*, Paulo aliter Ulpianus in l. 1. §. ſi rem depoſitam. D. eo. tit. Dolo ſemel admiſſo periculum rei ad depoſitarium pertinere.

[18] *Ex cauſa depoſiti lege XII. tab.*] Credo hanc eſſe depoſiti actionem in duplum ex inficiatione & dolo malo, cujus & Juſtinianus meminit in §. furti. Inſt. de actionib. & Paulus lib. 1. Sent. Tit. de actionib. quæ per inficiat. dupl. ſi modo pro *depenſi*, legatur *depoſiti*. Nam ſane in actione illa negotiorum geſtorum [illegible], quæ & recte depenſi dici poteſt, non de rupta fide agitur, ſed

de indemnitate ejus qui alienum negotium gerens aliquid expendit, ut Ulp. de depoſitario dixit in l. 5. D. hoc tit. cui judicio non video cur plus tribuatur quam contrario mandati. At ex depoſito certum eſt & ob dolum condictionem competere tanquam adverſus furem l. 13. D. eod. ut mirum non ſit eum quoque ut manifeſtum dupli pœna coërceri ob inficiationem quæ inter graviora delicta non immerito a veteribus habita eſt.

GREGORIANUS libro IIII. ſub titulo de depoſiro. IMP. Alexander A. Meſtrio militi. Incurſu [19] latronum ornamenta depoſita apud interfectum ab eis perierunt. Detrimentum ad heredes ejus qui depoſitum accepit, qui dolum tantum præſtare debent, non pertinet. Quod ſi ex prætextu latrocinii commiſſi res quæ in poteſtate heredis ſunt non reſtituuntur, tam depoſiti quam ad exhibendum actio, ſed & in rem vindicatio competit. Prop. VII. Kl. Jul. Maximiano bis & Urbano Conſſ.

[19] *Incurſu*] Extat in l. 1. C. Depoſ. aucta a Triboniano quibuſdam verbis.

PAULUS libro reſponſorum quinto ſub titulo ex locato & conducto. IMP. Antoninus Julio Agrippino. Dominus horreorum [20] periculum vis majoris, vel effracturæ latronum præſtare non cogitur. His ceſſantibus ſi quid ex poſitis rebus inlæſis extrinſecus horrei * damnum depoſitorum ſarciri debet. Prop. IIII. Non. Nov. Antonino III. Conſ. Paulus reſpondit, Satis præpoſitam conſtitutionem declarare his qui horrea locant, majorem vim imputari non poſſe.

[20] *Dominus horreorum*] Extat & hæc conſtitutio in l. 1. C. de locat.

Explicit Titulus de depoſito.

INCIPIT
DE ABIGEATORIBUS.

MOYSES DICIT.

SI QUIS *involaverit* [1] *vitulum aut ovem, & occiderit, aut vendiderit, quinque vitulos reſtituet pro vitulo uno, quatuor oves pro ove una. Quod ſi non habet unde reddat, venundetur pro furto.* XI.

[1] *Si quis involaverit*] Exod. XXII.

PAULUS libro ſententiarum ſub titulo de abigeatoribus. ATROCES pecorum abactores plerumque ad gladium vel in metallum, nonnumquam autem in opus publicum dantur. Atroces autem ſunt qui equos & greges ovium de ſtabulo [a] vel de paſcuis abigunt, vel ſi id ſæpius aut * a ferro [b] conducta manu faciunt.

[a] *De ſtabulo*] Ergo & hic atrox abigeus eſt. Sed tamen lenius coërcetur ſi a ſtabulo domitum pecus abegerit, quam ſi a ſilva vel grege. Sic enim legen-

dum eſſe in l. 3. §. 1. D. de abig. Doctor noſter ex Græcis interpretibus admonuit.

[3] *Aut a ferro*] Fortaſſe melius, *aut ferro conducta manu*, vel, quod Faber mavult, *aut cum ferro, aut conducta manu*: ut hæc etiam diſtinguantur. Seu *aut ferro coactave manu*.

IDEM Paulus eodem libro & titulo. ABIGEATORES[4] ſunt qui unum equum, vel duas equas, totidemque boves[5], vel capras decem, porcos quinque abegerint. Quidquid vero intra hunc numerum fuerit ablatum, pœna furti pro qualitate ejus aut in duplum, aut in triplum convenitur, aut fuſtibus cæſus[6] in opus publicum unius anni datur, aut ſub pœna[7] vinculorum domino reſtituitur.

[4] *Abigeatores*] Sic Vet. apud Paulum, *Abactores*, cujus etiam ſcriptam lectionem codex noſter confirmat.

[5] *Totidemque boves*] Sic Vet. ſic & Oſtrogothus ſcriptor Tit. 3. ex Pauli lib. v. Sent.

[6] *Aut fuſtibus cæſus*] Illud hic annotare placet, Fuſtis pœnam interdum capitalem fuiſſe, ut in decimatione militum, ad quam videntur etiam pertinuiſſe Saluſtii verba quæ apud Servium duobus locis corrupte leguntur. Sic autem reſtituenda arbitror, *Sorte ductos fuſti necat*, quæ & ipſa Corn. Tacitus de eadem re uſurpavit lib 3. Annal.

[7] *In pœna*] Vet. *imponat*.

IDEM Paulus eodem libro & titulo. SI ea pecora de quibus quis litigaverat, abegerit, ad forum remittendus eſt, atque ita convictus in duplum vel triplum furis more damnatur.

IDEM Paulus eodem libro & titulo. QUI bovem vel equum errantem, quodve aliud pecus abduxerit, furem magis eum quam abigeatorem conſtitui placuit.

PAULUS libro ſingulari de pœnis paganorum, ſub titulo de abigeis[8], dixit. CUM durius abigei damnantur, & ad gladium tradantur. Itaque Divus Pius ad concilium Bæticæ reſcripſit. Qui pecora de quibus litigabat, abegit, ad forum remittendus eſt, & ſi victus fuerit, in duplum vel quadruplum condemnandus.

[8] *De abigeis*] Referuntur & hæc ex eodem libro in l. 1. D. de abig. ſed ita ut Triboniani manum facile agnoſcas.

.IX ULPIANUS libro octavo de officio Proconſulis ſub titulo de abigeis. DE abigeis puniendis ita Divus Adrianus reſcripſit concilio
» Bæticæ. Abigei cum duriſſime puniuntur, ad gladium damnati ſo-
» lent. Puniuntur autem duriſſime non ubique, ſed ubi frequentius eſt
» hoc genus maleficii: alioqui nec[9] in opus, & nonnumquam tempo-
» rarium damnantur. Ideoque puto apud vos quoque ſufficere genus
» pœnæ, quod maximo[10] huic maleficio irrogari ſolet, ut ad gladium
» abigei dentur: aut ſi quis tam notus & tam gravis in abigendo fuit,
» ut prius ex hoc crimine aliqua pœna adfectus ſit, hunc in metallum
» dari oportere. Reſcriptum Divi Adriani ſic loquitur, quaſi gravior pœna ſit metalli: niſi forte hoc ſenſit Divus Adrianus gladii pœnam dicendo, ludi damnationem. Eſt autem differentia[11] inter eos qui ad

gladium, & eos qui ad ludum damnantur. Nam ad gladium damnati, confeſtim conſumuntur, vel certe intra annum debent conſumi. Hoc enim * damnatis continetur [12]. Enimvero qui in ludum damnantur, non utique [13] conſumuntur, ſed etiam pileari & rudem accipere poſſunt poſt inter * palam [14]. Si quidem poſt quinquennium pileari [15], poſt triennium autem rudem induere eis permittitur. Eodem reſcripto Divi Adriani diligentiſſime expreſſum eſt, non ubique parem eſſe pœnam abigeorum.

9 *Alioqui nec*] Malim ut in Pand. *alioquin &*.

10 *Quod maximè*] Malim *quod maxime*, id eſt, ut plurimum.

11 *Eſt autem differentia*] Eam differentiam hic unus locus habet, ut & alia quædam noſtris interpretibus hactenus incognita. Sane ex Paulo didiceramus, ad gladium datos intra annum conſumendos eſſe. De ludo nihildum tale, quod ſciam, audieramus. Eſt autem ludi nomen generalius, & continet ferrum, gladium, arma, ceſtus, arenam, venationem, quæ omnia inter mediocres pœnas uno ludi verbo Paulus complexus eſt lib. 2. Sent. Tit. 17. Ergo qui ad ludum damnatur, non ſtatim ad gladium damnatus intelligitur, id eſt ad ferrum, ſive ad ludi gladium, ut a Capitolino ſcriptum eſt in Macrino, ad differentiam decollationis. At qui ad gladium datur, vix eſt ut ad alium ludum datus intelligatur, quam tamen interpretationem Ulpianus hic tentat. Eſt de ludo locus non ſatis animadverſus apud auctorem ejus hiſtoriæ ex qua ſecundus Machabæorum liber factus eſt, dum narrat Jaſonem Oniæ fratrem ſummum Pontificatum ambientem apud Antiochum Epiphanem, petiiſſe ab eo pro ſummo beneficio, ut Jeroſolimitani deinceps ab ipſo Antiocheni dicerentur, liceretque in ea urbe gymnaſium conſtituere. Quod cum ille facile impetraſſet, magno ardore ſub ipſa arce gymnaſium καὶ ἐφηβείαν inſtituiſſe, in quo optimos quoſque adoleſcentes ὑποτάσσων, id eſt, quodam auctoramento ſibi ſubjiciens, ὑπὸ πέτασον ἦγε· quod vetus interpres tranſtulit *in lupanaribus poſuit* non uſquequaque fortaſſe recte. Nam & ſi Judæis velatæ mulieres pro meretricibus habeantur, & apud Romanos flavus galerus in proſtibulis notatus ſit, petaſus tamen curſorum eſt, & in ludo depugnantium, aut diſco certantium, præſertim apud Græcos ad quorum gymnaſia locus ille magis pertinet. Et recte Pollux πέτασον εἶναι ἐφήβων φόρημα, quo loco ἐφήβους appellat eos qui juvenes dici videntur in l. 28. §. ſolent. D. de pœn. ut & in veteri epigraphe *Allectus inter juvenes*, de pantomimo legitur. Plautus Pſeudolo, *etiam opus eſt chlamyde & machæra & petaſo*.

12 *Damnatis continetur*] Lego, *mandatis*, nam & de his rebus Præſidibus in Provincias proficiſcentibus præcepta dabantur l. 35. D. de pœn. & aliis multis locis.

13 *Non utique*] Non ſemper, Nam & aliquando conſumuntur. Immo id interdum ſententia ipſa comprehenditur l. 1. C. Th. ad leg. Fab. de plag.

14 *Poſt inter palam*] Sic Vet. lego *poſt intervallum*.

15 *Pilleari*] Tanquam liberati. Eſt enim hoc liberationis ſive præmii inſigne: Tertullianus de ſpectacul. *Et qui inſigniari cuique homicidæ leonem poſcit, idem gladiatori atroci petat rudem & pilleum, præmium conferat*. Unde & pillei manumiſſionum in Aurelii Victoris Breviario. Galerus aut petaſus non recte pilleus dicitur. Sed an hæc pillei impoſitio ſtatum publicum reddit ad inſtar reſtitutionis cujuſdam in integrum? Suſtineo. Rudis ſane vacationem potius periculoſi laboris quam libertatem donaſſe videtur Ovid. 2. Eleg. *Tutaque depoſito poſcitur enſe rudis*. Fuit enim hoc ſignum honeſtæ miſſionis artis gladiatoriæ, quam gladiator ſtans ad crepidinem Circi ſub Circulo amphiteatri, a populo petere & impetrare ſolebat ut Acro in Horatium ſignificat.

ITEM Ulpianus libro & titulo quo ſupra. ABIGEI autem proprie

hi habentur qui pecora ex paſtu & ex fermentis [16] ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigei ſtudium quaſi artem exercent, equas de grege, vel boves de armentis abducentes. Ceterum ſi quis bovem aberrantem vel equum in ſolitudinem abduxerit, non eſt abigeus, ſed fur potius. Sed & qui porcum vel capram vel Ber bicem abducunt [17], non tam graviter ut hi qui majora animalia abigent, plecti debent. Quanquam autem Adrianus metalli pœnam, item operis vel etiam gladii præſtituerit, adtamen qui honeſtiori loco nati ſunt non debent ad hanc pœnam pertinere, ſed aut relegandi erunt, aut removendi ordine. Romæ tamen etiam beſtiis ſubjici abigeos videamus. Et ſane qui cum gladio [18] abigunt, non inique hac pœna adficiuntur.

16 *Ex fermentis*] Sic Vet. in Pand. rectius, *ex armentis*. vel *frumentis*.
17 *Berbicem adducunt*] *Vervecem abducunt*. Poſteriores fere berbicem & pronunciarunt & ſcripſerunt, ut apud Anianum & Paulum Monachum, & in Langobardicis Franciciſque legibus. Unde nobis remanſit vocabulum.
18 *Qui cum gladio*] Firmicus lib. 6. Mathes. *Faciet pecorum abactores inſequentibus hominibus minaci ſemper gladio reſiſtentes.*

Explicit de Abigeis.

INCIPIT

DE INCENDIARIIS.

MOYSES DICIT. *Si exibit ignis* [1] *& invenerit ſpinas, & comprehenderit areas, vel ſpicas, aut campum, æſtimationem reſtituet ille qui ſuccendit ignem.*

1 *Si exibit ignis*]. Exod. XXII.

PAULUS libro * Sententiarum ſub titulo de incendiariis. QUI caſam [2] aut villam inimicitiarum gratia incenderunt, humiliores in metallum aut in opus publicum damnantur, honeſtiores in inſulam relegantur. Fortuita incendia quæ caſu venti * fuerint his [3] vel incuria ignem ſupponentis, ad uſque vicini agros evadunt, & ſi ex eo ſeges, vel vinea, vel oliva, vel fructiferæ arbores concrementur, datum damnum æſtimatione farciatur.

2 *Qui caſam*] Lego, *Qui caſam aut villam*, ut in l. 28. §. incendiarii, D. de pœn.
3 *Venti fuerint his*] Lego *furentis*, & paulo poſt, *dati damni æſtimatione ſarciatur. Æſtimatione* autem id eſt, dupli compendio. Paul. libro 5. Sent. & hæc eſt actio quæ incenſarum ædium dicitur in l. juriſgentium. §. ſi paciſcar. D. de pact.

IDEM Paulus eodem libro & titulo. COMMISSUM vero ſervorum ſi domino videatur, noxæ deditione ſarcitur. Meſſium ſane * per-

dum [4] incenſores, vinearum olivarumve, aut in metallum humiliores damnantur, aut honeſtiores in inſulam relegantur.

[4] *Perdum*] Sic Vet. an, *per odium*, id eſt ob inimicitias, ut Calliſtratus dixit aliquanto rectius quam Paulus, inimicitiarum gratia, quæ duo quo vinculo ſociari poſſint, non ſatis video. Quidam legunt *perditi*.

IDEM Paulus libro & titulo qui ſupra. INCENDIARII quidquid [5] in oppido prædandi cauſa faciunt, facile capite puniuntur.

[5] *Incendiarii quidquid*] Malim, *qui quid. Facile* autem eſt, ut plurimum.

ULPIANUS libro octavo de officio Proconſulis. DE naufragiis [6] & incendiariis lex quidem Cornelia aqua & igni interdici juſſit, ſed variæ ſunt [7] punitionum.* Nam qui data opera in civitate incendium fecerunt, ſi in humillimo loco ſunt, beſtiis ſubjici ſolent: ſi in aliquo gradu & Romæ id fecerunt, capite puniri, aut certe [8] * adficiendi ſunt qui hæc committunt. Sed ei qui non data opera incendium fecerit, plerumque ignoſcitur, niſi in lata & incauta negligentia vel laſcivia fuit.

[6] *De naufragiis*] Puto legendum, *Ulpianus lib. VIII. de officio Procos ſub Titulo de naufragiis & incendiariis. Incendiariis lex quidem Cornelia.* Nam & de naufragiis eo libro Ulpian. tractaſſe indicat l. ult. D. de incend. ruin; & nauf. in qua hujus quoque ſententiæ pars extat. Sæpe vero inter exſcribendum evenit, ut vel unius vocis repetitio librarii oculos fallat: quod & accidiſſe arbitror in l. ſtatuliberi. §. Quintus. D. de ſtatulib. cujus ſententiam lubens ita repleverim, *An videatur ſententia qua vicit, ad eam rem valere. Et ait* (nempe Q. Mutius) *ad eam rem valere. Quapropter, &c.* Sic & in l. 27. D. de furt. *Si chirographa aureorum decem, decem tabula fuerint:* & in l. 58. §. acceptis D. ad leg. falcid. *Acceptis centum, centum hereditatum; &c.* ſic legendum.
[7] *Sed variæ ſunt*]. Deeſt, *ſpecies*, vel, *circumſtantia*.
[8] *Aut certe*] Hæc quoque ita ſupplenda videntur, *aut certe exilio vel deportatione adſiciendi ſunt qui hac committunt.*

PAULUS libro ſingulari de pœnis Paganorum, ſub titulo de abigeis, dicit. INCENDIARII qui in oppido prædæ cauſa id admiſerint, capite puniuntur: qui caſu inſulam aut villam non inimicitia incenderint, levius. Fortuita enim incendia ad forum remittenda ſunt, ut damnum vicini ſarciatur.

ULPIANUS libro ad Edictum [9] ſub titulo ſi ſarebitur injuria occiſum eſſe, in ſimplum, * & cum doceret. ITEM ſi inſulam meam adusſeris vel incenderis, Aquiliæ actionem habebo. Idemque eſt & ſi arbuſtum meum, vel villam meam. Quod ſi dolo quis inſulam exuſſerit, etiam capitis pœna plectitur quaſi incendiarius. Item ſi quis inſuſulam voluerit exurere, & ignis etiam ad vicini inſulam pervenerit, Aquilia tenebitur lege vicini etiam non minus inquilinis ob res eorum exuſtas, & ita Labeo libro XV. Reſponſorum refert. Sed ſi ſtipulam in agro tuo incenderis, igniſque pervagatus ad prædium vicini pervenerit, & illud exuſſerit, Aquilia lex locum habeat, an in factum actio ſit, fuit quæſtio. Sed pleriſque Aquilia lex locum habere

non videtur: & ita Celſus libro XXXVII. Digeſtorum ſcribit. * Id
enim [10], ſi ſtipulam incendentis ignis fugit, Aquilia lege eum non
teneri, ſed in factum agendum, quia principaliter hic exuſſit, ſed
dum aliud legit ſic ignis præceſſit. Cujus ſententia ſic reſcripto Divi
„ Severi comprobata eſt in hæc verba.* Profiteri propter ignem [11] ba-
„ buli gratia factus culpa ſervorum Vectoriæ Aſtiliæ evagatus agrum
„ tuum, ut proponis, depopulatus eſt, ad exemplum legis Aquiliæ no-
„ xali judicio acturus, ſi litis æſtimario permittitur [12], judicium cum
„ adire poteſt. Videlicet non eſt viſa Aquilia ſufficere. Si forte [13] ſervus
quæ idem conductores coloni ad fornacem obdormiſſent, & villa
fuerit exuſta.* Muneris ſcribit ex loca conventum præſtare debere, ſi
negligens in legendis miniſteriis fuit tenetur ceterorum ſi alius ignem
ſubietit fornaci, alius neglegenter cuſtodierit, tenetur namque qui non
cuſtodit ſi nihil hic fecit quæ recte ignem ſubjecit non peccavit:
quemadmodum ſi hominem Medicus recte ſecuerit, ſed neglegenter
vel ipſe vel alius curaverit, Aquilia ceſſat. Quid ergo eſt? Et hic puto
ad exemplum Aquiliæ [14] dandam actionem, tamen eum [15] qui forna-
cem obdormivit, vel neglegenter curavit, ſive homo periit ſive de-
bilitatus eſt [16]. Nec quiſquam dixerit in eo qui obdormivit, rem eum
humanam & naturalem paſſum, cum deberet vel ignem extinguere,
vel ita munire ut non evagaret. Item libro VI. ex Viviano relegatum
eſt [17], ſi fornum ſecundum parietem communem haberes, an damni
* injuria teneris? Et ait [18] non poſſet id Aquilia lege, quia nec cum
eo qui focum haberet. Ideo æquum putat in factum actionem dan-
dam. Sed non ptoponit exuſtum parietem. Sane enim quæri poteſt,
Nondum mihi damnum dederit, & ita ignem habeat ut metuam ne
* mihi det, æquum ſit me inter actionem [19] idem in factum imperare.
Fortaſſis enim de hoc ſenſerit Proculus: niſi quis dixerit damni non
facti ſufficere cautionem. Sed & ſi quis ſervi inquilini [20] inſulam exuſ-
ſerit, libro x: Urſeïus refert Sabinum reſpondiſſe, lege Aquilia ſervo-
rum nomine dominum noxali judicio conveniendum, ex locato au-
tem dominum teneri negat. Proculus autem R. cum coloni ſervi vil-
lam exuſſerint, colonum vel ex locato * lege Aquilia, ita ut colonus
ſervos poſſet noxæ dedere: & ſi uno judicio res eſſet judicata, altero
amplius non agendam. Item Celſus libro XXVII. Digeſtorum ſcri-
bit, ſi cum apes meæ ad tuas advolaſſent totas exuſſerit, quoſdam ne-
gare competere legis Aquiliæ actionem, inter quos & Proculum, quaſi
apes dominI mei non fuerint. Sed id falſum eſſe Celſus ait, cum apes
revenire ſoleant, & fructui * miſſi ſunt [21]: Sed Proculus eo movetur
quod nec manſuetæ, nec ita clauſæ fuerint. Hd. [22] Ipſe autem Cel-
ſus ait nihil inter has & columbas intereſſe, quæ ſi manu refugiunt,
domi tamen fugiunt.

9 *Ulpianus lib. ad edictum*] Lego *lib. XVIII. ad edictum*. Extat pars quæ-
dam hujus capitis in l. 27. D. ad leg. Aquil. quæ ſi quis conferre non gravabi-
tur, & nos moleſtia notarum liberabit, & melius intelliget quid ſibi juris noſtri
compoſi-

compoſitores permiſerint. Nobis hic vetuſtiſſimi exemplaris ſcriptutam bona fide repræſentaſſe ſatis fuit.

10 *Id enim*] Lego. *At enim, ſi ſtip. inc. ig. fugit, Aquilia lege eum non teneri, ſed in factum agendum, quia principaliter hic non exuſit: ſed dum aliud agit, ſic ignis proceſſit. Cujus ſententia & reſcripto Divi Severi comprobata eſt in hac verba.* Quæ ſequuntur quomodo reſtituenda ſint, non ſatis video. Et tamen hic ſenſus plenus eſt, *Si ignis pabuli gratia factus, &c. judicium cum ea adire potes. Cum ea. i.* cum Vectoria.

11 *Profiteri propter ignem*] *Si ut profiteris ignis.*

12 *Si litis æſtimatio permittitur*] Id eſt, ſi Vectotia judicium ſuſcipere & litis æſtimationem ſufferre malit, quam noxæ dedere aut indefenſos ſervos relinquere. Nam alioqui recuſare atque evitare judicium poteſt.

13 *Si forte*] Confer. §. ſi fornicarius l. 27. D. ad leg. Aqu.

14 *Ad exemplum Aquilia*] Sic in l. 53. D. ad leg. Aqu. in factum actio ad exemplum legis Aquiliæ, & utilis actio damni injuria quaſi ex lege Aquilia in l. 51. D. de furt. Utilis actio ad exemplum directæ inſtituitur. l. 1. C. de precario. Unde & utilis in rem quaſi in rem actio dicitur in l. 1. §. proponitur. D. de ſuperficieb.

15 *Tamen cum*] Puto legendum, *tam in eum qui ad fornacem obdormivit, quam in eum qui ignem ſubjecit, vel neglegenter curavit.*

16 *Sive homo periit ſive debilitatus eſt*] Hæc verba pertinent ad ſuperius exemplum de Medico, & reponenda videntur continuo poſt illa, *Aquilia ceſſat.* Omiſſa vero ſunt a compoſitorib. Pandectarum, fortaſſe quod Caii ſententiam magis probarent, quæ extat in l. 8. D. eod. tit.

17 *Relegatum eſt*] *Relatum eſt.*

18 *Et ait*] Vivianus ſcilicet. Quod ex præcedentibus conſequitur. In Pandectis tamen ſcriptum eſt, Proculus: & rectius quidem ut ſequentia indicant.

19 *Me inter actionem*] An inter actionem accipiemus incerti actionem ſive in factum ſubſidiariam? an potius ita legemus? *Me interim actionem, id eſt in factum impetrare.* Quod mihi quidem magis probatur. *Interim* vero, id eſt, ante damnum datum. Et proprie impetrare de hujuſmodi actionibus uſurpavit, quæ & permitti dicuntur. l. 45. D. ſolut. matr. & indulgeri tribuique l. 28. D. de procurat. & accommodari l. 22. D. de aqua & aqu. pl. arc. l. ult. D. de tranſact. §. item ſi quis poſtulante. Inſt. de actionib. & conſtitui l. 16. D. ad exhibend. & decerni l. 2. D. de adminiſtrat. rer. ad civitat. pert. l. 20. D. de tutel. & rat. diſtrah. l. 22. D. de conſtit. pec. l. 2. §. interdum. D. de vulg. & pup. ſubſt. l. penul. D. de adquit. hered. l. 15. §. eleganter. D. de damn. inf. l. pen. D. de fideic. libert. l. 46. §. 1. D. de adminiſtr. tut. nempe quia ex æquitate cauſa cognita dantur. l. 15. §. Prætor ait, ſi quis. D. de injur. l. 18. §. ult. D. de damn. infect l. 5. D. de præt. ſtipul. Actio directa ordinaria eſt l. 5. C. ſi res al. pig. data ſit. & utili Prætoriæque opponitur. l. 26. §. 2. D. de noxal. act.

20 *Sed & ſi quis ſervi inquilini*] Fortaſſe melius, *ſed & ſi ſervi inquilini inſulam exuſſerint.*

21 *Et fructui miſſi ſint*] Lego, *mihi ſint.*

22 *Hd*] Sic in vet. ex.

Explicit Titulus de incendiariis.

INCIPIT
DE TERMINI'A MOTA.

XIII. **M**OYSES DICIT. NON *tranſmovebis* [a] *terminos proximi tui quos conſtituerunt patres tui, vel principes poſſeſſionis tuæ.*

[a] *Non tranſmovebis*] Deuter. XIX. Extat & de Termino priſca lex Numæ Pompilii apud Verrium Flaccum, qua qui terminum exaraſſet, ipſius & boves ſacri erant. Nihil fere religioſius Numa ſanxit. Nam & templum ut Deo poſuit, & ferias inſtituit, noluitque animatum quicquam pacis Præſidi ſacrificari, quod Plutarchus in Romaïcis eleganter ſic expreſſit, τὸν τέρμινον ὡς ἐπίσκοπον καὶ φύλακα φιλίας καὶ εἰρήνης, ὤετο δεῖν αἵματος καὶ φόνου καθαρὸν καὶ ἀμίαντον διαφυλάττειν. Sed hoc jam ſuo tempore neglectum idem alio loco teſtatur. Unde & Horatius in Epod. *Et agna feſtis caſa Terminalibus.* Quin & Siculus Flaccus in terminis defigendis, hoſtiæ inmaculatæ cæſæ ſanguinem inſtillari ſolitum ſcribit, & Prudentius extis ſeu gallinæ pulmone termino fieri ſignificat. Illud quoque Numæ videtur, ut Termino non niſi ſub divo ſacrificaretur, quod nefas putaret Terminum intra tectum conſiſtere. Itaque quo loco colebatur, ſuper eum foramen patebat in tecto, ut Sex. Pompeïus tradit. Quod etiam cum Capitolium Tarquinius ædificaret religioſe obſervatum Servius teſtis eſt, ob idque in Capitolio pronam (ſic legendum apud Servium non *primam*) partem tecti patuiſſe quæ lapidem ipſum Terminum ſpectaret. Unde non abs re quæri poteſt, Plinii verba hæc ex libro 18. cap. 2. *Tertiam ex iis nominare ſub tecto religio eſt,* an ad Terminum referenda ſint, an ad Dionyſium. Οὐδὲ γὰρ τὸν διόνυσον ὀμνύουσιν ὑπὸ στέγῃ, ut Plutarchus ait. Ego quidem ad Terminum malim, & nominandi vocabulum ad ſacrificium quam ad jusjurandum referre. Et fortaſſe ille locus mendo non caret, atque ita potius alicui legendus videatur, *Terminum ex XII. nominare ſub tecto religio eſt.* Nam de Termino multa duodecim tabulis cauta quis neſcit? in quas etiam ſi quis veterem illam Numæ ſanctionem translatam velit, non contradicam. Sic enim & ubi XII. tabularum auctoritas contemni cœpit, eadem illa quæ legibus cavebantur, in alia latorum nomina transierunt, ut Macrobius ait lib. 3. Satur. cap. 9. Sane & de ſacrificiis & religionibus non pauca iiſdem tabulis comprehenſa M. Tullius ſatis ſignificat in libris de legibus, & Servius tradit multa de ſacris ab Faliſcis petita poſt X. tabulas magna ex parte ab Athenienſibus mutuatas, quæ reliquis duabus Decemviri complexi ſunt. Adſcribam vero & ipſa Livii verba ex quibus etiam poſt XII. Regias leges retentas intelligamus. Sic igitur cum de Tribb. militum Conſulari poteſtate ageret lib. 6. *In primis fœdera ac leges (erant autem ea duodecim tabulæ & quædam Regiæ leges) conquiri quæ comparerent, juſſerunt. Alia ex iis edita in vulgus: quæ autem ad ſacra pertinebant, a Pontificib. maximis, ut religione obſtrictos haberent multitudinis animos, ſuppreſſa.* Itaque mirum videri non debet quod apud Tacitum legimus cenſuiſſe Claudium ad inceſtum procurandum ſacra ex legibus Tullii regis piaculaque apud lucum Dianæ per Pontifices danda: Et in libris noſtris de muliere quæ prægnans mortua ſit humanda legem Regiam recitari audimus. At hæc paulo audacior conjectura eſt, & jam ipſi Notarum terminos exaravimus.

PAULUS libro * Sententiarum ſub titulo, Finium regundorum. IN eum qui per vim [a] terminos dejecit vel amovit, extraordinem animadvertitur.

[a] *In eum qui per vim*] Sic apud Paulum ſcriptum eſt libro I. Sent. ubi in

vet. exempl. annotatum reperi idem ſtatui in Codicis Theodoſiani lib. 2. ſub hera 25. quæ conſtitutio hodie deſideratur.

Ulpianus libro VIIII. De officio Proconſulis, ſub titulo de termino moto. Eos qui terminos movetunt non impune id facere debere Divus Adrianus [3] Terentio Gentiano XVII. Kl. Septembriarum ſe III. Conſ. I. reſcripſit: quo reſcripto pœnam variam ſtatuit. Verba reſcripti ita ſe habent. Peſſimum factum eorum qui terminos finium cauſa impoſitos abſtulerunt, dubitari non poteſt. Pœnæ autem modus ex conditione perſonæ & mente facientis Magiſtratui pœnam. Si ſplendidiores ſunt perſonæ quæ convincuntur, condubito quin occupandorum aliorum finium cauſa id admiſerint. Et poſſunt ad tempus ut cujuſque cumparitur ætas, relegari, & ſic in biennium aut triennium ad opus publicum dari. Quod ſi per ignorantiam aut fortuitu lapides * viſus cauſa [4] furati ſunt, ſufficit eos verberibus coërceri.

3 *Divus Adrianus*] Refertur & in l. 2. D. eod. tit.
4 *Viſus cauſa*] Puto legendum *uſus cauſa*. Quod a compoſitoribus Pandectarum omiſſum eſt.

Explicit de terminea mota.

INCIPIT
DE PLAGIARIIS.

MOYSES DICIT. QUICUMQUE *plagiaverit* [1] *quemquam in Iſrael, & vendiderit eum, morte moriatur.* XIIII.

1 *Quicumque plagiaverit*] Exod. XXI Deuteron. XXIIII.

Paulus libro ſententiarum V. ſub titulo ad legem Fabiam. Lege Fabia tenetur qui civem Romanum ingenuum [2], libertinum, ſervumve alienum celaverit, vendiderit, vinxerit, comparaverit. Et olim quidem hujus legis pœna ſummaria [3] fuit: ſed tranſlata eſt cognitio in Præfectos urbis, itemque Præſidis Provinciæ extraordinem meruit animadverſionem. Ideoque humiliores aut in metallum damnantur, aut in crucem tolluntur, honeſtiores adempta dimidia parte bonorum Impp. releganrur [4]. Si ſervus ſciente domino alienum ſervum ſubtraxerit, vendiderit, celaverit, in ipſum dominum animadvertitur. Quod ſi id domino ignorante commiſerit, in metallum datur.

2 *Civem Romanum ingenuum*] Vet. exemp. *Civem id manum ingenuus liber.*
3 *Pœna ſummaria*] *Pena nummaria.*
4 *Impp. relegantur*] Sic vetus. Quo ſignificatur, in perpetuum relegari.

Ulpianus libro VIIII. de officio Proconſulis ſub titulo ad legem Fabiam. Frequens eſt etiam legis Fabiæ cognitio in tribunalibus Præſidum: quamquam quidam Procuratores Cæſaris uſurpaverint quam Romæ, tam in Provinciis. Sed enim jam eo perventum eſt

conſtitutionibus, ut Romæ quidem Præfectus urbis ſolus ſuper ea re[5] cognoſcat[6], ſi intra miliarium centeſimum[7] ſit in via commiſſa[8]. Enimvero ſi ultra centeſimum, Præfectorum Prætorio erit cognitio. In Provinciam enim Præſidum provinciarum. Nec aliter Procuratori Cæſaris hæc cognitio injungitur quam Præſidis partibus[9] in provincia fungatur. Plane poſt ſententiam[10] de Fabia latam Procuratoris partes ſuccedunt. * Hujus certæ[11] adtamen Procuratori qui illam provinciam regit, licet de capitalibus cauſis cognoſcere nec ſoleat, tamen ut de lege Fabia poſſit cognoſcere Imp. Antoninus conſtituit. Idem legis Juliæ de adulterIs coërcendis conſtitutione Imperatoris Antonini quæſtionem accepit. Lege autem Fabia tenetur qui civem Romanum eundemque qui[12] in Italia liberatus ſit[13], celaverit, vinxerit, vinctumque habuerit, vendiderit[14], emerit, quive in eam rem ſocius fuerit: cui capite primo ejuſdem legis pœna injungitur, Si ſervus qui ſciente domino fecerit, dominus ejus ſextertiis[15] quinquaginta milibus eodem capite punietur. Ejuſdem legis capite ſecundo tenetur qui alieno ſervo perſuaſerit ut dominum fugiat, quive alienum ſervum invito domino celaverit, vendiderit, emerit dolo malo, quive in ea re ſocius fuerit, jubeturque * populus[16] extertiam quinquaginta milia dare.

Et reliqua. Sciendum tamen eſt[17] ex Novellis conſtitutionibus capitali ſententia plagiatores pro atrocitate facti puniendos: quamvis & Paulus ſupra relatis ſpeciebus, crucis & metalli pœnam hujuſmodi reis inrogavit.

[5] *Super ea re*] Vetus codex habuit *ſuperare.*

[6] *Cognoſcat*] Extraordinem, ut de expilara hereditate dicitur in l. 3 D. de exp. hered.

[7] *Intra milliarium centeſimum*] Fuit hic terminus urbis, aut potius Præfecturæ urbanæ & ſolitarum regionum l. 1. §. initio. D. de off. Præf. urb. ubi quod in Pand. Fl. ſcriptum eſt, *Egreſſum eſt P. V. notionem*, eadem phraſi dictum videtur qua in l. 12. §. facti. D. de capt. & poſt l. *Sequendum eſt Juliani ſententiam:* & in l. 19. D. de novat. *denegandum eſt exceptionem.* Quibus etiam non diſſimiles dicendi rationes notari poſſunt in l. 1. §. ult. D. de contr. tut. act. l. 12. D. Si quis omiſſ. cav. teſt. l. 19. §. 1. D. de negot. geſt. l. 45. ſub fi. D. Solut. matr. unde & in l. 4. §. non omnis. D. de re milit. ſic lubentius legerim, *Nec tamen facile indulgendum eſt extra ordinem judicationem his qui negotium ante habuerunt: ſed ſi in tranſactionem res recidit, indulgendum eſt.* Extraordinem autem judicatio indulgetur ut militi.

[8] *Sit in via commiſſa*] Fortaſſe melius, *Sit injuria commiſſa:* quanquam & excuſa lectio defendi poteſt.

[9] *Quam Præſidis partibus*] L. 4. C. ad leg. Fab. de plag. l. 2. C. de pœn. Quædam Provinciæ procuratoribus cohibebantur ut Tacitus loquitur: ſed aliæ ut procuratoribus tantum, qui ne deportandi quidem jus habuerunt: aliæ ut Præſidis vicem tuentibus.

[10] *Plane poſt ſententiam*] Videlicet cum jam de bonis quæritur, non de crimine, l. 1. & 2. C. ubi cau. fiſ.

[11] *Hujus certa*] Hic locus proculdubio corruptus eſt, & ſi quid conjectura valeo, deeſt nomen aut urbis aut regionis Armeniæ. Hoc ut ſuſpicer, facit *Certæ* reliquum nomen quo Parthis civitatem ſignificari Hermolaus Grammaticus ex Stephano auctor eſt.

[12] *Qui civem Romanum eundemque qui*] Malim, *eumve qui in Italia liberatus ſit:* quod etiam ſic interpretari audeo. Italiæ multa olim fuere privilegia cum in cenſitionibus, jure nexus, uſucapione, exceptione annali, tum in jure ca-

piendi, & aliis hujuſcemodi, quæ pro ſummo beneficio Provincialibus quibuſdam coloniis poſtea conceſſa ſunt, ut eodem jure eſſent quo & ipſa Italia: quam ob rem juris Italici dictæ ſunt, quod jus eſt liberæ civitatis, ſive liberæ conditionis; cujus ſignum apud eas fuit Marſyæ ſimulachrum, ut Servius in Virgilium notat. Hujus generis privilegiorum Italiæ illud etiam fuiſſe videtur, ut quem Latinus in Italiâ manumitteret, quamvis Romanum civem non faceret, tamen quod ad legem Fabiam, eodem jure eſſet quo civis Romanus. Ait autem.

13 *Liberatus ſit*] Propric. Nam Latinus ut dixi, qui manumittit, civem Romanum facere non poteſt. Itaque hæc non juſta manumiſſio eſt, ſed liberatio potiùs à ſervitute. Denique non eſt hic revera actus legitimus, & iterari poteſt. Sic enim legimus apud Ulpianum iteratione fieri civem Romanum qui poſt Latinitatem quam minor annis XXX. acceperat, iterum rite manumiſſus eſt ab eo cujus, ex jure Quiritium, ſervus fuit, cujus rei & Juſtinianus meminit Novell. 78. & in illo regularum fragmento, cujus jam ſuperius meminimus, ſcriptum eſt minorem XX. annorum manumittere nec vindictâ poſſe, nec teſtamento. Itaque nec Latinum facere poſſe. Tantum enim apud Conſilium poſſe manumittere ſervum cauſa probata. Hunc autem qui manumittitur quotcunque ſit annorum, Latinum fieri, & ſolum ad hoc ei procedere libertatem ut iterum manumitti, & civis Ro. fieri poſſit.

14 *Vendiderit*] L. 15. C. hoc tit. Sed hoc Apuleius legi Corneliæ tribuit lib. 8. de aſin. aur. *Prudens*, inquit, *crimen Corneliæ legis incurram, ſi civem Rom. pro ſervo vendidero*. Et vero falſi ab emptore redargui poſſe videtur, ut & is qui duobus eandem rem vendiderit, l. 21. D. ad leg. Corn. de fal.

15 *Seſtertiis L.*] *Seſtertium*. Hæc eſt illa pœna pecuniaria legis Fabiæ quæ in deſuetudinem abiiſſe dicitur in l. ult. D. eod. tit. cujus tamen veſtigia quædam reliqua ſunt in l. 12. D. de manumiſſ. & l. 12. §. ſed ſi in captivo. D. de capt. & poſtl. quibus etiam aliud quoddam hujus legis caput continetur: itemque aliud in l. 1. §. 1. D. de fugit.

16 *Populus*] Leg. *populo*, hodie fiſco l. 6 C. hoc tit. cujus reſcripti pœna ex lege Fabia, prohibitio vero ipſa ex S C. eſt l. quod ſæpe. §. ſi quis amico. D. de contrah. empt. l. arbor. §. Judex. D. comm. divid.

17 *Sciendum eſt tamen*] Sunt hæc collectoris, qui Novellarum conſtitutionum nomine videtur innuere Conſtantini legem qua ob plagium liberi hominis, ſervus aut libertinus ſtatim, id eſt primo quoque munere beſtiis objicitur: liber ſub hac forma in ludum datur, ut antequam aliquid faciat, quo ſe defendere poſſit, gladio conſumatur l. 1. C. Th. ad leg. Fab. de plag. ſed extat & antiquior paulo Diocletiani conſtitutio, qua in urbe hoc idem crimen capite vindicatum eſt l. 7. C. eod. Quo pertinet etiam Novella Leonis 66.

Explicit Titulus de Plagiariis.

INCIPIT

DE MATHEMATICIS ET MANICHEIS.

MOYSES DICIT.

NON *inveniatur* [1] *in te qui luſtret filium tuum aut filiam tuam, nec Divinus apud quem ſortes tollat: nec conſentiat venenariis impoſtoribus, qui dicunt quid conceptum habeat mulier. Quoniam fabulæ ſeductoriæ ſunt. Nec intendas prodigia, nec interroges mortuos. Non inveniatur in te Augurator, nec Inſpector avium, nec Maleficus, aut Incantator, nec Pitonem habens in ventrem, nec Aruſpex, nec Interrogator mortuorum, nec* XV.

portenta inſpiciens. Omnia namque iſta a Domino Deo tuo damnata ſunt, & qui fecerit hæc. Propter has enim abominationes Deus eradicavit Chaldæos a facie ſua. Tu autem perfectus eris ante Dominum Deum tuum. Gentes enim iſtæ, quas tu poſſides, auguria & ſortes & divinationes audiebant.

1 *Non inveniatur*] Deuter. XVIII.

ULPIANUS libro VII. de officio Proconſulis [2], ſub titulo de Mathematicis & Vaticinatoribus.

2 *Ulpianus lib. VII. de off. Procoſ.*] Hoc libro Domitius de variis criminibus tractavit, atque inter cætera de iis quæ ad religionem pertinent: ut mirum non ſit quod eo etiam reſcripta Principum nefaria collegerat, ut doceret quibus pœnis affici oporteret eos qui ſe Dei cultores profiterentur. Quod cum totis ſeptem libris de officio Proc. feciſſe ex corrupto Cælii Lactantii loco hactenus male creditum eſt.

* PRÆTEREA interdictos eſt [3] Mathematicorum callida impoſtura & obſtinacitate perſuaſio. Nec hodie primum interdici eis placuit, ſed vetus hæc [4] prohibitio eſt. Denique extat Senatuſconſultum Pomponio & Rufo Conſſ. factum, quo cavetur ut Mathematicis, Chaldæis, Ariolis & ceteris qui ſimilem * incertum [5] fecerunt, aqua & igni interdicatur, omniaque bona eorum publicentur: & ſic * æternus gentium qui ſi id fecerit ut in eum animadvertatur. Sed fuit quæſitum utrum ſcientia hujuſmodi hominum puniatur, an exercitio, & profeſſio [6]. Et quidem apud veteres dicebatur profeſſionem eorum non noticiam eſſe prohibitam: poſtea variatum. Nam diſſimulandum eſt nonnumquam inrepſiſſe in uſum, ut etiam profiterentur & publice * reprehenderent [7]. Quod quidem magis per contumaciam & temeritatem eorum factum eſt qui viſi erant [8] vel conſulere vel exercere, quam * qui fuerant permiſſum. Sæpiſſime denique interdictum eſt fere ab omnibus Principibus, ne quis omnino hujuſmodi ineptiis ſe inmiſceret: & varie puniti ſunt hi qui id exercuerunt, pro menſura ſcilicet [9] * & conſultationis. Nam qui de Principis ſalute, capite puniti ſunt, vel qua alia graviore pœna adfecti. Enimvero ſiquidem * ſuaſorumque levius inter hos habentur quam vaticinatores, hii quoque plectendi ſunt: quoniam nonnumquam contra publicam quietem imperiumque populi Romani improbandas artes exercent. Extat denique Decretum Divi Pii ad Pacatum legatum Provinciæ Lugdunenſis, cujus reſcripti verba quia multa ſunt, de fine ejus ad locum [10] „ hæc pauca ſubjecit. Denique & Divus Marcus eum qui motu Caſ„ ſiano [11] vaticinatus erat & mulra quaſi extinctu Deorum dixerat, in „ inſulam Syrum [12] relegavit. Et ſane non debent impune ferre hujuſmodi homines, qui ſub obtentu & monitu Deorum, quædam vel renunciant, vel jactant, vel ſcientes eos fingunt.

3 *Interdictos eſt*] Lego, *interdicta eſt.*

4 *Vetus hæc*] Servius 4. Æneid. *Cum multa ſacra Romani ſuſciperent, ſem-*

per magiça damnarint. Probroſa enim ars habita eſt, ideo excuſat cum ait : Teſtor ego magicas invitam accingier artes. Extant vero & varia de Mathematicis Senatuſconſulta apud Tacitum libro 1. & 12. Annal. & primo ſecundoque Hiſtoriæ Auguſtæ, cæteroſque ejus ætatis ſcriptores, quæ hic colligere neque otii neque inſtituti eſt noſtri, quibus potius eſſet quæ ſequuntur in integrum reſtituere, ſi quam facile eſt peccare, tam facile eſſet peccatum corrigere.

5 *Similem incertum*] Fortaſſe, *ſimilem artem*.

6 *Et profeſſio*] Legendum videtur *an exercitio & profeſſio. Et quidem, &c.* atque ita Oiſelo noſtro videtur, qui & paulo poſt ita legit, *Nec diſſimulandum, &c.*

7 *Et publico reprehenderent*] An potius, *reſponderent?* Nam & horum, ut juris conditorum, proprie reſponſa dicuntur.

8 *Qui viſi erant*] Fortaſſis melius, *qui auſi erant vel conſulere vel exercere, quam quod, &c.* Quo pertinet aureum illud Taciti ex lib. 1. Hiſtor. *Mathematici genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax, quod in civitate noſtra & vetabitur ſemper, & retinebitur.* Eſt vero hoc vulgi vocabulum. Gellius lib. 2. *Vulgus*, inquit, *quos gentilitio vocabulo Chaldaos dicere oportet, Mathematicos vocat.* Et Ammianus lib. 29. *Mathematicis, ut memorat vulgus.* Quo etiam libro plura ille de Mathematicis.

9 *Pro menſura ſcilicet*] *Pro menſura ſceleris.*

10 *Ad locum*] Sic olim notare ſolebant particulas quas ex conſtitutione aliqua aut recitabant, aut exſcribebant, adjectis etiam interdum primis conſtitutionis verbis: cujus moris plures ſunt in Theodoſiano codice reliquiæ, quibus etiam accidit ut ea verba neſcio quomodo in textum ipſum irreperent, & excerpti partem occuparent, ut in l. 3. de poſtulan. & Novella Majoriani de Epiſcopali judicio.

11 *Motu Caſſiano*] Eſt & hujus Caſſiani furoris tumultuſque mentio in eo Pauli fragmento quod extat in Codice Juſt. ſub titulo ad leg. Jul. majeſt. & apud Tertyllianum in libro de fuga in perſequutione, & in Apologetico. Hiſtoria ipſa a Capitolino & Gallicano pluribus narratur.

12 *In Inſula Syrum*] Lego, *in inſulam Syrum.* Eſt & ejus inſulæ mentio apud Strabonem: & Servius ad illud Virgil. 3. Æneid. *Mycone celſa Gyaroque relictis, Quidam*, inquit, *per hiſtoriam dictum putant. Nam inter Myconem & Gyarum Syrum unam de Cycladibus eſſe dicunt, unde fuit Pherecides Philoſophus.* Sic enim in optimo exemplari reponendum arbitror: nam totus ille locus in editis hactenus exemplaribus deeſt.

GREGORIANUS libro VII. de Maleficis & Manicheis ſub titulo comp. MAXIMUS Dioclitianus & Maximianus nobiliſſimi AA. Juliano Proconſuli Africæ. Otia maxima interdum homines * in communionem [13] conditionis naturæ hominum modum excedere hortantur, & quædam genera inaniſſima [14] ac turpiſſima doctrinæ ſuperſtitionis inducere ſuadent, ut ſui erroris arbitrio pertrahere & alios multos videantur, Juliane Kariſſime. Sed Dii immortales providentia ſua ornare [15] & diſponere dignari ſunt quæ bona & vera ſunt, & multorum & bonorum & egregiorum virorum & ſapientiſſimorum conſilio & tractatu inlibata probarentur & ſtatuerentur: quibus nec obviam ire nec reſiſtere fas eſt: neque reprehendi a nova vetus religio deberet [16]. Maximi enim criminis [17] eſt * ſed tractate [18] quæ ſemel ab antiquis tractata & definita ſunt ſtatum & curſum tenent ac poſſident. Unde pertinaciam pravæ mentis nequiſſimorum hominum punire ingens nobis ſtudium eſt. Hi enim qui novellas & inauditas ſe-

ctas de terroribus [19] religionibus obponunt, ut pro arbitrio ſuo pravum * exeludant quæ divinitus conceſſa ſunt. Quoniam nobis de quibus ſo- * lertia tua Serenitati noſtræ tetulit Manicheos audivimus eos nupetrime [20] velut nova inopinata ptodigia in hunc mundum de Perſiea adverſaria nobis gente progreſſa vel orta eſſe, & multa facinora ibi committere: populos namque quietos perturbare, nec non & civitatibus maxima detrimenta inſerere [21]: & vetendum eſt ne forte, ut fieri adſolet, accedenti tempote conentur exectandas conſuetudines [22] &* iſtebas leges [23] Perſarum innocentiotis naturæ homines Romana gente [24] modeſtam atque tranquillam, & univerſum orbem noſtrum veluti venenis de ſuis malivolis infigere [25]. Et quia omnia quæ pandit prudentia tua in relationem religionis illorum geneta maleficiorum ſtatutis evi- * dentiſſimorum exquiſita & adinventa commenta, ideo eorum maë- * nas atque pœnas debitas & condignas illi ſtatuimus. Jubemus namque auctotes quidem ac principes una cum abominandis ſcripturis eorum ſeveriori pœnæ ſubjici, ita ut flammeis ignibus exurantur: conſentaneos veto & uſque ad eos [26] contentioſos capite puniri præcipimus, & eorum bona fiſco noſtro vindicari ſancimus. Si qui ſane etiam honotati aut cujuſlibet dignitatis vel majoris perſonæ ad hanc inauditam & turpem atque per omnia infamem ſectam, vel ad doctrinam Perſatum ſe tranſtuletunt, eorum patrimonia fiſco noſtro adſociari facies: ipſos quoque Forenſibus vel Proconenſibus [27] metallis dari. Ut igitut [28] ſtirpitus amputari * malis hæc nequitiæ de ſæculo beatiſſimo noſtro poſſit, devotio tua juſſis ac ſtatutis tranquillitatis noſtræ maturius obſecundare. * Dat. prid. Kl. April. Alexandriæ.

13 *In communionem*] Fortaſſe melius, *communiorem.*

14 *Inaniſſima*] An potius, *Inmaniſſima?*

15 *Ornare*] Malim, *ordinare.*

16 *Debere*] Puto legendum, *neque reprehendi a nova vetus religio debet. Maximi enim criminis eſt retractare qua ſemel ab antiquis tractata & definita ſuum ſtatum & curſum tenent ac poſſident.*

17 *Maximi enim criminis*] Servius ad illud Virg. ex lib. VIII. *Veterum ne ignara Deorum, Cantum*, inquit, *fuit & apud Athenienſes & apud Romanos, ne quis novas introduceret religiones. Nam ideo & Socrates damnatus eſt, & Chaldai & Judai ſunt urbe depulſi.*

18 *Sed tractare*] *Retractare.*

19 *De terroribus*] Sie vetus exemplat, niſi quis agnoſeat, *deterioribus*: quo verbo, ne quid diſſimulem, a Principihus Chriſtiano nomini infenſiſſimis, ſacroſanctam religionem perſtringi credibile eſt. In eoque etiam miror hujus collectoris ſimplicitatem dicam, an potius oſcitantiam, qui cum hoc maxime ageret ut longe ante Divinis legibus cautum oſtenderet, quod Romanis poſtea comprehenſum eſt, non animadvettit quæ contra Manichæos dicuntur, etiam ad Chriſtiani nominis contumeliam pertinere. Sed ea fuit apud majores noſtros conſcientiæ fiducia, is candor, ut ſumma fide omnia referrent, & atrociſſima hoſtium maledicta facile contemnerent. Sic in Theodoſii Codice conſtitutiones quaſdam legimus, quibus ſanciuntut Synodi quæ ab univerſa Eccleſia pro hæteticis damnatæ rejectæque ſunt. Sic & Juliano Divi nomen, ut optimo Principi, tribui audimus. Quæ ſi quis tollenda cenſeat, tollat & ea quæ in eo qui Juſtiniani nomen præfert in monazontas ex Valentis furorihus reliqua ſunt. Tollat & Cyrilli libros

quibus

quibus Juliani in Chriſtianos dicteria inſeruit. Tollat denique Taciti, Trogi, Suetonii, Galeni, Luciani, Rutilii, Eunapii, atque adeo Juliani ipſius ſcripta, quibus ſacroſanctam Religionem convitiis atque opprobriis laceſſitam quis non videat? Sed eſt omnium fortiſſima veritas.

20 *Nuperrime*] Sane & Euſebius ejus ſectæ originem ad horum Principum initia retulit, quanquam ex Epiphanio ſatis conſtat ſub Aureliano & Probo Impp. cœpiſſe in Perſide, unde Manes, tandem & ipſe a Perſarum Rege ſupplicio affectus; diſcipulos habuit plures, qui inſaniæ nomen vitantes, ſe non Manichæos, ſed Mannichæos appellarunt, & auctorem ſuum Mannem, tanquam manna fundentem. Ne quis autem putet Manichæos Chriſti nomen ita profeſſos ut a gentilium ſacris abſtinerent, ut cæteri fere qui a noſtris hæretici judicati ſunt, diſcat ex Philaſtrii indice eos Diis etiam Deabuſque immolaſſe.

21 *Detrimenta inſerere*] Malim, *inferre*.

22 *Execrandas conſuetudines*] *Per execrandas conſuetudines.*

23 *Iſtebas leges*] *Inceſtas leges.*

24 *Romana gente*] *Romanam gentem.*

25 *De ſuis malivolis infigere*] *Suis malivolis defigere.*

26 *Uſque ad eos*] Melius, *uſque adeo*, & paulo poſt, *ad hanc inauditam & turpem, & per omnia infamem ſectam.*

27 *Ipſos quoque Forenſibus vel Proconneſibus*] Metalla multa numero fuerunt ut Ulp. ait in l. 8. §. eſt pœna. D. de pœn. Proconenſium mentio eſt apud Juſtinianum Novell. 22. De Forenſibus nihildum legiſſe memini, & fortaſſe hic locus ſic potius legendus eſt, *Elafonenſibus vel Praconnenſibus metallis*, ſi quidem & ille apud Plinium integer manſit ſub finem lib. v. hiſtor. in quo ita legitur, *Inſula in Propontide ante Cyzicum Elafoneſus, unde Cyzicenum marmor, eadem Neuris & Proconneſus dicta.* Petrus Alexandrinus Epiſcopus apud Theodoritum lib. 4. cap. 20. & Euſebius lib. 8. cap. 25. Rufini 14. Sane τοῖς φαινησίοις καὶ προικοννησίοις παρεδίδοντο μετάλλοις apud Theodoret. ſcriptum reperio. Apud Athanaſium aliter. Εἰς μέταλλον, inquit, ἀπεστάλη, καὶ μέταλλον οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς τὸ τῆς φαινοῦ ἔνθα καὶ φονεὺς καταδικαζόμενος ὀλίγας ἡμέρας μόλις δύναται ζῆσαι. At in Epiphanio ἐν τοῖς φαινησίοις μετάλλοις legitur.

28 *Ut igitur*] Hic locus ſic reſtitui poteſt, *ut igitur ſtirpitus amputari radix hæc nequitia de ſeculo noſtro beatiſſimo poſſit, devotio tua. i. ac. ſt. tr. noſt. obſecundare feſtines.*

Explicit Titulus de Mathematicis, Maleficis & Manicheis.

INCIPIT TITULUS XVI.

DE LEGITIMA SUCCESSIONE.

SCRIPTURA DIVINA SIC DICIT.

FILIÆ *Salfada adſtantes ante Moyſem & Eleazarum Sacerdotem & Principem omnemque Senatum filiorum Iſraël in foribus tabernaculi teſtimonii, dixerunt: Pater noſter mortuus eſt, & filii non fuerunt ei, ſed filiæ. Et ideo non deleatur nomen patris noſtri de medio tribus ſuæ. Non eſt ei maſculus. Date nobis poſſeſſionem in medio fratrum patris noſtri. Et obtulit Moyſes petitionem earum Domino Deo: & locutus eſt Dominus Moyſi, dicens: Recta filiæ Salpadæ locutæ ſunt: & ideo dabitis eis poſſeſſionem hereditatis in medio fratrum patris earum. Et dicimus hæc filiis Iſ-* XVI.

raël: Homo ſi deceſſerit & filios non habuerit, dabitis hereditatem proximo eorum de tribu ejus, & poſſidebit omnia ejus. Et erit hæc filiis Iſraël juſtificatio judiciorum, ſecundum quæ conſtituit Dominus Moyſi.

[v] *Scriptura*] Hoc eſt illud celebre judicium quod a Moyſe refertur lib. IIII. cap. XXVII.

GAÏUS Inſtitutionum libro III.[a] Legitimas ſic ordinat ſucceſſiones. INTESTATORUM hereditates lege duodecim tabularum primum ad ſuos heredes pertinent. Sui autem heredes exiſtimantur liberi qui in poteſtate morienris fuerint, veluti filius, filia, vel nepos neptiſve, pronepos proneptiſve [1] ex nepote filio nato prognatus prognatave. Nec intereſſe naturales liberi an adoptivi. Ita demum tamen nepos neptiſve, & pronepos proneptiſve ſuorum heredum numero ſunt, ſi præcedens perſona deſierit * ſive alia ratione, veluti emancipatione. Nam ſi per idem tempus quo quiſque morietur, filius in poteſtate ejus ſit, nepos ex eo ſuus heres eſſe non poteſt. Idem & in ceteris deinceps liberorum perſonis dictum intelligimus. Uxor quoque [4] quæ in manu ejus eſt, Is ſua heres eſt [5]: quia filiæ loco eſt. Item nurus quæ in filii manu eſt [6]. Nam & hæc neptis loco eſt. Sed ita demum erit ſua heres, ſi filius cujus in manu erit, dum pater moritur, in poteſtate ejus non ſit. Idemque dicimus & de ea quæ in nepotis manu matrimonii cauſa ſit: quia proneptis loco eſt. Poſtumi quoque qui ſi vivo parente nati eſſent, in poteſtate ejus futuri forent, ſui heredes ſunt. Idem juris eſt de his quorum nomina ex lege [7] Ælia Sentia vel ex Senatuſconſulto poſt mortem patris cauſa probata in poteſtate ejus futuri eſſent: & de eo filio [8] qui ex prima ſecundaque emancipatione poſt mortem patris manumittitur, intelligimus. Cum filius filiave [9] & ex altero filio nepotes nepteſve exiſtent, pariter ad hereditatem vocantur, nec qui gradu propior eſt ulteriorem excludit. Æquum enim videtur [10] nepotes nepteſve in patris ſui locum portionemque ſuccedere. Pari ratione etſi nepos neptiſve ſit ex filio, & ex nepote pronepos proneptiſve, ſimul vocantur. Et quia placebat nepotes nepteſve, item pronepotes pronepteſve in patris ſui locum ſuccedere, conveniens non in capita, ſed in ſtirpem hereditates dividi: ut filius dimidiam partem hereditatis fruat: ex altero filio duo plureſve nepotes alteram dimidiam. Item ſi ex duobus filiis nepotes extent, ex altero filio unus forte vel duo, ex altero tres aut quattuor, * altera dimidiam. * *De agnatis.* Si nullus ſit ſuorum heredum, tunc hereditas pertinet ex eadem lege duodecim tabularum ad agnatos. Vocantur autem agnati qui legitima cognatione juncti ſunt. Legitima autem cognatio hæc eſt quæ per virilis ſexus perſonas conjungitur. Ita qui eodem patre nati ſunt fratres, agnati ſibi ſunt, qui etiam conſanguinei vocantur: nec requiritur an matrem eandem habuerint. Item patruus fratris filio, & invicem is illi agnatus eſt. Eodem numero ſunt fratres patrueles inter ſe, id eſt, qui ex duobus fratribus progenerati ſunt, quos

pleriqꝫ etiam conſobrinos [11] vocant. Qua ratione ſcilicet etiam ad plures gradus agnationis pervenire potuerimus. Non tamen omnibus ſimul agnatis dat lex duodecim tabularum hereditatem, ſed his qui tunc cum certum eſt aliquem inteſtato deceſſiſſe, proximo gradu ſunt. Nec in eo jure ſucceſſio eſt. Ideoque ſi hæres proximus omiſerit, vel antequam hereditatem adierit, deceſſerit, ſequentibus nihil juris competit. Ideo autem [12] non mortis tempore certum fuerit aliquem inteſtatum deceſſiſſe quam ſi quis teſtamento facto deceſſerit, melius eſſe viſum eſt tunc requiri proximum, cum certum eſſe cœperit neminem ex teſtamento heredem fore. Quod ad feminas attinet, hoc jure [13] aliud in ipſarum hereditatibus capiendis placet, aliud in ceterorum ab his capiendis. Nam & feminarum hereditates proinde agnationis jure [14] redeunt atque maſculorum. Noſtræ vero hereditates ad feminas ultra conſanguineorum gradum non pertinent. Itaque ſoror fratri ſororive legitima heres eſt: amita vero & fratris filia heres eſſe non poteſt. Sororis autem nobis loco eſt etiam mater aut noverca, quæ per in manum conventionem apud patrem noſtrum jus filiæ conſecuta eſt. Si quis defunctus erit, ſi ſit frater & alterius fratris filius, ſicut ex ſuperioribus intelligitur, frater potior eſt, quia gradu præcedit. Sed alia * faciat [15] juris interpretatio inter ſuos heredes. Quod ſi defuncti nullus frater exſtet, ſed ſint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet. Sed quæſitum eſt ſi diſpari numero ſint, forte nati ex uno unus vel duo, & ex altero tres aut quatuor, utrum in ſtirpes dividenda ſit hereditas, ſicut inter ſuos heredes juris eſt, an potius in capita. Jamdudum autem [16] placuit in capita dividendam hereditatem. Itaque quotquot erunt ab utraque parte perſonæ, in tot portiones * fuerunt [17]. Si nullus agnatus ſit, eadem lex duodecim tabularum gentiles [18] ad hereditatem vocat. Qui ſint autem gentiles primo Commentariorum & ultimum eſt [19]: & cum illic admonuerimus gentilitium jus in deſuetudinem abiiſſe, ſupervacuum eſt [20] hoc quoque loco de ea re curioſius tractare.

[2] *Gaïus lib. III. Inſtitut.*] Sic vet. ex. Et Gaïum quidem libros quatuor Inſtitutionum ſcripſiſſe Digeſtorum index præfert. Sed hæc eſſe potius ex libro ſecundo facile adducor ut credam. Cæterum ex iis fragmentis ſatis jam liquebit qualem nobis Gaïum Anianus ſuppoſuerit. Meliore aliquanto fide Tribonianus magnam horum partem tranſtulit in Inſtitutiones ſuas ſub Tit. 1. lib. 3. ex quo & iſta ſupplere atque emendare multis locis facile eſt. Nos ea tantum attingemus quæ compoſitores ultro omiſerunt, vel quod poſterioribus conſtitutionibus immutata, vel quod penitus in uſu eſſe deſiſſent.

[3] *Pronepos proneptiſve*] Cæterique ex his deſcendentes. Hos enim omnes ſuorum appellatione lex XII. tab. comprehendit, ut recte Fl, ſcriptum eſt in l. 220. D. de verb. ſig. Suorum igitur nomen eſt ex XII. ſive ex jure civili l. 7. D. de bon. damnat. Sui ſunt legitimi l. ſcripro. D. Unde lib.

[4] *Uxor quoque*] Hujus juris veſtigium eſt in l. 195. §. 1. D. de verb. ſign. Servius in lib. 1. Georg. *Tribus*, inquit, *modis apud veteres nuptiæ fiebant, uſu, ſi verbi gratia, mulier anno uno cum viro, licet ſine legibus, fuiſſet: Farre, cum per Pontificem Max. & Dialem Flaminem, per fruges & molam ſalſam conjungebantur, unde confarreatio appellatur, ex quibus patrimi & matrimi naſcebantur:*

Coëmptione verò atque in manu conventione, cum illa in filiæ locum, maritus in patris veniebat, ut ſi quis prior fuiſſet defunctus, locum hereditatis juſtum alteri faceret. Hæc Servius, non ille adulterinus & ſuppoſititius jejunarum animarum ineptiis & commentis hactenus deformatus: ſed Servius putus purus, ex cujus fragmentis Danielis noſtri beneficio interim hæc exſcripſimus, ea ſpe fore, ut vir & doctrinæ & diligentiæ multæ, brevi cum ex ſuis illis, tum ex noſtris exemplaribus, Servium nobis magna ſui parte ſuperſtitem teſtituat. Porro ex hoc Servii loco ſane quam eleganti, illud mihi primum videor didiciſſe quod Dionyſius ſcribit de jure nuptiarum quæ κατὰ νόμους ἱερούς contractæ ſunt, ad confarreationem potius referenda eſſe, quamquam is omnino ritus Romuli temporibus nondum in uſu fuiſſe videatur, ſi verum eſt quod Plinius ſcribit a Numa primum in ſacrificiis far molamque ſalſam adhibita. Sed & illud, apud Tacitum lib. 4. Annal. & Hiſtor. 4. conferreatis parentibus genitos, patrimos & matrimos ſignificare: quo nomine hactenus cenſiri ſunt omnes quibus pater materque ſuperſtites eſſent. Nec id quidem ſine auctoribus. Nam & hoc idem apud Sex. Pompeii breviarorem in Flaminia legimus, & quem Dionyſius Halicarn. lib. 2. & Plutarchus in Numa ἀμφιθαλῆ παῖδα nominant, Heſychius exponit τὸν ἐπ' ἀμφοτέροις τοῖς γονεῦσι θάλλοντα, μηδενὸς ὠρφανισμένον. Immo & ex Sibellinis verſibus hi a Politiano referuntur,

χωρὶς δὲ κόραι χορὸν αὐταὶ ἔχοιεν
Καὶ χωρὶς παίδων ἄρσεν στάχυς· ἀλλὰ γονήων
Πάντων ζωόντων οἷς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη.

quos ille ſe de Zoſimi hiſtoria ſumpſiſſe ait. Sed adſcribam ad eam rem pertinentia Zoſimi ipſius Græca verba, quæ mihi ex doctiſſ. diſertiſſimique viri epiſtola Cl. Puteanus communicavit, cujus ego eruditioni atque amicitiæ & hoc lubenter acceptum refero. Nam Onuphrius quidem Panuinius Latine tantum antea retulerat. Sic igitur Zoſimus cum de ludis ſecularibus diſſereret, ἡμέρᾳ δὲ τρίτῃ ἐν τῷ κατὰ τὸ παλάτιον Ἀπόλλωνος ἱερῷ τρὶς ἐννέα παῖδες ἐπιφανεῖς (Horatius claris patribus ortos, Tacitus patricios fuiſſe exponit) μετὰ παρθένων τοσούτων οἱ πάντες ἀμφιθαλεῖς, ὅπερ ἐστὶν ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς ἔχοντες περιόντας, ὕμνους ᾄδουσι τῇ τε ἑλλήνων καὶ τῇ ῥωμαίων φωνῇ καὶ παιᾶνας, δι' ὧν αἱ ὑπὸ ῥωμαίοις σώζονται πόλεις. Quæ noſter Puteanus ſic conciliat ut omnes patrimos matrimoſque, proprie dictos putet qui parentes adhuc vivos haberent, eoſque prærerea confarreatos: vivos, boni ominis cauſa: confarreatos, propter auctoritatem ſacrorum. Sane quidem non alios vetuſto more patrimos matrimoſque legi ſolitos veriſimile eſt. Sed poſt omiſſam confarreandi adſuetudinem (quod Tacitus jam ante Tiberii tempora accidiſſe ſignificat) recte ejus ætatis poſterioriſque ſcriptores & ex uſu & proprietate ipſa verborum quæ confarreationis nihil habent, eos patrimos matrimoſque interpretati ſunt, qui modo patrem matremque adhuc vivos haberent. Nam & ſic olim pater patrimus dicebatur, qui cum jam ipſe pater eſſet, haberet etiam tum patrem. Unde & pater patratus Plutarcho in Probl. Verum quid prohibet & alios Servii locos adjicere, nec dum, quod ſciam, proditos, & totam coëmendi confarreandique rationem, quæ hactenus non ſatis cognita fuit, exponentes? Sic igitur in illud lib. 4. Æneid. *Liceat Phrygio ſervire marito. Sane hic*, inquit, *coëmptionis ſpeciem tangit. Coëmptio enim eſt ubi libra atque æs adhibetur, & mulier atque vir inter ſe quaſi emptionem faciunt, quod ante jam in 1. Georg. Teque ſibi generum Tethys emat: quoniam coëmptione facta, mulier in poteſtatem viri cedit, atque ita ſuſtinet conditionem liberæ ſervitutis* (ſic in opt. ex. legendum arbitror) *ait enim, Liceat Phrygio ſervire marito, & in Georgic. Tibi ſerviat ultima Thyle. Quoque omnis iſte mos coëmptionis & citra nominis nuncupationem dotis data taxatione expediretur, quæ res in manum conventio dicitur, ſubjunxit, Dotaleſque tuæ Tyrios permittere dextræ. Quid eſt enim aliud dextræ quam in manum convenire? quæ conventio eo ritu perficitur ut aqua & igni adhibitis duobus maximis elementis, natura conjuncta habeatur: quæ res ad farreatas nuptias pertinet, quibus Flaminem & Flaminicam jure Pontificio in matrimonium neceſſe eſt convenire.* Et paulo poſt, *Mos apud veteres fuit Fla-*

miſſi ac Flaminia, ut per farreationem in nuptias convenirent, ſellas duas jugatas ovili pelle ſuperinjecta poni ejus ovis qua hoſtia fuiſſet, & ibi nubentes, velatis capitibus, in conſarreatione flamen ac flaminica reſiderent. Ait igitur, locavi, locata enim uxor dicitur quod ſimul cum eo ſedeat dum conſarreatur. Conſarreationes autem tonitru dirimit. Ad hanc autem conjunctionem quæ frugibus & mola ſalſa fieret, etiam diffarreationem proprie pertinuiſſe exiſtimo, cujus apud Sex. Pompeïum mentio eſt: ut non niſi contrario ſacrificio vinculum illud conſarreationis diſſolveretur, quo nihil religioſius in ſacris fuiſſe Plinius ſcribit, cum cætera matrimonia ex XII. tabulis facile diſſolverentur muliere domo exacta & res ſuas habere juſſa, clavibuſque ademptis: demum etiam conſarreatione jam abolita, per libertum ſeptem civibus Rom. puberibus preſentibus ex lege Julia. Sed quod ſequitur apud Servium eo loco quem initio recitavimus, non ſic accipiendum eſt, quaſi in manum conventio coëmptione ſola fiat, quod Boëtio viſum eſt. Nam & farre convenitur in manum ut Ulpianus ſcripſit Tit. 9. & Servius idem poſtea ſignificat. Ergo tam conſarreatione quam coëmptione maritus in patris locum, uxor non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti & in ſui heredis locum venit, eſtque in ejus manu mancipioque, aut ejus in cujus maritus manu mancipioque eſt, & Materfamilias proprie appellatur, ut poſt M. Tullium A. Gellius ſcripſit, & ex illo tranſtulit Servius in lib. XI. Æn. Sed hic illud quæri non abs re poteſt, An ea quæ anno uno continuo abſque uſurpatione apud virum fuit, poſt annum in ejus manu eſſe incipiat & hæres ei ſua fieri? Quod & Fabro noſtro viſum eſt, & mihi probatur. Nam quo uſucapio, quæ etiam rerum nec mancipi eſſe dicitur, niſi ut uxor viri fiat jure Quiritium, & in ejus poteſtatem redigatur? Et ſane M. Tullius hoc etiam modo mulierem in manum convenire ſignificat. Sic enim in ejus oratione pro L. Flacco conſtanti omnium exemplarium fide ſcriptum legimus. *In manum*, inquit, *convenerat. Nunc audio. Sed quæro, utrum uſu an coemptione.* Quanquam ſcio non deeſſe qui in matrimonium malint, ſed quod ſequitur, *Uſu non potuit: nihil enim de tutela legitima potuit ſine omnium tutorum auctoritate deminui*, indicat hoc ſaltem uſu mulierem tutela liberatam, quod ſine minima capitis diminutione fieri non potuit, id eſt, in manum conventione, ut Ulpianus explicat libro ſingulari Regularum Tit. de tutelis, & Boëthius ipſe in Top. ſequitur; qui hæc alioqui non ſatis juridice diſtinguit. Dicet aliquis: Quænam igitur erit illa forma uxoris quæ matrona proprie dicitur & tantummodo uxor habetur? Nempe hæc eadem quæ vel ſine legibus cum viro eſt antequam uſucapta ſit, ſive intra annum, ſeu poſt annum, ſi trinoctium abfuerit uſurpandi cauſa, ut ex Q. Mutio Gellius tradit. Atqui hæc concubina potius videatur, quam uxor. Immo vero in ejus mulieris conſuetudine cum qua connubium eſſe poteſt, non concubinatum, ſed nuptias intelligimus l. 24. D. de ri. nupt. Et hic igitur in dubio nuptiæ præſumuntur, & uxor illa interea eſt; ſed non eſt in mancipio viri antequam uſucapta ſit. Hæc nos poſt tot ſcriptores de ritu & jure nuptiarum non adeo trita, qui aut non ſatis idoneo loco, aut prolixius tractaſſe arguet, ei ego tam ingratæ reprehenſionis occaſionem ſic invidebo, ut tamen æquiorem mentem optaturus ſim.

5 *Is ſua heres eſt*] Lego, *ei ſua h. e.*

6 *Quæ in filii manu eſt*] Ergo & qui in aliena poteſtate eſt, uxorem in manu habere recte dicitur. Immo & hæc materfamilias a noſtris auctoribus appellatur l. 44. D. de adopt. licet ejus vir paterfamilias non ſit: quod Verrii definitioni non ſatis congruit. Alias autem materfam. dici ſolet quæ nupta in patris vel avi poteſtate non eſt l. 30. & 34. D. Solut. matr. l. 5. D. de bon. damnat.

7 *Quorum nomina ex lege*] Puto legendum, *quorum nomine ex lege Ælia Sentia vel ex SC. poſt mortem patris; &c.* Quod pertinet ad illud caput legis Æliæ Sentiæ cujus Ulpianus meminit Tit. 7. Qui locus, ut hoc obiter moneam, ſic meo judicio reſtituendus eſt: *In poteſtate parentum ſunt etiam ii liberi, quorum cauſa probata eſt per errorem contracto matrimonio inter diſparis conditionis perſonas. Nam ſeu civis Romanus Latinam, aut peregrinam, vel eam quæ dedititiorum numero eſt, quaſi civem per ignorantiam uxorem duxerit, ſive civis Ro-*

mana per errorem peregrino, vel ei qui dedititiorum numero eſt, aut etiam ſi Latino nupta fuerit, ex lege Ælia Sentia, cauſa probata, civitas redditur tam liberis quam parentibus, præter eos qui dedititiorum numero ſunt: & ex eo fiunt in poteſtate parentum liberi. Quod ſubjicit de S C. referendum videtur ad decretum ampliſſimi ordinis circa legem Æliam de conſilio & cauſa probanda l. 1. in fine. D. de off. Coſ. non tantum in minore, ſed & inter disparis conditionis perſonas, ut hic locus indicat. Ad quod etiam conſilium pertinere videtur l. 24. D. de manumiſſ. quæ alioqui ſi de judicio liberalis cauſæ accipiatur, inter fugitivas non immerito cenſebitur.

[8] *Et de eo filio*] Eſt hic & alius agnationis modus ex manumiſſione qui ab Ulpiano quoque recenſetur Tit. 23. Porro hi caſus ſi quidem poſt mortem contingerent, ad juris antiqui formulam, ſin ante, ſed poſt teſtamentum, ad legem Velleam olim pertinuerunt. Quod latius explicare non eſt hujus loci.

[9] *Cum filius filiave*] Et hæc ex eodem Inſtitutionum Titulo ſuppleri atque emendari poſſunt. Quod ſequitur de agnatis, in titulum de ſucceſſione agnatorum magna parte tranſlatum eſt, quem cum hoc conferre cujuſvis operæ fuerit.

[10] *Æquum enim videtur*] Lex XII. tabularum agnatis præfert ſuos quoslibet ſine diſtinctione. Itaque ſufficit ſuum heredem eſſe, nec ſpectatur proximior ſit an ulterior. Quamobrem ſucceſſionis ſive, ut hodie loquimur, repræſentationis ratio aliqua ex æquitate habita eſt, ut inter ſuos heredes in ſtirpes non in capita dividatur hereditas. Quod prudentium interpretatione receptum Gaïus ſignificat. At eadem lex deficientibus ſuis heredibus agnatum non quemlibet vocat, ſed proximum: ob idque inter agnatos ſemper in capita, nunquam in ſtirpes dividitur hereditas ex XII. tabulis. Qua etiam ratione idem in libertorum ſucceſſione ſervari Paulus tradit lib. 2. Sentent. ex ſententia Juliani in l. 23. §. 1. D. de bon. libert. Alio ſenſu auctores noſtri dixerunt in ſuis & legitimis non eſſe ſucceſſionem ſequentis ſcilicet gradus ejuſdem ordinis poſt delationem aut adquiſitionem. Quod veteri jure perpetuum eſt, ea etiam ratione quod proximo tantum legitima hereditas deferatur. l. 1. §. ſciendum. & l. 2 § legitima. D. de ſuis & legit. Si tamen filius matris hereditatem ad quam, ex Orfitiano, ut legitimus vocatur, ſibi delatam repudiaverit, aut cum agnoviſſet, abſtinendi cauſa reſtitutus ſit, cæteri legitimi admittuntur. Sed hoc fieri ex ipſius S C. verbis indicat l. 1. §. ſi nemo. juncto §. ſeq. D. ad S C. Tertyll. In bonorum poſſeſſione Unde cognati poſt delationem ſucceſſio eſt l. 2. C. de ſucceſſ. edict. nempe quia ex ſola Prætoris indulgentia pendet l. 1. D. unde cogn. Non eſt tamen ſucceſſio poſt adquiſitionem l. ult. D. de ſucceſſ. edict. Eadem ratione tentari poteſt & in honoraria. Unde liberi eſſe ſucceſſionem, cum ea cognatis detur veluti emancipatis, nec tam ſpectetur jus civile quam ipſa natura §. emancipati. & §. minus. Inſtit. de ſucceſſ. quæ ab inteſt. def. Sed hæc omnia Juſtinianus exæquavit.

[11] *Quos plerique etiam conſobrinos*]. Hoc verbum Triumviris diſplicuit, qui conſobrinorum nomine hos ſemper intelligi voluerunt: quod tamen per abuſionem fieri Theophilus recte notat. Idque verbi etymologia ſuadet. Conſobrini enim quaſi conſororini dicuntur. Nonius, *Conſobrini ex duabus editi ſororibus, de quibus exempla multa ſunt in antiquis auctoribus & maxime in Afranio & juris vetuſtiſſimi ſcriptoribus.* Sic legendum *non viris*, qui error etiamnum manet apud Suetonium in Nerone, & Capitolinum in Pio.

[12] *Ideo autem*] Lego, *Ideo autem non mortis tempore ſed cum certum fuerit aliquem inteſtatum deceſſiſſe, quia ſi quis teſt.* &c.

[13] *Hoc jure*] Id eſt, jure civili, ſive ex lege Voconia, ex qua eſt legitimæ cognationis nomen de maſculis, non ex XII. tabulis. Aliud vero ex edicto Prætoris obſervatur §. cæterum. de legit. agnat. ſucceſſ. Manſit tamen in cognatorum definitione maſculorum nomen in l. 2. §. 1. D. de ſuis & legit.

[14] *Proinde agnationis jure*] Non ſuitatis. Nam ſuos heredes fœminæ non habent. Hinc illa olim quæſtio de jure apud Centumviros, Filius an frater debeat eſſe inteſtatæ heres. Sic enim apud Fabium legendum eſt lib. 4. Inſtit. *non inteſtato*, vel veteribus libris adſtipulantibus. Quod alias pluribus oſtendimus

in libro ſingulari de Centumviralibus, Decemviralibus Septemviralibuſque & Quinqueviralibus judiciis. Et vero de inteſtati heredirate eſſet ea ineptiſſima quæſtio, ut hodie eſt de matris ſucceſſione poſt orationem D. Marci & S C. Orfitianum, quibus id actum eſt, ut ſine in manum conventione matrum legitima hereditas ad filios pertineret excluſis conſanguineis & reliquis agnatis, quemadmodum Ulpianus ſcribit in fragment. Tit. 26. ubi notandum eſt quod ait, *ſine in manum conventione*. Nam & ante S C. ea conventionis in manum vis fuit ut liberi matri ſuccederent, non quidem ut liberi, ſed ut fratres & agnati. An ut conſanguinei? Non puto. Alioqui ſane reliquos agnatos tum quoque excluſiſſent. Et vero eis ſanguinis nomen ut fratribus proprie convenire non videtur.

15 *Sed alia faciat*] Malim, *ſed alia facit* (vel *fuit*) *juris interpretatio*, &c.

16 *Jamdudum autem*] Hæc eſt iſta quæſtio jamdiu inter Juſtinianei juris interpretes vexata, tandemque uſu potius noſtro quam certo aliquo illorum judicio definita ex veterum tamen Conſultorum ſententia, quæ & ipſa legis fuit, cum proximos agnatos ad ſucceſſionem vocaret. Nam quibus proximorum nomen æque competit, quique æquo jure ſuo veniunt, æquas etiam partes ferre rationis eſt. Sane cum alii ex legis aut ſtatuti verbis ut proximi vocantur, alii ſucceſſionis quodam jure ex aliorum perſona veniunt, æquitas poſtulat & illis ex lege partem integram conſervari, & his inſimul non plus juris deferri quam ille habiturus eſſet in cujus locum partemque ſuccedunt. Quæ viſio alterius tractationis eſt.

17 *In tot portiones fuerunt*] Melius, *tot portiones fient*.

18 *Gentiles*] Ponitur hæc lex a Cicerone non ſuis omnino verbis lib. 2. de Invent. *Si paterfamilias inteſtatus moritur familia pecuniaque ejus agnatorum gentiliumque eſto*. Quod de gentilibus reſtat ex XII. tab. in l. 53. D. de verb. ſig. ad jus tutelæ magis pertinet, a quo tamen ad hereditatem legitima argumentatio eſt. Eſt & de ſucceſſione gentilium verſus Catulli ad Mallium, & exemplum Centumviralis judicii non tam fortaſſe ſenſu notum, quam fama celebre, quod a M. Tullio refertur lib. 1. de Orat. in quo illud quæſitum arbitror, An in ſucceſſione liberti ab ingenuo gentilitio adoptati jus gentilitatis locum haberet, adeo ut gentiles ejus familiæ, in quam adoptatus erat libertus, ejus cognatis præferrentur ex XII. tabulis. Qua in quæſtione potior fuiſſe videtur Marcellorum cauſſa ex Scævolæ definitione. Nec inficior tamen libertos patronorum gentiles Latine dici poſſe, eo modo quo & ſervi dominorum gentiles a Plinio appellantur, ob ſimilitudinem nominum quæ gentis vocabulo interdum ſignificatur, ut ex Cincio Feſtus tradit. Quo ſenſu & novus homo Arpinas Servium Regem gentilem ſuum dicere auſus eſt, & Hiſpalæ libertæ gentis enuptio conceſſa legitur apud Livium lib. 39.

19 *Primo Commentariorum & ultimum eſt*] Sic vet. Meminit & Commentariorum Gaii Javolenus in l. ſi quis D. de cond. & demonſt. quod ego lubens ad libros Inſtitutionum refero, quibus idem nomen a Boëtio & Aniano tribui memini. Et vero probabile eſt ſub finem libri primi Inſtitutionum de gentilitatis jure tractaſſe Gaïum cum de curatoribus diſſereret. Sed Juſtinianus Commentariorum nomen etiam aliis libris tribuit in Prœmio Inſtitutionum.

20 *Supervacuum eſt*] Antiquitatis cognitio juris ſtudioſo non utilis modo ſed etiam neceſſaria eſt, nec fruſtra veteres Conſulti quantum in ipſis fuit, nihil ejus penitus nos ignorare voluerunt. Eſt enim illud de omni cognitione Ariſtotelis *καθόλου· εἴ τις ἐξ ἀρχῆς τὰ πράγματα φυόμενα βλέψειεν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐν τούτοις κάλλισ᾽ ἂν οὕτω θεωρήσειεν*. Sed eſt & illud verum Modum in quaque re optimum: nec eadem cura omnia aut ediſcenda aut pertractanda ſunt. Quædam ſemel noſſe vel non ignorare ſufficit: repetere atque inculcare tam putidum eſt, quam aut in gradibus morari cum aſcendas, aut in inſtrumento artis ipſius opus finemve conſtituere.

PAULUS libro ſententiarum VII. ſub titulo de teſtamentorum ſucceſſionibus. INTESTATI dicuntur qui teſtamentum facere non

poſſunt, vel ipſi linum, ut inteſtati decederent, abruperunt: vel hi quorum hereditas repudiata eſt, cujuſve conditio defecerit. Sine jure Prætorio [11] factum teſtamentum * abjecta doli expectatione obtinebit. Eorum quorum [12] teſtamenta rumpuntur, aut irrita fiunt, ipſo quidem jure * teſtamenti decedunt.* Inteſtatorum hereditas lege duodecim tabularum primum ſuis heredibus, deinde agnatis & aliquando * quoque gentibus deferebatur [13]. Sane conſanguineis lex non adprehenderat interpretatione Prudentium primum inter agnatos locum acceperunt. Sui heredes ſunt hi primo loco filius, filia in poteſtate patris conſtituti: nec intereſt adoptivi ſint an naturales & ſecundum legem Juliam Papiamve quæſiti [14], modo maneant in poteſtate. Qui ſui heredes ſunt, ipſo jure heredes etiam ignorantes conſtituuntur, ut furioſi, aut infantes, & peregrinantes [15], quibus bonorum poſſeſſio- * nis [16] propter Prætoriam actionem non erat neceſſarium. In ſuis heredibus adeo ad mortem teſtatoris rerum hereditariarum dominium continuatur, ut nec tutoris auctoritas pupillo, nec furioſis curator * ſit neceſſarius, niſi forte ſolvenda ſit hereditas [17]: quamvis etiam furioſus ſi reſipuerit, & pupillus ſi adoleverit, abſtinere poſſint. Poſt mortem patris natus, vel ab hoſtibus reverſus, aut ex primo ſecundove mancipio manumiſſus, cujuſve erroris cauſa probata, licet non fuerint in poteſtate, ſui tamen patri heredes efficiuntur. Poſt filios, filias, ad inteſtatorum ſucceſſionem inter ſuos veniunt nepotes, neptes, pronepotes, proneptes, ac deinde maſculino ſexu poſt filium deſcendentes, ſi nullus parentum impedimento ipſis in avi poteſtate vel proavi familia remanſerit. Parentes enim liberis ſuis cum quibus in poteſtate fuerunt ipſi ordine ſucceſſionis obſiſtunt. Filii ſi cum nepotibus ex alio filio ſuſceptis in familia retinentur, ab inteſtato ad patris ſucceſſionem cum fratris filiis vocantur: quibus in patris ſui partem venientibus, hereditas in ſtirpes, non in capita dividitur, ita ut filius & plures nepotes ſingulos ſemiſſes habeant. Idque evenit [18] ſi ab eo ex duobus filiis * in patrum numero nepotes ſucceſſerint. Ex filia nepotes ſui heredes non ſunt. In avi enim materni poteſtate alienam familiam ſequentes, ipſa ratione eſſe non poſſunt. Eo tempore ſuus heres conſtituendus eſt, quo certum eſt aliquem inteſtatum deceſſiſſe: quod ex eventu deficientis conditionis, & ortu nepotis qui vivo avo poſt mortem patris natus, iniri poteſt. Quem filius emancipatus ſuſcepit, vel adoptavit, ſui heredis locum in avi ſucceſſione, ſicut ipſe pater, obtinere non poteſt: Adoptivus tamen ne quaſi cognatus bonorum poſſeſſionem ejus potiri poteſt. Si ſui heredes non ſunt, ad agnatos legitima hereditas pertinebit, inter quos primum locum conſanguinei obtinent. Agnati autem ſunt cognati virilis ſexus per virilem deſcendentes, ſicut filius fratris, & patruus, deinceps & tota ſucceſſio. Inter agnatos & cognatos hoc intereſt. In agnatis enim etiam cognati continentur: inter cognatos vero agnati non comprehenduntur. Et ideo patruus agnatus eſt & cognatus, avunculus au-

tem

tem cognatus tantummodo eſt. Conſanguinei ſunt eodem patre nati, licet diverſis matribus, qui in poteſtate fuerunt mortis tempore, adoptivus quoque frater ſi non ſit emancipatus, & hi qui poſt mortem patris nati ſunt, vel cauſam probaverunt. Soror jure conſanguinitatis tam ad fratris quam ad ſororis hereditatem admittitur. Conſanguineis non exiſtentibus, agnatis defertur hereditas, prout quis alterum gradu præceſſerit. Quod ſi plures eodem gradu conſiſtunt, ſimul admittuntur. Si ſit frater [19] defuncti, & fratris filius & nepos * fratres & non exiſtentes * filius fratris nepoti præfertur. Sed ſi duorum fratrum ſint liberi, non in ſtirpes ſed in capita hereditas diſtribuitur, ſcilicet ut pro numero ſingulorum * virium [20] diſtribuatur hereditas. Feminæ ad hereditates legitimas ultra conſanguineas ſucceſſiones non admittuntur. Id quod jure civili Voconia * ratione [21] videtur effectum. Ceterum lex duodecim tabularum ſine ulla diſcrepatione ſexus cognatos admittit.

[21] *Sine jure Prætorio*] Hæc eſt veteris codicis ſcriptura quæ fortaſſe non male ita reſtituetur, *Sine jure Prætorio factum teſtamentum objecta doli exceptione obtinebit.* Cujus ſententiæ ſpecies dari poteſt ex l. t. C. Th. de famil. herciſcund. videlicet inter coheredes, ſi hujuſmodi ſcriptura ſingulis aliquid adſcriptum ſit, oppoſita doli exceptione effici ut ea voluntas obtineat, nec aliquid amplius a ſingulis retineatur quaſi ab inteſtato. Quæ definitio laudatur etiam a Juſtiniano Novell. Conſt. 107. Dari poteſt & caſus quo ſine jure Prætorio factum teſtamentum, objecta doli replicatione, obtineat, ſi inſtituti ſint ii qui rem ab inteſtato omnino habituri eſſent. Dicet aliquis. Si teſtamentum rite factum non ſit, locus eſt ab inteſtato ſucceſſioni. Itaque iis replicatione doli nihil opus eſt qui ſine teſtamento lege heredes fiunt. Verum dari poteſt caſus quo neceſſaria eſt doli replicatio, ut ſi prius teſtamentum jure perfectum extet quo alii heredes inſtituti ſint l. 2. D. de injuſt. rupt. irrit. & hac replicatione doli opus habent adverſus liberos ipſos, propinqui, uxor, alumnus, aliæque hujuſmodi perſonæ, quibus ex imperfecto teſtamento legata & fideicommiſſa præſtantur. l. 38. D. de fid. libert. Ergo hæc doli ſive exceptio ſive replicatio ex perſona ejus qui opponet omnino æſtimabitur. Dixit autem *Sine jure Prætorio*, quia hæc fuit minus ſolennis minuſque difficilis teſtandi forma. Sed hæc Novellis Conſtitutionibus varie immutata ſunt. Nos hic veteris juris reliquias tractari meminimus.

[22] *Eorum quorum*] Hæc fortaſſe aliquis ita ſuppleverit. *Eorum quorum teſtamenta rumpuntur aut irrita fiunt, quamvis ipſo quidem jure teſtati decedant, hereditas ut inteſtatorum defertur.* At ego ipſo facto teſtatos dixero, Jure non dixero, ſed magis inteſtatos, nec inproprie quidem l. 1. D. de ſuis & legit. ac potius hunc locum ita ſupplevero. *Eorum quorum teſtamenta rumpuntur aut irrita fiunt, licet jure inteſtati decedunt, ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio datur ſi ſeptem teſtium ſignis ſignata ſint.* Quod & Ulpianus ſcripſit in fragment. Tit. 23. & 28. Circa quæ illud admonere ſupervacuum non fuerit, videri Papinianum in eo qui poſt teſtamentum adrogandum ſe præbuit, hoc etiam exigere ut voluntatem, quæ jure defecit, recenti aliquo judicio ſui juris factus confirmaverit, l. qui ex liberis. §. teſtamento. D. de bon. poſſ. ſec. tab.

[23] *Gentibus deferebatur. Sane*] Puto legendum *gentilibus deferebatur. Sane conſanguineos lex non adprehenderat, ſed interpretatione prudentum primum inter agnatos locum obtinuerunt.* Inde in l. 1. D. de legit. tut. *agnatis & conſanguineis.* Et l. 30. D. de adquit. hered. *legitimum vel conſanguineum:* & recte in l. t. C. Quorum bonor. *Conſanguineos*, inquit, *omnia prudentium reſponſa & lex ipſa natura ſucceſſores faciunt.* Eſt enim hæc ſucceſſio ex eo jure quod com-

muni nomine jus civile appellatur l. 2. §. his legibus latis. D. de orig. jur. cujus & alia exempla ſi quis deſideret, repetiet non obſcura in l. 36. D. de ſtatulib. & l. 34. D. de her. inſtit. itemque apud Ciceronem lib. 3. de officis.

[24] *Secundum legem Juliam Papiamve quæſiti*] In l. ult. D. de ſtatulib. *ſi mulier ex lege nupſerit*, id eſt intra annum præſtito jurejurando ſe liberorum cauſa nubere, quod etiam ad legem Juliam Miſcellam referendum Græcus interpres rectiſſime notat, & explicandum moneo ex l. Titio uſusfructus. §. ult. D. de condit. & demonſtr.

[25] *Et peregrinantes*] Recte. At in §. ult. Inſt. de hered. qual. & diff. placet magis quod præceptor meus reſtituit. *Peregrinatos.* Diverſitatis ratio per ſe manifeſta eſt.

[26] *Quibus bonorum poſſeſſionis*] Fortaſſe melius, *quibus jus bonorum poſſeſſionis propter Prætoriam actionem non erit neceſſarium.* Bonorum poſſeſſionis hic fructus eſt, ut commoda & incommoda hereditaria, itemque dominium rerum quæ in his bonis ſunt, tribuat. Quod in ſuis heredibus non eſt neceſſarium, cum ipſo jure in eis ita continuetur dominium, ut nulla videatur hereditas fuiſſe quaſi & olim domini fuerint ſimul cum defuncto. Poſſeſſio ut vivo patre filio continuata non intelligitur, ſic nec mortuo continuatur. Nam nec ea quidem hereditatis aut juris eſt, ſed facti, & non niſi naturaliter comprehendi poteſt jure P. Ro. l. 23. D. de adq. poſſ. l. 91. D. ex quib. cauſ. major. Moribus noſtris aliud fere obſervatur, fortaſſe ex l. cum miles. D. eod. in qua Doctor meus pridem admonuit poſſeſſionis nomine uſucapionem ſignificari, non uſum rei quem nec bonorum poſſeſſionis beneficium transfert. Ergo hic Prætoria actio non male fortaſſe accipietur de omni ea quam prætor bonorum poſſeſſori adcommodare dicitur in §. 1. Inſt. de perpet. & temp. act. Sed neſcio quomodo mihi plane non ſatisfacit generalior illa interpretatio ſubodoranti aliud quid ſubeſſe quod ego lubentius ad inofficioſi querelam retulerim cujus ordinandæ gratia ſuis heredibus licet bonorum poſſeſſio agnoſci ſoleret l. 8. §. 1. neceſſariam tamen non fuiſſe indicat l. 7. D. de inoff. teſt. Emancipato neceſſaria fuit, cum quod alioqui non jure inofficioſi arguere teſtamentum videretur, niſi qui ex officio inſtitui debuerat, tum quod fruſtra inteſtatum patrem faceret, niſi ab inteſtato rem habiturus: quod ſolo Prætoris beneficio per bonorum poſſeſſionem conſequi potuit, alio jure penitus extraneus. Eſt igitur hæc ſaltem res inofficioſi Prætoria actio. Quod vereor ne non ſatis multis probetur. Et tamen video omnibus eam concedi quibus Prætor bonorum poſſeſſionem defert etiam contra jus civile. l. 6. D. eod. & in ea ſucceſſionem eſſe ut in honorariis l. 14. & l. 13. item, Prætoriarum actionum numero generaliter cenſeri quas Prætor bonorum poſſeſſori accommodat. Nec me movet Centumviralis judicii auctoritas, cum & poſſeſſoria hereditatis petitio ejus generis ſit, quam tamen honorariam eſſe nemo inficias ierit. Eadem vero non facile dixero de auxilio quod contra inofficioſas donationes ad exemplum querelæ inductum eſt, quod eſſe videtur ex conſtitutionibus, id eſt ex Alexandri literis quarum exemplum extat in l. Titia Seio §. Imper. D. de legat. 1. qui §. ut hoc obiter moneam, a Pauli reſponſo, quod proxime ſequitur, dividendus non fuit, ne non ſatis ad Titulum pertineret. Videtur autem reſcriptum a conſulente libello præpoſitum ut judicaret Paulus an ad propoſitæ quæſtionis definitionem accommodari poſſet. Quod alias fieri ſolitum ne longius abeamus. indicat l. 3. C. de inoff. donat. & ult. §. 5. Tit. 10.

[27] *Solvenda ſit hereditas*] Fortaſſe melius, *ſolvendo non ſit hereditas.*

[28] *Idque evenit*] Legendum videtur, *idemque evenit ſi cum eo ex duobus filiis impari numero nepotes ſucceſſerint.*

[29] *Si ſit frater*] Deſunt hic aliqua quæ cum ex ſuperioribus, tum ex ipſo Paulo lib. 4 Sent. tit. 8. reſtituere perfacile eſt.

[30] *Virium*] An *jurium?* an potius *viritim?* Sic videtur.

[31] *Voconia ratione*] Forte melius, *relatione*, vel, *rogatione.*

ULPIANUS libro ſingulari [1] ſub titulo de legitimis hereditati-

bus, INTESTATORUM gentilitiorum [13] hereditates pertinent primum ad ſuos heredes, id eſt, liberos qui in poteſtate ſunt, ceteroſque qui liberorum loco ſunt. Si ſui heredes non ſint, ad conſanguineos, id eſt fratres & ſorores ex eodem patre. Si nec hi ſunt, ad reliquos agnatos virilis ſexus per mares deſcendentes ejuſdem familiæ. His enim cautum eſt lege duodecim tabularum hac, SI INTESTATUS [14] MORITUR CUJUS HERES NEC EST AGNATUS PROXIMUS FAMILIAM HABEATUR. Si agnatus [15] defuncti non ſit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem vocat his verbis, SI GNATUS NESCIT GENTILES FAMILIAM HERES HANC. Nec gentilitia jura in uſu ſunt. *

12 *Ulpianus libro ſingulari*] Extat hodieque magna pars horum inter Ulpiani fragmenta, quæ eſſe omnia ex libro ſingulari Regularum ſupra oſtendimus.

13 *Inteſtatorum gentilitiorum*] Sic vet. rectiſſime. Nam in libertinorum ſucceſſionibus non eadem obtinent, ut poſtea monet Ulpianus. Gentiles Q. Mutius definivit ingenuos ab ingenuis oriundos, quorum majorum nemo ſervitutem ſerviit. Et recte Corn. Fronto, *Gens*, inquit, *ſeriem majorum quærit.*

14 *Si inteſtatus*] Plures legunt, *Si inteſtatus moritur, cui ſuus heres nec eſt, agnatus proximus familiam habeto*: nam illud. *Ac* nondum pro hujus legis particula agnoſcere potui. Sed in re tam trita jam neſcio quomodo diutius immorari piget, poſtquam, ut olim pueri ab Homero in ſcholis, ita nunc vix dupondii a XII. tabularum carmine non ediſcendo ſed recenſendo retractandoque juris ſtudia inchoant.

15 *Si agnatus*] Hoc videtur ab Aniano in collectione ſua omiſſum quod apud Caïum legiſſet gentilitium jus in uſu non eſſe: qua etiam ratione in proxima ſuperiore ſententia ingenuorum nomen pro gentilitiis ſuppoſuit. Ex quo apparet ne fragmentis quidem Ulpiani de jure veteri temere eſſe credendum. Porro hæc lex non infœliciter fortaſſe ita reſtituetur, SI AGNATUS *nec ſit gentiles familiam habeant*: aut potius, ut Oiſelo noſtro videtur, *herciſcant nunc nec gentilitia jura in uſu ſunt*. Erciſcundi verbum XII. tabularum eſſe conſtat. Sed an huic capiti omnino conveniat, alii viderint. Ego quidem non puto delinquere eum qui in dubiis quæſtionibus ab amico non facile diſſentit.

ITEM ab inteſtato inſtitutionum [16]. AB inteſtato quoque hereditas defertur aut per jus civile, aut per Prætoris beneficium. Per jus civile ſuis heredibus, vel liberis qui in poteſtate fuerunt, filii filiæ & deinceps qui in locum defuncti parentis, qui ex eodem nati ſunt, ſuccedunt.

16 *Item ab inteſtato Inſtitut.*] Exiſtimo ſic hæc potius reponenda eſſe, *Idem lib. II. Inſtitutionum ſub Titulo de ſucceſſionibus ab inteſtato.* Nec cur ita exiſtimem, intelligere difficile eſt.

ITEM eodem libro. POST ſuos ab inteſtato legitimi admittuntur, primum conſanguinei, ii ſunt fratres & ſoror qui in ejuſdem poteſtate patris fuerunt, & ſi ex diverſis matribus [17] nati ſunt. Conſanguineos & adoptio facit, & adrogatio, cauſæ probatio [18], & in manu conventio.

17 *Et ſi ex diverſis matribus*] Varro libro de gradibus, *Germanus de eadem*

genitrice manens (ſic legendum apud Servium in lib. 5. Æneid.) *ut multi dicunt de eodem germine, quos illi tantum fratres vocant.*

38 *Cauſa probatiq*]. Ex lege Ælia Sentia & SC. ut ante diximus. Sed & ex lege Junia cum Latinus cauſa probata apud Prætorem vel Præſidem Provinciæ tam ipſe quam filius filiave ejus & uxor Latina liberis jus Quiritium conſequitur ea forma quam Ulpianus explicat Tit. 3. Quod ſi quis legi Juliæ potius tribuet, fortaſſis non longe aberraverit. Nam & ejus eſſe videtur illa conditio Liberorum quærendorum cauſa nuptialibus etiam tabulis adſcribi ſolita, cujus & Auguſtinus meminit: nec ad ullam magis rogationem privilegia ob prolem pertinent. Non fruſtra etiam juris auctores cum ad eam legem ſcriberent tam diligenter annotarunt, quis anniculus diceretur l. 132. & l. 134. D. de verb. ſignific. Cæterum hæ cauſæ probationes non parum inter ſe effectu differunt. Nam ex lege Ælia Sentia civi Romano civitas redditur non datur: At ex lege ſeu Junia, ſeu Julia, Latino civitas datur non redditur.

ITEM eodem libro. * ET conſanguineis [39] legitimi vocantur. Hi ſunt agnati qui nos per patris cognationem contingunt virilis ſexus. Nam ſciendum feminis ultra conſanguineas, hereditates legitimas non deferri. Suis Prætor ſolet emancipatos liberos, itemque civitate donatos [40] conjungere data bonorum poſſeſſione: ſic tamen ut bona, ſi quæ propria habent, his qui in poteſtate manſerunt, conferant. Nam æquiſſimum putavit neque eos bonis paternis carere, per hoc quia non ſunt in poteſtate; neque præcipua bona propria habere, cum partem ſint ablaturi ſuis heredibus.

39 *Et conſanguineis*] Fortaſſe melius, *A conſanguineis*, id eſt, poſt conſanguineos: ut & paulo poſt, *A ſuis heredibus, poſt conſanguineos, &c.*

40 *Itemque civitate donatos*] Ex lege Junia, atque etiam fortaſſis ex lege Ælia Sentia: quanquam hi non tam videntur civitate donati, quam civitati redditi, ut jam attigimus.

ITEM libro qui ſupra, * DE ſuis heredibus. Poſt conſanguineos Prætor vocat cognatos. Cognati autem ſunt qui nos per patrem aut matrem contingunt. Poſt cognatos virum & uxorem. Et hæc ſi qui deceſſit, non fuit libertinus vel ſtirpis libertinæ [41]. Ceterum ſi libertinus eſt vel libertina, ad patronum ejus legitima hereditas patronamve lege duodecim tabularum refertur.

41 *Vel ſtirpis libertinæ*] Ex libertino natus ingenuus eſt hoc jure. Itaque nihil eſt quod in eo jus patronatus exquiramus. At ſi ex manumiſſione Latinus tantum factus, liberis poſtea ſuſceptis vel alio quovis modo jus Quiritium conſequatur, ille quidem libertinus manet qui ſemel iterumve manumiſſus eſt, liberi non tam libertini quam libertinæ ſtirpis ſunt. Et hos fortaſſis Ulpianus hoc loco ſignificare videatur. Dicitur vero & noſtris auctoribus libertinus filius qui a patre in ſervitute ſuſceptus poſtea cum ipſo ſimul manumiſſus eſt l. 17. §. 2. D. ad S.C. Trebell. l. ult. D de jure deliber. Sed hic, ut quod ſentio dicam, libertinæ conditionis eſt liberti filius poſt patris manumiſſionem ſuſceptus, cujus olim bonorum poſſeſſio alio jure quam ingenui deferri ſolebat. Nam eo inteſtato & ſine cognatione mortuo vocabatur manumiſſor patris, itemque cognati ejus per virilem ſexum deſcendentes, etiamſi capite deminuti eſſent. Immo & ſi hujus liberti patronus & ipſe libertus eſſet alterius, etiam patroni patronus vocabatur, itemque ejus agnatio. Quod Juſtiniano iniquum eſſe viſum eſt, qui tamen id liberti patronis tantum ſuperſtitibus conceſſit ea conſtitutione quæ in ejus Codice

ſub tit. de bonis libertorum, hactenus deſiderata eſt. Et ſane hic quamvis libertinus ſit, nullius tamen revera libertus dici poteſt. Sunt vero hæc inter ſe diverſa. Libertini nomen ſtatum & conditionem perſonæ magis reſpicit: liberti, jus patronatus: quod Valla ſubtiliter annotavit, & probat l. ult. D. ſi ingen. eſſe dic. & l. 1. D. de excuſ. tut. in qua non fruſtra Modeſtin. libertinis ait tutores dari a Magiſtratu potius quam libertis. Cur ita? quia libertis fere ſunt tutores legitimi patroni & patronorum liberi etiam pupilli, ut Ulpianus in fragmentis ſignificat tit. 11. illis verbis, *Idemque permiſit in pupillo patroni filio.* Recte. Id eſt ſi patroni filius tutor pupillus ſit, nec auctor eſſe poſſit. Et eſt illud reliquum veſtigium juris antiqui, cujus meminit Juſtinianus in l. ult. §. 1. C. de legit. tut. ex qua & in l. 16. D. de tutel. Tribonianus addidiſſe videtur illa verba *perfectæ ætatis.* Quod obiter indicaſſe placuit.

ITEM eodem libro. POST familiam patroni [42] vocat Prætor patronum & patronam: item liberos & parentes [43] patroni & patronæ. Deinde virum & uxorem, mox cognatos patroni & patronæ. Quod ſi is qui deceſſit liber fuit ex remancipatione manumiſſus, lex quidem duodecim tabularum manumiſſori [44] legitimam hereditatem detulit: ſed Prætor, æquitate motus, decem perſonas [45] cognatorum ei prætulit has, patrem, matrem, filium, filiam, avum, aviam, nepotem, neptem, fratrem, ſororem, ne quis occaſione juris, ſanguinis neceſſitudinem vinceret. Sed Imperator noſter in hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur eas ſolas perſonas voluit admitti quibus decimæ immunitatem [46] ipſe tribuit.

[42] *Poſt familiam patroni*] Legendum, *Poſt familiam liberti.* Sic ſæpe hæc inter ſe reciproca nomina confundi ſolent, emptor venditor, petitor debitor creditor, locator conductor, pater filius, patronus libertus. *Poſt familiam* autem, id eſt poſt liberos, ut in l. 195. §. 1. D. de verb. ſig. l. 23. D. de adopt. In bonis libertorum lex XII. tab. non niſi ſuos liberos patronis prætulit, Prætor etiam emancipatos: Juſtinianus omnes omnino liberos licet in ſervitute ſuſcepti cum parentibus manumiſſi eſſent, & ſive ſoli ſive cum aliis poſt libertatem ſuſceptis ex iiſdem aliiſve nuptiis. Non exiſtentibus liberis vel exheredatis, primum patroni & patronæ vocantur, inde patronorum liberi etiam poſthumi & in adoptionem dati cujuſcunque ſint ſexus, ſublata illa veteris juris imagine, qua filia patroni filius eſſe fingebatur: adoptivi non item. Poſt liberos patronorum, nepotes tam ex filio quam ex filia: deinde cognati patronorum ſervata gradus prærogativa uſque ad quintum, excluſis etiam heredibus extraneis a patrono ſcriptis. Ejus Conſtitutionis ex qua & ſuperiora quædam excerpſimus Græcam Synopſin habuimus, ſingulari beneficio JAC. CUJACII, cujus humanitati, benevolentiæ, diligentiæ, fidei, doctrinæ, ni & hæc & reliqua omnia ſtudia mea, ſi quæ aliquando probabuntur, accepta referam, profecto parum gratus mihi ipſi videar. Nam peccata quidem, ſi qua ſunt, ut erunt fortaſſe multa, mea illa eſſe ultro profiteor.

[43] *Parentes*] Id eſt, agnatos.

[44] *Manumiſſori*] Etiam extraneo. Hodie utique patri legitima jura ſervantur quaſi tacite contracta fiducia ex l. ult. C. de emancipat. lib. Legitima autem jura definiuntur Conſtitutione illa Græca de Jure patronatus, triens ex teſtamento & bonorum poſſeſſio ab inteſtato: quod recte Conſtantinus notaverat lib. 5. Proch. tit. 9. & Sinopſis illa continet, ut & aliud quoddam caput quod jam ex Græcis interpretibus didiceramus ad l. 45. D. de nupt.

[45] *Decem perſonas*] §. Quæ autem. Inſtit. de bon. poſſeſſ.

[46] *Quibus decimæ immunitatem*] An decimæ hereditatum? an potius viceſimæ ex lege Julia? Sic videtur. Nam quod apud Ulpianum legitur de decimis ex ejuſdem Principis lege quæ ob id decimaria Thalelæo dicta eſt libro 45. Ba-

ϖλ. Tit. 5. ad hunc quidem locum non ſatis facit. Viceſimæ autem immunitas varie olim conceſſa eſt. Primum quidem domeſticis heredibus, qui modo veteres eſſent cives, remiſſum eſt vectigal de bonis quæ ſanguine, gentilitate, ſacrorum ſocietate meruiſſent. Nerva ſanxit ut quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis ad matrem perveniſſet, etiamſi cognationum jura non recepiſſent cum civitatem adipiſcerentur, ejus viceſimam ne darent. Eandem patri immunitatem in filii bonis tribuit, ſi modo reductus eſſet filius in patris poteſtatem. Trajanus exceptionem illam patriæ poteſtatis removit, ſtatuitque ut quemadmodum in patris filius, ſic in hereditate filii parer eſſet immunis. Cavit præterea ut in ſororis bonis frater, & contra in fratris ſoror, itemque avus avia in nepotis neptiſque bonis, & invicem illi ſervarentur immunes. Iis quoque quibus per novum Latium civitas Romana paruiſſet, idem indulſit. Sed & ſtatuit ſummam hereditatibus quæ viceſimæ ſubjacerent, ne vel parvæ & exiles publicanis eſſent obnoxiæ. Denique poſteriores Imperatores varie hujus vectigalis jura vel auxerunt, vel minuerunt. Verum quænam fuerit illa Conſtitutio cujus hic Ulpianus meminit, nondum mihi certo conſtat, ut eſſe fateor multa in hoc libello veteris juris P. Ro. quæ me vel non ſatis ingenioſum facile fefellerunt, vel aliud interdum anxie cogitantem leviter effugerunt. Quædam etiam conſulto depoſuiſſe ſatis fuit, quæ commodius fortaſſe, Deo volente, aliquando retractabimus.

***

MODESTINUS
REGULARUM LIBRO III.
SUB TITULO
DE BONIS LIBERTORUM
ET DE TESTAMENTIS.

[1] CUM in teſtamento [1] dies & Conſules adjecti non ſunt, non nocet quominus valeat teſtamentum.

[1] CUM *in teſtamento*] Hanc unam Modeſtini regulam ex alio codice qui patris V. C. fuit, pridem habuimus. Quæ ſequuntur in eodem ipſo exemplari erant in quo & ſuperiora omnia. Itaque quamquam nobis pridem in animo eſſet hæc & alia quædam veterum Juriſconſultorum fragmenta uno volumine complecti, altero Imperatorum Conſtitutiones, quas etiam plures nondum editas nacti ſumus, concludere, hic tamen adjicere viſum eſt interea, dum res tempuſque inſtituto noſtro benignius adfuerint. Quod optare quidem, quam ſperare, proclivius eſt.

***

INDEX
RERUM VERBORUMQUE ET LOCORUM
EX VARIIS AUCTORIBUS

quæ in Notis aut emendantur aut explicantur.

A

Abrogare legi 21
Actio depoſiti in duplum 42
Actio ordinaria 49
Actio utilis *ibid.*
Addicti 14
Ἀμφιθαλεῖς 60
Adulterium jure gentium vindicatur 27
Affectus 32
Agerii & Numerii nomina in formulis 18
Aldii 14
Ἀδελφιδῆ 30
Antiquitatis cognitio neceſſaria 65
Apuleii locus expoſitus 53
Atrium Minervæ 29
Auctorati 22
Auctoratus 38
Augurium 12
A. Gellii loci 10. 16

B

Berbix 46
Bibliorum interpretationes 8
Bis conſul pro iterum 12
Boëtius notatur 61

C

Cædis imprudentis pœna 10
Caii inſtitutiones 58. 64
Calumniatorum litera 23
Caſſianus motus 55
Caſtrationis pœna in ſtupratores 41
Catonis calumnia 10
Certa urbs 52
Chaldæi 56
Cibariæ 41
Ciceronis loci emendati 37
Cicero explicatur 17. 62. 64
Clientes 39
Codicis Juſt. loci explicati vel ſuppleti 32. 68. 69
Codex Th. emendatus 50. 55. 56
Coemptio 60
Cognatio legitima 64
Coloni 15
Commendare 40
Commentarii Gaii 63
Compoſitores Pandectarum quales 69
Confarreatio 59
Conjunctio 32
Connubium 24
Conſanguinei 65
Conſilium quando punitur 10
Conſobrini 62
Contumelia 34
Convaſare 9
Conventio in manum 61

D

Deditii 22
Dependi actio 42
Depoſiti in Duplum actio *ibid.*
Dies & Cos. in conſtitutionibus 32
Diffarreatio 61
Dioniſius Halicarn. expl. 60
Directa actio 49
Divi Fratres 22
Divortiorum ritus 61
Ducta 38
Duumviri cuſtodiarum poteſtatem habent 33

E

Editio actionis 27
Ἐρανία 45

F

Familiaris 39
Fiducia 14
Formulæ actionum & exceptionum 27
Forum 32
Fraus 21
Fur nocturnus 32
Furti pœna *ibid.*
Fuſtuarium 60

G

Genialis lectus 26
Gentiles 63
Germanus 67

Gladius 46
Gratiani locus 22

H

Hereiſci 67
Hermogenianus Codex 32
Hermenopuli error 38
Homicidium 10
Horatius expoſitus 16. 60

I

JAculatores 28
Ignoſcere 22
Injuriarum actiones 16
Injuriarum judicium publicum non eſt 10
In poteſtatem eſſe 23
Inteſtatus 65
Italica Beticæ 12
Italicum ius 52
Iteratio 53
Juniani 8
Juriſconſultorum inter ſe diſſenſio 27
Jus civile 65
Jus præcipuum 21. 24. 34. 49
Juſtitia 12
Juvenes 45

K

K 13

L

LActantii locus emendatus 54
Latii jus duplex 14
Latini Juniani. 9. 14. 28
Leges XII. Tabul. 16. 32
Leges fugitivæ 18
Legis Scantiniæ pœna 27
Lex Ælia Sentia 62. 68
Lex Julia 68
Lex Petronia 19
Lex Regia 25
Le mort ſaiſit le vif, unde 66
Liberatus 53
Liberi noxæ dediti 14
Liberti principis 41
Libertinæ ſtirpis 68
Libertinus 42. 69
Libertorum ſucceſſio 69
Libertus an gentem habeat 63
Libonianum SC 36
Licinnius Rufinus 5
Ludus 60

M

MAchabæorum lib. 2. locus 45
Magiſtratus domeſtici parentes 25
Magnus Antoninus 22
Mancipationis jus 28
Manichæi 57
Manus mortuæ 14
M. Velleius Paterculus 16
Materfamilias 61
Mathematici 55
Metalla 57
Moribus receptum dicitur quod ex lege eſt 25
Mos 29
Moyſis legibus Impp. derogarunt 19
Mutatio nominis 30

N

NEceſſitudo 39
Nominis mutatio 30
Nonius Marcellus emendatus 8
Notæ ad Papinianum 27
Noxæ dediti 14
Numæ lex de homicidio 10
de terminis 50
Nuptiarum ritus 59. 61

O

ORdinaria actio 49

P

ΠAιδας 12
Pandectarum loci emendati 8. 9. 16. 18.
Pandectarum loci explicati. 8. 13. 16. 17. 18. 22. 23. 24. 25. 39. 42. 52. 54. 59. 63. 65. 69
Papianus 14
Papianus falſus 13
Papiniani liber ſingularis reſponſorum 24
Papiniani auctoritas 25
Paterculi locus reſtitutus 16
Patria poteſtas 25
Patrimi & matrimi 60
Pater patrimus *ibid.*
Pauli ſententiæ emendatæ 9. 42
Pauli liber de injuriis 16
Petaſus 45
Petronii locus 32. 57
Pilleus 45
Plagium capitale 53
Plauti locus explicatus 14. 37
Plinii nepotis locus 21
Plinii avunculi loci 50. 59
Plutarchi locus 24
Poſſeſſio heredi non continuatur 66
Præf. urbanæ fines 52
Præſcriptiones legis Juliæ 25
Proconnenſia metalla 57
Procuratores Cæſ. 52
Pupillus tutor 68

Q

QUintillianus emendatus 22. 63
notatus 41
Quod 17

R

REgiæ leges 25
Repreſentationis jus 63
Rudis 45

S

SAgatio 12
Saluſtii loci emendati 37. 45
Seneca emendatus 20

INDEX.

Serviꝛe & ſervum eſſe 14
Servii locus emendatus 50
prolati in lucem 10. 11. 21. 32. 55. 59. 61
Servi quibus legibus rei fiant aut vindicentur 10. 19
Servus publicus P. R. 27
Sponſa an adulterii accuſari poſſit 24
Staienus 37
Succeſſio in ſuis & legitimis 62
Sui heredes 66
Suorum nomen unde 59
Suſcepti 39
Syrus inſula 55

T

Taciti loci expoſiti 27. 60
Taxatio 17
Terminus 50
Teſtamentum imperfectum valet 65
Teſtimunium 56
Tituli Ulpiani ex quo libro ſint 13

V

Vadimonium 17
Vas 9
Varronis locus emendatus & explicatus 27. 28
Velii Longi locus prolatus & emendatus 23
Velis reſcribere 12
Viceſima hereditatum 69
Virgilii locus expoſitus 24
Ulpiani Tituli emendantur 13. 61. 67
Ulpiani liber ſeptimus de off. Procos. 54
Unde cognati 62
Unde liberi *ibid.*
Voconia lex 62
Uſu uxor quæ 59
Utilis actio 49
Wiſigothorum leges 27. 28
Vulcatii commentarii in orationes Ciceronis 17
Uxorum formæ 59

Z

Zoſimi locus prolatus 60

PARISIIS,
E TYPOGRAPHIA REGIA;
CURANTE
VIDUA SEBASTIANI MABRE-CRAMOISY
REGIS ARCHITYPOGRAPHI,
& Regiæ Typographiæ Directoris.

M. DC. LXXXVIII.

ANT 1319254